أبو عبيدة رضي الله عنه 189.
أبو عبيد رضي الله عنه 203.
أبو عمر رضي الله عنه 213.
أبو موسى رضي الله عنه 232.
أبو هريرة رضي الله عنه 238. 279.
أبو هلال رضي الله عنه 256.
أبو هند بن عبد بن رضي الله عنه 256.
أبي بكر رضي الله عنه 265.
أبي رضي الله عنه 276.
أبي بن كعب رضي الله عنه 307.
أبي طالب عليه السلام رضي الله عنه 501.
أبي رضي الله عنه 557.
أبي هريرة رضي الله عنه 609.
أحمد بن عبد الله بن أحمد 7.
أحمد بن محمد 100.
أحمد بن محمد بن الحسين بن أحمد 279. 432.
أحمد بن موسى بن إسحاق رضي الله عنه 517.
أحمد بن نصر الخزاعي رضي الله عنه 603.
أدم رضي الله عنه 226.
أسامة بن زيد رضي الله عنه 548.
أسماء بنت عميس رضي الله عنها 280.
أسماء بنت يزيد الأنصارية رضي الله عنها 609.
أسود بن يزيد رضي الله عنه 557.
أعشى همدان رضي الله عنه 50.
أكثم بن صيفي 173.
أم سلمة رضي الله عنها 229.
أمامة رضي الله عنها 589.
أنس بن مالك رضي الله عنه 165. 279.
أنس بن مالك الأشجعي رضي الله عنه 257.
أنس بن مالك رضي الله عنه 257.
أنيسة رضي الله عنها 257.
أهل بيت رضي الله عنهم 194. 279.
أوس بن حجر 210.
أويس بن سليم 195.
أيوب عليه السلام . السختياني رضي الله عنه 216.
الأحوص . سلم بن محمد . محمد بن عبد الله 108. 279.
الأخنس بن شريق رضي الله عنه 105.
الأسدي رضي الله عنه 113.
الأشتر مالك بن الحارث رضي الله عنه 295.
الأعمش سليمان بن مهران رضي الله عنه 540.
الأنصار رضي الله عنهم 188.

ب

بجير 85.
بحر بن كنيز السقا 566.
بدر 213.
بشر بن الحارث رضي الله عنه 48.
بشير . سلم بن بشير . سلم بن بشير رضي الله عنه 7.
بكر بن عبد الله المزني رضي الله عنه 609.
بلال رضي الله عنه 557.
بن أبي رضي الله عنه 501.
بن الحارث رضي الله عنه 307.
بن أبي رضي الله عنه 276.
بن أبي رضي الله عنه 265.
بن أبي رضي الله عنه 256.
بن أبي رضي الله عنه 256.
بن أبي رضي الله عنه 238.
بن أبي رضي الله عنه 232.
بن أبي رضي الله عنه 213.
بن أبي رضي الله عنه 203.
بن أبي رضي الله عنه 189.
بن أبي رضي الله عنه 182.
بن أبي رضي الله عنه 182.
بن أبي رضي الله عنه 103.
بن أبي رضي الله عنه 72.
بن أبي رضي الله عنه 50.
بن أبي رضي الله عنه 45.
بن أبي رضي الله عنه 24.
بن أبي . سلم بن أبي . سلم بن أبي رضي الله عنه 370.
بن أبي الحديد 589.
بن أبي الحديد 50.
بن أبي الحديد المدائني 609.
بن أبي رضي الله عنه 557.
بن أبي رضي الله عنه 548.
بن أبي طالب عليه السلام 567.

ت

تميم 510.

ث

ثابت 280.

224. Alpha

ه

441. Hamza with Ha

Hamza with Ha and Ya

504. Waw

541. Hamza with Ha and Ya

454. Hamza with Waw

554. Hamza with Hamza

453. Hamza

17. Ha

Hamza . Ta . Ya . Ba . Sa . Ha . Ta . Ya . Ba . Sa . Ha . Ta . Ya . Ba . Sa . Ha

177. Joining Assonants
189. Hemistich
176. Rhyme
205. Simile
Metre, Prosody and Versification
309. Verse
459. Couplet
51. Hemistich of Rajaz
279. Metre
168. Hemistich
181. Assonant
215. Hemistich of Sarī'
225. Mukhallaʿ Metre
229. Mujtath
562. Mamdūd
600. Maqṣūr

N

37. Nasīb
278. Nasīb of Qaṣīda
609. Nasīb of Mukhammas
30.

O

187. Ode
198. Odes of
609. Odes, Seven
39. Odes, Hanging
86. Ode, Pre-Islamic
463. Ode, Umayyad
589. Ode, Abbasid
42. Ode, Andalusian
86. Ode, Modern
285. Ode, Modern, Influence of Western Literature on

P

325. Pre-Islamic Poetry
198. Pre-Islamic Poets
277. Poetry, Arabic, Origin of
580. Poetry, Modern
144. Poetry and Science
Poetry, Modern, see Modern Poetry.
Poetry, Pre-Islamic, see Pre-Islamic Poetry.

Q

87. Qaṣīda, Form of
172. Qaṣīda, Rhyme of
439. Qaṣīda, Theme of
170. Qaṣīda
Qaṣīda, see Ode.
39. Qalā'id
49. Qaṣīd
230. Qaṣr
85. Qāfiya
197. Qiṭʿa

R

556. Radīf
463. Rajaz

S

278. Sarī', Metre of
111. Sarī', Poetry in
215. Sarī', Metre of
517. Sarī'
38. Sajʿ and Assonance
170. Sajʿ
13. Science

T

212. Tawāshīḥ

BIBLIOTHECÆ ORIENTALIS CLEMENTINO-VATICANÆ TOMUS TERTIUS.

De Scriptoribus Syris Neſtorianis.

PRÆFATIO

In Catalogum Ebedjeſu Epiſcopi Sobenſis.

INSTITUTI operis ratio poſtulat, ut quod in ſuperiori Tomo de Monophyſitis feci, Scriptores Syros Neſtorianos ab initio exortæ hæreſeos, attributo unicuique Auctori ſingulari Capite, ex ordine temporis recenſeam. Et hoc quidem argumentum Ebedjeſu Epiſcopus Sobenſis in eo libro; quem *Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogum* inſcripſit, in gentilium ſuorum gratiam ſermone Syriaco eruditè doctèque tractavit. Eum verò Tractatum Latinè converſum, Notiſque illuſtratum Vir de Orientalibus literis optimè meritus Abraham Ecchellenſis anno Domini 1653. Romæ Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide publicavit. Verùm tùm adverſa, qua conflictabatur, valetudo: tùm graviora, quibus per id tempus diſtinebatur, ſtudia effecerunt, ne opus illud numeris omnibus abſolutum prodierit. Exemplar præterea, quod ex Bibliotheca S. Crucis in Hieruſalem ab Hilarione Rancato Abbate Ciſtercienſi acceperat, non adeò exactum erat, nec tàm emeu-

datè conſcriptum, ut accuratam editionem polliceri videretur. Hinc plura ſpalmata typographica, multique Scriptores per incuriam prætermiſſi: alii perperàm intruſi, vel pro Auctoribus operum uſurpati, quæ ipſis tamquam patronis nuncupata ſunt: quorundam depravata nomina, aut patria corrupta: plures voces malè in Latinum converſæ: quodque ſatis mirari nequeo, talis tantuſque Vir Catalogum illum metrica oratione compoſitum nuſquam animadvertit.

Quamobrem novam ejuſdem Operis editionem recudere non inutile fore exiſtimo, in qua ex optimo manuſcripto Vaticano lectione genuina reſtituta, Carminis heptaſyllabi ſeu Ephræmitici ratio, quo Catalogum ſuum Sobenſis compoſuit, Syriacè deſcripta repræſentabitur, novaque Latina verſio, additis ad eandem illuſtrandam in Textu titulis & in margine Notis, è regione reſpondebit: Ætas inſuper Scriptorum, quam nullibi Sobenſis indicavit, geſtaque nonnulla breviter commemorabuntur: Quæ verò Auctorum lucubrationes ab eodem Sobenſi recenſentur, & in Vaticana aliiſve Bibliothecis manu ſcriptæ exſtant, vel jam typis prodiere, quæque ab ipſo prætermiſſæ ſunt, ſuis ubique locis adnotabuntur. Denique ut plena hujuſce gentis (Neſtorianorum ſcilicet) Scriptorum, de quibus in hoc Tomo tractare inſtitui, notitia habeatur, poſt Sobenſis Catalogum hiſtoriam eorum, quos ille prætermiſit, Appendicis loco ſubjiciam: indicatis operum uniuſcujuſque Auctoris titulis, productiſque de more teſtimoniis, quæ ad cognoſcendos ejus ſectæ errores, ritus, ſtatumque conducere videbuntur.

Quod verò ad Catalogum ipſum à Sobenſi editum ſpectat, neque omnes continet Syros Scriptores, neque omnia eorum, quorum nomina referuntur, opera, ut rectè advertit Ecchellenſis in Præfatione. Prætereà Canonici utriuſque Fœderis libri, Patreſque è Græco vel Latino in Syriacum converſi priorem ejuſdem partem occupant; poſteriorem potioremque Syri Neſtoriani. Demùm ordo temporis ſæpenumerò à Sobenſis negligitur, qui priores Scriptores cum poſterioribus conjungere ſolet, aut ipſos etiam recentioribus poſtponere.

Quo autem anno compoſitus ſit, ex ipſius Auctoris verbis colligitur, qui in fine ejuſdem Catalogi inter edita à ſe opera recenſet *Librum Margaritarum*, & *librum Carminum*, cui titulus *Paradiſus*. Atqui primum quidem Jaballahæ Patriarchæ nuncupavit, qui ab anno Chriſti 1281. ad annum 1317. Neſtorianæ ſectæ præfuit, ut dixi tom. 2. pag. 456. Librum verò Paradiſi compoſuit anno 1291. ſcholiiſque idem illuſtravit anno 1316. (hoc eſt biennio ante ſuum obitum) ut ipſe in Præfatione affirmat, cujus verba tom. 1. pag. 538. retuli.

ܡܐܡܪܐ ܕܥܒܕ ܝܫܘܥ ܡܛܪܦܠܝܛܐ ܕܣܘܒܐ ܘܐܪܡܝܢܝܐ ܘܟܬܒ ܟܠ ܣܦܪ ܕܟܬܒ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܒܪܗܡ ܐܦܣܩܦܐ ܕܐܪܒܝܠ ܘܐܝܟ ܕܐܫܟܚ ܠܗ ܒܟܬܒ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܒܪܗܡ ܐܦܣܩܦܐ ܕܐܪܒܝܠ ܘܐܝܟ ܕܐܫܟܚ ܠܗ ܒܟܬܒ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܒܪܗܡ ܐܦܣܩܦܐ ܕܐܪܒܝܠ ܘܐܝܟ ܕܐܫܟܚ ܠܗ ܒܟܬܒ

1 1 CARMEN 2 EBEDJESU

3 METROPOLITÆ SOBÆ 3 ET ARMENIÆ

4 *CONTINENS* 4 *CATALOGUM*

Librorum omnium Eccleſiaſticorum.

NOTÆ IN CATALOGUM

EBEDJESU EPISCOPI SOBENSIS.

1 *Carmen.* ܡܐܡܪܐ *Mimra*, ut Syri Orientales proferunt, ſeù *Mimro*, ut Syri Occidentales, à verbo ܐܡܪ *Emar* derivatur, quod *dixit* ſignificat. Igitur *Mimra*, cui Græcorum λόγος reſpondet, *ſermo* eſt, ſeù *Oratio*: eaque tàm metrica, quàm ſoluta numeris: Orationes enim, ſeù Homiliæ Patrum, Syris ܡܐܡܪܐ *Mimre* dicuntur, ut & Tractatus quilibet, in quos Libri Auctorum dividi ſolent. Carmina etiam, ſeù Opera metro alligata, *Mimre* appellantur, ut ſunt pleræque compoſitiones Ephræmi, Balæi, Iſaaci, Jacobi: verſibus ſcilicet *Heptaſyllabis*, *Pentaſyllabis*, & *Dodecaſyllabis*, quorum primi Ephræmo & Iſaaco tribuuntur, alteri Balæo, poſtremi Jacobo Sarugenſi. Sobenſis Catalogum ſuum metro heptaſyllabo alligavit: quamobrem vocem *Mimra*, quæ in Titulo eſt, *Carmen* vertimus.

2 *Ebedjeſu*: hoc eſt, *Servus Jeſu*: nomen compoſitum ex ܥܒܕ *Ebed* Servus, & ܝܫܘܥ *Jeſu*. Arabicè عبد يسوع *Abdjeſu* dicitur. Abraham Ecchellenſis præfixa aſpiratione ubique habet *Hebedjeſu*. Fuit autem Ebedjeſu, Catalogi hujus Auctor, cognomento ܒܪ ܒܪܝܟܐ *Bar-Bricha*, ideſt, *filius Benedicti*, gente Chaldæus, ſecta Neſtorianus, dignitate Epiſcopus: floruitque ſub Jaballaha Chaldæorum Neſtorianorum Patriarcha, à quo Metropolita Sobæ & Armeniæ ordinatus eſt. Obiit ſub initium menſis Novembris anni Græcorum 1630. Chriſti 1318. ut tom. 1. Bibl. Orient. pag. 539. demonſtravi. Quod hic notandum fuit, nequis ejuſdem Abrahami Ecchellenſis errorem ſequutus, Sobenſem hunc cum altero juniore Ebedjeſu confundat, qui jam ſenex ſub Julio III. Summo Pontifice Romam profectus, ejurata Neſtoriana hæreſi in Patriarcham Chaldæorum ordinatus eſt. Ebedjeſu noſtri meminit Amrus in vita Jaballahæ Patriarchæ, ut tom. 2. Bibl. Orient pag. 456. notavi.

3 *Metropolitæ Sobæ & Armeniæ.* Primùm fuerat Epiſcopus *Sigaræ & Arabiæ* circa annum Chriſti 1285. ut adnotatur in elegantiſſimo Syriaco Evangeliorum Codice, qui exſtat in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide: deinde ad Archiepiſcopatum Sobæ & Armeniæ evectus eſt, ut ſuprà dixi. *Soba* autem Syris eadem eſt, ac *Niſibis*, quam olim *Achar* etiam dictam fuiſſe, affirmat S. Ephræm comment. in Geneſ. cujus verba tom. 1. Bibl. Orient. pag. 26. retuli. Inter Archiepiſcopatus Patriarchæ Chaldæorum ſubjectos, *Niſibenus* ſeù *Sobenſis* ſecundo loco recenſetur in Tabula Amri, & Eliæ tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 458. & pag. 459. eidemque *Armenia* ſubjacere dicitur; quia nimirùm is Archiepiſcopus Chaldæis Neſtorianis præerat, qui in tota Armenia morabantur.

4 *Catalogum Librorum omnium Eccleſiaſticorum.* Abraham Ecchellenſis titulum Libro Ebedjeſu hunc fecit. ܡܐܡܪܐ ܕܥܒܕ ܝܫܘܥ ܡܛܪܦܠܝܛܐ ܕܣܘܒܐ ܘܐܪܡܝܢܝܐ ܘܟܬܒ ܟܠ ܣܦܪ ܕܟܬܒ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܒܪܗܡ ܐܦܣܩܦܐ ܕܐܪܒܝܠ ܘܐܝܟ ܕܐܫܟܚ ܠܗ ܒ

Tractatus continens Catalogum Librorum Chaldæorum tàm Eccleſiaſticorum, quàm profanorum, auctore Hebedjeſu Metropolita Sobenſi. Verùm Sobenſis de Eccleſiaſticis dumtaxat, non de profanis libris acturum ſe pollicetur in præfatione, agitque, ut infrà patebit. Sobenſis ſtudium in concinnando Scriptorum Catalogo (ut de Græcis Latiniſque fileam) æmulatus eſt Abulbarcatus Cabari filius,

PROŒMIUM.

1 Virtute 1 auxilii tui, Deus,
Et precibus omnis Justi insignis,
2 Ac Matris 2 celeberrimæ,
Scribere aggredior Carmen admirabile:

In quo Libros Divinos,
3 Et omnes Compositiones 3 Ecclesiasticas
Omnium priorum & posteriorum
Proponam Lectoribus.

4 Nomen Scriptorum 4 commemorabo,
Et quænam scripsere, & qua ratione.
In Deo autem confidens,
5 En à Moyse 5 initium duco.

حسّلا حُووُنُر لَكُوُا
مَحرِكُما قُلا فُائا مَعْمَدُوا
هُمُا وُمَحْ هُمُدُوا
مَحْمَدُ رُبا وُمَاهُنُا لَمُدُوا :
وِحُو هُمُحا لَكُوُسُا
مُحُلا هُسُمَا حُبائُسُا
وِحُلا هُبُمُنُا هُمُسُوُسُا
هُبُوُ رُبا هُبُو هُبُمُسُا .
هُمُو مَحْمَحُنُا هُبُحُنُ رُبا
هُوُلِكُمِ رُحُمَحُه مَحُلِمُنُا رُبا .
مُحُو لَكُوُا لَمُحُلا رُبا :
هُمِ هُمُحُا وُا مَحُنُا رُبا .

CA-

lius, Presbyter Ægyptius, in libro Arabico, cui titulus مصباح الظلمة وايضاح الخدمة *Lampas Tenebrarum, & Declaratio Officiorum*: ubi cap. 6. & 7. tàm Canonicos Scripturæ Sacræ, quàm Ecclesiasticos Patrum, aliorumque cujusvis sectæ Orientalium Auctorum libros recensuit. Suos etiam Mahometanos Scriptores Haphidus supremus ejus superstitionis Antistes tùm per materias, tùm per librorum titulos ex ordine Alphabetico in tribus prolixis voluminibus Arabicè numeravit.

1 *Virtute auxilii tui*. Apud Ecchellensem Catalogus his verbis incipit: حسّلا



Ope memoriæ tuæ, Deus. Verùm pro حسّلا *memoriæ tuæ*, haud dubium, quin legendum sit حسّلا *auxilii tui*, uti habetur in manuscripto Codice Vaticano, quem præ manibus ipse Ecchellensis habuit: ex domestica enim illius Bibliotheca in Vaticanam transiit. Sed quoniam antiquis Syrorum literis, quas *Chaldaïcas* seù *Nestorianas* vocant, is exaratus est, quarum lectioni vir cæteroquin eruditus haud assuetus erat, pro literis ; *Daleth* & *Resc*, ⸗ *He* & ; *Daleth* substituit. Hallucinationes hujusmodi in eodem Catalogo per ipsum edito non raro occurrunt.

2 *Matris celeberrimæ*. Nestorianus scriptor titulum *Deiparæ* ex professo impugnat in libro Margaritarum Part. 3. cap. 6.

3 *Compositiones Ecclesiasticas*. Hinc emendandus titulus ille ab Ecchellensi Libro præfixus, *Catalogus Librorum Chaldæorum tàm Ecclesiasticorum, quàm profanorum*. Nam Sobensis ipse *compositiones Ecclesiasticas* tantùm se recensere affirmat.

4 *Scriptorum*. Singulariter habet Ecchellensis sic: *Nomen Scriptoris proponam, & quæ conscripsit, & quo modo*. Sed hæc versio textui Syriaco, quem idem Ecchellensis edidit, nequaquam respondet, ibi enim sic legitur.

هُمِ مَحْمَحُنُا هُبُحُنُ رُبا هُوُلِكُمِ رُحُمَحُه مَحُلِمُنُا رُبا .

Nomen Scriptoris proponam, & quæ conscripserunt, & quo modo. Duo puncta nomini مَحْمَحُنُا *Scriptoris* apposita, quibus hoc è singulari in plurale mutatur, Ecchellensis minimè observavit.

5 *A Moyse initium duco*. Ordo Librorum Veteris Testamenti, qui à Sobensi traditur, alius est in manuscriptis Codicibus, & alius apud Syros Scripturæ Interpretes. Nam Gregorius Barhebræus in Horreo Mysteriorum post Pentateuchùm in sacris Libris exponendis hunc ordinem servat: *Josue, Judicum, Samuelis* 1. & 2., *Psalmi, Regum* 1. & 2., *Proverbia, Ecclesiasticus, Ecclesiastes, Cantica, Sapientia, Ruth, Susannæ historia, Job, Isaias, Duodecim prophetæ minores, Jeremias cum Threnis, Ezechiel, & Daniel cum historia Beli & Draconis*. Omittit autem libros *Paralipomenon, Esdræ, Judith, Esther, Tobiæ, Macabæorum, & Epistolam Baruch*. Vide Tom 2. Bibl. Orient. pag. 282. Jacobus Edessenus post Pentateuchum librosque Josue & Judicum, hosce enumerat: *Job, Samuelis* 1. & 2., *Davidis, hoc est Psalmos: Regum* 1. & 2., *Isaiæ, XII. Prophetarum minorum: Jeremiæ: Threnos: Baruch: Ezechielis:*

Da-

CAPUT I.

Testamentum Vetus, & quædam Hebræorum scripta.

1 Lex [1] quinque Libri,
Genesis, Liber Exodi,
2 Liber [2] Sacerdotum, Numeri,
Et Liber Deuteronomii.

Dein Liber Josue filii Nun,
Post hunc Liber Judicum,
3 Et Samuel 3, & Liber 4 Regum,
4 Et Liber 5 Dabarjamin, & Ruth.
5

Et Psalmi David Regis:
6 Et Proverbia Salomonis, & [6] Cohelet:
7 Et Sirat [7] Sirin, & [8] Bar-Sira:
8
9 Et Sapientia [9] magna, & Job.

Isaias

Danielis: Proverbia: Sapientiam: Cantica: Ruth: Esther: Judith: Ecclesiasticum: ut in Onomastico cit. tom. 2. pag. 499. In Codice manuscripto Syriaco Vaticano num. VI. & VII. *Pentateuchus* tomo priori descriptus est: tomo verò posteriori *Josue*, *Judicum*, *Samuelis* 1. & 2., *Regum* 1. & 2, *Proverbia*, *Ecclesiasticus*, *Ecclesiastes*, *Ruth*, *Canticum Canticorum*, *Job*, & *historia Susannæ*. Et Codice Syriaco XXIII. Prophetæ majores minoresque hoc ordine: *Isaias*, *Hosee*, *Joël*, *Amos*, *Abdias*, *Jonas*, *Michæas*, *Nahum*, *Habacuch*, *Sophonias*, *Aggæus*, *Zacharias*, *Malachias*, *Hieremias*, *Threni*, *Ezechiel*, & *Daniel*. Mitto Apostolicum & Laodicenum Canones, qui à Barhebræo, & Benassalio citantur.

1 *Lex quinque Libri*. ܢܡܘܣܐ *Vraitha* Syris, תורה *Torah* Hebræis, *Pentateuchus* Græcis, hoc est, quinque libri Moysis. Ecchellensis rationem metri in textu Syriaco non observans, copulativam particulam o *Vau* in sequentibus versibus expunxit. Indicem præterea Librorum Veteris Testamenti secùs atque in Catalogo Sobensis habetur, alioque prorsùs ordine publicavit, ut legenti paginam ejus editionis quintam, eamque cum nostra versione conferenti appareat.

2 *Liber Sacerdotum*. Id est, Leviticus.

3 *Samuel*. Hoc est, Liber I. & II. Regum, quos Syri unico libro sub Samuelis nomine comprehendunt.

4 *Liber Regum*. Nimirùm Tertius, & Quartus.

5 *Liber Dabarjamin*. Ita primum & secundum Librum Paralipomenon vocant ex corrupta Hebraica voce דברי הימים *Dibre-Hajamim*, quæ *verba dierum* significat. Arabes adhuc corruptius dicunt سفر بريامين *Sepher Barjamin*. Græco titulo inhærentes Syri alicubi librum illum appellant ܦܫܝܛܘܢ ܕܡܠܝ, hoc est, *Librum Paralipomenon*.

6 *Cohelet*. Id est, *Ecclesiastes*. Vox Hebraica, quæ *Congregantem* significat.

7 *Sirat Sirin*, ex Hebraico שיר השירים, idest, Canticum Canticorum. Aliàs Syris ܫܝܪܬ ܫܝܪܐ, vel ܫܝܪܐ ܫܝܪܝܢ, eodem sensu.

8 *Bar-Sira*, hoc est, *filius Siræ*. Communiùs dicitur Syris ܒܪ ܣܝܪܐ *Bar-Asira*: Jesus scilicet, seù Josue, filius Sirach, auctor libri *Ecclesiastici*, de quo consule Fabricium lib. 3. Biblioth. Græc. cap. 19. pag. 727.

9 *Sapientia magna*. Quinque Salomonis libros

Iſaias, Hoſee, Joël,
Amos, Abdias, Jonas,
Michæas, Nahum, Habacuc,
Sophonias, Aggæus, Zacharias,

Malachias, & Hieremias,
Ezechiel, & Daniel:
1 Judith, Eſther, Suſanna [1],
2 Eſdras [2], & Daniel minor.

3 Epiſtola 3 Baruch: & liber
4 Traditionis Seniorum.

Jo-

libros ex Canone Apoſtolico Benaſſalius in ſuo Nomocanone cap. 2. ſic enumerat.

حكمة سليمان خمس كتب . الامثال . قوهلت . صح التصابيح . الحكمة . حكمة باغور .

Sapientia Salomonis quinque libri. Proverbia, Cohelet ſeu Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia, & Sapientia Bagur. Mox ſubjungit.

الرابع والخامس غير معدودين فى هذا الكتب عند العبرانيين وبعض النصارى .

Horum quartus & quintus nequaquam inter iſtos libros (hoc eſt, Canonicos) *recenſentur apud Hebræos, & apud quoſdam Chriſtianos.* Barhebræus in Nomocanone cap. 7. ſect. 9. quum eundem Apoſtolicum Canonem retuliſſet, hanc animadverſionem ſubjicit.

Salomonis quatuor dumtaxat libros novimus: Proverbiorum ſcilicet, Eccleſiaſtæ, Cantici Canticorum, & Sapientiæ magnæ. Quintus fortaſsè is eſt, qui arcanæ Salomonis Parabolæ inſcribitur. Nimirùm Proverbia apud Syros & Ægyptios in duos olim libros diviſa erant, quæ in unum poſteà coaluere. Priori titulus *Proverbia*, ejuſque initium à cap. 1. vulgatæ editionis, *Parabolæ Salomonis* &c. Poſterior continet duo poſtrema ejuſdem libri capita, quorum primum incipit, *Verba Congregantis filii Vomentis*: ubi Textus Hebraicus habet, *Verba Agur filii Jache*, ex quo Benaſſalius *Sapientiam Bagur* dixit. In eodem Nomocanone refert Barhebræus ſententiam Athanaſii *de libris Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Eſther, Judith, Tobiæ, Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Paſtoris*, quos è Canonicorum numero expungit: quæ etiam fuit quorundam antiquorum opinio. Verùm ſi duos poſtremos libros excipias, aliter de cæteris ſentiunt Ægyptii, ut Benaſſalius in Nomocanone cap. cit. & Abulbarcatus in Lampade Tenebrarum cap. 6. qui eos veluti canonicos recipiunt, atque ut tales in Eccleſia Syrorum leguntur.

1 *Suſanna: Daniel minor.* Ea nimirùm Danielis pars, quæ continet *hiſtoriam Suſannæ, orationem Azariæ cum Cantico trium puerorum, Bel idoli, & Draconis*: in quam commentaria ſcripſiſſe S. Hippolytum teſtatur idem Sobenſis infrà. Suſannæ autem duplex verſio apud Syros exſtat: antiquior altera, quam hîc reſpicit Sobenſis: altera recentior à Thoma Heracleenſi elaborata. Utraque prodiit in Polyglottis Londinenſibus tom. 4. Jacobus Edeſſenus hiſtoriam Suſannæ commentatus eſt, ut notavi tom. 1. Bibl. Orient. pag. 490.

2 *Eſdras.* Tres Eſdræ libri apud Syros leguntur, quorum primus & tertius nomini ejus inſcripti ſunt, ſecundus Nehemiæ dicitur. At duo priores ex Hebraico fonte translati ſunt: tertius ex verſione Græca. Prodiere tom. 1. & 4. Polyglott. Londinen.

3 *Epiſtola Baruch.* Unam agnoſcit Sobenſis cum Græcis Latiniſque. Duæ ſermone Syriaco in Polyglott. Londin. tom. 4. publicatæ ſunt, quarum poſterior cum verſione Græca concordat. De priore hæc Fabricius tom. 2. Biblioth. Græc. pag. 741. *Exſtat in Polyglottis ſub Baruchi nomine quædam Epiſtola à libro, de quo jam dixi, diverſa, eique ab Anglis præmiſſa: verùm exſtat non Græcè, ſed Syriacè, & illuſtri Huetio judice, ita de futuro judicio, & futuræ vitæ pœnis ac cruciatibus diſſerit, ut Chriſtiani eſſe hominis fœtus videatur, alicujus fortè ex his monachis, qui Syriæ deſerta primis Eccleſiæ temporibus incoluerunt. Poſſit & Epiphanius videri perſpectam habuiſſe hanc Epiſtolam, quoniam* Epiſtolas Baruchi, *non* Epiſtolam *commemorat.* Sed potiùs Jeremiæ tributas literas ſimul intellexit.

4 *Liber Traditionis Seniorum.* Sobenſis inter ſacros Teſtamenti veteris libros nonnullas

1 Joſephi 1 autem Scribæ exſtant
2 Proverbia 2, & Hiſtoria filiorum
3 Samonæ.
4 Liber etiam 4 Macabæorum,
Et Hiſtoria Herodis Regis,
Et liber poſtremæ 5 deſolationis
5 Hieroſolymæ per Titum.

6 Et liber 6 Aſiathæ uxoris
Joſephi juſti filii Jacob.

ܘܝܘܣܦܝܦ ܣܦܪܐ ܐܬܝ
ܡܬܠܐ ܘܣܦܪ ܚܢܢ ܫܡܘܢ .
ܘܣܦܪ ܐܝܣܛܪ ܘܡܪܕܟܝ :
ܘܣܦܪ ܫܒܝ ܘܚܪܒܐ ܕܝܪܘܫܠܡ :
ܘܣܦܪ ܐܣܬ ܐܢܬܬ ܝܘܣܦ
ܒܪ ܝܥܩܘܒ ܙܕܝܩ .
ܘܣܦܪ ܐܣܝܬ ܐܢܬܬ ܝܘܣܦ
ܫܡܗ ܕܐܠܗܐ .

Et

nullas etiam Hebræorum compoſitiones recenſens, ut *Traditionem Seniorum*, & *opus Joſephi*, quæ hic commemorantur, non eandem utriſque auctoritatem tribuere cenſendus eſt, ſed Hebræorum dumtaxat opera recenſere velle, ſive ea Canonica ſint, ſive non. Ut enim novi Teſtamenti libris ſcriptores Chriſtianos ſubjungit, ſic veteri Teſtamento Hebræos. Nulla ergo res Ecchellenſem movere debebat, ut poſt ſacrorum Librorum ſynopſim hæc verba adjiceret, quæ in Textu Sobenſis deſiderantur:

ܣܦܪ ܐܝܬ ܒܗ ܟܬܒ ܐܝܣܛܪ ܕܡܫܢܝܬ ܘܣܦܪ ܐܝܣܛܪ ܕܡܓܠܬ ܐܣܬܝܪ ܘܣܦܪ ܐܝܣܛܪ ܕܝܘܣܦܘܣ ܕܡܢ :

Ex libris autem antiquorum Hebræorum eſt liber Traditionum Seniorum &c. Nomine autem Traditionis Seniorum Liber משנה *Miſcnah*, hoc eſt *Repetitio* deſignatur, eſtque potiſſima pars Talmud, ſeu doctrinæ Rabbinorum: quem librum Babylonii Judæi in Syriacam linguam pro captu populi tranſtulere.

1 *Joſephi Scribæ*. De Flavio Joſepho Matthatiæ ſeù Matthiæ filio Antiquitatum Judaicarum Auctore hìc loquitur Sobenſis, etſi eum modò cum Æſopo Phryge, modò cum Joſepho Gorionide per errorem confundat, ut ex ſequentibus palàm fit.

2 *Proverbia*. Fabulas Æſopicas intelligit, quas Orientales recentiores Syri Arabeſque Joſepho Hebræo perperàm adſcribunt: utrumque enim vocant ܝܘܣܦܝܦ *Joſipum*, hoc eſt, Joſephum.

3 *Hiſtoria filiorum Samonæ*. Malè Ecchellenſis ܒܢܝ ܥܡܘܢ *filiorum Ammonis*. Samonam autem vocant Syri matrem Macabæorum martyrum, quæ in Menologio Græcorum 1. Auguſti *Salomone* dicitur, Genebrardo *Salome*, Joſepho Gorjonidi *Anna*, ut notat Fabricius tom. 3. Biblioth. Græcæ pag. 240. ubi prolatis Euſebii, Philoſtorgii, Nazianzeni, Hieronymi aliorumque teſtimoniis, Flavio Joſepho Antiquitatum Judaicarum ſcriptori illud opus adjudicat, quod *Sermo de imperio rationis in laudem ſeptem Macabæorum* inſcribitur, quodque hìc à Sobenſi indicatur.

4 *Liber Macabæorum*. Tres Macabæorum libros Syri Ægyptiique in Canone Scripturæ ſacræ admittunt, ut ex Barhebræi & Beneſſalii Nomocanone apparet. Prodierunt Syriacè in Polyglott. Londin. tom. 4. Quum autem Sobenſis Joſephum dicat libri Macabæorum auctorem, non de tribus iis canonicis libris loquitur, ut exiſtimavit Ecchellenſis, qui hæc Catalogi verba ex hoc loco in præcedentem paginam ad calcem Librorum Veteris Teſtamenti tranſtulit; ſed de opere, quod ſub nomine *Joſephi Gorionidis* Hebraicè, Latinè, Arabicè, Gallicè, & Germanicè publicatum fuit, de quo Fabricius tom. 3. Biblioth. Græcæ pag. 249. Joſephus autem Gorionides ſeù Gorionis filius, is eſt, quem Arabes corrupto vocabulo ابن كربون *Ebn-Carbun* appellant. Ergo ne *Macabæorum libros* Sobenſis pro Canonicis non habuit, quum eorum nullibi meminerit? Minimè nequaquam: ſed eos vel hoc commate ܘܣܦܪ ܐܝܬ ܒܗ ܟܬܒ ܐܝܣܛܪ *Liber etiam Macabæorum* incluſos voluit: vel metri neceſſitate adactus, aut memoriæ lapſu omiſit: vel, quod vero propius exiſtimo, ideò non recenſuit, quia in antiqua vulgataque Syrorum verſione non exſtabant: quod & de Apocalypſi Joannis factum infrà obſervabo: aut certè in Syrorum Neſtorianorum Eccleſiis in Liturgia & in Officiis divinis minimè legebantur, ut ex Eccleſiaſticis eorum libris, quæ in Biblioth. Vaticana exſtant, apparet. Contrà Syri alii tùm orthodoxi, tùm Jacobitæ libros Macabæorum non modò ut canonicos recipiunt, ſed etiam in Eccleſia legunt: idque ante Ephræmi tempora, ut liquet ex ejuſdem Sancti Doctoris Teſtamento, cujus verba tom. 1. Bibl. Orient. pag. 144. protuli.

5 *Liber Deſolationis Hieroſolymæ*. Librum ſingulariter vocat, etſi Joſephus *de bello Judaico & everſa Hieroſolyma ſeptem libros* edidit. Ex hoc loco, & ex iis, quæ ſuprà *de hiſtoria filiorum Samonæ* dicta ſunt, conſtat Sobenſem de Flavio Joſepho loqui.

6 *Liber Aſiathæ*. Ecchellenſis intra paren-

1 Et liber [1] Tobiæ & Tobith Juſtorum Iſraëlitarum.

CAPUT II.

Teſtamentum Novum.

Nunc abſoluto Veteri,
2 Aggrediamur jam [2] Novum *Teſtamentum*:
Cujus caput eſt [3] Matthæus, qui
3 Hebraicè
In Palæſtina ſcripſit.

Poſt

renthesim nomen *Aſnæ* reponit. *Aſeneth* in Scriptura legitur Geneſ. 41. v. 50. Hujus libri, quem Sobenſis Joſepho tribuit, nemo veterum meminit: nec quale fuerit opus, divinare poſſumus, quum nulla id Bibliotheca, quod ſciam, repræſentet. Suſpicor, hiſtoriam eſſe originis geſtorumque Aſenethæ uxoris Joſephi filii Jacob Patriarchæ, ex fabuloſis Judæorum narratiunculis conſarcinatam, Flavioque Joſepho, aut certè Gorionidi tributam.

1 *Liber Tobiæ & Tobith*. Utrumque, tàm patrem ſcilicet, quàm filium, *Tobiam* Latinus interpres appellat: Syri cum Græcis patrem quidem *Tobiam*, filium verò *Tobith* dicunt. Inter Canonicos libros habetur ab Ægyptiis Syriſque, ut ex Nomocanone Benaſſalii & Barhebræi liquet, à quibus poſtremus ſub Apoſtolorum nomine Canon de eo refertur, etſi Barhebræus de eodem dubitare videtur ex fide Athanaſii, qui eum è Canone Scripturæ ſacræ unàcum aliis libris expungit. Prodiit Syriacè in Polyglott. Londinen. tom. 4. Sobenſis Joſephum exiſtimavit ejuſdem libri auctorem, ut ex citatis Catalogi verbis colligitur, quæ idcircò Abraham Ecchellenſis ex hoc loco translata, poſt Prophetas minores Eſdramque poſuit pag. 5.

2 *Novum Teſtamentum*. In recenſendis Novi Teſtamenti Libris vulgatum apud Syros ordinem ſequitur Sobenſis, quo Evangeliis ſubjunguntur Actus Apoſtolorum, deinde Epiſtolæ Catholicæ Jacobi, Petri, & Joannis, mox Epiſtolæ Pauli. Hunc ordinem & Codices antiqui manuſcripti repræſentant, quo etiam Barhebræus novum Teſtamentum commentariis illuſtravit in ſuo Horreo myſteriorum, ut notavi Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 282. Jacobus verò Edeſſenus in libro, cui titulus

Onomaſticon, cit. tom. 2. pag. 499. primo loco Actus Apoſtolorum ponit, deinde Epiſtolas Catholicas Jacobi, Petri, & Joannis: poſtea Epiſtolas Pauli, poſtremò quatuor Evangelia.

Apocalypſim Joannis nec Sobenſis recenſuit, nec Barhebræus aut Jacobus Edeſſenus expoſuere, duabus de cauſis: vel quia ab ipſis inter libros Canonicos minimè admiſſa fuit: vel, quod vero ſimilius cenſeo, quia ea in Syriaca ſimplici quam vocant Scripturæ Verſione haud exſtabat: etſi enim aliæ ſacrorum Codicum Syriacæ Verſiones præter Simplicem apud Jacobitas Neſtorianoſque laudantur, ut puta Heracleenſis, & Verſio Marabæ, de qua infrà; quum tamen Scripturam nominant aut citant, Simplicem tantùm Verſionem intelligunt. Cæterùm Apocalypſim tamquam Canonicum librum à S. Ephræmo agnitam fuiſſe liquet ex ejus carmine in illud Pſalmi, *Pone Domine cuſtodiam ori meo*, de quo dixi tom. 1. pag. 141.

2 *Matthæus Hebraicè, Marcus Romanè, Lucas & Joannes Græcè*. Hæc eſt communis Syrotum ſententia de ſermone, quo primùm Evangelia conſcripta dicuntur: Matthæi ſcilicet Hebraicè in Palæſtina; Marci Romanè, hoc eſt, Latinè Romæ; Lucæ Græcè Alexandriæ, & Joannis item Græcè Epheſi. In eandem ſententiam adnotatum legitur ad calcem omnium quotquot vidi Syriaco ſermone exaratorum tùm recentium, tùm antiquorum Evangeliorum: nec diſſentiunt Barſalibæus & Barhebræus in Præfatione ad Evangelia. Quod autem Hebraica lingua, qua Matthæus ſcripſiſſe dicitur, non ſit illa, quæ revera Hebræorum propria eſt, ſed Chaldaica, ſeù Syriaca, quæ Judæis poſt captivitatem Babylonicam, Chriſti Apoſtolorumque temporibus, vernacula erat, docet idem Barſalibæus Præfat. in Matthæum, ubi quum dixiſſet hunc Evangeliſtam Hebraicè ſcripſiſſe, ſubjungit.

Syriacè conſcriptum eſt Evangelium, ſed Evangeliſta Hebræus erat: & infertur ex Evangelio

Poſt hunc Marcus, qui Romanè
Loquutus eſt in celeberrima Roma:
Et Lucas, qui Alexandriæ
Græcè dixit ſcripſitque:

Et Joannes, qui Epheſi
Græco ſermone exaravit Evangelium.
Actus quoque Apoſtolorum,
Quos Lucas Theophilo inſcripſit.

1 Tres etiam 1 Epiſtolæ, quæ inſcribuntur
Apoſtolis in omni Codice & lingua,

. ܗܘ ܕܡܪܩܘܣ ܕܒܪܘܡܝ ܐܡܪ ܘܟܬܒ ܒܡܕܝܢܬܐ ܪܒܬܐ ܕܪܘܡܝ :
ܘܠܘܩܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܡܪ ܘܟܬܒ ܒܝܘܢܝܐ
ܘܝܘܚܢܢ ܕܐܦܣܘܣ ܐܡܪ ܘܟܬܒ ܒܣܦܪܐ ܕܝܘܢܝܐ .
ܣܦܪ ܡܥܒܕܬܐ ܕܫܠܝܚܐ ܘܟܬܒ ܠܬܐܘܦܝܠܘܣ .
ܐܝܓܪܬܐ ܬܠܬ ܕܫܠܝܚܐ ܘܟܬܒ
ܒܟܠ ܟܢܝܫܐ ܘܒܟܠ ܠܫܢܐ .

lio Joannis cap. 19. ubi legitur: *ſedit pro tribunali, loco, qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbata.* Et paulò inferius: *qui dicitur Calvariæ locus, Hebraicè autem Golgotha.* Hæc enim nomina quum non Hebraica ſint, ſed Syriaca, ut patet; nihilominus hebraica dicuntur, quia Syriaca lingua poſt reditum è captivitate Babylonica ita facta fuerat Hebræorum propria, ut Hebraica diceretur: quemadmodum Joannes Druſius notat in Commentar. ad voces Hebraicas novi Teſtamenti cap. 1. ubi, *inſcriptionem feci,* inquit, *huic libro à vocibus Hebraicis; quod latè intelligendum eſt. Nam pleræque voces merè Syriacæ ſunt. Tu, me magiſtro, diſce, Hebræam linguam vocari etiam Syriacam, hoc eſt, quæ ætate Chriſti & Apoſtolorum in Judæa vernacula erat; clarè doceo ex interpretamentis duarum vocum GABBATA, & GOLGOTHA Jo. 19. Eccè ait HEBRAICE, quum ſint voces linguæ Syræ.* Hebraica etiam appellabatur, quia Hebraicis utplurimùm literis ſcribebatur, ut obſervat Bellarminus: quod & S. Hieronymus innuit, quum de libris Danielis & Eſdræ ſcripſit: *Sciendum quippe eſt, Danielem maximè & Eſdram Hebraicis quidem literis, ſed Chaldaico ſermone conſcriptos, & unam Hieremiæ pericopen.* Atque hac ratione Hebraicè ſcriptum eſſe vult Barſalibæus Evangelium Matthæi, hoc eſt, Syriaco ſeù Hieroſolymitano ſermone, qui Hebræis vernaculus erat, ut liquet ex iis vocibus, quæ uti à Chriſto Apoſtoliſque prolata ſunt, adhùc in Teſtamento novo leguntur, *Epphetah* nimirùm, quod eſt adaperire, *Talitha Cumi* puella ſurge, *Eloi Eloi lammaſabactani*, Deus meus, Deus meus, quare dereliquiſti me, *Maran atha* Dominus noſter advenit, *Hacel dama* ager ſanguinis. Vel lingua quidem Syriaca, characteribus autem Hebraicis: quemadmodum R. Saadias, teſte Waltono in Prolegomenis, Arabicum Pentateuchum literis Hebraicis conſcripſit circa annum Chriſti 900., & Elias Huterus quatuor Syriaca Evangelia ob defectum typorum Syriacorum Hebraicis characteribus edidit Norimbergæ anno 1599. utque demùm Arabicum idioma literis Syriacis à Chriſtianis Orientalibus in præſentem uſque diem conſcribi ſolet. Vide Naironum Præfat. in Novum Teſtamentum Syriacum & Arabicum impreſſum Romæ typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide anno 1703. cujus tamen ſententia quoad tres alios Evangeliſtas, quos Syriacè ſcripſiſſe contendit, utpotè Syris ipſis, Latinis Græciſque omnibus contraria, meritò videtur rejicienda. An verò Syriaca Matthæi Verſio, quæ hodie manibus Syrorum teritur, ſit ipſius Evangeliſtæ autographum, nec ne: item an vera ſit Syrorum opinio de Evangelio Marci, quod Latinè à S. Evangeliſta conſcriptum affirmant; alterius erit loci expendere. Interim conſulendus Fabricius tom. 3. Biblioth. Græcæ à pag. 126.

1 *Tres Epiſtolæ.* Jacobi ſcilicet, Petri, & Joannis. Ita habet Sobenſis in manuſcripto noſtro Codice. At Ecchellenſis in Catalogo impreſſo p. 8. & 9. hunc locum ſic edidit.



Epiſtolæ conſignatæ ab Apoſtolis omni charactere & lingua: nempe Jacobo, Petro, Joanne, & Juda: & ideò Catholicæ vocantur. Ubi nomen *Judæ*, ut mihi videtur, de ſuo adjiciens, vocem illam *Tres Epiſtolæ*, in hanc  *Epiſtolæ* commutavit, contra metri Syriaci rationem, & contra ipſius Sobenſis mentem, qui ex communi Syrorum ſententia tres tantùm Canonicas epiſtolas recenſet, quarum ſcilicet de auctoritate Syri nunquam dubitarunt, quæque ab initio inter Canonicos libros in Syriaca Verſione Simplici collocatæ ſunt. *Sanè* (ut verbis utar Fabritii tom. 3. Biblioth. Græcæ pag. 145.) *in antiquis Codicibus & pri-*

Jacobo ſcilicet, & Petro, & Joanni:
Et Catholicæ nuncupantur.
Apoſtoli autem 1 Pauli magni
Epiſtolæ quatuordecim.

وبحصف وفهنهه وبمسلم
مفهكحفهه هكهموم .
موهكسا فهكحهه وحا
ووحكحهوا لحمالا .

Epi-

لحنالا

primis editionibus Verſionis Syriacæ novi Teſtamenti Epiſtola ſecunda & tertia Joannis, & poſterior Petri, & Judæ illa etiamnum deſideratur. Dionyſius Barſalibæus apud Pocockium Præfat. ad Epiſtolas Judæ, 2. Petri, 2. & 3. Joannis monet, *Epiſtolas haſce non fuiſſe verſas in linguam Syram cum libris, qui diebus antiquis redditi ſunt, ideoque non inveniri, niſi in Translatione Thomæ Epiſcopi Heracleenſis*. Hinc apud Jacobum Edeſſenum in Onomaſtico tres tantùm Catholicæ, non ſecùs atque hic in Catalogo Sobenſis, numerantur: nimirùm *Jacobi, Petri, & Joannis*, ut recenſui tom 2. Biblioth. Orient. pag.499. Cur autem Epiſtola Jacobi primum locum occupet, Petri ſecundum, & Joannis tertium, exponit Beda in Prologo ad ſeptem Epiſtolas Canonicas, quem ex ms. Codice Biblioth. Cantabrigienſis publicavit Gulielmus Caveus tom. 1. hiſtor. liter. pag. 335. eo conſilio, ut vel ipſe primatum S. Petri verbis Bedæ deſtrui poſſe exiſtimaret: vel certè eos qui Bedæ opera abſque eo Prologo ediderunt, doli fraudiſque argueret, perinde ac ſi datâ operâ eum Prologum ſuppreſſiſſent: ſic enim ſcribit loc. cit. *Cur lucem* Prologus ille *non viderit, dicant alii, quin & ipſe prudens & æquus lector facilè divinabit*. Verùm quidquid ſit de ejuſdem ſynceritate, nullam video talis tantæque ſuſpicionis cauſam. Verba Bedæ hæc ſunt. *In quibus* (ideſt, in Epiſtolis Canonicis) *ideo prima Epiſtola Jacobi ponitur, quia ipſe Jeroſolymorum regendam ſuſcepit Eccleſiam. In Catalogo enim Apoſtolorum priores ſolent nominari Petrus & Joannes. Verùm fons & origo Evangelicæ prædicationis incipiens ab Hieroſolyma, per Orbem diffuſa eſt univerſum, cujus Cathedræ dignitatem etiam Paulus Apoſtolus in eo nominando venerans ait, Jacobus, Cephas, & Joannes, qui videbantur columnæ Eccleſiæ*. Pergit duas alias rationes referre, cur Jacobi epiſtola primo loco ponitur: nimirùm *vel quia ipſe duodecim tribubus Iſraëlis, quæ primæ crediderunt, ſuam epiſtolam miſit: vel quia primum Jacobi ſcripta eſt epiſtola, deinde cæterorum Apoſtolorum*. Ex quibus verbis quid, rogo, inferri poteſt ad extollendum ſuprà Petrum Jacobum? Eſto enim, ab Hieroſolyma incepit fons & origo prædicationis Evangelicæ, & Paulus Cathedræ ejus dignitatem venerans, Jacobum nominavit ante Cepham & Joannem. At Petrus præerat fidelibus Hieroſolymæ commorantibus, quum primùm cœpta fuit Evangelica prædicatio, non Jacobus: neque enim hic regendam eam Eccleſiam ſuſcepit, niſi poſtquam Petrus eandem reliquit, & ad Antiochenam urbem ſe contulit. Ut verò poſtmodum ea Cathedra habuerit, habeatque ad hanc diem venerationem, Chriſti myſteriorumque ibidem patratorum cauſa id factum: addo & propter Petrum Apoſtolorum principem, qui poſt aſcenſionem Domini ea in urbe aliquandiu ſederat: ut enim Antiochiam, ita & Hieroſolymam Sede ſua decoravit. Syri longè plus, quàm Bedas Jacobum & Hieroſolymitanam Eccleſiam extollunt; hanc quidem *matrem omnium Eccleſiarum* appellantes, Jacobum verò *principem Epiſcoporum*, ut videre eſt in eorum Liturgia edita per Renaudotium to.2. Liturg. Orient. pag. 34. & 37. & tamen Jacobum Petro, & Hieroſolymitanam Eccleſiam Antiochenæ inferiorem agnoſcunt, ut de Romana ſileam, quam ex recepto apud ipſos Canone primam omnium Eccleſiarum fatentur. Vide eundem Renaudotium tom. eit. pag. 95. qui ex cap. 7. Nomocanonis Gregorii Abulpharagii ſeù Barhebræi hunc Canonem profert: *Quatuor erunt Patriarchæ, juxta numerum quatuor partium mundi. Princeps verò ſummus omnium eſt Patriarcha Romanus: poſt eum Alexandrinus: tùm Conſtantinopolitanus, quia ab Epheſo ad urbem Conſtantinopolitanam Patriarchatus translatus eſt, quæ etiam nova Roma vocata eſt: Poſt eum ſequitur Patriarcha Antiochenus, qui in totum Orientem juriſdictionem obtinet. Quum verò Hieroſolymitanus Epiſcopatus conſtitutus ſub auctoritate Metropoleos Cæſareæ Philippi* (imò Stratonis) *dudum foret, honor quinti Patriarchatus illi defertur, ſed ſalva auctoritate Metropolitæ Cæſareæ & Antiocheni Patriarchæ.*

1 *Pauli Epiſtolæ quatuordecim*. Ubinam ſcriptæ, & per quos miſſæ, ad calcem manuſcriptorum Codicum diligenter adnotatum eſt tàm in Verſione Syriaca, quàm in Græcis exemplaribus, unde quæ hic à Sobenſi affirmantur, deſcripta ſunt. Vide Fabricium tom. 3. Bibl. Græcæ à pag. 153. Fallitur autem Sobenſis, quum *Epiſtolam ſecundam ad Theſſalonicenſes*, & *primam ad Timotheum ex Laodicea Piſidiæ* ſcriptas dicit. Non *Piſidiæ*, ſed *Phrygiæ* Laodiceam dicere debuit.

Ecchellenſis pag. 11. & 13. pro Tychico *Tuchicum*, pro Epaphrodito *Apophroditum*, & pro Oneſimo *Anſimum* vertit: & pag. 15. poſt epiſtolam Pauli ad Hebræos, hæc verba de Apocalypſi Joannis addit, quæ in Textu Sobenſis deſiderantur:



Revelatio Joannis Græcè ſcripta eſt in inſula Patmi. Præter argumenta quæ ſuprà adduxi, vel ipſa metri heptaſyllabi ratio, quæ hìc nulla eſt, hanc appendiculam è genuino Sobenſis Catalogo excludit.

Epiſtola ad Romanos,
Quæ ex Corintho ſcripta eſt.

Epiſtola ad Corinthios
Prima ex Epheſo
Scripta & miſſa
Per manus Timothei.

Ad Corinthios verò ſecunda
Scripta Philippis
In Macedonia magna,
Et miſſa per manus Titi.

Epiſtolam autem ad Galatas
Ex urbe Roma ſcripſit Paulus,
Eamque miſit per manus Titi
Vaſis electi ac probati.

Epiſtola ad Epheſios
Romæ conſcripta eſt,
Et per manus Tychici
Ab ipſo Paulo tranſmiſſa.

Ad Philippenſes etiam epiſtola
Romæ ſcripta fuit,
Et per Epaphroditum
Fratrem dilectum miſſa.

Epiſtola quoque ad Coloſſenſes
Romæ ſcripta eſt,
Et per diſcipulum veritatis
Tychicum tranſmiſſa.

Epiſtola verò ad Theſſalonicenſes
Prima ex urbe Athenis
Scripta fuit, miſſaque
Per manus Timothei.

Ad Theſſalonicenſes autem
Secunda ſcripta fuit
Laodiceæ Piſidiæ,

Et missa cum Timotheo,

Epistola ad Timotheum
Prima ex Laodicæa
Pisidiæ urbe scripta est,
Perque Lucam transmissa.

Ad Timotheum verò secunda
Romæ scripta fuit,
Missaque per eundem Lucam
Medicum & Evangelistam.

Epistola ad Titum
Scripta fuit Nicopoli,
Missaque & delata
Per Epaphroditum.

Epistola ad Philemonem scripta fuit
Romæ, transmissaque
Per Onesimum,
Philemonis ipsius servum.

Epistola ad Hebræos
Scripta fuit in Italia,
Perque Timotheum
Filium spiritualem transmissa.

CAPUT III.

Tatiani & Ammonii Diatessaron.

Evangelium, quod compilavit
Vir Alexandrinus
1 Ammonius 1, qui & Tatianus,
Illudque Diatessaron appellavit.

NOTÆ.

1 *Ammonius, qui & Tatianus.* Tatianus Justini Philosophi ac Martyris discipulus unum ex quatuor Evangeliis librum digessit, quem *Diatessaron* inscripsit. Hujus studium æmulatus Ammonius Alexandrinus aliud Monotessaron compilavit. Sobensis Ammonium cum Tatiano confundens, ex duobus unum

CA-

CAPUT IV.

Dionyſius Areopagita.

Libri quoque, quorum Auctores ſunt

ܟܬܒ̈ܐ ܕܥܡ̈ܗܘܢ

1 Diſcipuli 1 Apoſtolorum. ܬܠܡ̈ܝܕ̈ܝ ܫ̈ܠ̈ܝܚ̈ܐ .

2 Liber 2 Dionyſii ܟܬܒ̈ܐ ܕܕ̈ܝ̈ܘ̈ܢ̈ܣ̈ܝ̈ܘ̈ܣ

Philoſophi cœleſtis. ܦ̈ܝ̈ܠ̈ܣ̈ܘ̈ܦ̈ܐ ܥ̈ܠ̈ܝ̈ܐ .

CAPUT V.

Clemens Romanus.

3 Et 3 Clementis unius ex ſeptuaginta. ܘܩ̈ܠ̈ܝ̈ܡ̈ܢ̈ܛ̈ܣ ܚ̈ܕ̈ܐ ܡ̈ܢ ܫ̈ܒ̈ܥ̈ܝ̈ܢ

Et ܘ̈ܐ̈ܠ̈ܕ̈ܐ

unum hominem facit. Syriacum Tatiani Diateſſaron, commentariis illuſtravit Sanctus Ephræmus teſtibus Barſalibæo & Barhebræo, quorum verba retuli tom. 1. Bibl. Orient. pag. 57. & 58. Arabicum ex Ægypto in Bibliothecam Vaticanam nuper illatum fuit, ut tom. cit. pag. 576. notavi. Ammonio id opus tribuunt nonnulli, de quo conſule Gulielmum Caveum in hiſt. liter. tom. 1. p. 53. & Fabricium tom. 5. Bibl. Græcæ p. 83.

1 *Diſcipuli Apoſtolorum*. Dionyſium Areopagitam & Clementem Romanum intelligit Sobenſis, ut ex ſequentibus liquet.

2 *Dionyſii*. Opera Dionyſiana, quæ nonnulli recentiores ad Dionyſium Corinthium, alii ad Apollinarem Laodicenum, aut ad Dionyſium quendam Apollinaris diſcipulum, vel ad Petrum Fullonem referunt, Areopagitæ Athenienſi conſtanter adſcribunt Syri, eaque illuſtrarunt ex antiquis Phocas Edeſſenus, Rabanus, Joſeph Videns, Joannes Darenſis, aliique. Monophyſitæ eorundem meminere in Collatione Conſtantinopolitana an. Chriſti 533. Syriacum exemplar *Tractatus Dionyſiani de divinis nominibus* cum ſcholiis anonymi, exſtat in pervetuſto Codice Nitrienſi tom. 1. Bibl Orient. pag. 569. *Commentarius* verò *Joannis Darenſis in Dionyſii libros de cœleſti & Eccleſiaſtica Hierarchia* in pergameno exaratus, quem Moſes Scetenſis Abbas in Meſopotamia anno Chriſti 932. unàcum aliis biſcentum & quinquaginta libris emerat, quique ad domeſticam Abrahami Ecchellenſis Bibliothecam pertinuerat, nunc in Vaticana habetur. Quod autem idem Ecchellenſis not. in hunc locum Catalogi Ebedjeſu pag. 132. Joannem Darenſem Dionyſii commentatorem ſcribit *quarto ſæculo floruiſſe*, jam à nobis exploſum eſt to. 2. Bibl. Orient. p. 118.

Barhebræus in Nomocanone c. 7. ſect. 9. inter libros, qui apud Syros recepti ſunt, opera S. Dionyſii primo loco recenſet in hæc verba.

ܟܬܒ̈ܐ ܕ̈ܝ̈ܘ̈ܢ̈ܣ̈ܝ̈ܘ̈ܣ ܐ̈ܠ̈ܗ̈ܐ ܕ̈ܝ̈ܠ̈ܗ̈ܘܢ ܚ̈ܕ̈ܐ ܡ̈ܢ ܫ̈ܒ̈ܥ̈ܝ̈ܢ ܘ̈ܐ̈ܠ̈ܕ̈ܐ ܕ̈ܝ̈ܠ̈ܗ̈ܘܢ ܐ̈ܠ̈ܗ

1 Et 1 hiſtoria Petri & Pauli,
Et Joannis, & Apoſtolorum:
8 Et Canones 2 eorumcum Tractatibus.

ܘܬܫܥܝܬܐ ܕܦܛܪܘܣ ܘܦܘܠܘܣ
ܘܕܝܘܚܢܢ ܘܫܠܝܚܐ :
ܘܩܢܘܢܐ ܥܡ ܟܬܒܗ .

CAPUT VI.

Africanus Epiſcopus Emmaus.

3 Beatus 3 Africanus
Epiſcopus Emmaus
Habet Commentaria
In Novum *Teſtamentum*, & Chronicon.

ܐܦܪܝܩܢܘܣ ܩܕܝܫܐ
ܕܥܡܘܣ ܩܪܝܬܐ
ܐܝܟܐ ܕܦܫܩ ܥܠ
ܬܫܒܚܬܐ ܘܥܠ
ܙܒܢܐ .

CA-

quos Syri tamquam genuinum Clementis Romani fœtum agnoſcunt : *Clementis*, inquam, cujus meminit Paulus in ſuis Epiſtolis, quique idcircò *Unus ex ſeptuaginta* dicitur à Sobenſi. Quos enim, præter duodecim Apoſtolos, in Evangeliis, in Actis Apoſtolorum, & in Epiſtolis Pauli nominatos legunt Syri, eos inter ſeptuaginta diſcipulos recenſere ſolent, ut advertit Bellarminus *lib. de Eccleſ. Scriptor.* ubi de Dorotheo Tyrio. Harum Conſtitutionum fit mentio in Canone ultimo, qui Apoſtolis tribuitur. Ejuſdem Clementis nomine *Liturgia Syriaca* exſtat in Codice Nitr. 3. tom. 1. Bibl. Orient. pag. 562. cujus initium, *Deus, qui es mare ineffabile:* quam è Græco (ex octavo nimirùm Conſtitutionum libro) in Syriacum tranſtuliſſe dicitur Thomas Heracleenſis in Catalogo Anaphorarum Syriacarum apud Schultingium num. 5. Prodiit Latinè per Renaudotium tom. 2. Litur. Orient. pag. 186. Abulbarcatus in libro de divinis Officiis cap. 7. *duas Clementis Epiſtolas* apud Coptos receptas eſſe affirmat: nec non *Librum Arcanorum*, de quo infrà ſermo erit, & *Canones*. Quod autem idem Abulbarcatus de citatis epiſtolis addit, eas nimirùm à Patribus Nicænis inter canonicos libros recenſitas fuiſſe, memoriæ lapſus eſt, quum Canonem Apoſtolis inſcriptum indicare vellet, quod & in ſuperiori capite dixerat. *Epiſtola Clementis* adversùs eos, qui matrimonium rejiciunt, citatur à Barſalibæo Commentar. in Evangel. tom. 2. Bibl. Orient. pag. 158.

1 *Hiſtoria Petri, Pauli, Joannis, & Apoſtolorum.* Nimirùm *Recognitionum Libri X.* Clementi adſcripti, de quibus Fabricius to 5. Biblioth. Græcæ pag. 35. *neque aliud, puto, eſt Itinerarium Apoſtolorum, quod ab Iconoclaſtis jactatum rejicitur Concil. VII. Act.* 5. *Plerique* ἀκολουθίαν *Petri, vel Clementis, alii* κηρύγματα, περὶ Σίμωνα τὸν μάγον διαλέξεις, πράξεις, *ſive Acta vocant.*

2 *Canones eorum cum Tractatibus.* Apoſtolicos Canones LXXXI. vel ſecundùm alios LXXXV. intelligit Sobenſis, quorum ipſe epitomen in ſua Canonum Synodalium collectione publicavit. Exſtant Syriacè in Codice 18. ad calcem Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 498. Per *Tractatus* verò *Didaſcaliam* videtur deſignare iiſdem Apoſtolis inſcriptam, quæ Syrorum manibus teritur, à Canonibus, à Conſtitutionibus, & à libris Recognitionum planè diverſa. Hujus meminit Barhebræus in ſuo Nomocanone frequenter. Exſtat autem Syriacè ms. in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide.

Arabico ſermone in Bibliotheca Vaticana Tomo 1. Canonum Eccleſiæ Alexandrinæ habentur ſub Apoſtolorum nomine *Acta, Canoneſque XXX. Canones alii per Clementem LXXXII. Conſtitutiones Apoſtolorum de Sacerdotio & Eccleſia VI. Conſtitutiones Apoſtolorum per Clementem LXXI. Conſtitutiones aliæ Apoſtolorum per Clementem LVI. Didaſcalia, ſeù doctrina Apoſtolorum in capita XXXIX.* (quæ etiam habetur in Cod. Arab. Vat. 38.) *Clementis Canones, ſeù Epiſtola S. Petri ad Clementem. Canones denique Apoſtolorum ex Teſtamento vetere deſumpti.* Tomo verò ſecundo *Conſtitutionum Apoſtolicarum per Clementem libri octo.* Denique ſub Clementis nomine *Libri octo, Arcani* appellati. Vide Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 587. & 619. & Tom. 2. pag. 507. & 508.

3 *Africanus.* Temporibus Antonini Helagabali & Alexandri Severi claruit. Sub *Julii* nomine (nam & hoc prænomen gerebat) citantur ejus Commentaria in Joannem à Moſe Barcepha in libro de Paradiſo, ut obſervavi Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 129. & rectè notavit Fabricius tom. 5. Bibl. Græcæ p. 270. Ex ejuſdem Chronico multa Dionyſius Patriarcha mutuatus eſt, quæ in Euſebiano deſiderantur. Exſtat *Græcus ejuſdem Prologus in hiſtoriam Suſannę unàcum Origenis epiſtola ad ipſum* in pervetuſto Codice Græco ms. ad calcem tomi 2. Bibl. Orient. pag. 513.

CAPUT VIII.

Hippolytus Epiſcopus & Martyr.

1 Sanctus 1 Hippolytus martyr
2 Et Epiſcopus compoſuit 2 librum
De diſpenſatione : & expoſitionem
3 Danielis 3 minoris & Suſannæ.

4 Et 4 capita adversùs Cajum :
5 Et 5 Apologiam pro Apocalypſi
Et Evangelio Joannis
Apoſtoli & Evangeliſtæ.

ܩܕܝܫ ܗܝܦܘܠܛܘܣ ܫܗܝܕ
ܘܦܣܩܘܦܐ ܗܘ ܕܥܒܕ
ܬܫܡܫܬܐ : ܘܦܫܩܬܐ
ܕܕܢܝܐܠ ܙܥܘܪܐ ܘܫܘܫܢܐ :
ܐܪܒܥ ܩܦܐ ܥܠ ܓܝܐ :
ܘܐܦܘܠܘܓܝܐ ܕܝܘܚܢܢ
ܫܠܝܚܐ ܘܐܘܢܓܠܝܣܛܐ .

CA-

NOTÆ.

1 *Hippolytus*, Portus Romani, non ad Oſtia Tyberina, ſed celebris in Arabia hoc nomine Emporii Epiſcopus, ut Stephanus le Moyne conjicit. *Abulidum Romæ Epiſcopum* ابوليدس اسقف رومية vocant recentiores Chriſtiani Arabes. Claruit circa annum Chriſti 220. *Canones Arabicos duodequadraginta* ſub ejus nomine collegit tomoque primo Canonum Eccleſiæ Alexandrinæ inſeruit Macarius Preſbyter ac monachus monaſterii S. Macarii in Codice Arabico ſcripto anno Chriſti 1372. Tom. 1 Bibl. Orient. pag. 619. Laudantur ab Abulbarcato in libro de divinis Officiis cap. 7. ubi Scriptorum Eccleſiaſticorum opera recenſet. *Æthiopicos* memorat Fabricius tom. 5. Bibl. Græcæ pag. 208. ubi & *Græcæ ipſius didaſcaliæ* mentionem facit, quæ eadem eſt, ac *conſtitutio Sanctorum Apoſtolorum per Hippolytum*, de qua Lambecius in Biblioth. Vindobon. lib. 8. pag. 429. Exſtat Syriacè in pervetuſto Codice 18. ad calcem tomi 2. Bibl. Orient. pag. 408. Ejuſdem Hippolyti *homilia de Antichriſto, de ſecundo Chriſti adventu, & de fine mundi* Græcè ms. habetur in Codice Græco 12. ad calcem Tomi 1. Bibl. Orient. pag. 603. & in Cod. 39 p. 597. Item Græcè *Expoſitio in Canticum Canticorum* Tom. 1. ejuſdem Bibl. Orient. pag. 601. & 603. *Vitæ XII. Apoſtolorum, & LXX. Diſcipulorum*, Ibidem. Syriacè fragmenta *de quatuor animalibus in Jeremiam, in Cantica Canticorum, & de quinque illis, quos Matthæus in Chriſti genealogia prætermiſit* To 1. Bibl. Orient. pag. 607.

2 *Librum de diſpenſatione*, ſeù ut vertit Ecchellenſis, *de Regimine*: Hoc eſt, *de œconomia Chriſti in carne*, ſeù *de myſterio Incarnationis*. Laudatur à Fabricio tom. cit. pag. 206. ſub hoc titulo: *De Deo trino & uno, & de myſterio Incarnationis contra hæreſim Noëti.*

3 *Danielis minoris & Suſannæ*, de quibus Fabricius loc. cit. Vide quæ ſuprà notavi pag. 6. Exſtat Græcè bene longum fragmentum in pervetuſto Codice ad calcem tomi 2. Bibl. Orient. pag. 513.

4 *Capita adversùs Cajum. Hæreticum puta, de quo Irenæus I.* 35. inquit Fabricius tom. cit. pag. 210.

5 *Apologiam pro Apocalypſi & Evangelio Joannis*. Conſule eundem Fabricium tom. cit. pag. 209. De Apocalypſi Joannis dubitatum olim fuit, an inter Canonicos libros eſſet; maximè *apud Orientales Eccleſias*, teſte Junilio Africano. Dubitaſſe videtur & Barhebræus in ſuo Nomocanone cap. 7. ſect. 9. ubi hanc Dionyſii Alexandrini ſententiam refert. ܗܟܢܐ ܕܡܪ ܕܝܘܢܝܣܝܘܣ ܐܦܣ
ܠܟ ܒܟܠ ܐ ܘ ܐ ܕܐ ܘ ܐ ܕܐ . ܐ ܘ
ܒܗܠܝ ܕܐܦܠ ܒܟܬܒ ܒܗ ܐ ܕܐ ܐ ܘ ܐ ܕ
ܡܫܝܚ . ܐ ܘ ܒܫܡ ܐ ܕ ܫܠ . ܒܝܢ ܡܫ
ܐ ܕ ܒܫܡ ܐ ܕ ܫ ܐ ܕ ܐ ܘ ܐ ܕ ܐ ;
Apocalypſis, quæ nomine Joannis Apoſtoli prænotatur, non ejus eſt, ſed vel Cerinthi, qui cibum & potum ſimiliter ſuper terram poſt reſurrectionem docet: vel Joannis cujuſpiam alterius: Duo enim ſunt Epheſi monumenta, quæ hoc nomine noſcuntur. Certè Syri tùm Jacobitæ, tùm Neſtoriani lectionem nullam ex Apocalypſi in Eccleſia recitant: & tàm in manuſcriptis Syriacis Teſtamenti novi Codicibus, quàm in eo exemplari, quod Moſe

Mar-

CAPUT VIII.

Damasus Papa.

1 Damasus 1 Episcopus
2 Romæ scripsit 2 de re
3 Fidei, & 3 Canones.

ܕܡܣܘܣ ܩܫܝܫܐ
ܕܟܬܒ ܒܪܘܡܝ ܥܠ ܡܕܡ ܕܗܝ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܘܩܢܘܢܐ ܬܠܬ ܥܣܪ .

CAPUT IX.

Ignatius Antiochenus.

4 Et 4 Ignatius similiter.

ܘܐܝܓܢܛܝܘܣ ܐܦ ܗܘ .

CA-

Mardeno Ignatii Jacobitarum Patriarchæ oratore procurante, à Joanne Alberto Widmanstadio Viennæ anno Christi 1555. typis editum fuit, *Apocalypsis* desideratur. Quod tamen non ideò factum existimo, quia Apocalypsim è Canone sacrorum librorum rejiciant; sed quia hæc in Simplici seù Vulgata apud ipsos editione minimè contineatur, ut suprà indicavi. Vide Fabricium tom. 3. Bibl. Græcæ pag. 147. & seqq. qui pag. 172. *Apocalypses apocryphas* recenset *Sancti Petri: S. Pauli: S. Joannis* à canonica diversam: *Cerinthi: S. Thomæ: S. Stephani;* & aliorum. Exstant autem in Bibliotheca Vaticana Apocalypses *S. Petri sub nomine Clementis* Arabicè Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 585. & 587. *S. Joannis* Cod. Arab. Vat. 41. 123. & 141. *Athanasii Alexandrini* Arabicè eodem To. 1. pag. 587. & Cod. Arab. ms. Vatic. 39. & 127. *S. Pauli* Syriacè cum præfixa eidem Apologia anonymi Tom. 1. pag. 585. & Tom. 2. pag. 488. *Clementis libri octo* à Constitutionibus diversi, qui *Arcani* appellantur, & *Chronicon Patrum*, *Petrique Revelationes* apocryphas continent, Arabicè eodem Tom. 2. pag. 508. de quibus hæc Abulbarcatus lib. de divinis Officiis cap. 7. وكتاب يدعى بكتاب الاسرار يتضمن بداية الخليقة وتكوين العالم وخلق ادم واخباره واخبار ذراريه اولا فاولا الى نوح ثم الى ابراهيم ومن يليه الى ظهور المسيح وصعوده واخبار الرسل والملوك الذين اتوا وبانون ممتانفا وغير ذلك *Liber, qui Arcanorum inscribitur, agit de rerum mundique origine, deque Adami creatione, primæque ejusdem sobolis historiam texit usque ad Noë: & ab hoc ad Abraham: ab hujus verò posteris usque ad nativitatem ascensionemque Christi. Gesta denique Apostolorum & Regum, qui fuerunt olim, eruntque in posterum: & alia hujusmodi.* Huc potiùs, quàm ad libros Recognitionum respexisse videtur Sozomenus lib. 1. cap. 1. quum Clementem inter Historiæ Ecclesiasticæ Scriptores principe loco nominat: nisi cum Fabricio tom. 5. pag. 35. dicere malimus, alium à S. Clemente Romano per Sozomenum designatum fuisse Clementem historicum & Chronographum, Svidæ, Joanni Malalæ, Etymologo, & Anonymo Combefisiano in originibus Constantinopolitanis laudatum, qui de Imperatoribus Romanis scripsit, & sæculo quarto vixisse videtur. Cæterùm ut ad Apocalypsim Joannis revertar, Ægyptii eam constanter admittunt, ut ex Canone Abulbarcati liquet, eandemque doctis Commentariis illustravit Benastalius, quorum exemplar Arabicum exstat in Bibliotheca Collegii Maronitarum de Urbe.

1 *Damasus* obiit exeunte an. Christi 384. Opera ejus genuina & supposititia recenset Caveus tom. 1. hist. liter. pag. 129.

2 *De re fidei*. Videtur hoc Damasi Opus idem esse, ac *Confessio fidei Catholicæ ad Paulinum Episcopum Antiochenum*, de qua Caveus loc. cit.

3 *Canones*. Quatuordecim è Syriaco in Arabicum conversi exstant in Codice 36. ad calcem Tomi 2. Bibl. Orient. pag. 507. quos Sobensis designat: desumpti videntur ex *Epistola Synodica Damasi Papæ ad Episcopos Orientis*, de qua idem Caveus loc. cit. Horum prior est de disciplina Ecclesiastica: reliqui de sancta Trinitate.

4 *Ignatius* Apostolorum discipulus, quem Syri ܢܘܪܝܐ *Nurana*, hoc est, *Igneum* appellant,

CAPUT X.

Symmachus.

1 1 Symmachus, cujus Commentator (*nempe Theodorus*) In expositione Davidis mentionem facit, Habet libros, quorum unus Nuncupatur de distinctione præceptorum.

ܣܘܡܟܘܣ ܘܡܦܫܩܢܐ
ܕܦܣܩܘܬ ܘܡܡܠܠ ܒܗ .
ܒܫܡܗ ܕܟܬܒܐ ܚܕ ܕܡܬܩܪܐ
ܡܕܡܪ ܦܘܫܩ ܦܣܩܢܐ .

CA-

lant, latinum etymon respicientes : unde Arabibus نورانى *Nurani* dicitur ex eadem Syriaca radice, non ex Arabico themate نور, quod *lucem* significat, non *ignem*. Fabricius tom. 5. Bibl. Græcæ pag. 38. *Nuranienſis* cognomentum, quod S. Ignatio ab Orientalibus tribuitur, è *Nura Sardiniæ civitate* perperàm arcessit. Quod autem *Sobensis* scribit, *Ignatium de re fidei & canones edidisse, nihil aliud videtur respicere* (ut verbis utar Fabricii tom. cit. pag. 41.) *quàm ejus epistolas, quas Syriacè secum ex Oriente attulit alter Ignatius Antiochenus Patriarcha junior* (Nehemes scilicet Syrorum Jacobitarum Patriarcha, de quo dixi Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 229.) *qui Romæ Gregorio XIII. Pontifice reformationi Calendarii interfuit, ibique diem obiit*. Idem Ignatius Nehemes auctor est Arabici Catalogi Anaphorarum Syriacarum, quem Cornelius Schultingius in Latinam linguam per Antonium Trancosum conversum tomo tertio de divinis Officiis inseruit : de quo idem Fabricius loco cit. *In Catalogo Liturgiarum Chaldaicarum, sive Syriacarum, quem habuit idem Patriarcha, memoratur Liturgia S. Ignatii Græcè composita Antiochiæ anno vigesimo septimo post Ascensionem Domini, quam Chaldæam fecit S. Jacobus Episcopus Robensis, scilicet Edessenus*. Hæc Fabricius. Exstat ea Liturgia in Codicibus Syriacis Nitrienſibus 3. & 4. & in aliis manuscriptis impressisque : initium, *Deus Pater sancte*, Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 562. & 574. Prodiit Latinè per Renaudotium to. 2. Liturg. Orient. pag. 215. cujus judicium de eadem placet hìc describere. *Longa oratione*, inquit Tom. cit. pag. 226. *non opus est ad ipsius Liturgiæ novitatem probandam, quum satis ipsa se prodat. Stylus enim synonymus & epithetis inflatus ultra modum, natæ infelicibus sæculis eloquentiæ magis convenit, quàm primævæ Apostolicorum temporum simplicitati, quam genuina Ignatii martyris scripta repræsentant*. Et paucis interjectis. *At nulla præter Jacobiticam Antiochenam Ecclesiam* (adde & Maroniticam) *habuit hucusque Liturgiam Ignatio attributam : neque de illa quidquam aliud cogitare possumus, nisi quod ab aliquo scriptâ quum singularem titulum non præferret, esset-que Antiochenę Ecclesię propria, Ignatii nomen, tamquam illius insignis Episcopi acceperit. Potuit etiam ab aliquo Ignatio scripta fuisse, qui illam Sedem tenuerit* (fortasse ab Ignatio primo, vel secundo hujus appellationis.) *aliquot enim ita appellati sunt inter Jacobitarum Patriarchas : & librariorum culpa ad Martyrem referri, quę novi hominis foret* : uti ad Dionysium Areopagitam relata fuit in Missali Chaldaico impresso anno 1592. Liturgia Dionysii Barsalibæi, & ad Joannem Chrysostomum Liturgia Joannis Episcopi Haran, Nisibis, & Chaboræ. Nimirùm solemne fuit Jacobitis non Liturgica modo, sed etiam Theologica opera sanctis Patribus tribuere, ut liquet ex iis quas citant, Homiliis Epistolisque Xysti, Julii ac Cælestini Summorum Pontificum, quibus & Anaphoras Syriacas suppossuere, quæ habentur in Codicibus Syriacis Nitrienſi 3 & Ecchellenſi 5. Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 562. & 574. prodieruntque Latinè per Renaudotium tom. cit. pag. 134. & 227. Vide quæ de operibus Patrum à Monophysitis depravatis vel confictis notavi Tom 2. Bibl. Orient. pag. 289. Idem ferè dicendum de Liturgiis Clementis Romani, & Dionysii Areopagitæ, de quibus suprà : nisi quod hæ videntur ex libris Clementi Dionysioque tributis desumptæ ; illæ verò, Xysti scilicet, Julii, Cœlestini, Ignatii aliorumque id genus, ex recentioris cujuspiam Syri Scriptoris cerebro compositæ : quidquid in contrarium dicat cl. Edenensis, cujus sententiam alibi expendemus. Sed ut ad Ignatium regrediar, *Acta martyrii ejus* imperfecta Syriacè exstant Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 606. Copticè integra eodem Tom. pag. 618.

1 *Symmachus* genere Samaritanus, secta Ebionita, auctor Versionis Veteris Testamenti, quam è Syris sæpè laudat Gregorius Barhebræus in Horreo mysteriorum, ut observavi tom. 2. Bibl. Orient. pag. 278. & seqq. Claruit circa annum Christi 200. Ad confirmandam Ebionitarum sectam scripsit *Commentarios in Matthęi Evangelium*, in quibus Christi genealogiam præcipuè oppugnat.

CAPUT XI.

Eusebius Cæsareensis.

1 Eusebius [1] Cæsareæ composuit
2 Librum [2] historiæ Ecclesiasticæ
3 Duobus tomis: & [3] librum
De divina apparitione

4 Et [4] Chronicon: & [5] librum
5 Solutionis contradictionum,
Quæ sunt in Evangelio, cum
6 Canonibus [6] ejusdem:
7 Et [7] librum de figura mundi.

8 Et historiam [8] Constantini:
9 Et Martyrum [9] Occidentalium:

ܐܘܣܒܝܘܣ ܩܣܪܝ ܕܥܒܕ ܣܦܪ
ܥܕܬܐ ܕܐܣܛܘܪܝܐ ܕܥܕܬܐ
ܒܬܪ ܕܬܪܝܢ ܡܐܡܪ : ܘܥܕܬܐ
ܕܐܬܪܐܝܬܐ ܕܐܠܗܐ .
ܘܥܕܬܐ : ܘܥܕܬܐ
ܕܫܘܝܐ ܕܣܬܪ ܐܝܢ ܕܒܣܘܢܓܠܝܘܢ
ܥܡ ܩܢܘܢܐ ܕܝܠܗ :
ܘܥܕܬܐ ܕܙܘܪܐ ܕܥܠܡܐ .
ܘܥܕܬܐ ܕܩܘܢܣܛܢܛܝܢ :
ܘܥܕܬܐ ܕܫܗܕܐ ܡܥܪܒܝܐ :

Et

Hos videtur indicare Sobensis, quum ait, *Symmachum scripsisse librum, cui titulus de distinctione præceptorum*. Fortasse enim præcepta Evangelica, quæ sparsim apud Matthæum leguntur, in unum collegit: quemadmodùm Joannes Thebæus Tractatum edidit inscriptum, ܡܐܡܪܐ ܕܦܘܫܩܢܐ ܕܒܣܪ ; *Præcepta sancti Evangelii distincta & exposita à sancto Joanne Vidente & Propheta Thebaidis*, Syriacè tom. 1. Bibl. Orient. pag. 585.

1 *Eusebius*, cognomento *Pamphili*, Cæsareæ in Palæstina Episcopus, obiit anno Christi 340. ut scribit Dionysius in Chronico.

2 *Librum historiæ Ecclesiasticæ duobus tomis* apud Syros; uno Tomo in decem libros distributum ab auctore.

3 *Librum de divina apparitione*. Is est, qui apud Gulielmum Caveum tom. 1. hist. liter. pag. 95. inscribitur, περὶ Θεοφανείας libri V.

4 *Chronicon* à Dionysio Jacobitarum Patriarcha magna ex parte descriptum: quod & Simeon Garmachita illustrasse dicitur in hoc Catalogo.

5 *Librum solutionis contradictionum, quæ sunt in Evangelio*: hoc est, *de dissonantia Evangeliorum ad Stephanum*, de quo Caveus loc. cit.

6 *Cum Canonibus ejusdem*. Canones X. Evangeliorum intelligit Sobensis, qui unà cum præfixa Eusebii ad Carpianum epistola, Ammonii Harmoniæ Evangelicæ præponi solent. Exstant Syriacè, & Arabicè, antiquissimis Evangeliorum Codicibus præfixi, de quibus Barsalibæus & Barhebræus in præfationibus ad Evangelia.

7 *Librum de figura mundi* seù *Cosmographia*; *Topographia* scilicet *Judææ*, quæ ejusdem Eusebii libro περὶ τοπικῶν ὀνομάτων olim præfixa fuerat, ut observat Fabricius tom. 6. Biblioth. Græcæ pag. 94.

8 *Historiam Constantini* libris quatuor comprehensam.

9 *Historiam Martyrum Occidentalium*. Nimirùm Palæstinæ, Syriæ, Ægypti, aliorumque locorum. Orientalium nomine Chaldæos Persasque Sobensis intelligit: Occidentales verò appellat quoscumque populos à Mesopotamia versus Occidentem dissitos. Collectio Martyriorum, quæ in Palæstina, cæterisque Occidentis partibus contigere, Eusebio Cæsareensi tribuitur à Syris. In Bibliothecam Vaticanam nuper illata sunt pervetusta *Martyria Theoduli & Agathopi. Theodoræ & Didymi. Babylæ Episcopi Antiocheni. Quadraginta Martyrum. Theodotæ meretricis. Philemonis, Apollonii, Arriani, & sociorum. Luciani, Thyrsi, & Callinici. Agnetis Virginis. Theodotæ & filiorum. Victorini, Victoris, Nicephori, & Papyli. Luciani & Marciani. Procopii. Alphæi, Zacchæi, & Romani. Timothei Gazæ. Appiani. Ædesii. Agapii. Fidei, Spei, & Charitatis, matrisque earum Sophiæ. Septem Martyrum Samosatenorum. Phocæ. Eleutherii Episcopi, Antiæ ejus matris, & Carpi præsidis. Mamæ, seù Mamantis. Theodosiæ Virginis. Petri Absselami. Ignatii Episcopi & martyris. Crescentis.*

1 Et orationem 1 de laudibus eorum:
2 Et orationem 2 de defectu pluviæ.
3 Et librum 3 Apologeticum
Pro quodam Origene,
Qui exponit (*Scripturas*) Allegoricè,
Et coarguitur à Theodoro.

CAPUT XII.

Athanasius Alexandrinus.

4 Athanasius 4 magnus
Præsul Alexandriæ
Edidit Epistolas, & Orationes
De orthodoxa fide.

Et

tis. Dioscori. Sergii & Bacchi. Pantaleonis. Christophori & sociorum. Paphnutii & sociorum. Stratonicæ & Seleuci. Febroniæ Virginis. Theonillæ. Julittæ Virginis. Gordii. Mimi cujusdam. Quirici & Julittæ. Georgii, Antonini & Alexandræ Syriacè tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 606. & 607. An hæc omnia ad collectionem Eusebianam pertineant, aliis judicandum relinquo. In Bibliotheca cœnobii Scetensis S. Mariæ Syrorum in deserto Nitriensi vidi duos pervetustos Codices Syriacos, quorum prior hasce Sanctorum Vitas continebat: *Abrahæ nimirùm Chedonitæ, auctore S. Ephræmo Syro. Juliani Sabæ eodem Ephræmo auctore. Viri Dei* (hoc est, Alexii) *temporibus Rabulæ Edessæni. Pauli Episcopi & Joannis Presbyteri: & Puerorum Ephesi.* Posterior verò complectebatur *martyrium SS. Petri & Pauli à Dionysio conscriptum in epistola ad Timotheum. Historiam S. Joannis Evangelistæ. Adæi Apostoli. Thomæ Apostoli. Polycarpi. Eleutherii. Judæ Episcopi Hierusalem. Achudemæ Primatis Orientis. Maruthæ Primatis Tagritensis. Pauli Episcopi. Epiphanii Episcopi. Severi Patriarchæ. Joannis Episcopi. S. Ephræm Syri. Abibi Episcopi. Malchi monachi. Danielis Ægyptii. Phinees martyris. Joannis Dilamitæ. Cyri martyris. Sarbelii martyris. Simeonis Barsaboë Episcopi & martyris. Pusicis martyris. Saadost Episcopi & martyris. Centum viginti martyrum. Barbasemini Episcopi & martyris. Abdæ Episcopi. Narsetis Episcopi. Barhadbesciabæ. Bademi Archimandritæ. Barsebiæ. Abdalmessiæ. Paphnutii. Philemonis. Theoduli. Acacii. Alexandri. Crescentis. Euphemiæ. Theodotæ. Theodo-*

ræ Virginis. Theodotæ meretricis. Eudoxii. Leontii. Procopii. Alphæi & Zacchæi. Timothei Gazæ. Agapii. Petri martyris. Victorini. Ammonii. Appiani. Theodosiæ Virginis. Mariæ Virginis. Luciani. Onesimi. Cypriani. Eusebii. Et Mar Ab-Hai. Horum martyriorum pleraque ad Eusebium referri non posse, certum est. Græcè, Copticè, & Arabicè martyria nonnulla Vitæque Sanctorum exhibentur Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 586. 595. 603. 605. 617. & 618. ut alia omittam, quæ Græcè, & Arabicè exstant mss. in Bibliotheca Vaticana, quæque olim ad Bibliothecam Palatinam spectabant.

1 *Orationem de laudibus eorum*, nimirùm Martyrum; quæ alia est à *sermone de laudibus martyrum Orientalium*, qui exstat Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 606. Vide quæ de hoc Sobensis loco diserui Tom. cit. pag. 184.

2 *Orationem de defectu pluviæ*, cujus neque Græcorum, neque Latinorum quisquam meminit.

3 *Librum Apologeticum pro Origene*. Libros scilicet sex Apologiæ pro Origene, de quibus Caveus loco cit. Quod autem ait Sobensis, Origenem tamquam allegoricum scripturarum expositorem coargui à Theodoro, alludit ad *opus ejusdem Theodori Mopsvesteni adversùs Allegoricos*, cujus idem Sobensis infrà mentionem facit.

4 *Athanasius*. Obiit anno Christi 371. vel ut firmior fert opinio 373. Vita ejus præfigitur Codici Græco manuscripto Tomo 1. Bibliot. Oriental. pag. 593. ubi pleraque ejusdem opera prostant, ut & eodem Tom. pag. 596 598. 603. 604. & 607. *Copticè* habentur *homiliæ tres de Abraham*,

Et Apologiam de ſua fuga:
Et hiſtoriam Sancti Antonii.
Et librum inſcriptum
Ad Epictetum.

ومنها دفاعه عن هروبه :
وسيرة القديس انطونيوس .
وكتابه الموسوم
بأبكتيطوس .

CAPUT XIII.

Baſilius Magnus.

1 Baſilius 1 Magnus Com-

باسيليوس الكبير

de Iſaac, & de Jacob, cod. Tom. 1. pag. 618. *Syriacè* verò *Liber de Incarnatione Dei Verbi* exaratus anno Chriſti 564. in eodem Tom. 1. pag. 612. qui prodiit Græcè & Latinè in noviſſima Benedictinorum editione Tom. 1. pag. 47. *Symbolum*, Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 631. & *Anaphora Syriaca*, cujus initium, *Domine Deus fortis*, de qua Cornelius Schultingius tom. 3. in Catalogo Liturgiarum num. 15. & Edenenſis num. 11. quæ ad Anthimum Alexandrinum perperàm refertur in Codice Nitrien. 3. Tom. cit. Bibl. Orient. pag. 562. nullus enim Anthimus fuit, qui Alexandrinam vel Orthodoxorum, vel Jacobitarum Sedem occupavit. Citantur autem ejuſdem Athanaſii *Orationes de Cruce*, & *de ortu corporali* à Moſe Barcepha Par. 1. & 3. de Paradiſo Tom. 2. Bibl. Orient. p. 129. *Homilia ſeù Oratio quadrageſima tertia* à Dionyſio Barſalibæo tom. cit. pag. 158. *De Incarnatione Domini*: *Epiſtola ad Jovianum Imperatorem*: *Homilia de Epiphania Domini*: *Commentaria in Cantica*, & *in epiſtolam ad Coloſſenſes* à Gregorio Barhebræo in opere Theologico Tom. cit. pag. 295. qui in Nomocanone, & in Commentariis in Scripturam ſæpè Athanaſii teſtimoniis utitur. *Oratio de anima*, & *oratio adversùs Apollinarem* à Joanne Marone in libello fidei Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 516. *Arabicè* denique habentur ſub nomine ejuſdem Athanaſii *liber adversùs Judæos*, Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 634. qui idem eſt, ac *Interrogationes Judæorum & hæreticorum*, & *reſponſiones Chriſtianorum de iis, quæ ad divinam Chriſti diſpenſationem ſpectant*, Græcè eod. tom. pag. 603. *Canones ſeptem ſuprà centum*, & *Symbolum* in Tomo ſecundo Canonum Eccleſiæ Alexandrinæ, quos Macarius Presbyter & monachus compilavit, Tom. 2. Bibl. Orient. p. 619. & Cod. Arab. Vat. 129. pag. 49. *Homiliæ duæ in Pentecoſten*, Cod. Arab. Vat. 45. & *Apocalypſis apocrypha*, Cod. Arab. Vat. 39. & 55. de qua ſuprà dictum eſt. Quæ autem à Sobenſi laudantur hìc Athanaſii opera, typis omnia prodiere, ſatiſque nota ſunt.

Abulbarcatus in libro de divinis officiis cap. 7. hoſce commemorat Athanaſii libros. *Commentarium in Pſalmos* ومنه استنبطت المقدمة التى تضمنت تفصيل المزامير ونسبتها واغراضها .

Ex quo (inquit) *deſumpta eſt Præfatio, quæ continet diviſionem Pſalmorum, & ad quos referendi ſunt, & quam unuſquiſque virtutem habeat.* (Exſtat hæc Præfatio in Pſalmis Syriacis manuſcriptis paſſim.) *Quæſtiones ad Antiochum de Trinitate, Incarnatione, & Fide*: & *Canones* 107. De quibus vide poſtremam editionem Benedictinorum Congregationis S. Mauri.

1 *Baſilius magnus* obiit juxta communiorem ſententiam anno Chriſti 378. Opera ejus *Græca* unàcum Vita per Amphilochium ſcriptâ, habentur in mss. Codd. Clem. Vat. To. 1. Bibl. Orient. pag. 593. 595. 596. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 631. & Tom. 2. pag. 517. *Copticè* Baſilii *homilia in B. V. Mariam* Tom. 1. pag. 618. *homilia altera* ſine titulo, pag. 619. *Copticè & Arabicè* Baſilii *Liturgia* Tom. 1. pag. 617. 624. & Tom. 2. pag. 517. & in Cod. Vatic. Coptico 12. & 21. & Arab. Vatic. 169. *Arabicè* ejuſdem Baſilii *Liturgia* ex Græco converſa, Cod. Arab. Vat. 42. & 157. *Baſilii & Gregorii Dialogus*, Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 585. & Cod. Arab. Vat. 170. qui idem eſt ac *Interrogationes Reſponſioneſque ejuſdem Baſilii atque Gregorii Theologi*, quæ exſtant Græcè Tom. 1. pag. 605. *Canones duodecim*, & *alii centum & ſex*, ex tribus canonicis Baſilii epiſtolis ad Amphilochium decerpti, eodem Tom. 1. pag. 619. *Canones XXII.* Cod. Arab. Vat. 23. pag. 363. *Oratio exhortatoria ad Baptiſmum*, Cod. Arab. Vat. 44. quæ eadem eſt ac *ſermo preparatorius in ſanctum Baptiſma* Græcè Tom. 1. pag. 596. *Adhortatio ad juvenes Chriſtianos, ut ad comparandas ſcientias animum intendant*, Cod. Arab. Vatic. 69. *Homilia de continentia cogitationum*, Cod. Arab. Vatic. 167. *Epiſtola ad Eunomium*, Cod. Arab. Vatic. 28.

Denique *Syriacè* exſtat 1. Baſilii *Liturgia*, cujus initium, *Æterne Deus, qui in principio homines creaſti*, Tom. 1. pag. 614. edita primùm ab Andrea Maſio, & noviſſimè à Renaudotio Tom. 2. Liturg. Orient. pag. 548.

qui

1 Compoſuit librum in 1 Hexaëmeron : هُمرِ حُمْحُا وِهكُا مُعْمَا :

2 3 Et quæſtiones 2 varias : & 3 Orationes : مُعْمَالا هكْحُمَا : مُعْلَمْحُبْرا :

4 Et plures longaſque 4 Epiſtolas. مُلِيْبْرا حَاوْمُحُمَا .

CAPUT XIV.

Gregorius Nyſſenus.

5 Gregorius 5 Nyſſenus Ha- حَنْيَهوُنُمُه وَه وِنْمَا ٨٠/

qui eodem Tomo pag. 562. advertit eandem Liturgiam etiam S. Gregorio Theologo conjunctim tribui in pervetuſto Codice Colbertino : & Tom. 1. pag. 1. alteram ejuſdem Baſilii Liturgiam ex Coptico & Arabico recudit, quam anno 1604. unàcum Liturgiis Gregorii & Cyrilli, ex Arabico converterat Victorius Scialac Maronita ; & pag. 57. novam ipſe Renaudotius ejuſdem Liturgiæ editionem ex Codice Græco Arabico fecit. 2. *Liturgia altera*, ex Græco in Syriacum converſa, qua Syri Melchitæ olim utebantur, Tom. 1. pag. 615. quæ eadem eſt, ac prior Syriaca, poſteriorque Coptica & Arabica ; ſed uberior, & in ordine precum dumtaxat diverſa. 3. *Liturgia Syriaca Præſanctificatorum* nomen Baſilii præfert, Tom. cit. pag. 615. quæ à Græcis ad S. Gregorium Papam communiter referri ſolet. Baſilianæ autem Anaphoræ meminit Edenenſis cap. 2. num. 15. & Cornelius Schultingius num. 15. ex fide Ignatii Jacobitarum Patriarchæ, illius Catalogi auctoris, qui tamen falſus eſt, quum ait, eam à S. Baſilio anno Chriſti 390. compoſitam : nam vita Sancti Doctoris ad eum annum nequaquam producta eſt. 4. *Liber de inſtitutione monaſtica*, cui titulus : *Quæſita monachorum ad Baſilium magnum Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopum de re monaſtica CCCLX.* quibus continentur Aſcetica ferè omnia, quæ in Regulas fuſius breviuſque diſputatas dividuntur ; ordine tamen ab editis diverſo : quædam etiam in eis ſunt, quæ in impreſſis deſiderantur. Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 567. & 611. atque huc reſpexit Sobenſis, quum ait, *Baſilium compoſuiſſe quæſtiones varias*. 5. *Epiſtola ad Gregorium Nyſſenum fratrem, & Paræneſes duæ*, quæ in cit. tom. 1. p. 611. inſtitutionibus monaſticis ſubjunguntur.

Citantur autem à Syris Scriptoribus hæc Baſilii opera. *Adversùs Eunomium caput octogeſimum* à Joanne Marone in libello fidei Tom. 1 Bibl. Orient. pag. 516. *Oratio in illud, in omni re gratias agite*, à Moiſe Barcepha Par. 1. de Paradiſo cap. 13. Tom 2. Biblioth. Orient. pag. 129. *In Hexaëmeron & adversùs Eunomium* à Gregorio Barhebræo in libro de fundamentis Eccleſiaſticis Tom. cit. pag. 295. *Canones* ab eodem Barhebræo in Nomocanone pag. 302. & in Ethicis p. 306. Fragmentum *de Virginitate*, ubi de *Loth ejuſque filiabus*, Tom. 1. pag. 607. Item à Petro Callinicenſi in opere adversùs Damianum, & à Barhebræo in Commentariis in Scripturam, Tom. 2. pag. 80. & 283.

Idem Barhebræus in Nomocanone cap. 7. ſect. 9. inter receptos apud Syros notoſque Patrum libros, hoſce Baſilii recenſet : *Orationes undetriginta : & in Hexaëmeron homilias novem*, Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 302. & 303.

Abulbarcatus lib. de divinis officiis cap. 7. laudat *Baſilii magni Liturgiam : Librum de inſtitutione monaſtica : Interrogationes & reſponſiones cum Gregorio*, quem fratrem Baſilii per errorem vocat : *Canones de ordinibus Eccleſiaſticis* 106. *In Hexaëmeron libros novem*, quibus ſubjunctum eſſe decimum affirmat à Gregorio ejuſdem Baſilii fratre, rogatu Petri Epiſcopi Sebaſteni, compoſitum. Fragmenta ex Baſilio in libro de Fide Patrum exhibet Paulus Ebn Regia, Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 624.

1 *In Hexaëmeron* librum, homiliis novem conſtantem, ut mox dixi.

2 *Quæſtiones varias*. Aſcetica nimirùm Baſilii, quæ tempore Photii duobus conſtabant libris, quorum primus continebat breves illos *ſermones de judicio Dei, de fide* &c. qui Ethicis præponi ſolent ; ſecundus *ethica* ſeu *moralia*, item Regulas Aſceticas fuſiores 55. per modum Interrogationum & reſponſionum explicatas : deinde breviores alias numero 313. prout hodie exſtant Syriacè deſcriptæ in Codice ſuprà laudato.

3 *Orationes*. Univerſim à Barhebræo numerantur XXIX. quæ nimirùm in Syrorum ſermonem converſæ ſunt : nam Græcè habentur Homiliæ XXXI.

4 *Epiſtolas*. Sunt numero 428. diverſi argumenti, de quibus vide Gul. Caveum tom. 1. hiſt. liter. pag. 136. Eas Jacobus Edeſſenus conjunctim cum epiſtolis Nazianzeni recenſuit in Onomaſtico Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 499.

5 *Gregorius Nyſſenus* Baſilii Magni frater natu minor, Concilio Conſtantinopolitano I. anno Chriſti 381. interfuit. *Græca* ejus opera habentur in Codicibus mss. Clementino-Vaticanis Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 593. 595. & 605.

Syriaca verò in optimo Codice Nitrienſi,

Habet quamplures 1 quæſtiones:
Et expoſitionem in Pater noſter:
Et de Beatitudinibus Evangelicis:

Et librum 2 magnum Orationum:
Et de reſurrectione 3 & ad ſororem:
Et de hominis opificio.
Et de rebus 4 naturalibus.

Et librum adversùs 5 Ethnicos:
Et commentaria
In Canticum Canticorum, quæ diviſit
In duos tomos: & librum 6 de anima.

ܗܘ ܟܬܒ ܡܐܡܪ̈ܐ ܘܫܐܠ̈ܬ̈ܐ :
ܡܦܫܩܢܘܬܐ ܕܐܒܐ ܕܒܫܡܝܐ :
ܘܒܗܘ ܕܒܪ̈ܝܟ̈ܘܬ̈ܐ .
ܡܐܡܪ̈ܐ ܪ̈ܒ̈ܐ ܕܡܠ̈ܦ̈ܢܐ :
ܘܒܬܘܒ ܩܝܡܬܐ ܘܠܐܚܬܗ :
ܘܒܥܒ̈ܕ̈ܐ ܐܝܕ̈ܝ ܒܢ̈ܝ ܐ̈ܢܫ̈ܐ .
ܘܒܥܠ̈ܡ̈ܐ ܛܒ̈ܥ̈ܝ̈ܐ :
ܘܒܦ̈ܫ̈ܩ̈ܐ ܕܫܝܪ̈ܝܢ ܕܫܝܪ̈ܝܢ
ܘܦ̈ܫ̈ܩ̈ܐ ܕܦ̈ܫ̈ܩ̈ܐ ܒ̈ܚ̈ܕ̈ܐ
ܕܐ̈ܢ̈ܐ ܐ̈ܢ̈ܐ ܘܒ̈ܢ̈ܐ ܐ̈ܢ̈ܐ .
ܘܒܢ̈ܦ̈ܫ̈ܐ .

Gre-

ſi, quem Moſes Niſibenus pro Scetenſi S. Mariæ Syrorum monaſterio anno Chriſti 932 comparaſſe dicitur, hæc proſtant. *Epiſtola ad Theophilum Alexandrinum adversùs Apollinarium. De Oratione Dominica Homiliæ V. De Beatitudinibus Homiliæ VIII. De hominis opificio ad Petrum fratrem. In Canticum Canticorum explanatio*, Tom. 1. Biblioth. Orient pag 569. Ejuſdem *Liturgia Syriaca* laudatur à Corn. Schultingio num. 12. quam & apud Coptos exſtare, & quidem à Liturgiis Baſilii, Gregorii Theologi atque Cyrilli diverſam, teſtatur Abulbarcatus loco mox citando.

Arabicè ſub nomine S. Gregorii Nyſſeni *Canones quinque* exſtant in tomo ſecundo Canonum Eccleſiæ Alexandrinæ, Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 619. & *Encomium in Sanctum Ephræmum*, Tom cit. pag. 622. & 632. Fragmenta quædam ex Nyſſeno Arabicè profert Paulus Ebn Regia in libro de fide Patrum, Tom. cit pag 624.

Joannes Maro in libello fidei citat *Nyſſeni epiſtolam ad Olympium*, quem amanuenſis *Philippum* perperàm vocat, Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 516. Joannes Darenſis lib. 4. de reſurrect. corporum cap. 24. prolixum ejuſdem Nyſſeni fragmentum exhibet Orat. in Macrinam ſororem, quod Abr. Ecchellenſis Not. in hunc Ebedjeſu Catalogum pag. 171. ſub Darenſis nomine protulit. Moſes Barcepha in libro de Paradiſo utitur ejuſdem Nyſſeni auctoritate ex libris *de hominis opificio*, & *de oratione Dominica*, Tom. 2. p. 129. Gregorius Barhebræus in opere Theologico de fundamentis Eccleſiaſticis præter Nyſſeni *Orationes* de conſtitutione hominis, de opere ſex dierum, & adversùs Apollinariſtas, laudat ejuſdem *Apologiam pro S. Baſilio Magno*, Tom cit. pag. 295. Abulbarcatus denique in libro de divin. Offic. cap. 7. num. 4. hæc S. Gregorii Nyſſeni opera commemorat. 1. *Liturgia ad Filium*. 2. *Hexaëmeri à Baſilio inchoati complementum*: decima ſcilicet, & undecima Homilia, quæ novem Baſilianis ſubjunguntur. 3. *Epiſtola ad Petrum fratrem, in qua de creatione hominis diſſerit*: ſeu liber de hominis opificio ad Petrum. 4. *Expoſitio in Canticum Canticorum*. 5. *Liber de hominis natura, quem Honainus medicus Iſaaci filius è Græco in Arabicum tranſtulit*. Nimirùm *de natura humana libri octo*, qui Nemeſii Philoſophi eſſe dicuntur. Vide Guliel. Caveum in hiſtor. liter. tom. 1. pag. 138, & 139. Nemeſii autem de arbore vitæ tractatus citatur à Barcepha in libro de Paradiſo. 6. *Iſagoge, ſeù Introductio in Categorias Ariſtotelis*. Ejuſdem Nemeſii fœtus eſſe videtur.

1 *Quamplures quæſtiones*. Fortaſsè *contra Eunomium libri* XIII. vel, *ad Ablabium, tres Deos dici non oportere*: de quibus vide Caveum loc. cit.

2 *Librum magnum Orationum*, quarum numerum ex editis facile eſt colligere.

3 *De reſurrectione & ad ſororem*. In impreſſis titulus eſt, *de anima & reſurrectione Dialogus*, quem ex occaſione mortis Macrinæ ſororis conſcripſit. Ejus meminit Abulbarcatus loc. cit. num. 7. ſub nomine *Sanctæ Macrinæ*.

4 *De rebus naturalibus*. Ecchellenſis vertit, *de imbecillitate naturalium* ܕܥ̈ܠ̈ܡ̈ܐ ܛܒ̈ܥ̈ܝ̈ܐ. Sed vox ———— *imbecillitas* non eſt in textu Sobenſis, neque illam eſſe metri ratio patitur. *Rerum* autem *naturalium* nomine deſignat Sobenſis Tractatum S. Gregorii Nyſſeni in *Hexaëmeron*, ſeu de opere ſex dierum, à libro *de hominis opificio* diverſum.

5 *Librum adversùs Ethnicos*. In impreſſis titulus eſt, *Tractatus de communibus notionibus adversùs Græcos*.

6 *Librum de Anima*. Is eſt, qui in impreſſis ſubjungitur Tractatui de communibus notionibus. Differt autem à Dialogo de Anima & reſurrectione, de quo ſuprà dixi.

CAPUT XV.

Gregorius Nazianzenus.

1 Gregorii 1 Magni
Epiſcopi Naziánzeni

ܕܫܡܝ ܕܥܘܪܕܢ ܗܘ ܘܛܠ
ܩܫܣܕܘܠ ܘܒܪܝܫܗ

Ex-

NOTÆ.

1 *Gregorii Nazianzeni*, cognomento Theologi. Obiit anno Chriſti 389. *Græca* ejus opera cum interpretationibus Nicetæ & Eliæ Cretenſis, habentur in mss. Codicibus Clementino-Vaticanis Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 601. 602. 603. & 605. & Tom. 2. pag. 515. quibus ſubjungitur ejuſdem *Vita* ſcripta à Gregorio Presbytero: & *Anthologium* ex orationibus ejuſdem Sancti Doctoris ab anonymo collectum, & in capita 60. diviſum.

Copticè exſtant homiliæ duæ: quarum altera *de Abraham & Iſaac*: & altera *de Annunciatione B. Virginis Mariæ*, Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 618. Copto-Arabicè *Liturgia*, Tom. 2. pag. 517. & in Codicibus Copticis Vaticanis 12. 14. 21. & 24. de qua ſuprà dixi, ubi de S. Baſilio Magno.

Arabicè in libro de Fide Patrum, *Anathematiſmi XII.* ſub Nazianzeni nomine, & quidem ab Anathematiſmis Gregorii Thaumaturgi diverſi, Tom. 1. pag. 625. *Homilia de S. Cruce*, Tom. cit. pag. 630. & *Dialogus ejuſdem cum S. Baſilio*, de quo ſuprà.

Syriacè denique *Carmina CXXX.* in Codice membranaceo, quem Moſes Niſibenus anno Chriſti 932. pro Scetenſi Syrorum monaſterio comparaſſe dicitur, Tom. 1. pag. 612. *Liturgia*, cujus initium, *Deus Pater beatiſſime*, Tom. cit. pag. 562. de qua vide Edenenſem cap. 2. num. 16. & Corn. Schultingium in Catalogo Anaphorarum Syriacarum n. 10. *Interrogationes & reſponſiones*, Tom. citat. pag. 502. & 503. & *Viſio*, quam à Joſepho Vidente expoſitam fuiſſe teſtatur Sobenſis in Catalogo.

Gregorius Barhebræus exſtare affirmat apud Syros *Nazianzeni opera Tomis duobus, quibus Orationes XLVII. & Epiſtolæ XXXI. comprehenduntur*, Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 302. Idem Tom. cit. pag. 295. citat Nazianzeni *Orationes de Cæſario fratre, de Sancto Athanaſio, de Baptiſmo, de nativitate Domini, de Filio, de grandine, & librum adverſùs Julianum.* Et pag. 307. ſcribit: *duas eſſe ejuſdem Nazianzeni apud Syrorum gentem Translationes: alteram antiquiorem Neſtorianorum; recentiorem alteram à Jacobo Edeſſeno elaboratam.*

Jacobus Edeſſenus in Onomaſtico To. 2. Bibl. Orient. pag. 499. *duas* quidem *Theologi partes* recenſet; ſed *Orationes XCV.* iis contineri teſtatur, quibus *epiſtolas Baſilii & Gregorii* ſubjungit.

In Scetenſi S. Mariæ Syrorum monaſterio vidi tres optimos Codices Syriacos in pergameno, quorum prior exaratus erat anno Chriſti 845. ſub Dionyſio Jacobitarum Patriarcha & Davide Urimæ Epiſcopo: alter anno Græcorum 1101. Chriſti 790. tertius nota temporis carebat. In duobus autem prioribus continebatur Prima Pars Operum Theologi, orationibus triginta comprehenſa, quas è Græco in Syriacum tranſtuliſſe dicitur Paulus Cypri Epiſcopus anno Græcorum 935. Chriſti 624. ut obſervavi Tom. 1. pag. 172. Tertius verò Codex alteram Theologi partem complectebatur in orationes duodecim diſtributam: & epiſtolas præterea triginta: nimirùm à ſexageſima ſexta uſque ad nonageſimam ſextam: ex quo liquet, plures in Syrorum ſermonem epiſtolas translatas fuiſſe, quàm quas Barhebræus numerat.

Senorinus Chididatus Amidenſis anno Græcorum 976. Chriſti 665. *Carmina Nazianzeni* è Græco in Syriacum convertit, ex quibus fragmentum habetur ad calcem Tomi 2. Bibl. Orient. pag. 502.

Theodoſius Presbyter, deinde Epiſcopus Edeſſenus, Dionyſii Jacobitarum Patriarchæ frater, operum Theologi interpretationem inchoaſſe dicitur menſe Junio anni Græcorum 1113. Chriſti 804. abſolviſſe verò menſe Decembri anni ſequentis: cujus interpretationis *homilia de miraculis Eliæ* exitat ad calcem Tomi 2. Bibl. Orient. pag. 502. Ab eodem Theodoſio *librum Carminum Nazianzeni* è Græco Syriacum factum fuiſſe teſtatur & Barhebræus Tom. cit. pag. 345. additque in vita Joannis Jacobitarum Patriarchæ eodem Tom. pag. 338. & 339. Eliam Sigaræ Epiſcopum *Priorem Theologi Tomum* doctis Commentariis illuſtraſſe: quod & ex Neſtorianis Cyprianum Niſibenſem feciſſe ſcribit Sobenſis in Catalogo.

Moſes Barcepha Tom. cit. pag. 129. laudat Nazianzeni Orationes *de Chriſti natalibus, de patientia, in Dominicam novam, & de Virtute.*

Abulbarcatus in lib. de divin. offic. cap. 7. num. 3. ex Codice Arabico, quem Juſabus ſeù Joſephus Phuæ in Delta Ægypti Epiſcopus circa annum Chriſti 1230. exaraverat, Orationes haſce Nazianzeni recenſet. 1. *Ad Julianum, ubi & de Nativitate.* Julianum tributorum exæquatorem intelligit. 2. *De nativitate Domini.* 3. *De ſanctis luminibus.* 4. *Exhortatio ad Baptiſmum.* 5. *De amore pauperum.* 6. *De Gregorio Epiſcopo Naſſeno.*

7. *De*

1 Exſtant quinque 1 Tomi:
2 Et opera 2 verſu Jambico.

3 Quæſtiones 3 ad Cæſarium:
4 Et liber 4 Tragediæ:
Et liber, quem compoſuit
5 Adversùs 5 Theopaſchitas.

CAPUT XVI.

Joannes Chryſoſtomus.

6 Joannes 6 Chryſoſtomus Edi-

7. *De Paſchate*. 8. *Altera de Paſchate*. 9. *In Dominicam novam*. 10. *De adoratione Trinitatis*: quæ eadem eſt ac de Pentecoſte (quam quum Joannes Moſulanus Metropolita ad populum recitaſſet, à Neſtorianis in Patriarcham acclamatum eum fuiſſe refert Barhebræus Par. 3. Chronici Syriaci, cujus verba Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 440 protuli) 11. *De Theologia*. 12. *Oratio de Filio, quam transtulit Abraham Joannis filius*. 13. *Item de Filio*. 14. *De Spiritu Sancto*. 15. *Ad cives gravi timore perculſos*. 16. *Epiſtola prior ad Cledonium*. 17. *Altera ad Cledonium*. 18. *In caput Evangelii Matthæi*. 19. *De Eulalio Epiſcopo*. 20. *Oratio poſtquam ad Presbyteratum vocatus eſt*. 21. *In Sanctos Macabæos*. 22. *De virtute, ordine Alphabetico*. 23. *Doxologia*. 24. *De adventu centum quinquaginta Epiſcoporum*. 25. *De ſilentio patris, & in plagam grandinis*. 26. *De Sacerdotio*. 27. *De S. Athanaſio Alexandrino*. 28. *De S. Baſilio Magno*. 29. *De S. Cypriano*. 30. *Vita S. Gregorii ſcripta à cognomine Presbytero Cappadoce*.

Idem Abulbarcatus pro Nectario, qui Theologo ſponte abdicanti in Sede Conſtantinopolitana ſucceſſit, *Neſtorium* ſcribit, eumque Gregorii præceſſorem fuiſſe oſcitanter affirmat.

1 *Quinque Tomi*. In Translatione ſcilicet Neſtorianorum. Nam altera, quæ apud cæteros Syros circumfertur, opera Theologi in duobus Tomis comprehendit, ut ſuprà dixi. Quinimò Sobenſis ipſe in Catalogo affirmat, Denham duos tomos S. Gregorii dilucidaſſe, ut infrà dicam.

2 Opera *Verſu Jambico*: quorum Indiculum habes ad calcem Tomi 1. pag. 612.

3 *Quæſtiones ad Cæſarium*. Nimirùm *Dialogi IV.* ſeù *Quæſtionum quarundam graviſſimarum explicationes*, quas Photius Cod. 210. affirmat, à nonnullis Gregorio Nazianzeno adſcriptas fuiſſe, à pleriſque Cæſario. Prodiere Græcè ſub nomine Cæſarii in Auctuario Frontonis Ducæi anno 1624. Exſtant autem mss. in Codice Græco Clementino-Vaticano Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 594. hoc titulo: *Cæſarii fratris S. Gregorii Nazianzeni interrogationes & reſponſiones*. Ecchellenſis pro Cæſario *Cæſarem* reddit.

4 *Liber Tragediæ*: ſeù *Chriſtus patiens*: quem à pleriſque Apollinario ſeniori tributum eſſe obſervat Caveus tom. 1. hiſtor. liter. pag. 141.

5 *Liber adversùs Theopaſchitas*. Fortaſsè *Orationes* ſeù *Epiſtolæ duæ ad Cledonium adversùs Apollinarium*, quæ à Syris propter controverſiam de myſterio Incarnationis frequenter citantur. Sobenſem pro Apollinariſtis *Theopaſchitas* dixiſſe puto: alioquin libri hujus adversùs Theopaſchitas à Nazianzeno compoſiti nemo Græcorum Latinorumve meminit.

6 *Joannes Chryſoſtomus* Syrus Antiochenus, primùm ejus Eccleſiæ Presbyter, deinde Conſtantinopolitanæ Epiſcopus. Obiit anno Chriſti 407. *Græca* ejus opera mss. vide in Codicibus Clementino-Vaticanis Tom. 1. pag. 594. 595. 596. 597. 598. 600. 601. 602. 603. 604. & 605.

Copticè exſtant *Homiliæ XLIV.* quarum una inſcribitur *de S. Michaële Archangelo*, altera *in Pſalmum ſextum*, tertia *in Pſalmum trigeſimum octavum*, & quarta *in Pſalmum quinquageſimum*. Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 617. 618. & 619.

Arabicè Homiliæ XXXIV. *in epiſtolam Pauli ad Hebræos*, Cod. Arab. ms. Vatic. 22. *Homilia de Joſue filio Nun, & quod geſſerit figuram Chriſti*, Ibidem. *Quod melius ſit eligere triſtia & laborem, quàm requiem*. Ibidem. *Quod omnes Sancti per triſtitiam dies ſuos tranſegerunt*. Ibid. *Quod homo mundanus habet unum talentum*. Ibid. *De pœnitentia, & quod humilitas multùm prodeſt*. Ibid. *De eleemoſyna: & quod nihil in hoc ſeculo permanens ſit*. Ibid. *Quod paupertas ſit utilior divitiis*. Ibid. *Quod magna opus eſt diligentia ad conſervandam gratiam Dei*. Ibid *Homilia in Pſalmum ſextum*, Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 585. *Epiſtola ad Theodorum monachum lapſum*, Ibidem,

dem, & Cod. Arab. Vatic. 69. ubi Theodorus Chryſoſtomi diſcipulus, & relicto monaſtico inſtituto nupſiſſe dicitur: quem unum eundemque cum Theodoro Mopſveſtiæ poſteà Epiſcopo fuiſſe teſtatur Heſychius Hieroſolymitanus in Actis Concilii V. collat. 5. *Canones duodecim*, Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 619. *Homiliæ duodenonaginta in Joannem*, Ibid. pag. 634. *Homiliæ quadraginta quatuor in Joannem*: ſeù Pars ſecunda expoſitionis in Joannem ab Homilia quadrageſima quinta uſque ad octogeſimam octavam, Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 517. quas è Græco in Arabicum tranſtuliſſe dicitur Antonius Abbas monaſterii S. Simeonis Thaumaſtoritę apud Antiochiam. *Homiliæ duæ de nativitate Domini*, Cod. Arab. Vatic. 44. *Homiliæ tres de Baptiſmo Chriſti*, Ibidem, & Cod. Arab. Vatic. 45. *De Thoma Apoſtolo & Dominica nova*, Cod. Arab. Vatic. 45. *De Pentecoſte*, Ibid. *Sermones diverſi ejuſdem*, Cod. Arab. Vatic. 46. *De Pœnitentia*, Cod. Arab. Vat. 55. *De Peccatrice, & Juda proditore*, Cod. Arab. Vat. 67. *De iis, qui non interſunt divinæ Liturgiæ*, Cod. Arab. Vat. 168. *Liturgia Arabica* ad uſum Syrorum Melchitarum Cod. Arab. Vat. 67. & 142. *Eadem Græco-Arabica* Cod. Arab. Vatic. 142. *Liber Demonſtrationis* Chryſoſtomo tributus, quem tamen recentioris cujuſdam Chriſtiani Arabis fœtum eſſe exiſtimo: in capita octo diviſus, Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 512. in quo agitur de Deo trino & uno: de Incarnatione & paſſione: Vaticinia de Chriſto è ſcriptura deſumpta: de Euchariſtia: de lucta Diaboli cum hominibus: de die Dominica obſervanda: de jejunio Feriæ quartæ & ſextæ: de Jejunio Quadrageſimæ. *Annales* ſub Joannis Chryſoſtomi nomine laudati ab Elmacino, de quibus vide Hottingerum in Biblioth. Orientali pag. 82.

Item *Arabico ſermone* in urbe Alepo anno Chriſti 1707. ſumptibus Athanaſii Græcorum Antiocheni Patriarchæ typis prodiit *Liber* inſcriptus الدر المنتخب ليوحنا فم الذهب *Margarita electa Joannis Chryſoſtomi*, in quo triginta quatuor ſelectæ ſancti Doctoris homiliæ continentur: videlicet: 1. *Ad parentes adhortatio de educatione liberorum*. 2. *Ad eos, qui mulierum formam concupiſcunt*. 3. *quod non ſit contemnenda Eccleſia Dei, cum reliquis Sacramentis*. 4. *In illud Pſalmi, ne timueris, quum dives factus fuerit homo*. 5. *de amore pecuniæ*. 6. *de ſuperbia & inani gloria*. 7. *In illud Pſalmi, In vanum conturbatur omnis homo vivens: & de eleemoſyna*. 8. *de futuro judicio: deque pœnis gehennæ, quibus nullus finis*. 9. *de confeſſione & pœnitentia*. 10. *de invidia & odio*. 11. *de ira & inimicitia*. 12. *de injuriarum oblivione*. 13. *de amore in genere, & de charitate fraterna*. 14. *de eleemoſyna*. 15. *In ſancta Theophania Domini: deque iis, qui Eccleſia excedunt, antequam divina Liturgia perficiatur: & in eos, qui tremenda ſacramenta indignè percipiunt*. 16. *de oratione*. 17. *de virtute & vitio*. 18. *de juramentis*. 19. *de pœnitentia, deque iis, qui ſerò veniunt ad Eccleſiam: deque divina menſa, & judicio*. 20. *de perpetua concione*. 21. *de morte & conſummatione ſæculi*. 22. *de humilitate & juſtitia*. 23. *de anima & ſpe*. 24. *de pœna æterna, deque juſto Dei judicio*. 25. *de divitiis & paupertate*. 26. *de præſcientia & providentia Dei*. 27. *de pœnitentia, deque David & uxore Uriæ*. 28. *de pœnitentia & jejunio: deque Jona propheta & tribus Pueris*. 29. *de pœnitentia*. 30. *de oratione & precibus*. 31. *de pœnitentia & eleemoſyna*. 32. *de morbis & medicina*. 33. *de decem Virginibus*. 34. *de Pſeudoprophetis, & falſis doctoribus, deque ſignis conſummationis ſæculi*. Quæ inter editas Chryſoſtomi homilias ſunt, etſi diverſis titulis prænotentur. Vide Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 631. Cod. Arab. 88. & Cod. 90. in quo cum ſexaginta ſex Athanaſii Hieroſolymitani homiliis habetur etiam una Chryſoſtomi *de Paſchate reſurrectionis*.

Syriacè exſtant *Commentaria S. Joannis in epiſtolas Pauli, & in quatuor Evangelia* in compendium redacta, Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 607. *Homilia de annunciatione Zachariæ, quando ei revelata fuit ab Angelo nativitas S. Joannis Baptiſtæ*, Tom. cit. pag. 563 & 566. *In S. Stephanum protomartyrem*, Ibid. *De paſſione Domini*, Ibid. pag. 564. *De nativitate Domini*, Ibid. pag. 566. *De luminibus*, Ibid. *De tentatione Domini*, Ibid. *De hoſannis ex commentario in Matthæum*, Ibid. *In illud, Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*, Ibidem. *De Juda proditore*, Ibid. *De paſſione Domini*, Ibid. *De cruce & latrone*, Ibid. *De Dominica reſurrectionis ex homilia octogeſima quinta in Joannem*, Ibid. *De Cruce, Adam, & Eva*, Ibidem pag. 567. quæ eadem eſt ac *homilia de venerabili cruce & tranſgreſſione Adami* Tom. 6. operum Chryſoſtomi editionis Morellianæ Pariſienſis, & Tom. 7. Savilianæ, prodiitque ſub nomine Joannis Epiſcopi Hieroſolymitani per Petrum Waſtellum Carmelitarum Ordinis Provincialem Belgicum Bruxellis anno 1643. *Homiliæ tres de filio prodigo* Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 612. *De Turture* ſive Eccleſia, Ibidem: quæ prodiit ſub nomine Joannis Hieroſolymitani in citata editione Bruxellenſi, de qua vide Gulielm. Caveum tom. 1. hiſtor. liter. pag. 164. *In illud Pſalmi, ſicut deſiderat cervus ad fontes aquarum* Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 612. *De paupertate & divitiis*, Ibid. *Quod parentibus obtemperandum ſit*, Ibid. *De mortuis non amarè flendis*, Ibid. quam inter Dubias collocat Caveus tom. 1. hiſt. liter. pag. 184. *Quod tentatio æquo animo ferenda ſit*, Ibid. *In illud Pſalmi, dixi, cuſtodiam vias meas, ut non delinquam*, Ibid. *De Juramentis & Baptiſmo* Cod. Syr. Vat. 39. *De paſſione Domini*, Ibid. *De mendacio*, Ibid. *In illud Apoſtoli, propter fornicationem autem unuſquiſque uxorem ſuam habeat*, Ibid. *In illud, ſi peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum*, Ibid. *In illud, Pater meus uſque modo operatur*, Ibid. *Homilia de die Dominica*, Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 487. *Homilia de Pœnitentia, de humilitate & ſuperbia*, fragmentum, Ibidem pag. 502. *Liturgia* denique *Syriaca*, cujus initium, *Domine Deus omnipotens*, Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 562. de qua Edenenſis cap. 2. num. 18. & Corn. Schultingius num. 14. Prodiit Latinè per Renaudotium tom. 2. Li-

1 Edidit expoſitionem 1 in Matthæum,
Et expoſitionem in Joannem,
Unamquamque duobus tomis comprehenſam.
2 Commentaria quoque in 2 Apoſtolum:
Et librum de 3 Sacerdotio:
3
4 Et alterum de 4 Baptiſmo:
5 Et tractatum adversùs 5 Judæos.
6 Librum etiam de monachis 6 Ægypti:
Et

turg. Orient. pag. 242. *Altera Liturgia Syriaca* nomen Chryſoſtomi præfert tàm in Miſſali impreſſo anno 1594. pag. 69. quàm in Codice ms. Ecchellenſi 5. pag. 39. Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 574. cujus initium, *Deus magne & æterne*, prodiitque latinè per eundem Renaudotium tom. cit. pag. 256. Verùm ea Chryſoſtomi non eſt, ſed Joannis Epiſcopi Haran, Niſibis & Chaboræ, cujus nomen diſertè præfert in Codice Syriaco Nitrienſi 3. pag. 269. & in Cod. Syr. ms. Vatic. 33. pag. 21. ut oſtendi Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 230. quod & Renaudotius animadvertit Tom. cit. pag. 254. & 260. & ante ipſum notaverat Edenenſis loc. cit. *Tertia Liturgia Syriaca* è Græco exemplari ad verbum expreſſa, qua Syri Melchitæ utuntur, exſtat in Codicibus Syriacis 37. & 40. Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 615. Eademque Græcè habetur Tom. 1. pag. 596. & Tom. 2. pag. 517.

Joannes Maro in libello fidei citat Chryſoſtomi *epiſtolam ad Cæſarium monachum*, de qua pluribus Caveus tom. 1. hiſt liter. p. 186. *Homiliam de baptiſmo Chriſti deque ejuſdem luctu cum Diabolo*: & *Homiliam de Aſcenſione Domini*: Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 516.

A Moſe Barcepha laudatur *S. Joannis Oratio, cui titulus, cur arbor illa appellata ſit arbor ſcientiæ boni & mali, & quid ſibi velit illud Chriſti, hodie mecum eris in Paradiſo. Oratio ad Stagirium monachum. Et Oratio contra eos, qui mundum à Dæmonibus gubernari putant*. Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 129.

Gregorius Barhebræus in horreo myſteriorum, commentaria Chryſoſtomi in Scripturam frequenter commemorat. In Nomocanone verò Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 303. affirmat, in Eccleſia Syrorum per anni circulum legi *Homilias centum quinquaginta quinque, quæ pro majori parte ſunt S. Joannis Chryſoſtomi, & Cyrilli, & Theodoti, & Architei, & aliorum*. Et paulò inferius: *Commentaria Sancti Ephræm, & Sancti Joannis Chryſoſtomi*. Cyrillum autem Alexandrinum intelligit, Theodotum Ancyranum, & Architeum, ſeù Arcadium Cypri Epiſcopum, de quo vide Caveum Tom. 2. hiſtor. liter. in Appendice, diſſert. 1. pag. 5. quorum Homiliæ in vetuſtis Eccleſiarum Syriacarum Lectionariis ſæpè occurrunt.

Quum itaque tot ac tanta Chryſoſtomi opera Syriacè, Copticè, & Arabicè habeantur, miror, cur Abulbarcatus in catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum nullam ejus mentionem fecerit, neque Jacobus Edeſſenus in Homiliis ejuſdem recenſendis operam ſuam contulerit.

1 *In Matthæum & Joannem* quatuor tomis. In Matthæum quidem Homiliæ XC. in Joannem verò LXXXVIII. Citantur à Syris paſſim. Xenajas in lib. de Uno ex Trinitate incarnato & paſſo tom. 2. Bibl. Orient. pag. 28. laudat etiam *Chryſoſtomi commentaria in Pſalmos*.

2 *In Apoſtolum* Homiliæ univerſim 245. quarum recenſionem vide apud Caveum tom. 1. pag. 183.

3 *De Sacerdotio* libri ſex, qui tom. 4. editionis Morellianæ & 6. Savilianæ exſtant. Citantur à Xenaja in lib de Uno ex Trinitate incarnato & paſſo, tom. 2. Bibl. Orient. pag. 28.

4 *De Baptiſmo*. Inter opera Chryſoſtomi nullus exſtat liber de hoc argumento, ſed homiliæ dumtaxat de Chriſti Baptiſmo, quas ſuprà indicavi. Fortaſſe ad Chryſoſtomum retulit Sobenſis *duos illos de baptiſmo libros*, quos Baſilius Magnus compoſuit.

5 *Adversùs Judæos* libri ſex, qui proſtant Tom. 1. edit. Morell. & 6. Savil.

6 *De monachis Ægypti*. Hic quoque liber inter Chryſoſtomiana opera deſideratur: alius enim videtur eſſe ab iis, qui inſcribuntur, *adversùs vitæ monaſticæ vituperatores*: &, *Comparatio Regis & monachi*: &, *quod Regulares fœminæ viris cohabitare non debeant, & in eos, qui ſorores adoptivas habent*: To. 4. edit. Morell. Exſtat tamen ſub nomine Joannis Epiſcopi Hieroſolymitani *liber de inſtitutione primorum monachorum in lege veteri exortorum, & in nova perſeverantium ad Caprasium monachum*, quem edidit Petrus Waſtellus Ord. Carmelitarum. Hunc cum libro Chryſoſtomiano *de monachis Ægypti* unum eundemque eſſe, id mihi ſuadet, quod homiliæ lucubrationeſque ferè omnes, quæ ibi Hieroſolymitano Joanni tribuuntur, Chryſoſto-

1 Et librum 1 consolationum :
2 Et epistolam 2 de Pœnitentia :
3 Et alteram 3 ad Justinianum.

: ܕܥܕܘܬܐ ܠܘܩܕ ܘܬܡܢ
: ܕܢܝܚܘܬܐ ܘܠܐ ܠܝܘܠܢ
ܘܠܘܩ ܘܐܠ ܡܗܡܢܘܗܝ .

CAPUT XVII.

Methodius Episcopus Olympi.

4 Methodii 4 Episcopi
5 Liber 5 de successione generationum,

ܘܡܬܗ ܡܝܘܗ ܕܦܣܩܘܦܐ
: ܕܘ ܘܡܥܘܠܐ ܘܠܘܩܒܐ

Et ܘܠܝܘܠܢ

sostomi sunt, ut ex suprà laudata homilia *de Turture*, & ex cæteris ad Chrysostomianos sermones collatis apparet. Vide Caveum tom. 1. hist. liter. pag. 163. & seq.

1 *Consolationum*. Nimirùm, *quod nemo lęditur, nisi à seipso*, liber Olympiadi mulieri nobilissimæ, & ob Chrysostomi causam gravissima quæque passæ inscriptus, Tom. 4. edit. Morell.

2 *Epistolam de Pœnitentia*. Ad Theodorum lapsum, Tom. 4. edit. Morell.

3 *Epistolam ad Justinianum*. Fortasse *ad Innocentium*, cujus nomen in *Justinianum* commutari potuit à Sobensi, vel ab Amanuensi. Exstant autem Chrysostomi *epistolę duę ad Innocentium Papam*, Tom. 4. edit. Morell. *Ad Justinianum* verò nulla.

4 *Methodii Episcopi*, Quæ hic de Methodio tamquam auctore à Chrysostomo diverso dicuntur, Ecchellensis cum antecedentibus ita conjunxit, ut non Methodii opera recensèri, sed Chrysostomi ad Methodium epistolam primùm, deinde librum de genealogia, postremò epistolas diversi argumenti existimaverit: sic enim vertit pag. 23. *Epistola* Chrysostomi *de Pœnitentia*, & *illa*, *quæ est ad Justinianum*, & *ad Methodium Episcopum*, *item ille* (*liber*) *qui est de traductione generationum*, & *plures aliæ epistolæ variis de rebus compositæ*. Verùm de Methodio in his versibus agi, non de Chrysostomo, liquet ex ipso *libri de genealogia* titulo, cujus auctor Methodius in omnibus tàm Syriacis, quàm Græcis Codicibus dicitur: quod & ex litera *Dalet* nomini Methodii præfixa confirmatur: non enim habet Sobensis

ܕ ܡ ܗ ܘ ܝ ܣ

Ad Methodium, sed ܕܡܬܗ ܡܝܘܗ *Methodii*: cujus nimirùm, non ad quem hic liber est, quem hoc loco commemorat Sobensis. Ut autem Ecchellensis versus istos ad Chrysostomum referret, effecit particula copulativa ◦ *Vau* quæ tàm nomini Methodii quàm ejus libro præfixa est in Textu Sobensis, etiam in Codice Vaticano, hunc in modum: *Et Methodii Episcopi*, & *ille* (liber) *de successione generationum* &c. sed utrobique ea redundat, videturque ab amanuensi oscitanter obtrusa. Fuit autem *Methodius Olympi in Lycia Episcopus*, quo titulo laudatur apud Barhebræum & Joannem Darensem *Oratio ejus de resurrectione & adversùs Origenem*, Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 120. & 295. *Martyr* etiam dicitur in Codice Syriaco 29. ad calcem Tomi citati pag. 507. Græci *Patarorum* itidem in Lycia Episcopum vocant, utliquet ex menologio die 20. Junii. *Tyri* quoque Episcopatum gessisse perhibent, ibidemque martyrium subjisse sub Diocletiano circa annum Christi 311. tametsi Baronius in notis ad Martyrol. Rom. 14. Junii Methodium Patarensem à Tyrio distinguat. Vide Tillemontium Tom. 5. histor. Eccles. Par. 3. Allatium diatriba de Methodiis: Gulielmum Caveum tom. 1. hist. liter. pag. 75. & Fabricium tom. 5. Biblioth. Græcæ pag. 255.

5 *Liber de successione generationum*. In Codice Syriaco 29. ad calcem Tomi 2. Bibl. Orient. pag. 507. hoc titulo prænotatur:

ܡܐܡܪܐ ܕܡܪ ܡܬܕ ܐܦܣ ܕܡ ܫܠܝܚ ܘ ܣ ܐ ܕ ܫ ܘ
ܕܡܬܗ ܕܡܝܘܗ ܕܦܣ ܘ ܕ ܫ ܘ ܐ ܕ ܫ ܘ
ܘܡܠܟ ܕ ܫ ܘ ܐ ܕ ܫ ܘ

Sermo beati mar Methodii Episcopi Olympi & martyris de successione Regum & de fine mundi.

Initium: ܡܐ ܕ ܫ ܘ ܐ ܕ ܫ ܘ ܡ ܕ ܫ ܘ ܐ ܕ ܫ ܘ
ܘ ܕ ܫ ܘ ܐ ܕ ܫ ܘ ܡ ܕ ܫ ܘ ܐ ܕ ܫ ܘ .
ܕ ܫ ܘ ܐ ܕ ܫ ܘ ܡ ܕ ܫ ܘ ܐ ܕ ܫ ܘ
ܕ ܫ ܘ ܐ ܕ ܫ ܘ ܡ ܕ ܫ ܘ ܐ ܕ ܫ ܘ
ܕ ܫ ܘ ܐ ܕ ܫ ܘ ܡ ܕ ܫ ܘ ܐ ܕ ܫ ܘ

Ante omnia igitur sciant prudentes lectores, Adamum & Evam, quum de Paradiso exierunt, virgines fuisse. Anno autem trigesimo postquam è

1 Et 1 complures epistolæ
Variis de rebus conscriptæ.

CAPUT XVIII.

Diodorus Tarsensis.

2 Diodorus 2 Tarsensis Com-

Paradiso egressi sunt, cognovit Adam Evam uxorem suam, quę concepit & peperit Cain &c.

Desinit in hæc verba: ...

Ingredietur enim hic filius perditionis (de Antichristo loquitur) *Hierosolymam, & sedebit in templo Dei, facietque seipsum tamquam Deum. Formabitur autem hic homo peccati ex semine viri & gignetur ex muliere conjugata de tribu Dan. Quum autem hic perditionis filius pessimis moribus sit, in errorem inducet omnes, si fieri potest: propterea nimirùm quod dæmoniorum omnium habitaculum erit, omnisque eorum operatio in ipso perficietur. Adveniente verò de cœlo Domino nostro, tradetur gehennæ ignis tenebrisque exterioribus, ibique erit in fletu & stridore dentium, unàcum omnibus, qui in ipsum crediturí sunt. Nos autem dignos efficiat Dominus noster Jesus Christus regno suo cœlesti cum omnibus, qui voluntatem ejus perfecere, eique extollamus gloriam, & honorem, & adorationem, & magnitudinem nunc & semper in sæculum sæculorum. Amen.* Idem sermo exstat Græcè manuscriptus in Codice Clementino-Vaticano 11. Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 594. hoc præfixo titulo: *Methodii Patarensis Episcopi de regno gentium, & in ultima tempora accurata demonstratio:* & pag. 602. hunc alium titulum præfert: *Methodii Patarensis Episcopi de Saracenorum irruptione in Romanos, deque eorundem exterminatione, & de fine mundi.* Prodiit Græcè & Latinè in editione Orthodoxographorum Basil. 1569. tom. 1. & Latinè in Bibliothecis Patrum tom. 3. Titulus, *Methodii Patarensis Episcopi & martyris de rebus, quæ ab initio mundi contigerunt, quæque deinceps contingere debent, Revelationes, per paraphrasin translatæ, incerto auctore. Per paraphrasin*, inquam: nam in ea translatione multa sunt, quæ Syriacè desiderantur, ut duo priora capita *de Prævaricatione Angelicæ naturæ & illius de cœlo dejectione: deque iniqua serpentis persuasione & primorum parentum transgressione*: & divisiones capitum, titulique singulis capitibus præfixi, atque duo postrema capita quæ videntur textui Methodiano ab amanuensibus vel ab interprete adjuncta, quum in antiquissima ejusdem Operis Syriaca versione haud extent. An genuinum Methodii Patarensis opus sit, in dubium vocant Eruditi: eò præsertim, ut inquiunt Caveus tom 1. hist. liter. pag. 75. & Fabricius tom. 5. Bibl. Græcæ pag. 258. quod multa in ipso de Saracenis, de Turcis, deque Romanis prædicuntur (quæ tamen in titulis, non in textu sunt, ut modò observavi:) quamobrem Methodio Confessori & Patriarchæ Constantinopolitano, qui obiit circa annum Christi 846. communiter adjudicatur. Quod autem subjungit Caveus loc. cit. *Sermonem hunc forsan alteri Methodio Patriarchæ Constantinopolitano qui claruit circa annum* 1240. *adscribendum*, mihi nullatenus probatur, quum Sobensis, qui anno Christi 1318. vita functus est, ejusdem sermonis jam Syrorum manibus circumlati Methodioque antiquo Scriptori tributi mentionem faciat in Catalogo.

1 *Complures Epistolæ*. Inter opera, quæ Methodio sivè Patarensi sivè Constantinopolitano tribuuntur, nullus *Epistolis* locus apud citatos Auctores. Quamobrem vel dicendum est, eas apud Syros conservatas esse, quæ Græcè interciderint; vel hunc locum ad Chrysostomum, non ad Methodium pertinere. Nam Sobensis librum Methodii de regno gentium & fine mundi, tamquam intra parentesim, Chrysostomianis operibus interseruisse videtur. Sunt autem *Epistolæ Chrysostomi ad diversos* CCXXV. de quibus consule Caveum tom. 1. hist. liter. pag. 180.

2 *Diodorus Tarsensis*, magister Nestorii,

cujus

1 Compoſuit 1 libros numero ſexaginta,
Quos Ariani combuſſerunt.
Remanſerunt verò ex illis qui ſequuntur.
2 Liber 2 de diſpenſatione:
3 Et 3 liber ſolutionis Aſtrologiæ:
4 Et liber 4 adversùs Eunomianos:
Et alter adversùs hæreticos.
5 Et quem ſcripſit 5 adversùs Judæos:
6 Et 6 adversùs Manichæos:
7 Et 7 adversùs Apollinarium:
8 Et expoſitio 8 in partem Matthæi.

هُبِر هُدَّا هُدَّ حَمَّسُنَا
هُوَّسُنَا وَهُبُوهُ لِنَّهُ :
هُهُه هُكُب وَهُدَّوُو لِنَّا .
هُدَّا وَهُهُنُهُنُهُ .
هُهُه وَهُبُ هُكُبُهُ .
هُوَكُهُدَّا وَهُنُهُسُنَا .
هُاسُنُب وَكُهُدَّا هُرُوُسُنَا .
هُهُه وَهُبُر كُهُدَّا هُهُوُسُنَا .
هُهُه وَكُهُدَّا هُنُسُنَا .
هُكُهُدَّا وَهُهُكُسُنُوُهُ .
هُهُهُ هُنُهُا هُبِ هُدَّهُ .

Theo-

ris Scriptoribus, ut hic apud Sobenſem, & apud S. Ephræmum in libris de fide, & adversùs hæreſes. Baſilius Magnus epiſt. 167. affirmat Diodorum libros duos adversùs hæreticos compoſuiſſe.

5 *Adversùs Judæos*. Inter Diodori opera recenſetur à Svida. Vide Caveum tom. cit. pag. 152.

6 *Adversùs Manichæos*. Actis diſputationis Archelai cum Manete circa annum Chriſti 277. habitæ præfigitur ejuſdem Archelai *Epiſtola ad Diodorum*, de qua dixi to. 1. Bibl. Orient. pag 555. quem tamen à Diodoro Tarſenſi diverſum eſſe ex dictis apparet, quum centum & ampliùs anni inter eam diſputationem & obitum Tarſenſis interceſſerint.

7 *Adversùs Apollinarium*, ſeù περὶ τῆς Συνουσιώσεως: *ex quo*, inquit Caveus loc. cit. *excerpta ſelegit Proclus Conſtantinopolitanus, quæ & ipſe in epiſtola ad Armenos, & Cyrillus tribus libris jam deperditis datâ operâ refutarunt*.

8 *In partem Matthæi*. In totum Vetus & Novum Teſtamentum ſcripſit Diodorus, teſtibus Svida & Photio cod. 102. ſed quum plurimos ex ejus libris Ariani, ut mox dixi, combuſſerint, pars dumtaxat Commentariorum in Matthæum apud Syros ejuſdem aſſeclas remanſit.

Ecchellenſis Not. in Catalogum Ebedjeſu pag. 135. *Liturgiam Diodori* Syriacè ſe legiſſe teſtatur. In Synodo Diamperenſi, nequis illâ uteretur, diſertè vetitum fuit: ut neque aliis duabus, quæ Theodori & Neſtorii nomen præferunt: quidquid in contrarium ſcribat Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 622. qui quum eam in Codicibus Syrorum Neſtorianorum, quos præ manibus habuit, non viderit, confidenter pronunciat, nunquam exſtitiſſe, ſed cenſores Diamperenſes nominum ſimilitudine deceptos, Diodorum cum Theodoro, cujus Liturgia apud Neſtorianos celeberrima eſt,

con-

cujus hæreſi in libris ſuis nimiùm favere deprehenſus eſt: quam ob cauſam à Neſtorianis quidem ſummis laudibus tamquam ipſorum doctor & pater unàcum Theodoro Mopſveſteno & Neſtorio Conſtantinopolitano effertur; à reliquis verò Syris tùm Orthodoxis, tùm Jacobitis rejicitur, ut Tom. 1. pag. 348. ex Simeone Beth-Arſamenſi oſtendi. Interfuit Concilio Œcumenico Secundo quod Conſtantinopoli anno Chriſti 381. adversùs Macedonianos habitum eſt. Vide Tillemont. tom. 8. & Caveum tom. 1. hiſt. liter. pag. 152.

1 *Libros ſexaginta, quos Ariani combuſſerunt*. Meletio enim Antiocheno ſub Valente in exilium miſſo, Diodorus gregis catholici curam geſſit, & graſſantibus Arianorum inſidiis animosè reſtitit, ut Eccleſiaſtica docet hiſtoria. Hinc ortum eorumdem hæreticorum in ipſum, ejuſque libros odium.

2 *Liber de diſpenſatione*, ſeù Œconomia, hoc eſt, de Incarnatione Verbi. Ecchellenſis vertit *liber Politicorum*, haud rectè. Citatur à Joanne Darenſi lib. 4. de reſurr. corporum cap. 21. Vide tom. 2. pag. 120.

3 *Liber ſolutionis Aſtrologiæ*. Contra Aſtronomos, Aſtrologos, & Fatum libros octo ſcripſiſſe Diodorum, teſtatur Photius in Biblioth. Cod. 223. ubi ampliſſima eorum excerpta nobis conſervavit. Aſtrologos vulgò ܟܠܕܝܐ *Chaldæos*, & Aſtrologiam ܟܠܕܘܬܐ *Chaldaiſmum* appellant Syri ipſi Chaldæique Scriptores: Ephræmus, inquam, in libro adversùs hæreſes, & Sobenſis hoc loco, aliique paſſim.

4 *Adversùs Eunomianos & adversùs hæreticos*. *Contentioſum* vertit Ecchellenſis ſingulariter, pluralis numeri ſignum duo puncta huic voci appoſita non advertens. *Contentioſi* ſeù *contradicentes* ܡܬܚܣܡܢ, vel *Scrutatores* ܚܘܪܝ hæretici paſſim vocantur à Sy-

CAPUT XIX.

Theodorus Mopſveſtenus.

1 Theodorus [1] Commentator
2 Compoſuit [2] quadraginta & unum tomum

Qui

confudiſſe. *Iſtius verò* (inquit de Diodori Liturgia) *nulla apud Neſtorianos memoria eſt: unde ſuſpicari licet deceptos nominis ſimilitudine cenſores fuiſſe, quum facilis fuerit unius nominis in alterum tranſmutatio, præſertim in Syriaca ſcriptura, quę ut Arabica, Græcis nominibus exprimendis parùm commoda eſt, nec magis quàm Græca, ubi Orientales voces exprimendę ſunt.* Id ut aſſereret, Miſſalium Chaldaicorum auctoritate motus eſt, in quibus tres dumtaxat Liturgiæ Neſtorianorum exhibentur, *Apoſtolorum* ſcilicet, *Theodori*, atque *Neſtorii*, ut liquet ex catalogo manuſcriptorum ad calcem tomi 1. Bibl. Orient. pag. 581. & 583 Verùm præter haſce tres Liturgias, apud Neſtorianos alias quoque exſtare, quarum tamen uſus in eorum Eccleſia vel rarus, vel nullus eſt, ex ejuſdem Sobenſis catalogo palàm fit, in quo Narſes & Barſumas compoſuiſſe Liturgias dicuntur, ut infrà patebit.

1 *Theodorus* patria *Antiochenus*, dignitate *Mopſveſtię in Cilicia Epiſcopus*, apud Syros, maximè Neſtorianos per excellentiam ܡܦܫܩܢܐ *Mphaskana*, hoc eſt, *Commentator* ſeù *Interpres* dictus, quia multis in ſacram Scripturam commentariis inclaruit, *qui licet ab eo homine profecti* (inquit Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 622.) *cujus fides corrupta erat opinionibus illis, quas Neſtorius publicavit, ipſis Orthodoxis non contemnendi viſi ſunt, adeò ut in Catenis græcis multa illorum fragmenta occurrant.* Auctores habuit Neſtorium & Theodoritum, qui lib. 5. hiſt. Eccleſ. cap. 4. hoc magiſtrum ſuum Theodorum encomio exornat, *totius Eccleſię doctor*, & *qui adversùs omnes hęreticorum catervas ſtrenuè decertavit:* in plurimos tamen ipſe errores delapſus, maximè Pelagianorum & Neſtorianorum, quorum pater rectè appellatur: eamque ob cauſam in Quinta Synodo poſt mortem damnatus fuit. In Chronico Edeſſeno notatur epocha temporis, quo Scripturam exponere aggreſſus eſt: *Anno Græcorum* (inquit Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 400.) *ſeptingenteſimo decimo quarto*, (Chriſti 403.) *Theodorus Mopſveſtię Epiſcopus ſacram Scripturam commentari cœpit.* Is erat nonus Theodori Epiſcopatus annus, ut loc. cit. oſtendi: obiit autem Theodorus anno Chriſti 429. quum triginta ſex annis Mopſveſtenam Eccleſiam rexiſſet, ut Theodoritus notat. Ejus libros è Græca in Syriacam linguam olim converſos, teſtatur Liberatus in Breviario cap. 10. Ibam Edeſſenum Epiſcopum eam verſionem procuraſſe conqueruntur ejuſdem accuſatores Samuel, Cyrus, Maras, & Eulogius Presbyteri Edeſſeni in Concil. Berytenſi ac Tyrio Act. 9. & 10. Concil. Chalced. ut tom. 1. Bibl Orient. pag. 200 notavi. Cum Iba Probum & Cumam in iis libris transferendis operam ſuam conjunxiſſe, affirmat Sobenſis infrà in Catalogo. Auctor Catalogi Patriarcharum Chaldæorum, ad calcem epiſtolæ Simeonis Beth-Arſamenſis ſcribit Narſetem, Jazidadem, & reliquos Scholæ Edeſſenæ diſcipulos Neſtorianos unàcum Barſuma Niſibeno ex eadem Schola ejectos, tuliſſe ſecum libros Theodori ac Neſtorii, & in Perſarum dominium ſeceſſiſſe, cujus verba tom. 1. Bibl. Orient. pag. 350. retuli. Idem ferè Barhebræus ſcribit in Chronico Syriaco in vita Maanæ Seleucienſis Primatis tom. 2. Bibl. Orient. pag. 402. In Synodis, quæ ſub Catholicis Neſtorianorum Sabarjeſu & Gregorio celebratæ ſunt, Commentaria Theodori tamquam fideinormam, ſuſcipienda eſſe decernitur. Ex tot autem Theodori libris, quos apud Syros Neſtorianos exſtare affirmat Sobenſis, habemus in Bibliotheca Vaticana *Liturgiam* Cod. Syr. Vat. 18. pag. 162. & tom. 1. Bibl. Orient. pag. 581. & 583. *Quæſtiones in Scripturam*, Tom. 2. pag 487. *Quæſtiones & Reſponſiones*, Ibidem: & *Hymnum*, tom. cit. pag. 488. Prodiit autem *Liturgia* latinè per Renaudotium tom. 2. Liturg. Orient. pag. 616. Initium, *Domine Deus fortis*. Abulbarcatus in lib. de divin. Offic. cap. 7. hæc Theodori Commentaria recenſet.

ثاودورس المفسقان من ملافنة السريان له شرح
لبعض الرسايل البولصية والقصص السليحية
وللمذكور عند طايفته مرتبة كثيرة فى علمه

Theodorus, inquit, *Commentator Syorumque* (puta Neſtorianorum) *doctor, habet expoſitionem quarundam epiſtolarum Pauli & Actuum Apoſtolicorum: magnamque obtinet apud gregales ſuos doctrinę famam. Tale exemplar eſt* (ſubjungit in hunc Abulbarcati locum Renaudotius tom. 2 Liturg. Orient. pag. 622.) *niſi vehementer fallimur, quod exſtat in Seguieriana Bibliotheca: nam in illo quod dogmatibus Neſtorianis faveat, occurrit omninò nihil.* Nimirùm *à Jacobitis reformata eſt illa verſio Commentariorum in teſtamentum Novum, rejectis illis, quę ad Neſtorianam hęreſim ſpectabant, ut à ſuis hominibus ſine offendiculo legi poſſent.*

2 *Quadraginta & unum Tomum.* Opera

Theo-

Qui ſunt Prophetæ centum & quinquaginta,
Quorum unuſquiſque capitibus triginta comprehenditur.

1 Commentarium in librum [1] Geneſeos
Tribus edidit tomis
Ad magnum Alphæum
Summa elaboratum methodo & ſpeculatione.

2 Davidem [2] quinque tomis
Expoſuit ad Cerdonem fratremque ejus.

3 Duodecim [3] Prophetas commentatus eſt
Duobus tomis ad mar Tyrium.

4 Samuelem 4 uno tomo
Commentatus eſt ad Mamarianum.

5 Jobum 5 duobus tomis
Ad Cyrillum Alexandrinum.

Ec-

Theodori ſunt univerſim tomis quadraginta & uno comprehenſa; conſtant autem libris quinquaginta, ut ex eorundem recenſione liquet; tantæ verò molis ſunt, ut centies & quinquagies libros Prophetarum majorum minorumque ſuperent. Citantur paſſim ejus commentaria in Scripturam in Catenis Græcis, & à Greg. Barhebræo in Horreo myſteriorum tom. 2. Bibl. Orient. pag. 283.

1 *In librum Geneſeos* tribus tomis: quorum primum ſeptem libros complexum memorat Photius in Biblioth. Cod. 38. Fragmenta nonnulla ſub titulo libri *de creatura* producta ſunt collatione quarta Synodi quintæ. Non in *totum Pentateuchum* ſcripſit Theodorus, ut indicat Caveus tom. 1. hiſt. liter. pag. 211. ſed in *Geneſim* dumtaxat, ut aſſerit hic Sobenſis. In verſione Ecchellenſis pag. 25. delendum *item*, quod huic tetraſtycho præmittitur ſic: *item commentatarium in librum Geneſeos* &c. Hoc enim primum Theodori opus eſt ex recenſione Sobenſis, non ſecundum. Item in textu Syriaco pag 24. pro voce ܥܡܠܐ, quam *laborem* reddit, reſtituenda ܬܐܘܪܝܐ *contemplatio* ſeù *ſpeculatio*, quæ in Codice ipſo Ecchellenſis proſtat.

2 *Davidem quinque tomis*, non *ad Cedronem*, ut apud Ecchellenſem, ſed *ad Cerdonem*. Fragmenta in Pſalmos ex commentariis Theodori occurrunt in Græca Catena Danielis Barbari, in conſtituto Vigilii Papæ, in Concilio V. collat. 4. & 5. & apud Facundum Hermianenſem lib. 9. cap. 1. Huc refer quod Noë Libaniota Jacobitarum Patriarcha in laudibus ſectæ ſuæ de Theodoro ſcribit, Pſalmum illum ei adjudicans, quem canunt Syri Maronitæ in Officio matutino, *Lux quæ orta eſt juſtis* ܢܗܪܐ ܕܙܪܚ ܠܙܕܝܩܐ: qua de re vide Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 60.

3 *Duodecim Prophetas* duobus tomis ad *Tyrium*, ſeù *Turim*, ut habet Ecchellenſis pag. 27. Fragmenta commentariorum in XII. minores Prophetas habentur latinè in collatione 4. Synodi quintæ. *Exſtare tamen dicuntur integri in Bibliotheca Imperatoria Viennæ*, inquit Caveus tom. 1. hiſt. liter. pag. 211. & tom. 2. pag. 82. Anſelmus Bandurius in conſpectu operum S. Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani in Præfat. apud Fabricium tom. 6. Bibl. Græcæ pag. 642. promittit ſe alia quamprimum literarum monumenta in lucem emiſſurum, *in quibus Theodori Mopſveſteni commentaria in duodecim Prophetas*.

4 *Samuelem*, hoc eſt, priores duos Regum libros tomo uno *ad Mamarianum*. Mamrinum legit Ecchellenſis.

5 *Jobum* tomis duobus ad Cyrillum Alexandrinum Neſtorianæ hæreſeos acerrimum impugnatorem, quem proinde Sobenſis tamquam Neſtorianus in libro Margaritarum Par. 3. cap. 4. diſertè anathematizat, ejuſque nomen per contemptum hic diminuit: non enim ſcribit ܩܘܪܝܠܠܘܣ *Cyrillus*, ut in libro Margaritarum loc. cit. ſed ܩܘܪܝܠܘܣ quaſi dicas, *Cyrillulus*: quod & advertit Ecchellenſis in notis ad Catalogum pag. 157.

Eccleſiaſten uno libro expoſuit
Deprecante Porphyrio.
1 Iſaiam quoque 1 & Ezechielem,
Et Jeremiam & Danielem,

Singulos ſingulis tomis
Commentatus eſt & dilucidavit.
Quibus finem impoſuit
Labori ſuo in Teſtamentum vetus.

2 Matthæum 2 uno tomo
Explicavit ad Julium.
3 Lucam 3 & Joannem 4
4 Duobus tomis ad Euſebium.

5 Actus 5 Apoſtolorum ad Baſilium
Uno commentatus eſt tomo.
Epiſtolam quoque ad Romanos
Ad Euſebium expoſuit.

Binas ad Corinthios
Epiſtolas 6 tomis duobus
6 Dilucidavit & illuſtravit
Rogatu Theodori.

Euſtratius 7 poſtulavit expoſitionem
7 Quatuor epiſtolarum, quas ſum commemoraturus:

Epi-

NOTÆ.

1 *Iſaiam*, *Ezechielem*, *Jeremiam*, & *Danielem* quatuor tomis. Univerſim in Teſtamentum Vetus ſunt commentariorum Theodori *libri duodeviginti*. In Teſtamentum Novum *libri novem*.

2 *Matthæum*. Fragmenta habentur in Vigilii conſtituto, in collatione 4. Synodi quintæ, & apud Facundum Hermianenſem lib. 3. cap. 4. & lib. 9. cap. 2.

3 *Lucam*. Fragmenta in conſtituto Vigilii, in coll. 4. Synodi quintæ, & in Catena in Lucam.

4 *Joannem*. Fragmenta exſtant in Catena Græca in Joannem, in Vigilii conſtituto, & in coll. 4. Synodi quintæ, & apud Facund. Hermian. lib. 9. cap. 3.

5 *Actus Apoſtolorum*. Fragmenta apud Vigilium in conſtituto, & in Quinta Synodo collat. 4.

6 *Epiſtolas Pauli* omnes à Theodoro fusè explicatas eſſe, teſtatur Theodoritus Præfat. in comment. in eaſdem. Fragmenta proferuntur à Vigilio PP. in conſtituto, in collat. 4. Synodi V. & apud Facund. Hermianen. lib. 3. cap. 6.

7 *Euſtratius*. Sobenſis habet *Eſtratius*, *Eſtrateam* reddit Ecchellenſis, eundemque facit auctorem reliquorum operum, quæ hic in Catalogo recenſentur uſque ad caput de Neſtorio: ſic enim vertit pag. 29. *Eſtratea proſecutus eſt expoſitionem quatuor Epiſtolarum, quas ſum commemoraturus* &c. perinde ac ſi Eſtrateam manus ad Commentaria ibi admoviſſet, ubi Theodorus deſierat. Sed deceptus eſt vir doctus, quum verbum Syriacum ﻁﻠﺐ, quod *poſtulavit* ſeù *efflagitavit* ſignificat, latinè expoſuit *proſecutus eſt*. Hæc enim omnia quæ ſequuntur, non ad Eſtrateam

ſed

Epiſtolæ ad Galatas,
Et ad Epheſios,

Et ad Philippenſes,
Et ad Coloſſenſes.
Binas autem ad Theſſalonicenſes
Jacobo efflagitante expoſuit.

Epiſtolam ad Timotheum
Utramque explicavit ad Petrum.
Cyrino etiam deprecante expoſuit
Epiſtolam ad Titum, & ad Philemonem.

Item Epiſtolam ad Hebræos
Ad eundem Cyrinum dilucidavit.
Quinque autem tomis finem impoſuit
Commentariis ſuis in totum Apoſtolum.

1 Exſtat etiam ejus liber 1 de Sacramentis:
2 Et qui de 2 Fide inſcribitur:
3 Ac tomus unus de 3 Sacerdotio:
Duo verò de Spiritu Sancto.

4 Tomus unus de 4 Incarnatione.
5 Duo adversùs 5 Eunomium.

Ac

ſed ad Theodorum referenda ſunt, quem epiſtolas Pauli omnes expoſuiſſe, ex Theodorito ſuprà notavi; eaque verba convincunt, quæ mox ſubjunguntur decimo quinto abhinc verſu: *Quinque autem tomis finem impoſuit commentariis ſuis in totum Apoſtolum.* Præterquàm quod *libros de Fide, de Incarnatione, contra Eunomium, pro Baſilio, adversùs magiam, & contra aſſerentes peccare homines naturâ*, nemo eſt, qui Theodori Mopſveſteni opus eſſe ignoret.

1 *Liber de Sacramentis.* In idem argumentum ſcripſere Narſes, Jeſujab Arzunita, & ipſe Sobenſis in libro Margaritarum Par. 4. Huc ſpectat *ad baptizandos liber* Theodoro auctore, qui citatur collat. 4. Synodi V. & à Facundo Hermianenſi lib. 9. cap. 3. nec non *Liturgia*, quæ apud Syros Neſtorianos celeberrima eſt, tametſi diſertam ejus mentionem haud facit Sobenſis.

2 *De Fide. Symbolum*, ſive *expoſitio Fidei* à Theodoro compoſita exſtat Græco-Latinè Act. 6. Concilii Epheſini. Fragmentum *Expoſitionis Symboli Nicæni* habetur in Conſtituto Vigilii, & collat. 4. Synodi quintæ.

3 *De Sacerdotio.* Scripſere de eodem argumento complures tùm orthodoxi, tùm hæretici, ut S. Ephræm, S. Joannes Chryſoſtomus, Joannes Darenſis, Gregorius Barhebræus, & Sobenſis ipſe in lib. Margaritarum Par. 4. cap. 2.

4 *De Incarnatione* tomus unus libris XV. comprehenſus, de quibus vide Gennadium de Scriptor. Eccl. cap. 12. & Caveum tom. 1. hiſtor. liter. pag. 211.

5 *Adversùs Eunomium tomi duo* libris XXVIII. comprehenſi, quibus, ut inquit Photius, Eunomium non tantùm externarum diſciplinarum, ſed & Chriſtianæ Theologiæ imperitum eſſe pluribus oſtendit. Alii ſunt à libris XXV. quos idem Theodorus pro S. Baſilio adversùs eundem Eunomium ſcripſit, ut mox dicam.

1 Ac duo alii adversùs 1 asserentem,
Peccatum in natura insitum esse.
2 Duo adversùs 2 Magiam.
Unus ad monachos.
Unus de obscura loquutione.
Et unus de perfectione operum.

Quinque prætereà tomos composuit
3 Adversùs 3 Allegoricos.
4 Et unum pro 4 Basilio.

Unum

NOTÆ.

1 *Adversùs asserentem, peccatum in natura insitum esse* Tomi duo, libris quinque comprehensi, de quibus Photius Cod. 177. Libros hosce à Theodoro Mopsvesteno contra Originalis peccati dogma ejusque propugnatorem S. Augustinum scriptos fuisse affirmat Marius Mercator. *Longè verò probabilius est*, inquit Caveus tom. 1. histor. liter. pag. 212. *Theodorum bis libris Hieronymum, quàm Augustinum oppugnasse*; cujus rationes omninò consule. Hinc Theodorus meritò Pelagianorum pater audit: ejusque sectatores Chaldæi Nestoriani de originali peccato usque in præsentem diem malè sentiunt. Certè in Synodo sub Catholico Sabarjesu habita inter hæreses deputarunt doctrinam orthodoxam de peccato originali. اجتمعت بسبب قوم من الديرانيين يظهرون ارا ردية منها ان الخطية بالطبع للانسان وادم خلق بطبعه غير مايت.

Congregata fuit hæc Synodus (ut legitur in Cod. 36. ad calcem tom. 2. pag. 507.) *propter quosdam cœnobitas, qui inter cæteras pravas opiniones hanc asserebant, insitum scilicet esse in natura humana peccatum, & Adamum creatum natura immortalem.* Et Pueros absque Baptismo defunctos cum precibus & canticis sepeliunt, non secùs atque baptizatos, ut ex eorum Rituali liquet Tom. 1. Bibl Orient. pag. 581. qui ritus & ad Syros Jacobitas promanavit, ut auctor est Gregorius Barhebræus in Nomocanone cap. 6. sect. 1. Non eadem tamen utrisque ratio: nam Nestoriani Pelagianum dogma expresè docuere, ut probat Pagius ad annum 428. num. 16. hac in re à magistro suo Nestorio descisentes, qui de peccato Originali rectè senserat, teste S. Cœlestino Papa in epistola ad eundem: Jacobitæ verò puerorum illorum exequias celebrant vel propter fideles eorum parentes, vel quia existimant eos in altero sæculo baptizandos fore. Audi Barhebræum loco citato.

Fœtus (inquit) *quem abortivum mulier effudit, si quidem perfectam formam habet, cum precibus sepelitur: aliàs nequaquam. Neque audiendi sunt, qui ajunt: non esse orandum pro eo, propterea quod baptizatus non est. Imò orandum est: tùm quia filius fidelium est; tùm quia alium habemus Baptismum, quo baptizabuntur, qui hìc baptizati non sunt.* In Chronico Edesseno ad annum Græcorum 739. Christi 428. adnotatur, *emersisse hæresim asserentium peccatum naturæ insitum esse:* quæ verba ex Pelagianorum sententia dicta sunt, peccatum Originale profligantium. Eodem autem errore nonnullos Syrorum per id tempus infectos fuisse, ex Marii Mercatoris commonitorio demonstravi tom. 1. Bibl. Orient. pag. 402. & seq.

2 *Adversùs Magiam* Tomi duo. *Libros tres Mastubio Armeno & Chorepiscopo inscriptos de Persarum Magia* memorat Photius Cod. 81. quorum primo, inquit, nefandum Persarum dogma, quod Zafrades (hoc est, Zoroastres) induxit, exponit & refellit: duobus posterioribus de fidei pia doctrina ab ipso mundi exordio tractat.

3 *Adversùs Allegoricos*: hoc est, Origenem assectasque, qui in exponendis Scripturis sensum allegoricum, non literalem sequuntur. Vide suprà pag. 19.

4 *Pro Basilio* apologia adversùs Eunomium libris XXV. comprehensa, de qua Photius Cod. 4. Alia profecto ab ejusdem Theodori libris XXVIII. adversùs eundem Eunomium, de quibus suprà: quod & indicat Photius Cod. 4. & 177. Quare non assentior Caveo, qui tom. 1. histor. liter. pag. 212. de hoc Theodori opere scribit: *Contra Eunomium pro Sancto Basilio libri XXV. vel* (*ut alibi habet Photius*) *XXVIII.* nam Photius non

1 Unum etiam de assumente 1 & assumpto.
Item librum Margaritarum,
2 In quo epistolæ 2 ejus collectæ sunt.
3 Demùm Sermonem de 3 Legislatione,
Quo finem suis lucubrationibus imposuit.

ܚܕ ܕܢܣܝܡ ܘܕܢܣܝܡ ܠܗ .
ܡܪܓܢܝܬܐ ܕܟܬܒ ܒܗ ܐܓܪܬ̈ܐ ܕܝܠܗ ܟܢܫ̈ܝ .
ܘܠܒܘܬ ܡܐܡܪ ܕܐܬܝܠ ܥܠ ܢܡܘܣܐ .
ܘܥܠ ܗܢܐ ܣܝܡ ܠܐܓܪ̈ܬܗ ܕܫܪ̈ܪ .

CAPUT XX.

Nestorius Patriarcha Constantinopolitanus.

4 Nestorius 1 Patriarcha Plu-

ܢܣܛܘܪܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡ̈ܢ

non de uno eodemque opere, sed de diversis loquitur.

1 *De assumente & assumpto*, ut videtur, adversùs Apollinarium: unde fragmenta habentur in Collat. 4 Synodi V. Præfatio verò apud Facundum Hermianensem lib. 10. cap. 1.

2 *Epistolæ*. Ex quibus sibi constitisse ait Photius Cod. 117. Theodorum Antiochenum, cujus nomen præferunt pleraque ex supra recensitis operibus, eundem esse ac Theodorum Mopsvestenum. Fragmentum ex epistola ad Domnum citatur in collectione Testimoniorum sub nomine Damasceni. Vide Labb. conspect. oper. Damasc. pag. 50. num. 3.

3 *De Legislatione*, seù *Legislatore*. Inter opera S. Joannis Chrysostomi in editionibus Saviliana & Morelliana tom. 6. exstat sermo eidem Chrysostomo inscriptus, cui titulus: *Unum & eundem esse Legislatorem utriusque Testamenti*: quem Fronto quidem Ducæus spurium censet; Pearsonus verò Vindic. Ignat. par. 1. cap. 9. pag. 132. genuinum esse pluribus contendit. Si Theodori librum *de legislatore*, quem hic Sobensis commemorat, haberemus, lis dirempta esset. Titulus certè pro Ducæo militat. Verùm pro Pearsono responderi potest, diversos sæpissimè auctores in idem argumentum scripsisse, quale est ipsius Theodori *opus de Sacerdotio*, de quo & Chrysostomum tractasse certissimum est. Quin etiam Theodulus Presbyter Theodori ipsius discipulus (teste Gennadio de Script. Eccles. cap. 91) *librum scripsit de consonantia divinæ Scripturæ*, in quo, ut ait Caveus tom. 1. hist. liter. pag. 261. *ostendit unum eundemque Deum utriusque scripturæ, utriusque dispensationis auctorem esse*: quæ omnia Chrysostomiano sermoni mirificè conveniunt.

4 *Nestorius* ex Germanicia Syriæ Euphratesiæ urbe ortus, Diodori Tarsensis ac Theodori Mopsvesteni auditor, ex Presbytero Ecclesiæ Antiochenæ anno Christi 428. Episcopus Constantinopolitanus electus, quum hæresim, quæ ex ejus nomine Nestoriana dicta est, propalasset, à Patribus Synodi Ephesinæ anno 431. damnatus, periit in exilio circa annum 450. si fides habenda est Xenajæ in epist. ad monachos Senunenses, & Zachariæ Rhetori in hist. Eccles. quorum verba retuli tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 40. & 55. quibus & Evagrius lib. 2. cap. 2. quoad annum interitus Nestorii consonare videtur, tametsi utrumque rejiciat quoad fabulam illam, qua dicitur Nestorius à Marciano Imperatore ad Synodum Chalcedonensem per Joannem Tribunum evocatus, quum ab exilio Oasitano redux in Deiparam blasphemias evomeret, morte præreptus fuisse, ne Synodo interesset. Alii mortem ejus ad annum 436. vel 439 consignant: quod tamen Socrati repugnat, qui lib 7. cap. 34. de Nestorio hæc scribit: *Etiamnum depositus, & in exilium missus, Oasim incolit*: hoc est, in vivis erat Nestorius anno Christi 439. quo Socrates historiam suam clausit. De ejus tumulo quid dicant Syri Jacobitæ Nestorianique, vide Gregor. Barhebræum citatum tom. 2. Bibl. Orient. pag. 315. Quod autem Nestorius à recentioribus Orientalibus *Pauli Samosateni nepos* dicitur, commentum inde ortum arbitror, vel quia eadem utriusque patria fuit, nimirùm Germanicia: vel quia eadem hæresis, ut ostendit Simeon Beth-Arsamensis in epistola de Nestorianorum primordiis & progressionibus tom. 1. Bibl. Orient. pag. 347. 348. & 349. Theodorus Presbyter Raithuensis in libello de Incarnatione, qui exstat in Bibliotheca Patrum, non modò Nestorium *Pauli Samosateni nepotem*, sed etiam *Theodori filium* appellat. Nimirùm *non generis ac sanguinis, sed doctrinæ erroriſque cognatio verbis illis exprimitur*, ut Petavius lib. 1. de Incarn. cap. 7. & Pagius ad annum 428. num. 12 adversùs Eminentissimum Annalium Parentem docent.

Opera Nestorii Græca recensentur à Caveo tom. 1. pag. 230. Syriaca, quæ in Bibl. Vatic. exstant, hæc sunt. *Capita*, seù *Anathe-*

1 Plures exactos libros 1 composuit,
Quos è medio blasphemi sustulere.
Qui autem ex illis remanserunt, hi sunt.

هُمِ هُدَا حسْنَا هُمُدَا :
هُوحْبِه ثُم مِحْبِقْنَا .
هُكِم وِهُمِه وُكِم ثُم .

2 Liber 2 Tragœdiæ:

هُدَا وِبْنَوْبَا .

3 Et liber 3 Heraclidis:
Et epistola ad Cosmam:

هُدَا وِهُوكِبُوهِ .

4 Quæ tempore 4 Pauli translata sunt.

هُكِنَالَا وِحَا هُوَدَا .
هُكِم نِهِمه حَاحْنِه وِهُكُمه .

5 Prolixa ejusdem 5 Liturgia,
Quam Thomas & Mar--Abas transtulere:

هُوُهِه وِحَاوُحُدَا
لَاهُدَا هِهِمه هُدْنِب هُحَا .

6 Et liber unus 6 epistolarum:

هُدَا سِ وِلَاوِبَا :

7 Et alter Homiliarum 7 & Orationum.

هُوِه وِلَاوِقَا هُدَا هِ هُدَامِدَا :

CA-

thematismi XII. Cyrilli anathematismis oppositi, Tom. 2. Bibl. Orient. pag.497. *Fragmenta tria*, quorum primum est, *an Christus sit Deus:* Alterum, *de eo qui ambulavit super aquas maris:* tertium, *in illud, Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me:* Ibidem. *Liturgia*, tom.1. pag.581. & 583. & Cod. Syr. Vatic. 18.

1 *Plures libros composuit, quos blasphemi è medio sustulere.* Postremis verbis, quæ apud Ecchellensem desiderantur, Sobensis *legem Theodosianam de Nestorii libris comburendis* carpit: de qua vide Pagium ad annum 435.

2 *Liber Tragœdiæ*: qui sub Irenæi Tyrii nomine ab Eruditis citatur; sed Nestorio restituendus est ex auctoritate Ebedjesu Nestoriani scriptoris. Vide Gul. Caveum tom. 1. hist. liter. pag.248.

3 *Liber Heraclidis*. Qua de re, non explicat Sobensis. Videtur esse *de vitis Patrum*, qui aliàs *Paradisus* inscribitur, & *Heraclidis* nomen gerit, de quo latè Gul. Caveus tom. cit. pag.205.

4 *Tempore Pauli translata sunt*. Paulus Mar-Abæ Nestorianorum Patriarchæ præcessor, obiit, teste Amro, anno Græcorum 846. Christi 535. de quo dixi tom. 2. Biblioth. Orient. pag.411.

5 *Liturgia*. Ecchellensis in Notis ad hunc locum, postquam Catalogum Liturgiarum Syriacarum texuisset, de Eucharistia latè differit. Liturgiam vocat Sobensis هُوِدَا *Kudascia*, idest, *Sacrum, Consecrationem*, seù *sanctificationem*: unde Arabicè قدّاس *Koddas* dicitur. Nestorium autem Liturgiam condidisse, præter Sobensem testatur Leontius Byzantinus, qui lib. 3. adversùs eundem hæc scribit: *Audet & aliud malum non secundum ad superiora: aliam enim Missam* (in Textu Græco, Ἀναφοράν, hoc est, Liturgiam) *effutivit, præter illam, quæ à Patribus tradita est Ecclesiis, neque reveritus illam Apostolorum, nec illam magni Basilii in eodem spiritu conscriptam. In qua Missa blasphemiis, non precationibus Eucharistiæ mysterium opplevit.* Græca Leontii verba recitat Renaudotius tom.2. Liturg. Orient. pag. 582. sed memoriæ vel calami lapsu, ea de Theodoro Mopsvesteno, non de Nestorio intelligit. Eadem Nestorii Liturgia prodiit latinè per eundem Renaud. tom.cit. pag. 626. Qui verò eam è Græco in Syriacum transtulere, *Marabas* quidem Nestorianorum Patriarcha fuit ab anno Christi 535. ad annum 552. *Thomas* verò *Edessenus* ejusdem Marabæ præceptor; de quibus dixi tom. 2. Bibl. Orient. pag. 411. & 412. Ex quo antiquitas Liturgiæ Nestorianæ comprobatur, quam usque in præsentem diem ejus sectæ homines usurpant.

6 *Liber Epistolarum*. Exstant Nestorii *epistolæ duæ* Græco-Latinæ, tom. 3. Concil. pag. 316. 321. Latinè *aliæ duæ*, *ad Cælestinum Papam*, & *ad Cælestium hæreticum*, inter opera Marii Mercatoris. *Epistolæ quatuor* Latinè, inter Ephesinas à Lupo editas num. 3. 8. 15. 25. Fragmentum *ex epistola ad Alexandrum Hierapolitanum*, Græc. Latin. in Concil. Tom.6. pag.319. *ex duabus epistolis ad Thebaidis præsidem scriptis*, apud Evagrium lib 1. cap.7. Denique fragmentum Syriacum *ex epistola Nestorii ad suos sectarios Constantinopoli commorantes* refertur à Xenaja Mabugensi in epist. ad monachos Senunenses tom 2. Bibl. Orient. pag.40. & 41.

7 *Liber Homiliarum & Orationum*. Ecchellen. pag.33. *item ille alter* (liber) *variarum interpretationum, ac sermonum*. Quid per vocem هُدَامِدَا *Mimra* Syri intelligant, dixi suprà pag. 3. Vox autem ـــــــ *Turgama*, quam Sobensis frequenter usurpat in Catalogo, à verbo ـــــــ *Targhem*, derivata, *Interpretationem*, seù *Expositionem* in

CAPUT XXI.

Theodulus discipulus Theodori.

1 Theodulus [1] discipulus
Theodori Commentatoris
Fecit commentaria in Isaiam
Prophetam duobus tomis.

Congessit etiam Tractatum de proprietatibus
Psalmorum Davidis Regis:
Qua scilicet ratione, & quam ob causam
Singuli sunt recitandi.

CAPUT XXII.

Aquilinus.

2 Aquilinus [2] composuit librum
Commentariorum in Matthæum,
Et in Joannem filium Zebedæi,
Juxta traditionem Antiquorum.

CA-

in genere significat; sed eam hoc loco designat, quæ ab Episcopis post Evangeliorum lectionem in Ecclesia fiebat: nimirùm *Homiliam seù Sermonem* in Evangelium. *Fragmenta XX. ex Quaternionibus*, sivè *Libro sermonum Nestorii* desumpta, & à Petro Notariorum primicerio, Concilio Ephesino oblata, Græc. Lat. pag. 520. *Alia fragmenta XXII.* à S. Cyrillo collecta exstant apud Marium Mercatorem in editione Garneriana Par. 2. pag. 103. *Fragmenta II. ex sermonibus secundo & quarto de Baptismo*, Concil. tom. 6. pag. 317. *Sermo integer, atque excerpta trium aliorum sermonum adversùs Pelagianos*, apud eundem Mercatorem in edit. Garner. Par. 1. pag. 85. quorum duo posteriores sermones eum constituunt, qui à Savilio sub nomine S. Joannis Chrysostomi editus est tom. 7. titulo, *In illud Matthæi, si Filius Dei es, projice teipsum*. Sermo *de Incarnatione Dominica* ad plebem habitus, aliique *Sermones XII.* ejusdem ferè argumenti, apud Mercatorem in cit. edit. Garner. Par. 2. Denique *Homilias binas de Resurrectione & Ascensione Christi*, quas sub Athanasii nomine Græc. Lat. edidit Combefisius, Nestorio deberi suspicatur idem Garnerius.

1 *Theodulus discipulus Theodori Mopsvesteni*, dignitate Presbyter, quem Sixtus Senensis *Episcopum* vocat, Honorius verò Augustodunensis cap. 90. *Theodorum*, obiit anno 492. triennio antequam Gennadius Catalogum suum clausisset, ut idem Gennadius in lib. de Scriptor. Eccles. cap. 91. affirmat. Scripsit, eodem Gennadio teste, *librum de consonantia divinæ Scripturæ*, de quo suprà dixi pag. 35. Commentaria ejusdem in Scripturam citantur aliquando in Catenis Græcis, quæ eadem videntur ac *interpretatio in Isaiam Prophetam*, de qua hic Sobensis. Quid verò sentiendum de ea, quæ sub Theoduli nomine circumfertur, *Enarratione in epistolam ad Romanos*, consule Gul. Caveum tom. 1. hist. liter. pag. 261. Amrus in vita Acacii Seleuciensis Metropolitæ, Theodulum Diodori Tarsensis discipulum appellat, eique Narsetem, insignem apud Nestorianos Chaldæos Scriptorem, familiaritate conjunctum refert.

2 *Aquilinus*, cujus notitiam soli Ebedjesu debe-

CAPUT XXIII.

Basilius Cilix.

1 Basilius 1 edidit 2 Interpretationes,
2 Ac varia 3 documenta.
3

حصكنده همر لهؤحدا
ممكحتملا وانتم انتم .

CAPUT XXIV.

Cyrus Episcopus Hierapolis.

4 Cyrus 4 Jonius habet tractatum
5 De distinctione 5 Religionum:
6 & 6 Orationes.

صفوزا ممنا لنه كده
هفوف وسلكا مدامدا .

CAPUT XXV.

Irenæus Tyrius.

7 Irenæus 7 Tyrius Com-

لمنمناوص زوؤما
همر

debemus, unus videtur fuisse ex primis illis sectatoribus Theodori atque Nestorii, qui quinto in sextum vergente sæculo vixere: idque suadetur ex iis, quæ antea de Theodulo, & posteà de Basilio, Cyro atque Irenæo dicuntur.

1 *Basilius*, gente Cilix, ex Presbytero Antiochenæ Ecclesiæ circa annum Christi 500. Irenepolis in Cilicia Episcopus. Scripta ejus recenset Photius in Bibliotheca Cod. 42. 95. & 107. in quibus notat ab eodem Diodorum, ac Theodorum tamquam dogmatis sui auctores passim laudari: ac præsertim *in libris adversùs Joannem Scythopolitanum, & adversùs Archelaum Coloneæ Presbyterum*. Scripsit etiam *historiæ Ecclesiasticæ libros tres* ab anno 450. usque ad imperium Justini, cujus res gestas postremo libro complexus est.

2 *Interpretationes*: hoc est, *Homilias* seu *sermones* in Evangelium, ut suprà dixi p. 36.

3 *Documenta varia*: nimirùm de re ascetica: in quibus Basilius Cilix æmulatus est cognominem Cæsareensem, ut testatur Svidas. Vide Caveum tom. 1. pag. 267.

4 *Cyrus*, *Kajuram* legit Sobensis: qui ejusdem nominis alterum *Kajuram* seù *Cyrum* memorat infrà. Verùm ille Chaldæus erat: Iste verò *Jonius*, idest *Græcus*, Græcèque scripsit. Ex Ægea enim urbe oriundus, Hierapolitanam in Syria Euphratensi Ecclesiam occupavit usque ad annum circiter 485. quo quum decessisset, à Petro Gnapheo Patriarcha Antiocheno successor in ejus locum substitutus fuit Xenajas seu Philoxenus, ut dixi tom. 2. pag. 11. Nestoriana autem labe infectum eum fuisse, liquet ex historia Ecclesiastica: eoque de nomine Xenajas anathema ipsi dici unàcum Diodoro, Theodoro, Nestorio, Theodorito, Iba, Eutherio & Joanne toties postulavit, testibus Evagrio lib. 3. cap. 31. & Theophane ad annum Anastasii Imperatoris 16. quorum verba retuli tom. 2. Bibl. Orient. pag. 14. & 15. Eundem & Jacobitæ, unàcum Joanne Ægeate anathematizant in Professione fidei, quam Ordinandus coram Pontifice Jacobita emittit, ut dixi in dissertat. de Monophysitis in Catalogo Episcopatuum, verbo *Hegon*. Fuit & alter *Cyrus* arte medicus, dein ex Philosopho monachus circa annum 460. quem Gennadius de Scriptor. Eccles. cap. 81. scripsisse ait adversùs Nestorium fortiter atque eleganter; nimio tamen disputationis æstu in Eutychianum dogma abreptum, Concilii Chalcedonensis decreta repudiasse. Verùm à Sobensi Cyrum Nestorianum, non Eutychianum laudari, res ipsa loquitur.

5 *De distinctione Religionum* seù *Sectarum*: Ecchellen. pag. 35. *Numinum*, minùs rectè.

6 *Orationes*, seù sermones. Ecchellensis pag. cit. addit *& quæstiones*: quæ tamen vox in textu Sobensis desideratur.

7 *Irenæus Tyrius*, dignitate Comes Sacri Imperii, à Theodosio Imperatore anno 431. Ephesum missus, ut vice sua, Synodo Œcumeni-

1 Compoſuit Eccleſiaſticæ 1 hiſtoriæ libros quinque
De perſecutione ſancti Neſtorii
2 Deque 2 omnibus iis, quæ eo tempore geſta ſunt.

هُمِ سَعْدَ هَكْهَمُعُا
لَا وُوْمِعْدَه وِهُذَب نَعِهُوْنُعَه
مَعْلَا وُرِحِعْدَه حَدَه أَحْنُا .

CAPUT XXVI.

Philotheus.

3 Philotheus 3 commentatus eſt Ezechielem duobus tomis.
Exſtat etiam ejuſdem liber, qui nuncupatur,
4 *Sanans* 4 ex ſuo ſenſu.

فُكْلَاهُ هَعَ هِهُا
سَاعُنَالَا حَدَوْلَمِ هَلَيْمُ .
هُلِهِ كَدَه حَدُحُا وِهَعِهَدَه
هَلَاهُنُا هَمِ هُهُدُكَدَه .

CAPUT XXVII.

Theodoritus Cyri.

5 Theodoritus 5 Cyri Com-

لَاهُوْوُمُكْهَعَ وِهَعُوْعَ

هَمِ

menicæ intereſſet, quum Neſtorii partibus tàm in ipſa Synodo, quàm poſtea apertè faviſſet, ab eodem Imperatore aula ejectus, in Syriam ſeceſſit, ubi Epiſcoporum Phœniciæ decreto anno 444. bigamus licet, Tyri Epiſcopus à Theodorito ordinatus fuit. Sedem tenuit uſque ad annum circiter 448. quo ejuſdem Imperatoris edicto depoſitus, ad ſcribendum libros animum applicuit. Inter hæreticos Neſtorianos recenſetur in Profeſſione fidei, quam Ordinandus coram Pontifice Jacobita emittit, & *bigamus* diſertè appellatur. Ei *Tragœdia* à pleriſque tribuitur, quam Sobenſis ſuprà ad *Neſtorium* retulit.

1 *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libros quinque*, de quibus hæc Guliel. Caveus tom. 1. hiſt. liter. pag. 248. *Scripſit Commentarium de rebus in Synodo Epheſina ac in Oriente toto per viginti plus minus annos ab ea proximè elapſos ex occaſione controverſiæ Neſtorianæ geſtis. Opus iſtud in plures diviſum erat libros; (quorum unus ex. gr. inſcribebatur* de hiſtoria,) *nec tam perfecta erat hiſtoria, quàm farrago Actorum Synodalium, Epiſtolarum, Reſcriptorum Imperialium, aliorumque ejuſcemodi ſcriptorum cauſam Epheſinam ſpectantium: quibus ipſe pro re nata hiſtoricas paſſim notas adjunxit, Cyrillum & orthodoxos fugillans, Neſtorium verò ejuſque ſectarios collaudans. Interiit quidem opus iſtud: partem tamen illius non contemnendam è Græco in Latinum ſermonem verſam nobis conſervavit, quiſquis ille fuerit, autor certè ſatis antiquus, Compilator Epiſtolarum Epheſinarum, quas in lucem emiſit Chriſtianus Lupus* Lovanii 1682. 4. *Tota enim illa* Epiſtolarum & Actorum Synodalium Sylloge, *quanta quanta eſt, ex majori Irenæi opere deſumpta olim videtur. In his Lupi epiſtolis, præter quamplurima ſcholia & notas illi ab Interprete Latino diſertè aſcripta, exſtat* Irenæi epiſtola unica ad Epiſcopos Orientales *anno* 431. *ſcripta, num.* 21. *quæ Græcè etiam habetur Concil. Tom.* 3. *pag.* 717.

2 *Deque omnibus iis, quæ eo tempore geſta ſunt*. Ecchellenſis legit هُلَا وُرِحِعْدَه حَدَه أَحْنُا *de omnibus iis, quæ in illis regionibus geſta ſunt*. Sed in eo, quem præ manibus habebat, Codice non dicitur أَحْنُا *in illa regione*, ſed أَحْنُا *in illo tempore*.

3 *Philotheus*. Fortaſsè Epiſcopus, Neſtoriique ſectarius, ut ex antecedentibus & conſequentibus colligitur. Fuit & Philotheus quidam Synaita monachus, cujus *ſermo*, & *capita aſcetica XXX.* Græcè habentur tom. 1. Bibl. Orient. pag. 604. & tom. 2. p 514. ejuſdemque *ſermo de mandatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti*, Græc. Lat. prodiit in Theſauro Poſſini Pariſ. 1684. pag. 326. de quo Caveus tom. 2. in Appendice pag. 15. Sed adduci nequeo ut credam, Sobenſem de hujuſmodi homine hìc loqui.

4 *Sanans*, hoc eſt, Ἰατρικὸς, ſeù *medicinalis*: liber ſcilicet de re medica. Ecchellenſis habet, *ſanans ex ſua intelligentia*, quaſi hunc liber titulum præferat. Verùm Sobenſis cauſam hìc reddit, cur liber ille *ſanans*, hoc eſt, *medicinalis* dicatur: *ex ſuo* ſcilicet *ſenſu*: nimirùm quia in eo Auctor *de ſanitate* conſervanda vel reſtituenda agit.

5 *Theodoritus* patria Antiochenus, Theodori

1 Compoſuit librum 1 Philothei.
2 Et illum qui eſt adversùs 2 Origenem.
3 Alium etiam de 3 diſpenſatione.
4 Et Commentarium in 4 Danielem.
5 Et exactiſſimam hiſtoriam 5 Eccleſiaſticam.
6 Et Apologiam 6 pro juſtis Patribus noſtris in duos tomos diviſam.
7 Et ſolutionem 7 capitum Cyrilli.
8 Et librum adversùs 8 Philoſophos.
9 Et plures 9 epiſtolas Diverſi argumenti.

هُبِر حَمْحُا وِصْلَاهُه .
مِوه وِكْمِحْلا هُوْبِحْنُه .
مِوه لهُ وِمِحْنِهُنْسِلا .
مِمِحْكُهُنْسِلا وُنْتِلا .
هُلِكْهِهُنْسِلا حَسْبِلا .
مِمِحْمِحْزُمِس وِسْكِ حَانِلا
رُحْوِمِ حَمْوِلِم قَلِحْمِ .
مِهْنُب وِسْعِلا وِهْمُوْلا .
مِوه وِكْمِحْلا هُكْهِهْعَا
هُلِحِلا هِحِلا
وِهْمُلا هِحْنِهْا سُحْمِ .
هِمِحْنِلِهِس

Sodori Mopſveſteni & Joannis Chryſoſtomi auditor, à Porphyrio Patriarcha Antiocheno Lector, ab Alexandro Porphyrii ſucceſſore Diaconus, demùm anno Chriſti 420. juxta Garnerium, vel 423. juxta Baronium à Theodoto Alexandri ſucceſſore, Cyri provinciæ Euphrateſiæ urbis Epiſcopus in locum Iſidori recens defuncti conſtitutus eſt. Anno 431. ad Synodum Epheſinam evocatus, unàcum Joanne Antiocheno reliquiſque Orientalibus Epiſcopis cauſam Neſtorii adversùs S. Cyrillum Patreſque Epheſinos defendit. Paulò poſt, concordia Cyrillum inter & Joannem factâ, Theodoritus quoque reconciliatus fuit. Anno 449. in Latrocinio Epheſino à Dioſcoro Alexandrino damnatus atque depoſitus, in Synodo Chalcedonenſi anno 451. abſolutus, ſedique ſuæ reſtitutus, poſtquam diſertum Neſtorio anathema dixiſſet, obiit anno 458. Scripta adversùs Sanctum Cyrillum & ſacram Epheſinam Synodum, quæ pro Neſtorio publicaverat, in quinto Concilio generali damnata ſunt. Theodoriti memoriam Monophyſitæ perpetuo execrati ſunt, execranturque adhuc Jacobitæ in Profeſſione Fidei, quam coram Pontifice ordinandus emittit. Neſtoriani eum colunt, eò quod aliquando ipſis faviſſet. Opera, quæ Græcè in Codicibus Clementino-Vaticanis exſtant, hæc ſunt. *Epiſtola ad monachos Euphrateſiæ, Oſrhoënæ, Syriæ, Phœniciæ, & Ciliciæ*, Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 599. *Reprehenſio in XII. anathematiſmos S. Cyrilli, totidemque ejuſdem Cyrilli defenſiones*, Ibidem. *Homilia in illud, ad imaginem & ſimilitudinem Dei*, tom. cit. pag. 601. *Expoſitio in XII. Prophetas minores, & in Iſaiam*, tom. cit. pag. 605. *Epitome ſive Excerpta in XII. Prophetas minores, in Iſaiam, & in Ezechielem*, Tom. 2. Bibl Orient. pag. 513. Quæ apud Syros circumferuntur, Sobenſis hoc loco enumerat. Quod verò Ecchellenſis in Notis ad Catalogum Ebedjeſu p. 135. affirmat, *Liturgiam à Theodorito conditam*, nominis ſimilitudine deceptus Theodoritum pro Theodoro Mopſveſteno poſuiſſe mihi videtur.

1 *Librum Philothei*. Nimirùm *Hiſtoria Religioſa*, Aſcetarum ſanctiſſimorum vitas continens.

2 *Adversùs Origenem*. De quo hæc Caveus tom. 1. pag. 226. *Theodoriti opus adversùs Origenem apud gentiles ſuos exſtare prodit Ebedjeſu. Verùm tale quid ſcripſiſſe Theodoritum, parùm probabile eſt*. Imò nil probabilius, quum Theodori Neſtoriique aſſeclæ, qualis aliquandiu fuit Theodoritus, Origenem ejuſque errores inſectati ſint.

3 *De diſpenſatione*, ſeù, ut vertit Ecchellenſis, *de Politia*: ideſt, *de Incarnatione Verbi*. Fragmentum libri ſecundi de hoc argumento Græcè exhibet Garnerius in Auctuario, idemque Latinè habetur apud Marium Mercatorem.

4 *In Danielem*. Prodiit inter ejus opera Gr. Lat.

5 *Hiſtoriam Eccleſiaſticam* libris V. comprehenſam, ab anno 322. ad annum 427. deductam. In compendium redegit Zacharias Rhetor, ut dixi tom. 2. Bibl. Orient. pag. 55.

6 *Apologiam pro Patribus noſtris*, nempè Neſtorio ejuſque aſſeclis: quibus verbis qualis fuerit Ebedjeſu Catalogi hujus auctor, ſatis perſpicuum redditur. Quod autem ſubjungit Ecchellenſis in notis ad hunc locum pag. 157. *Ebedjeſu* ſcilicet *ætate provecta reſipuiſſe*, jam ſuprà à nobis explotum eſt. Per *Apologiam* intelligitur *Pentalogium, ſive libri V. Theodoriti de Verbi Incarnatione adversùs Cyrillum, & Patres Concilii Epheſini pro Neſtorio Conſtantinopolitano & Joanne Antiocheno cæteriſque Orientalibus*: quorum fragmenta edidit Marius Mercator.

7 *Solutionem capitum Cyrilli*: nimirùm *Reprehenſio XII. Anathematiſmorum ſeù Capitum Cyrilli*, unàcum præmiſſa ad Joannem Antiochenum epiſtola.

8 *Adversùs Philoſophos*. Hoc eſt, *de curandis affectionibus Græcorum libri XII.* contra Julianum Imperatorem ſcripti.

9 *Epiſtolas*. Prodiere inter ejus opera *Epiſto-*

CAPUT XXVIII.

Socrates.

1 Socrates [1] duos tomos
Eccleſiaſticæ *hiſtoriæ* compoſuit.
Nec non hiſtoriam Conſtantini,
Et Joviniani Imperatorum.

ܗܘ ܣܘܩܪܛܝܣ ܬܪܝܢ ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܣܘܢܗܕ̈ܘܬܐ
ܕܥܒܕ ܐܦ ܗܘ ܬܘܪܝܐ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢ
ܘܕܝܘܒܝܢܝܐܢ ܩܣܪ̈ܐ ܕܪܘܡܝ̈ܐ ܗܘ ܐܦ ܗܢܘܢ
ܕܟܬܒ ܚܕ ܡܐܡܪ̈ܐ ܥܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ

CAPUT XXIX.

Titus Boſtrenſis.

2 Titus [2] inſtituit Diſputationem
Adversùs pugnacem illum Manetem.

ܛܝܛܘܣ ܐܬܬܩܢ ܡܡܠܠܐ ܕܥܒܕ
ܥܡ ܡܢܝ ܓܒܪܐ ܚܪܝܦܐ ܗܘ ܡܢܝ.

CAPUT XXX.

Eraniſtes.

3 Eraniſtes [3] compoſuit
Aliam ſimilem Diſputationem.

ܐܪܢܝܣܛܝܣ ܐܬܬܩܢ ܐܦ ܗܘ
ܡܡܠܠܐ ܐܚܪܢܐ ܕܕܡܝ ܠܗ.

Syrianus Tyrius?!

Theo-

piſtolæ CXLVI. alique XV. in Auctuario Garnerii. Supra quingentas penes ſe fuiſſe, teſtatur Nicephorus lib. 14. cap. 54. *Diverſi argumenti*. Ecchellenſis haud rectè vertit, *multis refertas eruditionibus*.

1 *Socrates*, patria Conſtantinopolitanus, claruit circa annum 440. quo ad *hiſtoriam Eccleſiaſticam* ſcribendam ſe accinxit, eamque in libros VII. diviſam à Conſtantini Magni imperii primordiis uſque ad annum 439. deduxit. Eandem in compendium redegit Zacharias Rhetor, ut obſervavi tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 55. Quod addit Sobenſis, Socratem præterea ſcripſiſſe *hiſtoriam Conſtantini & Joviniani Imperatorum*, quum hæc Socrati à nemine hactenus tributa ſit, valdè ſuſpicor, eum anonymas Conſtantini & Joviniani hiſtorias, quas apud Syros circumferri viderat, ad Socratem conjectando retuliſſe.

2 *Titus* Boſtrenſis Epiſcopus claruit ſub Juliano apoſtata & Joviano Impp. Obiit ſub Valente circa annum 371. Exſtant latinè interprete Turriano *libri III. contra Manichæos*: quorum Hieronymus de Script. Eccl. cap. 102. & Sobenſis hoc loco meminere. Fragmentum ex libro 1. repræſentat Photius Cod. 232. De aliis Titi operibus conſule Caveum tom. 1. hiſt. liter. p. 128. & tom. 2. pag. 44. *Adversùs pugnacem illum Manetem*. Ecchellen. pro *pugnaci* reddit *ſtultum*, haud rectè. Pugnacem porrò Manetem Sobenſis dixit, ut ad celeberrimam ejus cum Archelao Epiſcopo diſputationem alluderet.

3 *Eraniſtes*. Sobenſis legit *Eraniaſtetheus*, Ecchell. *Arniaſtathæus*. Ita Græca vocabula corrumpi ſolent, quum in Syriacum vel Arabicum ſermonem convertuntur. Quis autem fuerit *Eraniſtes*, cujus diſputatio hìc memoratur, neque Sobenſis prodit, neque ex aliis Scriptoribus Eccleſiaſticis colligere potui. Hoc unum in mentem mihi ſubiit libros eorum, qui diſputationes adversùs hæreticos ſcripſerunt evolventi; Sobenſem ſei-

CAPUT XXXI.

Theophilus Perſa.

1 Theophilus 1 Perſa
Scripſit adversùs Doſitheum.
Alterum etiam compoſuit librum,
Quo ſolvit capita Cyrilli.

ܬܐܘܦܝܠܘܣ ܦܪܣܝܐ
ܟܬܒ ܟܘܬܝ ܥܠ ܕܘܣܬܝܘܣ .
ܘܟܬܒ ܬܢܝܢ ܫܪܐ ܪܫܐ
ܕܩܠܠ ܒܗ ܪܫܐ ܕܩܘܪܠܘܣ .

CAPUT XXXII.

Eutherius Tyanenſis.

2 Eutherius 2 edidit 3 Diſputationem
3 Adversùs Theopaſchitas.
4 Nec non Homilias 4 variaſque
interpretationes:
5 Et expoſitionem 5 Evangelii.

ܐܘܬܪܝܘܣ ܐܦ ܗܘ ܐܫܬ
ܟܘܬܝ ܥܠ ܬܐܘܦܣܟܝܛܐ .
ܘܡܠܦܢܐ ܘܦܫܩܐ ܫܢܝܐ .
ܘܦܫܩܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ :

CAPUT XXXIII.

Epiphanius.

6 Epiphanius 6 compoſuit librum

ܐܦܝܦܢܝܘܣ ܐܦ ܗܘ ܟܬܒ

De

licet his verbis deſignare *libros quatuor Theodoriti*, quibus titulus *Eraniſtes* ſeù *Polymorphus*, quorum tres priores Dialogi formam habent, quartus verò inſcribitur *demonſtratio per ſyllogiſmos*. Omnia certè in hunc Catalogi locum videntur convenire.

1 *Theophilus Perſa* vixit poſt Synodum Epheſinam, Neſtorianæ factionis adversùs S. Cyrillum propugnator, cujus Capita ſeù anathematiſmos, non ſecus atque Theodoritus, confutavit. Scripſit etiam *adversùs Doſitheum* textus Samaritani corruptorem, de quo vide Ecchellenſem in notis ad hunc locum à pag. 157. ad pag. 164. De Doſitheo agit & S. Epiphanius lib. 1. adversùs hæreſes.

2 *Eutherius* Tyanorum in Cappadocia ſecunda Metropolita, Neſtorii familiaris, & S. Cyrilli hoſtis infenſiſſimus, cujus damnationem in conciliabulo Epheſino anno 431. ſuffragio ſuo ratam fecit. In Synodo Conſtantinopolitana ſub Maximiano depoſitus, Scythopolim relegatus, inde etiam fugatus, tandem Tyri obiit. Apud Evagrium hiſt. Eccl. lib. 3. cap. 31. *Eleutherius*; apud Theophanem verò ad annum 16. Anaſtaſii *Eucherius* perperàm appellatur, ut obſervavi tom. 2. Bibl Orient. p. 14. & 15. Quinque ejus Epiſtolæ inter Epiſtolas Lupi Epheſinas exſtant num. 73. 74. 116. 117. & 201.

3 *Diſputationem adversùs Theopaſchitas*, hoc eſt, Eutychianos, libris XXI. comprehenſam, cujus operis meminit Photius Cod. XLVI. etſi illud Theodorito adſcribat. Vide Caveum tom. 1. pag. 226.

4 *Homilias variaſque Interpretationes*. De quibus Caveus tom. cit. pag. 234. *Græco-Latinè Sermones XVII. in varias hæreſes, unàcum epiſtola præmiſſa, motuum Eccleſiaſticorum Tragœdiam deſcribente: qui à nonnullis Athanaſio adſcribuntur (inter cujus proinde opera haberi ſolent:) ab aliis Maximo monacho: à Photio (Cod. 46.) denique Theodorito adſcripti. Hos verò Marii Mercatoris authoritate nixus, Eutherio reſtè vindicat doctiſſ. Garnerius.*

5 *Expoſitionem Evangelii:* cujus ſolus Sobenſis meminit.

6 *Epiphanius* Palæſtinus, Salaminæ ſeù

Con-

1 De divina 1 apparitione
2 Nec non de distinctione 2 hæresum
Ab initio usque ad suam ætatem.

CAPUT XXXIV.

Zenobius.

3 Zenobius 3 contra Marcionem
Scripsit & contra Pamphylium.

CAPUT XXXV.

Isidorus, Lucius, Abraham, & Job.

4 Nec non epistolæ 4 Isidori,
Lucii

Constantiæ in Cypro Episcopus, obiit anno Christi 402. Episcopatus trigesimo sexto. Vitam ejus à Joanne Presbytero Constantinensi exaratam Arabicè habemus in Codice pervetusto tom. 2. Bibl. Orient. pag. 510. Exstant Græcè in Codicibus Clementino-Vaticanis hæc ejus opera. *Sermo de festo Palmarum*, tom. 1. Bibl. Orient. pag. 595. & 596. *De duodecim lapidibus ad Diodorum Tyri*, (secundùm alios Tarsi) *Episcopum* Ibid. pag. 597. & 601. *Sermo in sepulturam corporis Christi & in Joseph ab Arimathæa*, Ibid. pag. 598. 600. & 603. *Ad Xenodochum de S. Deipara*, Ibid. pag. 601. *De nativitate Domini, & Epiphania*, Ib. pag. 602. *In obdormitionem Deiparæ* Ibid. pag. 603. Syriacè fragmenta *de Vitis Prophetarum*, & *de ponderibus ac mensuris*, tom. 1. Bibl. Orient. pag. 607. *de Punctis & de significatione literarum*, Tom 2. pag. 499. Arabicè *Historia Epiphanii* laudatur apud Elmacinum, de qua vide Hottingerum in Bibl. Orientali pag. 75.

1 *Librum de divina apparitione*, seù *Theophania*, quo fortasse de generatione, vel Incarnatione Christi agit, inquit Caveus to. 2. pag. 45. Probabilius existimo his verbis à Sobensi vel Homiliam de nativitate & Epiphania Domini supra laudatam designari, vel certè *Ancoratum* celebrem non Græcis modò Latinisque, sed etiam Syris atque Arabibus librum: quem Ægyptii كتاب الهوجل *Chetab-al-Haugal*, seù كتاب المرسى *Chetab al-Marsa* vocant, teste Abulbarcato lib. de divin. Offic. cap. 7. qui præterea meminit Epiphaniani operis *in Hexaëmeron*, quod in Bibliotheca Bodlejana Cod. 185. fol. 8. sub titulo, *de XXII. operibus Dei, quæ fecit in primis sex diebus*, exitare ms. notat Caveus loc. cit.

2 *De distinctione hæresum*. Hoc est, *Panarium*, sivè *liber adversùs hæreses* tribus comprehensus voluminibus, de quo vide Caveum tom. 1. pag. 131.

3 *Zenobius* sancti Ephræmi discipulus, & Isaaci Doctoris magister, de quo dixi tom. 1. Bibl. Orient. pag. 168. Græcos inter Scriptores à Sobensi recensetur, etsi auctor Syrus, Ecclesiæque Edessenæ Diaconus fuerit. In Codice nostro Vaticano, qui olim ad Ecchellensem pertinuerat, ܙܘܒܝܣ *Zobius* pro Zenobio legitur, ut puto, per errorem amanuensis. In Testamento S. Ephræmi ܙܝܢܘܒ *Zinub* dicitur; idque, quod additur, *Fiat sermo tuus igni similis, & inanium religionum dumeta absumat: qualis flamma, ubi corripuit silvam; talis oratio tua sit, quum invaserit sectas;* scripta Zenobii respicit, quæ eum *adversùs Marcionem & Pamphylium* edidisse testatur Sobensis.

4 *Epistolæ Isidori*: Ecchellensis legit, *Item Epistolam Isidori, Lucii, Abrahami, & Jobi*, ad Zenobium epistolas hasce referens. Ita & ego ipsius verba recitavi loc. cit. ubi de Zenobio. Verùm quum *Isidori* triumque sequentium nomina in genitivo, non in accusandi casu efferantur, horum potiùs, quàm Zenobii epistolas hìc commemorari crediderim. Et de Isidoro quidem *Pelusiota* res ipsa loquitur, cujus *Epistolarum libri V.* Gr. Lat. prodiere Paris. 1638. Libri verò duo Græcè mss.

1 Lucii,[1] Abrahami [2],& Jobi [3]. ܕܠܘܩܝܘܣ ܐܒܪܗܡ ܘܐܝܘܒ .
2
3

CAPUT XXXVI.

Eusebius Emessenus.

4 Eusebius [4] Emessenus composuit ܐܘܣܒܝܘܣ ܣܡܝܣܝܐ ܗܘ
5 Librum adversùs [5] Judæos. ܕܥܒܕ ܟܬܒܐ ܥܠ ܝܗܘܕܝܐ .
6 Et quæstiones [6] in Vetus *Testamentum*. ܘܫܐܠܬܐ ܕܥܒܕ .
7 Et Homiliam [7] de Stephano, ܘܡܡܪܐ ܕܥܒܕ ܥܠ ܐܣܛܦܢܘܣ

CAPUT XXXVII.

Macarius Ægyptius.

8 Abbas Macarius [8] scripsit ܐܒܐ ܡܩܪܝ ܕܥܒܕ

De

exstant in Cod. Clementino-Vaticano 27. tom 1. Bibl. Orient. pag. 596. citantur autem Syriacè à Joanne Marone in libello fidei tom. cit. p. 516. & fragmenta quædam habentur in Cod. Syr. 3. ad calcem ejusdem tomi p. 607.

1 *Lucius*, qui addita litera ⟍ *Lamed* in Codice nostro *Lucillus* dicitur, is est, qui in Apophthegmatibus Patrum Cod. Berœen. 2. Messalianos quosdam monachos opus manuum fastidientes mensâ prohibuisse perhibetur. In Cod. Arab. Vat. 167. exstat *Lucii Abbatis epistola ad Evagrium Ponticum*, hujusque ad Lucium responsio, ad quem Tractatum asceticum de octo vitiosis cogitationibus transmittit. Sed ille in Codicibus Græcis & Syriacis *Eulogius*, non *Lucius* appellatur.

2 *Abrahamus* vel S. Ephræmi discipulus, de quo dixi tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 38. vel potius celeberrimus ille monachus, cujus sententiæ referuntur in Apophthegmatibus Patrum apud Coteler. tom. 3. Monument. Ecclesiæ Græcæ.

3 *Jobus* denique, qui iisdem Apophthegmatibus *Job*, & *Anub* dicitur.

4 *Eusebius* patria Edessenus, dignitate *Emessæ* in Phœnicia Episcopus, obiit Antiochiæ circa annum 360.

5 *Adversùs Judæos*. Exstat Græcè ms. in Biblioth. Vindobon. Cod. Theolog. 176. ejusque meminit S. Hieronymus de Script. Eccles. cap. 91.

6 *Quæstiones in Vetus Testamentum*. In Epistolam ad Galatas Hypotheseon libros X. & in Evangelia Homilias breves, sed plurimas laudat S. Hieronymus loc. cit. Quæstionum verò in Testamentum Vetus, solus Sobensis meminit.

7 *Homiliam de Stephano*. Quid sentiendum de reliquis homiliis, quæ sub Eusebii Emesseni nomine prodiere, vide Caveum tom. 1. pag. 111. & tom. 2. pag. 43. Xenaias in libro de Uno ex Trinitate incarnato & passo, auctoritatem Eusebii nostri profert ex *lib. de fide*, *ex Homil. de novis mutationibus*, & *ex Homil. habita Beryti*: Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 28.

8 *Macarius* Ægyptius, *Senior* & *Magnus* nuncupatus, Antonii monachorum Patriarchæ Discipulus, de quo Socrates lib. 4. cap. 13. Sozomenus lib. 3. cap. 14. Theodoritus lib. 4. cap. 21. Palladius hist. Laus. cap. 17. Nicephorus hist. Eccles. lib. 5. cap. 14. Obiit circa annum 392. quum annum ætatis nonagesimum ageret, susceptæ verò solitariæ vitæ sexagesimum, teste Palladio hist. Laus. cap. 20. Vita ejusdem auctore Serapione Thmuis Episcopo habetur in pervetusto Coptico Codice 8. exarato anno Christi 915. ad calcem tom. 1. Bibl. Orient. pag. 618. Altera in Cod. Coptico 13. Ibid.

Præter *Homilias spirituales L.* quæ sub Macarii nomine prodiere, *plura* ejusdem *ad monachos responsa* inter Apophthegmata Patrum exhibentur. Alia *Opuscula* ex mss. Codicibus Bibliothecæ Vindobonensis recenset Caveus tom. 2. p. 47. *Sententiæ* quædam habentur in Cod. ms. Græco tom. 1. Biblioth. Orient. p. 604.

Arabicè in Codice scripto anno Mundi 6563. Christi 1055. exstant *Macarii Abba-*

1 De 1 regimine tomos tres. . ܒܬܪ ܡܐܡܪ ܠܗ ܬܬܡ

CAPUT XXXVIII.

Marcus.

2 Et Marcus 2 librum capitum 3 . . ܘܡܪܩܘܣ ܟܬܒ ܪܝܫܐ
3

CAPUT XXXIX.

Joannes Monachus.

4 Et Joannes 4 ſcriptum 5. . ܘܝܘܚܢܢ ܣܦܪ
5

CAPUT XL.

Evagrius Ponticus.

6 Evagrius 6 tres compoſuit tomos. . ܐܘܓܪܝܣ ܟܬܒ ܠܗ ܬܬܡ

Abbas ܐܒܐ

tis epiſtolæ & ſermones ad monachos XXVI. Tom. 2. Bibl. Orient. p. 511. *Ejuſdem ſermo de Oratione & epiſtola ad monachos* in altero Codice Arabico ſcripto anno Chriſti 885. Ib.

Syriacè in Codice Nitrienſi 18. exarato anno Chriſti 769. & in Berœenſi ſcripto anno 1578. *Sermones III. & epiſtolæ VIII.* In Codice verò Syriaco 6. exarato anno 1223. *Sermones V. & epiſtolæ X.* Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 567. 586. & 610.

1 *De regimine*, hoc eſt, de re aſcetica.

2 *Marcus* eremita, *Exercitator* nuncupatus, centenario major erat, quum Palladius anno circiter 392 in Nitriæ ſolitudine monachum agens, eundem adiit, hiſt. Lauſ. cap. 21. Græcè & Latinè prodiere opuſcula ejuſdem octo in Auctuario Pariſ. 1624. tom. 1. Nonum memorat Photius Cod. 200. *adversùs Melchiſedechianos*. Decem apud Galeum mss. recenſet Caveus tom. 2. pag. 81. nimirùm, *de jejunio. De ingenito. Capita moralia. De oratione. Capita gnoſtica. De ſpirituali praxi & theoria. Oratio in Melchiſedech. De vitiorum & virtutum oppoſitione. Paræneſis aſcetica alphabetica. Oratio in S. Crucem:* è quibus tertium, quartum, quintum, octavum, & nonum ſub Nili nomine publicavit Suareſius Romæ 1673. *Capita* 29. Græcè mss. exhibentur ad calcem tom. 2. Bibl Orient. p. 514. *Sermones V.* tom. 1. p. 604. qui tamen ab editis haud differunt.

Syriacè exſtant ſermones octo tom. 1. Bibl. Orient. pag. 567. 586. & 611. nimirùm: *Capita paræneticа de lege ſpirituali. Adverſùs eos, qui putant, ſe ex operibus juſtificari. Conſultatio intellectus cum ſua ipſius anima. Paræneſis*, cujus initium, *Alius eſt Chriſtianorum mundus:* quæ Macario Ægyptio tribuitur homil. 5. *De Baptiſmo. De Pœnitentia. Diſputatio cum Scholaſtico. Adversùs Melchiſedechianos*. Marci ſermones commentariis illuſtratos fuiſſe à Babæo magno & à Bardaſcenadad Chaldæis Scriptoribus, teſtatur Sobenſis in hoc Catalogo.

3 *Librum capitum*, ideſt capitibus diſtinctum: qualia ſunt *Capita paræneticа*, *capita moralia*, *capita gnoſtica*, & reliqua Marci opera, quorum ſingula in parvas ſectiones ſeù ſententias dividuntur. Ecchellenſis hunc locum Ebedjeſu perperàm reddit, *Marcus compoſuit librum de Arcanis*.

4 *Joannes* Thebæus, de quo Palladius hiſt. Lauſ. cap. 61. plures literas, & admonitiones ad Thebaidis monachos per Presbyterum miſit, ut eos in virtutum exercitio torpentes, ad perfectionis fervorem excitaret. Diſcipulus fuit Abbatis Ammoës, & Eſaiæ æqualis. Syriacè opus ejus *de præceptis Evangelicis, deque humilitate* habetur in Cod. Berœenſi 1. Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 585.

5 *Scriptum*, Sobenſis ܟܬܒ, quæ vox *opuſculum*, *ſcriptum*, ſeù *libellum* ſignificat. Malè apud Ecchellenſem pag. 39. *Joannes de Proſcriptionibus*.

6 *Evagrius* Ponticus, à S. Baſilio Cæſareenſis Eccleſiæ Lector ordinatus, poſt ejus mor-

CAPUT XLI.

Isaias Abbas.

1 Abbas Isaias 1 unum librum. . ܐܒܐ ܐܥܝܐ ܚܕܐ

CA-

mortem à Gregorio Nazianzeno Diaconus factus, Hierosolymam primùm, deinde in Ægyptum secessit, ubi in Nitriensi deserto sub utroque Macario monachum egit. Vide Sozomen. lib. 6. cap. 30. Pallad. hist. Lausi. cap. 86. & Pratum Moschi cap. 173. Scripta quæ Græcè vel Latinè prodierunt, recensèt Caveus tom. 1. pag. 159. *Capita Ascetica duo* mss. exstant tom. 1. Bibl. Orient. pag. 604.

Arabicè in Cod. Vat. 167. *Sermones 16. ad Lucium Abbatem cum præmissa Lucii ad Evagrium & Evagrii ad Lucium epistola. De octo vitiis & virtutibus iis oppositis Sermones 8. De solitudine & oratione. Paræneses. De octo vitiosis cogitationibus* Tractatus ex sacris Scripturis collectus. *De iisdem*, sine Scripturæ testimoniis. *Ad imitationem Ecclesiastæ, Cantici Canticorum, & Proverbiorum Salomonis. Epistola ad Evagrium Antiochenum de patientia. De modo vivendi monachorum Ægypti & Syriæ. Expositio in orationem, Pater noster.*

Syriacè in Paradiso Patrum, *Sermones XXIV.* nimirùm *Apophthegmata de octo cogitationibus capita 8. In idem capita 21. De blasphemia capita 34. Ad Eulogium monachum præfatio & Sententiæ 245. Ad monachos in cœnobiis degentes capita 139. De monastico instituto capita 51. De silentio capita 13. De octo vitiis capita 8. De solitudine capita 23. In idem capita 12. Paræneses capita 10. Ad præceptorem & auditores capita 14. De pace monastica capita 9. Paræneses capita 5. Paræneses altera, capita 9. Queis rebus mens immergitur, & quibus non, capita 7. Paræneses capita 23. Paræneses altera, capita 47. Altera, capita 71. De oratione capita 31. Discipuli ad præceptorem interrogationes 3. Paræneses ad Virginem quandam, capita 45. De cujusvis generis cogitationibus capita 26.* To. 1. Bibl. Orient p. 609. *Caput de acidia* exstat in Cod. Syr. Nitr. 17. p. 183. tom. cit. p. 567. quod est ex Tractatu Evagrii de septem vitiosis cogitationibus.

Atque hìc observandum, pleraque Evagrii opera sub Nili nomine prodiisse: nimirùm *De octo vitiosis cogitationibus liber* editus à Combesisio in Auctuario novissimo 1672. & à Josepho Maria Suaresio Romæ 1673. *Alius de eodem argumento Tractatus* apud Coteler. tom. 3. monument. Eccl. Græcæ pag. 185. *Ad Eulogium monachum Tractatus asceticus* apud Suaresium Romæ 1673. *Ad eundem de vitiis, quæ virtutibus sunt opposita.* Ibid. *De diversis malignis cogitationibus liber*, ibid.

1 *Isaias*, seù Esaias, Scetensis Abbas, æqualis fuit Macarii Ægyptii, Pœmenis, Joannis, Job seù Anub, Paphnutii, Ammunis, Loth, Petri, Agathonis, Abrahæ, Sisois, Martyrii, Hor, & Atris seù Aris, ut ex ipsius sermonibus, & ex Apophthegmatibus Patrum liquet: adeoque claruit exeunte sæculo quarto. Sub ejus nomine prodiere *Sermones 29. ad fratres in eremo degentes* in Biblioth. Patrum, & *Capitula* 19. in Thesauro Possini, de quibus Caveus tom. 1. pag. 144. qui in Appendice ad tom. 2. pag. 8. recensèt *capita tria ascetica ejusdem de novitiis & monocellitis, deque iis, qui habitare volunt in cœnobio*, quæ exstare mss. testatur in Biblioth. Vindobon. Cod. Theol. 179. Græcè *sententiæ* 3. tom. 1. Bibl. Orient. pag. 604. & *capita* 5. tom. 2. pag. 514.

Arabicè *sermones* 2. in eodem tom. p. 511. & *sententiæ* 14. in Paradiso Arabico, tom. 1. pag. 585. in Cod. 2. Berœensi.

Syriacè in Cod. Nitr. 18. tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 567. *Sermones* 10. videlicet: *de recta vivendi forma & de fide perfecta. Colloquium duodecim senum. Quomodo fratres adinvicem gerere, se debeant. De humilitate. Præcepta ad eos, qui mundo abrenunciant. De iis, quæ vidit & audivit apud senes. De perfectione. De impossibilitate. Paræneses. De operosis cogitationibus.* In Cod. Nitr. 19. tom. cit. pag. 568. *alii sermones* 4. videlicet: *De tribus virtutibus. De institutione fratrum tyronum sivè in cœnobio habitare velint, sivè solitariam vitam ducere. De iis, qui simul habitare volunt. De consideratione & intelligentia.* In Cod. Syr. 6. tom. cit. pag 609. *Sermones universim viginti*; qui tamen à suprà memoratis differunt, videlicet. *De pura mente. Præcepta & admonitiones ad fratres qui secum habitabant. De conversatione eorum, qui in Cella habitant. Ad Petrum suum discipulum. De iis, qui volunt pacem mutuam habere, quos oportet cautè observare, queis se se sociis adjungant. De pœnitentia ad Abbatem Petrum. De gaudio, quo fruitur anima, quæ seipsam Deo subjicere conatur. De ramis nequitiæ. De castarum operationum perfectione.*

CAPUT XLII.

Ammonas Monachus & Episcopus.

1 Ammonas [1] edidit epistolas. ܐܡܘܢܐ ܥܒܕ ܐܓܪܬܐ.

CAPUT XLIII.

Macarius Alexandrinus.

2 Et Macarius [2] alter sermones. ܘܡܟܪܝܘܣ ܐܚܪܢܐ ܡܡܪܐ.

CA-

NOTÆ.

1 *Ammonas* Abbas Scetensis, Antonii Magni discipulus, quem adjisse legitur in Apophthegmatibus Patrum Cotelerianis pag. 385. In Scetensi eremo per annos 14. mansit, ut narratur ibid. pag. 383. demùm ad Episcopatum evectus fuisse perhibetur ibidem pag. 385. ubi adeò in virtutibus profeciisse dicitur, *ut præ multa bonitate non amplius nosset molitiam*. Et infrà. *Itaque quum ad Episcopatum evectus fuisset, obtulerunt ei puellam prægnantem, & dixerunt: ille hoc patravit: injunge illis peccati sui pœnam &c.* Palladius hist. Laus. cap. 7. 70. 72. & 74. horum quatuor meminit: nempe *Ammonæ* seù *Ammun* Abbatis Nitriotæ & monachorum Nitrienſium parentis, cujus mentio in Apophthegmatibus Patrum Coteler. p. 392. apud Socratem lib. 4. cap. 23. & Sozomen. lib. 1. cap. 14. *Ammonii alterius* item Nitrienſis: *Ammonis* Presbyteri in eremo propè Diolcon: & *Ammonæ* discipuli ac successoris S. Antonii, qui idem cum nostro videtur. Ad primum Ammonam Abbatem Nitriotam referuntur *Capita ascetica* 19. per Gerardum Vossium edita tom. 2. operum sancti Ephræmi pag. 277. quæ habentur Græcè mss. tom. 2. Bibl. Orient. pag. 514. & in Bibl. Vindob. Cod. Theolog. 188. num. 36. & *Capita* 22. Cod. Theol. 293. num. 19. De postremo verò Ammona Sobensem loqui, constat ex Codicibus Syriacis tom. 1. Bibl. Orient. pag. 567. & 610. in quibus ejudem *Epistolæ XV. ad monachos leguntur*, hoc titulo, *Ammonæ Abbatis & Episcopi*. Ejusdem *Sermones* 3. Græcè exstant in Cod. ms. 13. ad calcem tom. 1. Bibl. Orient. pag. 604.

2 *Macarius alter*, ideſt, Alexandrinus Ægyptii æqualis, de quo Socrates lib. 4. cap. 23. Sozomen. lib. 3. cap. 14. Theodoritus lib. 4. cap. 22. Rufinus in Vitis Patrum cap. 28. & Palladius hist. Laus. cap. 17. obiit anno circiter Christi 395. Prodiit sub ejus nomine *Regula monastica capitibus* 30. *comprehensa* per Petrum Roverium Soc. Jesu in hist. monasterii Reomænsis p. 14. Item *sermo de exitu statuque animarum post hanc vitam* apud Caveum tom. 1. pag. 146. qui tamen eundem veluti spurium meritò rejicit. In Bibl. Vindob. Cod. Theol. 84. habetur fragmentum Græcum ms. sub nomine *Macarii Alexandrini ex quæstionibus ad magnum Eusebium Episcopum Alexandrinum*, de quo idem Caveus tom. 2. pag. 48.

Syriacè exstant Macarii Alexandrini *Sermones V.* videlicet: *De operibus Christianorum. Ad eos, qui mundo abrenuciant, ut diligenter sibi caveant. De Lege Christi. Paræneses duæ.* Item *Epistolæ IX.* quarum postrema est *ad quandam Sanctimonialem*. Vide tom. 1. Bibl. Orient. pag. 567. 586. & 610.

CAPUT XLIV.

Xystus.

1 Xystus [1] edidit librum [2] sermonum,
2 Et illum, qui est de amantibus [3]
3 Deum.

ܣܗܕܘܬܐ ܕܣܝܡ ܣܗܕܐ ܘܡܐܡܪܐ
ܘܗܘ ܠܐܢ ܕܥܠ ܚܒܝܒܐ ܠܐܠܗܐ .

CAPUT XLV.

Nilus Monachus.

4 Nilus [4] monachus lucubravit
Duos admirabiles tomos.

ܢܝܠܘܣ ܚܘܒܐ ܣܗܕ ܒܬܪ
ܬܪܝܢ ܣܦܪܐ ܕܡܬܬܡܗ .

CA-

NOTÆ.

1 *Xystus*, de quo dixi tom. 1. pag. 429. Hujus nominis Episcopum quendam laudat Sigebertus Gemblacensis in Catalogo cap. 47. ad annum 470. eumque scripsisse *librum de vita hominis perfecta* testatur. Rosweidus in vitis Patrum Prolegom. 4. pag. 24. ex S. Hieronymo Rufinum arguit, quod *Xysti sivè Sexti Pythagoræi Philosophi opera sub Xysti martyris nomine publicaverit*: quæ prodiere Basileæ 1520. Coloniæ 1522. Lovanii 1618. & alibi. Rufini fraude factum arbitror, ut Sigebertus ad Xystum Episcopum librum suprà memoratum referret: ex quo, ni fallor, desumpti sunt tres illi sermones, quos sub Xysti Papæ nomine edidit Jacobus Salvator Solanius in Biblioth. Patrum Paris. tom 5. pag. 781. Ut enim Rufinus ex Philosopho Xysto Episcopum & Martyrem finxit; ita Solanio facilè fuit Romanum eum Pontificem existimare. Eâdem Rufini impostură Syros quoque deceptos credo, Sobensem scilicet, & compilatorem Paradisi monachorum, qui *Xystum Romanum Episcopum* operis illius auctorem faciunt, quod revera Xysti Pythagoræi fœtus est. Idem ferè sentiendum de *Anaphora Syriaca*, quæ *Xysti Papæ* nomen præfert: eam nimirùm à quodam Episcopo Syro concinnatam & Xysto Romano Pontifici suppositam.

2 *Librum Sermonum*. Tres Syriace exstant in Paradiso monachorum tom. 1. Bibl. Orient. pag. 610. licet falsò sub nomine *Xysti Papæ Romani*. Sunt autem ab iis diversi, quos edidit Solanius, ut observavi eod. tom. pag. 560.

3 *De amantibus Deum*. Idem videtur, cum *libro de vita hominis perfecta*, quem laudat Sigebertus.

4 *Nilus*, quem amanuensis perperam ܢܝܠܘܣ *Netlum* appellat, S. Joannis Chrysostomi discipulus, deinde monachus in deserto Nitriæ, obiit sub Marciano Imp. *Opera eius ascetica* Gr. Lat. prodierunt per Suaresium Romæ 1673. in Auctuario Ducæano Paris. 1624. per Petrum Possinum Paris. 1639. & per Cotelerium tom. 3. monument. Eccl. Gr. pag. 185. quorum tamen partem maximam Evagrio restituendam esse suprà indicavi. *Epistolæ* per Possinum Paris. 1657. & per cl. Leonem Allatium, addita de Nilo dissertatione, Romæ 1668. Quædam opuscula adhuc inedita memorat Caveus tom. 2. p. 86. Mss. exstant *Capita XLV. de Oratione. Sermo ad Eulogium. Capita varia*. Tom. 1 Biblioth. Orient. pag. 604. & tom. 2. pag. 514.

Arabicè habetur *Nili Abbatis Paræneſis ad Virginem Sanctimonialem*, tom. 1. Bibl. Orient. pag. 585. *Paræneſis ad Thomam monachum, & ſermo de pravis conſuetudinibus*, tom. 2. pag. 511.

CAPUT XLVI.

Palladius & Hieronymus.

1 Palladius 1 & Hieronymus 2
2 Scripſerunt librum Paradiſi:

ܕܥܒܕܘ ܦܠܕܝܣ ܘܗܝܪܘܢܝܡܘܣ

Et

ܘܐܚܪܢܐ ܟܬܒܘ ܦܪܕܝܣܐ

ܕܡܥܕܠܐ

NOTÆ.

1 *Palladius*, & *Hieronymus*. Dicta monachorum & geſta tàm eorum, qui in Ægypto, quàm qui in Syria, aut alibi religioſam vitam duxerunt, multi ſcripſere. Ut collationes Caſſiani, Collectanea Rufini, Philotheum Theodoriti, Joannis Moſchi Pratum, & Anaſtaſii Synaitæ monaſtica omittam; celebratur potiſſimùm apud Syros *Paradiſus* ſeu *Hortus monachorum*: quo nomine intelliguntur quidem aliquando *Sophronii ſeù Moſchi Pratum*, *Anaſtaſii Synaitæ libri tres de dictis & geſtis monachorum*, & *Apophthegmata Patrum*, ut ex Cod. Arab. Berœen. 2. tom. 1. Bibl. Orient. pag. 585. liquet; hoc verò loco Sobenſis eum librum deſignat, qui *Palladio & Hieronymo* inſcribitur, exſtatque Syriacè tom. cit. pag. 608. in quatuor partes diviſus, quarum prima, ſecunda, & quarta Palladio, tertia verò Hieronymo tribuitur. In hiſtoria monaſtica Orientis, quam Thomas Epiſcopus Maragenſis condidit, lib. 2. cap. 15. perhibetur Ananjeſu monachus ſub Georgio Chaldæorum Patriarcha circa annum Chriſti 670. *Paradiſum hunc*, cujus hic meminit Sobenſis, concinnaſſe. *Ananjeſu monachus* (ut ex eodem Thoma retuli tom. 2. Bibl. Orient. pag. 493) *ſub Jeſujabo Patriarcha Canones Officii Eccleſiaſtici per anni circulum compoſuit. Sub Georgio autem Paradiſum in duas partes diſtributum, quarum prior Palladii & Hieronymi nomen præfert: altera geſta Patrum & dicta complectitur.* Alterum *Paradiſum* habent Chaldæi, quem *minorem* vocant, à Davide monacho compoſitum, in quo geſta monachorum Chaldæorum narrantur teſte eodem Thoma Maragenſi lib. cit. cap. 24. Quod autem *Paradiſus* juxta Sobenſem quidem in tres tomos diviſus dicatur, juxta Thomam Maragenſem in duos, ſecundùm Codicem verò noſtrum Syriacum in quatuor, cauſam hanc fuiſſe arbitror; exemplarium ſcilicet manuſcriptorum diverſitatem, in quibus aliquando ſub uno tomo Palladius & Hieronymus comprehenſus eſt, ſub altero dicta Patrum, ut Thomas ſcribit; aliquando ſuum ſibi tomum tàm Palladius, quàm Hieronymus vendicavit, ut vult Sobenſis: aliquando deni-

que tomi duo priores Palladio, tertius Hieronymo & quartus eidem Palladio inſcribitur, ut in Codice noſtro Syriaco, in quo dicta Patrum, quæ tomum poſtremum occupant, ad Palladium referuntur.

Palladius, gente Galata, ſub Evagrio Pontico aliiſque Aſcetis in Nitria & Thebaide monachum egit ab an. 388. uſque ad an. circiter 400. quo Epiſcopus Helenopolitanus renunciatus fuit. Scripſit *librum de Vitis Patrum Ægyptiorum ad Lauſum cubiculi præfectum*, unde *Lauſiaca hiſtoria* appellatur: quem olim Rufinus in latinum convertit. Prodiit Gr. Lat. in Auctuario Frontoris Ducæi 1624. & cum ſupplemento Cotelerii tom. 2. monument. Eccl. Græc. pag. 341. & tom. 3. p. 117. & 158. *Syriacè* pars exſtat in Cod. Nitr. 20. tom. 1. Bibl. Orient. pag. 568. nimirùm à cap. 1. uſque ad cap. 35. hoc præfixo titulo.

ܥܕܬܐ ܕܐܒܗܬ ܩܕܡܝܐ ܕܡܨܪܝܐ

Hiſtoria Actuum Patrum Ægyptiorum. Integrum verò, & in libros duos diviſum idem opus habetur in Cod. Syr. 6. tom. cit. p. 608. quorum primus liber continet capita 65. alter capita 42. Ex utroque autem & plures lacunæ Græcæ ſuppleri poſſunt, & quæ Palladii ſunt, ab aſceticis aliorum tractatibus cognoſci. nam, ut notant Cotelerius tom. 3. monument. pag. 566. & Voſſius de hiſt. Græc. lib. 2. cap. 19. hiſtoria Lauſiaca, quæ Græcè vel Latinè lucem vidit, ex diverſis auctorum libris conflata eſt: câque de cauſa in impreſſis quidem modò *Heraclidis*, modò *Palladii*, modò utriuſque nomen præfert; in manuſcriptis verò quatuor hiſce titulis prænotari ſolet. 1. *Hiſtoria monachorum Ægypti*. 2. *Hiſtoria Ægypti quæ Paradiſus aliàs dicitur*. 3. *Paradiſus*. 4. *Hiſtoria Vitarum Sanctorum Patrum Ægyptiorum, ſcripta à Hieronymo monacho & Presbytero ex Dalmatia*: quum certum ſit Heraclidis & Hieronymi hiſtoriam à Palladiana differre.

2 *Hieronymus* Dalmata, Eccleſiæ Doctor egregius: obiit in Bethlehemitico cœnobio anno Chriſti 420. ætatis 91. *Liber de Vitis SS. Patrum* ſub ejus nomine latinè prodiit Lugduni 1536. Antuerpiæ 1615 628. & alibi. *Syriacè* ms. exſtat tom. 1. Bibl. Orient. p. 609. capita 30. complectens.

1 Et colloquium [1] Seniorum cum consiliis:
Quæ tribus tomis digesta sunt.

ܡܶܡܪܳܐ ܕܣܒ̈ܝ̈ܐ ܥܡ ܡܠ̈ܟ̈ܐ
ܕܒܬܠܬ ܡܶܐ ܡܶܬܡܠ̈ܝ̈ܐ .

CAPUT XLVII.

Joannes Apameensis.

2 Joannes [2] Apameensis
Tres composuit tomos: nec non epistolas,
De regimine spirituali,
De passionibus, & de perfectione.

ܝܘܚܢܢ ܐܦܡܝܐ
ܗܘ ܠܟ̈ܗ ܬܠܬ ܡܶܐ ܡܶܬܡܠ̈ܝ̈ܐ
ܘܠܐ ܐܓܪ̈ܬܐ
ܘܠܐ ܥܠ ܡܕܒ̈ܪܢܘܬܐ
ܘܠܐ ܥܠ ܚܘܫ̈ܒ̈ܢ̈ܐ ܘܠܐ ܥܠ ܫܠܡ̈ܘܬܐ .

CAPUT XLVIII.

Jacobus.

3 Jacobus [3] discipulus fecit
Commentarium in Matthæum,
In Apostolum, & in Hieremiam
Compendioso sermone.

ܝܥܩܘܒ ܬ̈ܠ̈ܡ̈ܝ̈ܕ̈ܐ ܥܒ̈ܕ
ܦ̈ܫ̈ܩ̈ܢ̈ܐ ܥܠ ܡܬܝ
ܘܥܠ ܫܠ̈ܝ̈ܚ̈ܐ
ܘܥܠ ܝܪ̈ܡ̈ܝ̈ܐ ܒܡܠ̈ܐ ܩ̈ܨ̈ܝ̈ܪ̈ܐ .

CA-

NOTÆ.

1 *Colloquium seniorum cum consiliis*. Hoc est, *Apophthegmata* Patrum, quæ à Palladio collecta & in capita 18. distributa, librum quartum Paradisi constituunt, tom. 1. Bibl. Orient. pag. 609. Alia autem sunt à Patrum Apophthegmatibus, quæ Gr. Lat. publicavit Cotelerius tom. 3. Monument. Ecclesiæ Græcæ, quæque *Arabicè* exstant mss. tom 1. Bibl. Orient. pag. 585. in capita 897. divisa: *Syriacè* verò ex parte habentur eodem tom. pag. 568. Ecchellensis vocem Syriacam ܡܶܠܟ̈ܐ *melche*, quæ *consilia* significat, perperàm legit ܡܶܠ̈ܟ̈ܐ *malche*, *Reges*, huncque Sobensis locum sic interpretatur: *& colloquium seniorum cum Regibus*.

2 *Joannes Apameensis*, cujus de ætate & scriptis dixi tom. 1. pag. 430. & seqq. citatur ejus sermo *de mundo novo* à Moise Barcepha in lib. de Paradiso Par. 1. cap. 1. & 10. Ipse verò in epist. ad Leontium laudat Isaiam Abbatem, & Xystum, quem Romanum Pontificem appellat. Ejus scripta damnavit Timatheus Nestorianorum Patriarcha, ut infrà dicam, quum de Hanano Adiabeno sermo erit.

3 *Jacobus discipulus*, nimirùm Joannis Apameensis, cujus modo facta est mentio: unde ejus ætas ex dictis de magistro colligitur.

CAPUT XLIX.

Simeon, & Acacius.

Nunc quando lucubrationes
1 Patrum 1 Græcorum recenſuimus;
Enumerare aggrediamur lucubrationes
2 Patrum 2 Syrorum.

3 Simeonis 3 Bar-Saboë exſtant
4 Epiſtolæ: & ſancti 4 Acacii.

ܗܫܢܐ ܒܡܐ ܕܗܘܝܢ ܩܕܡܐ
ܕܪܘܡܝܐ ܡܢܢ ܐܬܝܢ ܠܢ :
ܢܥܒܪ ܗܫܘܒܬܐ ܕܠܗܠܝܢ
ܕܣܘܪܝܐ ܡܫܘܡܢ .
ܠܗܠܝܢ ܕܫܡܥܘܢ ܕܒܪ ܨܒܘܝܐ
ܐܓܪܬܐ ܘܣܗܕܐ ܐܩܩܝ .

CAPUT L.

Milles Epiſcopus & martyr.

5 Milles 5 etiam compoſuit Epiſtolas,
Et Orationes in varia argumenta.

ܐܦ ܡܝܠܣ ܐܓܪܬܐ ܐܬܬܝܪ
ܘܨܠܘܬܐ ܠܫܢܝ ܡܠܝ .

CAPUT LI.

Jabachues.

6 Sanctus 6 Jabachues Epiſtolam Scri-

ܘܐܦ ܝܘܚܢܢ ܐܓܪܬܐ ܫܕܪ

NOTÆ.

1 *Patrum Græcorum*, non omnium quidem, quorum opera in Syriacum ſermonem translata ſunt, ſed eorum dumtaxat, quorum notitiam, vel libros Sobenſis penes ſe habuit.

2 *Patrum Syrorum*, tàm Orthodoxorum, qui ante Neſtorianam, & Monophyſiticam hæreſim floruere, quàm Neſtorianorum, ſed Neſtorianos potiſſimùm recenſet Sobenſis, ut ſuprà notavi.

3 *Simeonis Bar-Saboë*. Præter *Epiſtolas*, exſtare etiam duo ejuſdem *Cantica*, adnotatur in Divinis Chaldæorum Officiis in feria 6 hebdomadæ ſextæ ætatis. Fuit autem Simeon Epiſcopus Seleuciæ & Cteſiphontis, glorioſumque martyrium ſub Sapore Perſarum Rege conſummavit, ut dixi tom. 1. pag. 1. & ſeqq. & tom. 2. pag. 399. Ejuſdem Paſſio Syriacè habetur eodem Tom. 1. p. 185. & 606.

4 *Sancti Acacii* Epiſcopi Amidæ in Meſopotamia, qui ſub Theodoſio Juniore circa annum Chriſti 420. claruit, ut notavi tom. 1. pag. 195. Ejuſdem *Epiſtolas* à Mari Perſa commentariis illuſtratas, infrà docet Sobenſis.

5 *Milles* Suſæ Epiſcopus & martyr, coronam adeptus ſub Sapore Perſarum Rege. Vide tom. 1. pag. 12. & 186.

6 *Jabachues*, ſeù, ut Ecchellenſis legit *Jabahui*, quod nomen latinè redditur, *dedit frater ſuus*: octavus eſt in catalogo Primatum Seleuciæ & Cteſiphontis, quem Gregorius Barhebræus, & Amrus Matthæi in ſerie Patriarcharum Orientis, *Achadabuem*, hoc eſt, *fratrem patris ſui* appellant, ut tom. 2. pag. 396. obſervavi. Hic Epiſtolam ad Patriarcham Antiochenum ſcripſit, in qua eum rogabat, ut electionem Archiepiſcopi Seleucienſis à ſuffraganeis Epiſcopis fieri permitteret; nam hæc ad Antiochenum Præſulem ex antiquo jure pertinebat, peracta-que hoc modo fuerat uſque ad tempora ipſius Jabachuæ, ſeù Achadabuæ: magno tamen cum eorum Archiepiſcoporum vitæ diſcrimine, non tam propter locorum diſtantiam, quàm propter inimicitias, quas Reges Perſarum cum Romanis Imperatoribus exercebant:

bant: qui proinde ſubditos ſuos Chriſtianos cum aliis ejuſdem religionis in Romani Imperii terris commorantibus communionem habere ſub pœna capitis vetabant: Romani viciſſim Chriſtianos è Perſarum ditione advenientes tamquam ſuſpectos habebant: ut ipſe Jabachues expertus didicit. Quum enim ille à Jacobo præceſſore ſuo morti proximo unàcum Kamjeſu ſeù Jabjeſu Antiochiam miſſus fuiſſet, ut quem eorum vellet Antiochenus Epiſcopus ordinaret, ambo apud ejus urbis præfectum veluti exploratores Perſarum accuſati ſunt: & Jabachues quidem Hieroſolymam fuga ſe ſurripuit, ubi Epiſcopali dignitate initiatus eſt, conſentiente Antiocheno Epiſcopo, qui literas ea de re ad Hieroſolymitanum dederat; Kamjeſu verò cum hoſpite ſuo in crucem ad portam civitatis actus fuit. Rem fusè narrant Syri tùm Neſtoriani, tùm Jacobitæ Scriptores. Jabachues igitur ut ſucceſſoribus ſuis conſuleret, poſtquam ſalvus & incolumis Seleuciam pervenit, Antiochenum Antiſtitem per literas rogavit, ut Chriſtianis in Perſarum ditione conſtitutis poteſtatem faceret, mortuo Seleucienſi Archiepiſcopo ſucceſſorem ſubſtituendi. Annuit Jabachuæ precibus Antiochenus: & *ex eo tempore* (inquit Barhebræus cit. tom. 2. pag. 396.) *Occidentales Epiſcopi* (nempè Antiochenæ diœceſeos) *Orientalibus* (ideſt, Chaldæis, Aſſyriis, Perſiſque) *permiſerunt, ut quum eorum caput obiiſſet, ipſi manum electo imponerent, ne pergendi amplius Antiochiam opus haberet: & Syſtaticon quidem hac de re ſcripſere, utque magnus ille Orientis Metropolita, Catholici & Patriarchæ nomine decoraretur.* Id enim ſibi volunt, quæ hic apud Sobenſem de Jabachue ſubjunguntur: *cujus temporibus ſcripta fuit epiſtola Occidentalium, qua Patriarchalem dignitatem conceſſerunt huic Sedi Orientali, & per Agapetum Elamitam perhonorificè miſſa eſt.* Hæc non videram, quum tom. 1. pag. 13. Jabachuem ſcripſi *eo tempore floruiſſe, quo Nicæna Synodus celebrata eſt; Nicænos enim Patres nomine Occidentalium deſignari.* Sed nunc Barhebræi, Amrique auctoritate didici, quis ille Jabachues fuerit, cujus urbis Epiſcopus, quo tempore vixerit, quis nomine *Papæ Occidentis*, & Patrum *Occidentalium* deſignetur, quam denique apud Elamitas Eccleſiam Agapetus obtinuerit: quæ omnia nunc primùm clareſcunt, præſertim ex *Collectione Canonum Synodalium* à Sobenſi ipſo elaborata, in qua Tractatu IX. cap. 5. exemplar ejuſdem *Epiſtolæ Occidentalium* exhibetur in Codice Syriaco 14. exarato anno Chriſti 1332. (hoc eſt, decimo quarto ab obitu Sobenſis) ad calcem tomi 2. Biblioth. Orient. pag. 497. in hæc verba.

ܠܫܢܐ ܡܕܝܢܚܐ

ܘܡܠܦܢܘܬܐ ܕܡܕܝܢܚܐ ܘܥܡܡܝܐ

ܕܡܥܪܒܐ.

ܠܫܢ ܡܕܝܢܚ ܡܢܗܝܢ ܕܥܡܝܢ ܫܡܥ
ܥܡܡܝܐ ܡܢܗܝܢ ܕܐܝܬ ܒܗ ܕܝܢ ܥܡ
ܡܠܟܐ ܢܚܐ . ܫܢ ܡ ܠ ܥܡܝ ܫܡ
ܥܡ ܕܥܡܝ ܕܐܬ ܒܕܝܢ ܕܐܬ ܒܗ ܕܝܢ .
ܕܐܬ ܒܕܝܢ ܒܗ ܫܢ ܕܐܬ ܒܗ ܕܝܢ ܕܐ
ܕܝܢ . ܒܫܢ ܕܝܢ ܡܢܗ ܕܐ ܕܝܢ
ܫܢ ܡܢ ܕܥܡ ܕܐ ; ܡܢ ܕܐ ܕܐ ܕܐ
ܕܐ ܒܗ ܕܐ ܕܐ ܕܐ ܕܐ ܕܐ ܕܐ .
ܕܐ ܒܗ ܕܐ ܕܐ ; ܡ ܕܐ ܕܐ ܕܐ
ܕܐ ܒܗ ܕܐ ; ܡ ܕܐ ܕܐ ܕܐ ; ܡ ܕܐ
ܕܐ ; ܡ ܕܐ ; ܡ ܕܐ ; ܡ



diam perſecutio in nos commota eſt. Nos itaque Paſtores perſecutione, quam patimur, admoniti, verbum ſcripturæ recolimus dicentis: tribulationi nullum fore modum, præſertim noſtræ, qui Chriſtiani ſumus: adeo ut uno tempore duorum Patrum ſanguis innocenter effuſus fuerit: quæ res univerſam terram commovit, & communi, eoque amaro luctu Eccleſiam Dei in Occidente atque in Oriente implevit. Poſtquam verò illi duo Patres, alter ex Occidente, & ex Oriente alter perierunt, (ambo enim ad fores Eccleſiæ Apoſtolorum urbis Antiochiæ ſuſpenſi fuere,) placuit fratribus noſtris atque nobis, ne videlicet fratres noſtri Chriſtiani, qui Orientem incolunt, orphani remaneant; ut quandocumque magnus Metropolita, qui Seleuciæ in urbe regia Arſacidarum in magna Eccleſia Cochenſi totius Orientis principatum tenet, deceſſerit, nullus Metropolita Antiochiam aſcendat ad ſuſcipiendam juxta priſcum morem ordinationem, ne ob regum inter ſe diſcordias & odia innocens Pontificum ſanguis in poſterum effundatur, quemadmodum noſtra hac ætate contigit: vidimus enim ſpectaculum luctuoſum atque terribile; duos nempè Patres è totidem crucibus nudos pendere, propteréque perſecutionis tempeſtatem in Oriente juxta ac in Occidente fuiſſe excitatam. Idcircò decrevimus facultatem concedere, per quam ab effuſione humani ſanguinis deinceps immunes ſerventur. Quemadmodum verò olim Spiritus ſuffragio, & Apoſtolorum ſorte illi conceſſum eſt, ut univerſæ Eccleſiæ Dei, quæ illic eſt, magnus Metropolita foret; ſimiliter illi tradita eſt poteſtas & auctoritas ſuper omnes mundi Metropolitas. Quamobrem ejus Thronus quatuor orbis Patriarchas ſubſequitur, tenentes quatuor Thronos juxta Evangeliſtarum numerum, Matthæi videlicet, Marci, Lucæ & Joannis. Dataque itidem illi facultas, ut Epiſcopos ipſe inſtituat totius Orientis, & ultrà, Aſſyriæ nimirùm, Mediæ, atque Perſidis; & gubernationem Chriſtianorum obtineat: univerſus inſuper Sacerdotum ordo ab impoſitione manus illius procedat. Decedente autem hoc magno Metropolita, ejus ſucceſſor ab Antiocheno Patriarcha conſtituatur: quia Spiritus Paraclitus non permittit, ut filii patrem ſibi per impoſitionem ſuarum manuum generent: ſed neque in ſæcularibus poteſtatibus majores à minoribus creantur. Idque ab antiquis Patribus noſtris definitum fuit juxta illud, minorem à majori benedici oportere, ſicut Abraham gentium Pater benedictionem accepit à rege Salem Melchiſedeco ſacerdote veritatis & rege juſtitiæ, cui Chriſtus ſecundùm humanitatem ſuam aſſimilatus & comparatus fuit. Eadem de cauſa nos quoque, quibus credita eſt magna Dei Domus, quæ eſt ſancta Eccleſia, per juſſionem Dei Patris, & per gratiam Filii ejus Jeſu Chriſti, & per conceſſionem Spiritus Paracliti, orando petimus, & per virtutem ſanctæ Trinitatis & per immortale verbum concedimus Patriarchalis dignitatis chariſma ſanctæ Sedi magni Metropolitæ, quæ eſt in magna Eccleſia Cochenſi Seleuciæ regiæ Arſacidarum civitatis in Oriente. Hic porrò conſenſus, & hoc ſpirituale donum, nempè Patriarchica dignitas, cuſtodiatur apud Rectores, qui deinceps in illa Sede collocabuntur, uſque ad diem revelationis Chri-

ſti:

EPISTOLA SYNODICA

Patriarcharum Occidentalium, quæ ad Orientales miſſa eſt.

Fratribus & membris noſtris Chriſtianis, qui in Oriente ſunt, fratres veſtri in Chriſto, cœtus Paſtorum, qui perſecutionem patiuntur: in Jeſu Salvatore noſtro pax iis multiplicetur. Nos etſi indigni, ſumus tamen patres veſtri, qui noſtri filii eſtis, & Patrum fratres, qui vobis præſunt. Volumus ergo ſolvere debitum, quod tamquam patres vobis debemus: bonas ſcilicet conſtitutiones vobis fratribus filiiſque noſtris in Chriſto ſancire; hac præſertim tempeſtate, qua propter utriuſque Imperii diſcor-

sti : nosque perpetua consensione eisdem assentimur in omnibus, quæ ab ipsis in Patriarchica gubernatione fient. Interim oramus, ut Throni illius Rectores, quorum sanguis vivi & vivifici sanguinis Christi Domini particeps factus est, quique consortes fieri passionis & resurrectionis ejusdem desideraverunt, ab eodem Christo custodiantur & liberentur ab omnibus, qui tribulant eos, eorumque judicium ad victoriam perducatur, & forti brachio sustententur, sanctique Spiritus virtute muniantur, ne coram hostibus suis cadant. Ita, quæsumus, Domine, custodi famulis tuis Patriarchis gratiam istam Patriarchatus, eosque in ea tuere, nostramque cum illis in hoc negotio consensionem conserva, sicut fœdus fidele, quod cum Abraham, Isaac, & Jacob, & cum universa Sancta Ecclesia tua pepigisti. Etiam, Amen. Ate, Domine, perfectio & complementum sit in sæcula. Hic itaque magnus Metropolita, qui Patriarchicam dignitatem super universum Orientem accepit, potestatem simul habeat creandi Metropolitas, ubicumque ipsi libuerit quotque noverit esse necessarios : eos verò ab illo institui oportebit secundùm Ecclesiasticum morem per suffragium consensumque duorum Episcoporum cum ipso præsentium, ut numerus ternarius non minuatur : ponaturque Evangeliorum codex super caput ejus, & lectio Petri recitetur, quando cœli terræque potestatem accepit. Quumque ordinatus fuerit, manum suam Patriarcha super caput ejus imponat, & orationem recitet. Per hunc modum ab ipso ordinentur, & per manus ejus impositionem perficiantur omnes, qui Metropolitanæ dignitatis gratiam suscepturi sunt. Patriarchâ autem defuncto, congregentur Metropolitæ & Episcopi, ut per tempus licuerit : & Patriarcha à nobis per manus ipsorum constituatur per virtutem Spiritus Paracliti, & per suffragium nostrum perficiatur ipse Patriarcha gratia & dono Spiritus Sancti : sciantque ipsum exinde fore spiritualem Patrem datum in Ecclesia per Spiritum Paraclitum. Hæc porrò nostris literis significavimus, ut hoc modo id negotium peragatur. Omnes verò Ecclesiasticæ dignitates infrà ipsum sunto, quoniam ipse est omnium Pater, & ab eo generantur. Episcopi autem, qui à Metropolitis suarum provinciarum instituuntur, locum Episcoporum tantummodò teneant, & orationem faciant in medio fratrum suorum ; non tamen illis liceat accedere ad Sacerdotum ordinationem & ad Episcopale opus, donec ad Patrem potestatum, qui est Patriarcha, accedant & ab eo perficiantur per concessionem & epistolam ab ipso acceptam. Quemadmodum verò ipse Pater potestatum Patriarcha jus habet ad ordinationem Metropolitarum & Episcoporum, & ad perfectionem Episcoporum ; similiter jus habet ad sententias judiciales, & absolutiones, atque abrogationes & reservationes : quandoquidem illi hæc credita sunt, & circa ea potestatem auctoritatemque habet. Quicumque autem illo inferiores sunt, nullam in eum potestatem habent secundùm divinum mandatum. Quodsi aliquam adversùs eum causam quispiam habeat, aut quidquam ab illo repetere oporteat, Patriarchæ judicium Patriarchis reservetur, & ab istis ejus causa, non ab ejus discipulis cognoscatur : quia neque Ecclesiasticæ leges id permittunt, neque leges naturæ. Quodsi contigerit aliquando, Imperium (Persarum) nobiscum habere pacem, ipsum Imperium (idest, ipse Persarum Rex) judicium indicat, & de Regis mandato Patriarchæ causa decidatur ; discipuli autem ejus nullam in eum potestatem in verbo Dei habeant, ne qui membra & partes sunt, magistris cœquentur, neve dicere audeant, se judices illius esse. Hæc statuta à nobis & per manus nostras, vobis, Fratres, decreta sunt. Describite illa vobis in tabulis cordis vestri. Eorum memoria sine oblivione apud vos servetur. Universa, quæ apud nos est Ecclesia, vos in Domino salutat.

Hæc autem Epistola à Patriarchis Occidentis missa fuit per Agapetum Episcopum Beth-Lapetæ, quæ est Sedes Elam. Quam ob causam ipse primus ordinatus & electus fuit Metropolita in terra & in Ecclesia Orientis, honoremque consequutus est, ut primus in electione Patriarchæ suffragium ferat.

Meminit hujus Epistolæ præter Sobensem sæculi decimi quarti scriptorem, Timotheus Patriarcha, qui anno Christi 780. claruit ; etsi in consignanda ejusdem epocha valdè hallucinatur, quum apud eundem Sobensem loc. cit. sic scribat :



Hæc igitur epistola à Patribus nostris Occidentalibus Apostolorum successoribus scripta fuit anno quadragesimo post martyrium beatorum Apostolorum Petri & Pauli : ante œcumenicam verò Synodum Patrum tercentum decem & octo anno circiter ducentesimo octogesimo. Qua in supputatione multa peccat Timotheus. Inprimis quod ait, eam epistolam scriptam fuisse, *anno quadragesimo post martyrium Petri & Pauli :* nam annus ille incidit in annum à nativitate Christi circiter centesimum octavum, quum Apostoli passi dicantur anno Christi sexagesimo octavo. Atqui Jabachues, sub quo id factum à Chaldæis narratur, postquam annos quindecim sedisset, obiit secundùm Gregorium Barhebræum anno Christi circiter centesimo quadragesimo ; secundùm Amrum verò, anno Græcorum quingentesimo trigesimo primo, Christi ducentesimo vigesimo, ut liquet ex Tom. 2. pag. 397. Deinde Nicæna Synodus ex omnium Syrorum sententia anno Græcorum 636. Christi 325. celebrata fuit. Falsum est igitur, quod Timotheus scribit, epistolam illam, quæ anno Christi circiter centesimo octavo juxta ipsum, ut mox ostendimus, exarata est, Synodo Nicæna priorem fuisse *annis circiter bis centum & octoginta* : sic enim ea Synodus habita fuisset non anno 325. sed 388.

Idem Sobensis in Epitome Canonum Synodalium loc. cit. postquam Timothei verba, quæ suprà descripsi, retulisset, ad con-

cilian-

ciliandam eidem epistolæ fidem fragmentum alterius subjungit, quam occasione dissidii sub Papa Seleuciæ Primate in Ecclesia Chaldæorum orti de Privilegiis ejusdem Seleucienſis Throni à Patribus Occidentalibus ſcriptam affirmat: ubi prioris illius epistolæ diserta fit mentio·











































Poteſtatem prætereà, (inquit) *honorem, & majeſtatem Patriarchæ oſtendit alia Epiſtola à Patribus noſtris Occidentalibus ſcripta ad conſolationem Papæ Patriarchæ: quæ ſic habet.*

Occidentales. Quod autem à Patribus noſtris ſpiritualibus dictum eſt, Judicium videlicet Patriarchæ Orientis noſtris Patriarchis eſſe reſervatum; quia habita exacta inquiſitione compertum fuit, Patriarchæ accuſatores in ſuis delationibus fuiſſe falſitatis convictos, & Patriarchas illatorum criminum omnino immunes: nunc definimus in poteſtate & verbo vivo Dei, nullum deinceps habere jus Metropolitas & Epiſcopos, ſed nec Chriſtianos Orientis, ad accuſationes criminationeſve inſtruendas adversùs proprium Patriarcham, eaſque ad Patres noſtros Occidentales verbo aut ſcripto deferendas. Quodſi rursùs aliud quidpiam objiciant, ſicut hactenus fecerunt, ipſis reſpondemus: Patriarcham omnium Chriſtianorum Orientis eſſe judicem; ipſius autem Patriarchæ judicem eſſe Chriſtum. Et poſt alia. *Exiſtimavimus Eccleſiæ Dei noſtræ veſtræque regionis illud utile eſſe, quod veteres Patres noſtri æquum & juſtum cenſuerunt, quando veſtræ Sedi, quæ eſt in magna Eccleſia Cochenſi, conceſſerunt, ut ipſe Metropolitas inſtitueret, ſicut idem utile eſſe judicaſſet; ut nimirùm ipſe ſuper eos poteſtatem haberet, eoſque pro merito conſtitueret, vel propter illorum delictum deponeret: ſimiliter & ſuper omnes Epiſcopos Orientis: & ipſe Patriarcha judex & vindex fieret in univerſa Eccleſia Orientis, idemque regeret & gubernaret. Id igitur nos quoque ſuſcipimus & ſequimur.*

Subjungit Timothei, & Dadjeſu auctoritates, qui ejuſdem epiſtolæ mentionem faciunt. Utriuſque verba ex eodem Sobenſi accipe. TIMOTHEI.





















Hæc igitur, quæ in iſta epiſtola continentur, (Loquitur Timotheus de ſecunda epiſtola Occidentalium, quam mox retuli) *non vulgares homines, ſed Patriarchæ Occidentis cæterique Epiſcopi conſcripſere: Cajus, inquam, Patriarcha Romæ, Petrus Patriarcha Alexandriæ, Paulus Patriarcha Antiochiæ, & Flavianus Patriarcha Epheſi:* (nondum enim Patriarchalis dignitas Eccleſiæ magnæ Conſtantinopolitanæ conceſſa fuerat) *ſed & una cùm præfatis Patriarchis Alexander Epiſcopus Hieruſalem, & Gregorius Thaumaturgus.*

DADIESU.







Dicimus ergo, quod etiam ſcripſerunt Patres noſtri Occidentales, non licere Metropolitis & Epiſcopis, ſed nec ulli ordini Chriſtianorum Orientis judicio contendere coram Patribus noſtris adversùs ſuum Patriarcham: quandoquidem omnium Orientalium judex eſt Patriarcha; ipſius autem judex Chriſtus. Idcircò definivimus & confirmavimus canonem iſtum nunquam abolendum aut abrogandum: definitus quippe eſt in Trinitate. Itaque in verbo Trinitatis, quæ eſt Domina ſæculorum, nemini licetat adversùs Catholicum Synodum cogere, aut diſſidium, ſchiſmata, factioneſque conflare, aut adversùs eundem accuſationum capita & querelas ſcribere, ſicut antiqui fecere, aut libellos capitulorum hujuſmodi per provincias divulgare, ſicut adversùs Papam auſi ſunt: aut in domos ſubrepere ad habenda adversùs eum colloquia: nec quiſquam ex quavis cauſa exiſtimet, aut dicat, Catholicum Orientis judicari poſſe ab ipſius ſubditis. Ejus enim judicium Chriſto, qui eum elegit ſuæque Eccleſiæ præpoſuit, reſervatur &c. Claruit Dadjeſu ſub Theodoſio juniore, Sedemque Seleuciæ tenuit ab anno Græcorum 741. ad annum 776. hoc eſt, ab anno Chriſti 430. ad annum 465. teſtibus Amro, & Barhebræo in ſerie Patriarcharum Chaldæorum: cujus proinde Canon in Synodo editus magnum epiſtolæ citatæ pondus addere videtur.

Verùm ut ab hac ſecunda epiſtola incipiam, in qua *Privilegium Seleucienſi Primati à Patribus Occidentalibus conceſſum dicitur, ut neque ab Orientalibus judicari poſſit, neque ad Occidentales ejus cauſa deferatur, ſed judicium illius Chriſto dumtaxat reſervetur*; in primis non aſſentior Timotheo, qui eam circa annum Chriſti 300. ſcriptam vult à Patriarchis Occidentis: Romano, ſcilicet, Alexandrino, Antiocheno, Epheſino, & Hieroſolymitano: tùm quia non poteſt deſignari locus, in quo Patriarchæ citati convenerint: tùm etiam quia diverſis temporibus claruere, quos Timotheus æquales facit. Ut enim accurati hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores tradunt, Cajus Pontificatum Romanum injit exeunte anno Chriſti 283. quem annis duodecim geſſit. Petrus Alexandrinus ab anno 300. ad annum 312. ſedit. Paulus Samoſatenus Antiochenam Eccleſiam occupavit ab anno 260. ad annum 272. quo depoſitus fuit. Alexander Hieroſolymitanam Sedem rexit ab anno 199. ad annum 253. Gregorius Thaumaturgus circa annum 265. obiit. Flavianus Epheſinus ignotus eſt. Deinde quum Eccleſiæ Orientalis regimen ad Antiochenum Patriarcham ſpectet, nulla erat cauſa, cur Archiepiſcopo Seleucienſi id Privilegium ab omnibus ſimul Patriarchis concederetur, neque Seleucienſis Præſul apud idoneum Scriptorem legitur ſupplicationem ſuam in aliqua Synodo exhibuiſſe: in quo dumtaxat caſu cæteri Patriarchæ de Privilegiis Epiſcopalium Sedium ſibi minimè ſubjectarum judicantes, ea vel ampliare ſoliti erant, vel coarctare, ut ex Actis Synodorum Nicænæ, Conſtantinopolitanæ, & Chalcedonenſis liquet. Denique ſi id Privilegium verum fuiſſet, nequaquam dixiſſent Patres in Canone Arabico Nicæno 38. de Primate Seleuciæ, *ex nunc permittatur ei conſtituere Metropolitanos*: nec Canone 40. de Epiſcopis Perſidis ſubjunxiſſent, *non permittit magna Synodus, ut congregentur in provincia Perſidis, ne conſtituant leges ullas ſine licentia Patriarchæ Antiocheni: quia quamvis eorum dominus* (ideſt Epiſcopus Seleuciæ) *factus ſit in dignitate Patriarchæ, in hoc tamen conſultum eſt eorum utilitati, & exemptioni à damno & nocumentis, atque eorum paci & tranquillitati proviſum. Non propterea tamen ipſis licet ſolvere, aut ligare, vel conſtituere ullas Eccleſiaſticas leges, vel addere eis, vel diminuere quidquam propria auctoritate, ſed potius in omnibus ſint obedientes principibus & Patriarchæ*: vel ut vertit Turrianus Can. 35. *ſed potius in omnibus ſint Metropolitanis Patriarchæ obedientes*. Quum enim dicitur, *ex nunc permittatur ei conſtituere Metropolitanos*, ſignificatur, id antea ipſi permiſſum non fuiſſe: quumque ſubjungitur, *non permittit magna Synodus, ut congregentur in provincia Perſidis, ne conſtituant leges ullas ſine licentia Patriarchæ Antiocheni*, oſtenditur commentitium eſſe Privilegium illud, de Appellationibus à Seleucienſi ad Antiochenum minimè faciendis. Ut voces illas *Metropolitæ* & *Patriarchæ* ante Nicænum Concilium minimè uſurpatas omittam.

Idem ferè dicendum de epiſtola illa Synodica, qua Patriarchalis dignitas Throno Seleucienſi conceſſa perhibetur. Suppoſitionis vitio eam laborare vel id unum evincit, quod dicitur de Primate Seleuciæ loc. cit.



Ejus Thronus quatuor Orbis Patriarchas ſubſequitur tenentes quatuor Thronos: nam titulus *Patriarchæ*, & numerus *quatuor Patriarcharum* deſumptus eſt ex Canone Arabico Nicæno, quem mox laudavi, ut & ſequentia ejuſdem epiſtolæ verba.



ܗܘ ܕܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܪܫܐ ܕܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܘܡܫܠܡ ܠܗ ܫܘܠܛܢ ܒܟܠ ܐܬܪ ܕܒܥܐ ܘܠܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܝܟܐ ܕܢܨܒ ܠܗ ܘܐܝܟ ܕܢܨܒ ܠܗ ܘܐܝܟ ܕܢܨܒ ܠܗ ܘܐܝܟ

1
2 Scripſit 1 ad Papam 2 Occidentis :
Cujus temporibus ſcripta fuit
3 Epiſtola 3 Occidentalium,

4 Qua Patriarchalem 4 dignitatem
conceſſerunt
Huic Sedi Orientali,

Et
5

NOTÆ.

1 *Epiſtolam ſcripſit*. Ecchellenſis pag. 43. pluraliter legit ܐܓܪ̈ *Epiſtolas* : ſed minus rectè, quum in eo, quo uſus fuit, exemplari Syriaco unam, non plures epiſtolas Jabachues ſcripſiſſe dicatur.

2 *Ad Papam Occidentis*. Nimirùm *ad Antiochenum Patriarcham*, quem Sobenſis metri neceſſitate *Papam Occidentis* nuncupavit. Ubi Auctor *Orientales*, ideſt, Chaldæos, *Occidentalibus*, hoc eſt, Syris propriè dictis opponit, ut obſervavi tom. 2. pag. 397. Non enim aſſentior Ecchellenſi, qui pro ܐܒܐ ܕܡܥܪܒܐ *Papa Occidentis*, perperàm obtruſit ܐܒܐ ܕܡܕܢܚܐ *Papam Orientis*, contra manuſcripti Syriaci veritatem, quod idem præ manibus habebat : neque placet ejuſdem Annotatio, quam pag. 164. in hunc Sobenſis locum fecit his verbis : *Hic nomine Papæ Orientis intelligit Babylonis Catholicum, ſeù Patriarcham*. Quum enim Babylonis Catholicus ſeu Patriarcha, idem eſſet ac Seleucienſis Archiepiſcopus, ut tom. 1. pag. 10. demonſtravi, eamque dignitatem Jabachues ex dictis obtineret ; ad quemnam alium *Orientis Papam* tranſmittere epiſtolam is poterat ?

3 *Epiſtola Occidentalium*, cujus exemplar ſuprà retuli. Sobenſis à majoribus ſuis Neſtorianis, qui eam epiſtolam confinxerant, deceptus, eandem non in hoc Catalogo dumtaxat recenſuit, verùm etiam Nomocanoni ſuo integram inſeruit, additis quorundam Patriarcharum auctoritatibus, qui de eadem loqui videbantur. Verùm temporibus Jabachuæ ejuſmodi epiſtola ab Occidentalibus ad Orientales nullatenus ſcribi potuit, quum Jabachues id unum rogaſſet, ut Archiepiſcopum Seleucienſem à ſuis Suffraganeis ordinari liceret, ne adire Antiochenum Præſulem propter eam ordinationem cogeretur ; non vero ut Sedes Seleucienſis in Patriarchalem erigeretur.

4 *Patriarchalem dignitatem conceſſerunt huic Sedi Orientali*, nimirùm Seleuciæ & Cteſiphontis, quæ poſteà Babylonem ſeù Bagdadum translata eſt. Circa Patriarchatus ſui inſtitutionem ſibi minimè conſentiunt Neſtoriani. Alii id factum volunt ante Concilium Nicænum ſub Jabachue, ut ſcribit hoc loco Sobenſis ; vel ſub Sciachlupha, aut

ܡܪܝ ܚܢܐ ܦܦܐ ܘܡܕܢܚܐ .
ܘܡܢܗܘܢ ܐܠܐ ܕܐܬܝ ܠܗ :
ܟܬܒ̈ܐ ܘܡܟܬܒ̈ܢ
ܘܗܘ ܒܝܘܡ̈ܝܗ ܕܡ̈ܢ ܐܬܝ
ܚܕ̈ܘܬܗ ܗܢ ܘܡܕܢܚܐ

ܡܛܠ ܕ

Papa, uti adnotatur in Pontificali Syriaco Neſtorianorum : alii verò poſt ejuſdem Concilii tempora, ut ex Canone illo Arabico ſtatuit Ecchellenſis pag. 164. inquiens : *Dignitatem autem illam* (hoc eſt Patriarchalem) *collatam ipſi* Seleucienſi Epiſcopo *fuiſſe legimus Can. 38. Arabico Concilii Nicæni*. Sed quum de auctoritate eorum Canonum litem moveant eruditi, nec ſit hic locus controverſiam definiendi, quæ certa ſunt probatiſque Scriptoribus conſonant, proferam. In primis certum eſt, Seleucienſem Epiſcopum, qui poſtea Catholicus ſeù Patriarcha Orientis appellatus fuit, ante Nicænum Concilium Archiepiſcopali honore fulſiſſe, Primatemque Epiſcoporum Aſſyriæ atque Babyloniæ fuiſſe, ut ex Sozomeno & Actis Martyrum Orientalium ſuprà oſtendi. Certum eſt II. eundem non ſecus atque reliquos Metropolitanos, ſub Patriarchæ Antiocheni poteſtate vixiſſe, donec Chaldæi Neſtorianam ſectam amplexi ſunt : tunc enim ut ab Eccleſia Catholica, ita ab Antiocheno Præſule deficientes, Patriarcham ſibi conſtituerunt, qui abſolutam in ipſos juriſdictionem exerceret. Primus is fuit Acacius, qui Barſumæ Niſibeni & Maanæ Perſæ vexationibus hæreſim Neſtorianam anno Pherozis Perſarum Regis vigeſimo ſeptimo, Chriſti circiter 484 profiteri compulſus eſt, ut ex Simeone Beth-Arſamenſi to. 1. p. 354. palàm fit. Certum eſt III. ante Concilium Nicænum ab Epiſcopo Antiocheno conceſſum fuiſſe privilegium Seleucienſibus Epiſcopis, ut à ſuis Suffraganeis ordinarentur, quod rogante Jabachue factum conſtanter ſcribunt Chaldæi : idque ſibi volunt recentiores illius gentis Orthodoxi, quum ajunt, primos Seleuciæ Epiſcopos à Romano Pontifice, poſteriores à ſuis Epiſcopis ordinatos. Nam quum in Pontificali dicatur eorum Catholicus ordinari *permiſſu Sanctiſſimorum Patrum Occidentalium*, putarunt Romanum Pontificem Latinamque Eccleſiam per ea verba deſignari, quæ de Antiocheno Præſule haud dubie intelligenda ſunt, ut notavi tom. 2. pag. 397. & tom. 1. pag. 10 Certum eſt IV. ſub Papa Epiſcopo Seleucienſi propter controverſiam, quæ ipſum inter & Epiſcopos ſubditos exarſerat, Synodum celebratam fuiſſe, cui ſanctus Milleſius interfuit, ut ex ejus Actis tom. 1. pag. 186. retuli : in qua quidem Synodo quum nonnulli Papæ cauſam defenderent, plerique damnationi ejus ſe ſubſcriberent, coactus is fuit Vicarium ſibi, dum viveret, Simeo-

1 Et per Agapetum Elamitam 1 Perhonorificè missa est.

1 مُحَامِيب لَحْهُا وَحُدْلَم
لَهْدُوْا حُم لَمْصُا :

CA-

nem substituere. Tùm verò haud improbabile est, cognitâ ab Antiocheno Præsule eâ causâ, præceptum Orientalibus impositum, ne adversùs proprium Metropolitam conventus facerent, neve ipsum criminationibus impeterent. Hinc Epistola illa de Primate Seleucienſi à nemine mortalium judicando conficta. Certum est denique sub Jezdegerde Saporis filio Persarum Rege, & Theodosio juniore Imperatore Concilium in urbe Seleucia à S. Marutha, & Isaaco ejusdem civitatis Episcopo coactum, in quo Primatus illius Ecclesiæ disertis verbis asseritur. Sic enim legitur apud Sobensem. هُمِ هُنَعْسا ... *Ex Canonibus Isaaci. De honore, qui convenit debeturque Catholico sedenti super sedem Seleuciæ. Placuit omnibus nobis cunctarum Orientalium Regionum Præsulibus, universisque Christianis, qui in eis constituti sunt, Catholico magno Seleuciæ & Ctesiphontis Metropolitæ usque ad Christi adventum subjacere in omnibus quæ conveniunt præceptaque sunt: nimirùm cuilibet Episcopo Patriarchæ, qui super hunc magnum Cochensis Ecclesiæ Thronum sedebit.* Hæc postrema verba, ut & titulus hujus Canonis, à Sobensi expositionis causâ adjecta sunt. Cæterùm Canon iste ordine duodecimus ita habet in versione Arabica Cod. 36. ad calcem tom 2. pag. 507.

فى ان اساقفة جميع المشرق نحن ومن ياتي بعدنا
نطيع الجاثليق المطران الكبير الجالس فى
اسليق الى ان ياتي المسيح ونسمع اوامره :

Nos cuncti Orientis Episcopi, successoresque nostri, obedientes erimus Catholico Metropolitæ magno sedenti in urbe Seleucia, ejusque præceptis obtemperabimus, usque ad Christi adventum. Sed suboritur hìc difficultas circa nomen *Catholici*, quod in hoc Canone Metropolitæ Seleucienſi tribuitur. Nam id Concilium celebratum fuit anno Jezdegerdis undecimo, Christi circiter 410., quo tempore titulum *Catholici* nequaquam usurpatum fuisse viri docti contendunt. Sub Justiniano, centum viginti post annis, eam dignitatem institutam scribit Renaudotius: *omnes Nestoriani* (inquit tom. 1. Liturg. Orient. pag. 366.) *ex Romano Imperio pulsi, ad Persarum limites, aut in eorum Provinciis sedes fixerunt. Hinc post annos satis multos quum Ecclesiam Seleuciæ Parthorum invasissent, quæ quidem ex nuper instituta sub Justiniano CATHOLICI dignitate novam auctoritatem consequuta erat, eam suæ Religionis Cathedram primariam esse voluerunt.* Ad hoc confirmandum, auctoritatem Procopii adducit, qui de Christianis sub Persarum ditione constitutis lib. 2. de Bello Persico cap. 25. loquens, disertam *Catholici* mentionem facit, eamque dignitatem suo ævo institutam indicat. Verùm si verba Procopii benè expendantur, ex iis potiùs probatur, titulum *Catholici* Justiniano antiquiorem esse, non sub ipso institutum: sic enim ait Procopius loc. cit. *Christianorum Antistitem Græco vocabulo Catholicum idcircò appellant, quod unus universæ præsit regioni.* Ubi de re suo ævo usitata, non instituta loquitur, ut rectè observat Thomasinus in veteri & nova Ecclesiæ disciplina de Beneficiis lib. 1. Par. 1. cap. 24. num. 4. *Docuit nos certè Procopius* (inquit) *suo jam ævo usitatum fuisse Catholici nomen, ubi dixit, Christiana fide imbutos Persas uni subesse Episcopo, quem Græco nomine vocabant Catholicum.* Id nomen in Politicis sub Constantino Magno ad significandum Procuratorem Cæsaris, qui universas ejus rationes in tota diœcesi tractaret, usurpatum fuisse demonstrat ipsius Constantini epistola ad Eusebium Cæsareensem apud Socratem lib. 1. cap. 9. his verbis: *missæ autem sunt literæ à mansuetudine nostra,* πρὸς τὸν τῆς ἐπαρχείας καθολικὸν, *ad Catholicum diœceseos*, seù universæ provinciæ generalem rationalem. Hinc ad Primates Ecclesiasticos, qui majoribus diœcesibus in Oriente præerant, translatus paulò post ejus tituli usus.

1 *Agapetum Elamitam*, hoc est, Lapethæ Elamitarum Metropoleos Episcopum. Quod autem de Ecclesiæ Lapethensis prærogativa ad calcem Synodicæ Occidentalium adnotatum suprà retuli, id ex Marabæ Timotheique Synodicis, à Sobensi in epitome Canonum Par. 9. cap. 2. & 3. productis confirmatur, in quibus Archiepiscopus Lapethensis seù Elamitarum, primus post Seleuciæ Catholicum inter Metropolitas Orientis constituitur.

CAPUT LII.

Ephræm Syrus.

1 Ephræm [1] magnus, qui appellatus
est
Syrorum Propheta, edidit
Commentaria in libros
2 Geneſis [2], Exodi 3,
3

Sa-

ܐܦܪܝܡ ܕܝܠܗ ܕܪܒܐ
ܕܐܬܩܪܝ ܢܒܝܐ ܕܣܘܪܝܐ
ܕܥܒܕ ܦܫܩܬܐ ܘܦܘܪܩܢܐ
ܕܒܪܝܫܝܬ ܘܫܡܬ :

ܣܒ-

NOTÆ.

1 *Ephræm magnus*. Quæ de patria ejus, dignitate, obituque Græci Latinique tradunt, vide in Actis Sanctorum Tom. 1. Februarii à pag. 49. & apud Fabricium Tom. 5. Bibl. Græcæ pag. 319. Syrorum ſententiam Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 26 43. & 54. retuli affirmantium, ſanctum Doctorem *Niſibi* natum, *Diaconatu* in Edeſſena Eccleſia functum, obiiſſe autem *anno Græcorum* 684. hoc eſt, ſecundùm nonnullos anno Chriſti 372. juxta alios anno 373. vel 375. idque *menſe Junio* die nona, decimaquinta, vel decima nona. Ita enim variant circa annum Chriſti, diemque menſis Junii, etſi quoad annum Græcorum concordant. Et quoad patriam quidem conſentit Gregorius Barhebræus, qui Par. 2. Chronici Syriaci in Vita Flacilli Patriarchæ Antiocheni Ephræmum *Niſibenum* diſertè appellat: ſed circa annum diemque menſis, quo S. Doctor ad Superos evolavit, à reliquis Syris diſcrepat, quum in Vita Euzoii dicat, eum *die* 18. *Junii anni Græcorum* 682. obiiſſe. Utraque tamen opinio difficultatem habet inextricabilem, ſi Græca Baſilii Vita ab Amphilochio ſcripta, & Syriaca Ephræmi à nobis tom. 1. publicata admittantur, in quibus Baſilio Ephræmus ſaltem menſibus aliquot, ſupervixiſſe dicitur; Baſilius autem juxta receptam Scriptorum ſententiam ante initium anni Chriſti 378. vivere non deſiit, ut tom. cit. pag. 52. oſtenſum eſt.

2 *Commentaria in libros Geneſis, Exodi* &c. Catalogum operum omnium ſancti Ephræmi, tàm eorum, quæ Græcè vel Latinè prodierunt, quàm quæ Syriacè, Arabicè, & Ægyptiacè in Bibliotheca Vaticana exſtant, vide Tom. 1. à pag. 55. ad pag. 164. & Tom. 2. p. 295. 303. 398. 499. 502. & 506. Unde liquet, Sobenſem non omnia Ephræmi opera recenſuiſſe; ſed quæ ipſe legit, vel ad manus habuit: longè enim plura ſunt, quæ ab antiquiſſimis auctoribus citantur, vel in pervetuſtis Codicibus Syriacis proſtant. Fabricius tom. cit. pag. 320. quædam addit, quæ in Bibliothecis Angliæ, Belgii, & Germaniæ Syriaco ſermone haberi teſtatur. Ex his ait penes ſe fuiſſe *unam alteramque Homiliam Ephræmi Syriaca lingua deſcriptam ex Codice Bibliothecæ Bodlejanæ, quam mecum* (inquit) *& haud paucas Græcas communicavit doctiſſimus vir, qui Oxoniæ è ms. Codicibus deſcripſit, Jo: Adolphus Hofmannus Plœnenſis. Illas ego Syriacè & Latinè, ut ederentur, miſi Lipſiam ad Rev. D. Godfridum Olearium, neque ingratum ſpero fore viris eruditis videre, quatenus Syriaca verſio ſacrorum librorum, præcipuè Novi Teſtamenti, diſtet ab illa, qua S. Ephraimus uſus eſt*. Nam Andreas Mullerus de verſionibus Syriacis ſacrorum librorum (ut idem Fabricius obſervat ad marginem pag. 321. tom. cit.) *rectè non audet affirmare verſionem Syriacam N. T. quam hodie habemus, illam ipſam eſſe, in quam Ephraim Syrus & Jacobus Niſibenſis olim commentati ſunt*. Verùm dubitationem eximunt Codices Syriaci à nobis relati tom. 1. à pag. 63. in quibus juxta ſimplicem, ut vocant, Syrorum verſionem produ&tlis Scripturæ verbis libros Teſtamenti Veteris Sanctus Doctor exponit: idemque quoad Evangelia factum docent Barſalibæus, & Barhebræus eodem tom. pag. 57. qui tamen monent, in iis illuſtrandis ordinem ϖ Diateſſaron Tatiani à S. Ephræmo ſervatum. Neque obſtant verba ejuſdem Barhebræi tom. 2. pag. 282. poſtquam Syriacam cum Græca verſione comparaſſet, ajentis: *Sed & Syrorum Sol Ephræm noſter ſermonem compoſuit in illud*, extolletur impius, ut non videat gloriam Domini. In gloriam Domini *dixit glorioſus Iſaias: in ſimplici verò verſione nulla exſtat hujus loci memoria, ſed loco ejus legitur*, Domine in altitudine manuum tuarum non videant. Nam Commentaria Ephræmi in Iſaiam, quæ etiamnum exſtant, Syriacam, non Græcam verſionem repræſentant, ut liquet ex Cod. Syr. 3. ad calcem cit. tom. 2. pag. 607. Barhebræus verò quum Græcam verſionem ex teſtimonio ſancti Doctoris, qui illam in eo ſermone concinnando uſurpavit, præ Syriaca extollit, nil aliud probat, quàm Ephræmum aliquando Græca verſione uſum fuiſſe, quod & ex commentariis ejus in Jonam tom. cit. pag. 71. demonſtravi.

3 *In libros Geneſis, Exodi, Sacerdotum*, hoc eſt Levitici. Etiam in Numeros, Deuteronomium & Job commentatus eſt Ephræmus. Vide tom. 2. pag. 67. & ſeq.

Sacerdotum, Josue filii Nun,
Judicum, Samuelis,
In librum Regum, Davidis,
Isaiæ, duodecim (*Prophetarum*,)

Jeremiæ, Ezechielis,
Et beati Danielis.
Habet etiam libros & epistolas
1 De fide 1 Ecclesiæ.

2 Exstant insuper ejus orationes 2 metricæ,
3 Hymni 3 cum 4 canticis,
4 Cantusque 5 omnes defunctorum,

Et

NOTÆ.

1 *De Fide Ecclesiæ*. Legendum puto ... *De Fide, & Ecclesia*. Nam de duobus hisce argumentis exstant Ephræmi hymni CXXXIX. Vide tom. 2. pag. 86. & 98.

2 *Orationes metricæ*: nimirùm *heptasyllabæ*, de quibus hæc Barhebræus tom. 2. pag. 303. *Sancti Ephræm & Sancti Isaac sermones CCXIV.* nonnullos recensui tom. 1. à pag. 139. Eodem tomo pag. 60. monui Hymnos Heptasyllabos, qui in Divinis Syrorum officiis occurrunt, propter metri imitationem Ephræmiticos dici, etsi non omnes ad Ephræmum referantur: cujusmodi sunt *Precationes binæ*, quæ in Severi libello de ritibus Baptismi & sacræ Synaxis per Fabricium Boderianum edito Syriacè & Latinè repræsentantur: de quibus Fabricius Bibl. Græcæ tom. 5. pag. 321. Ecchellensis de origine nominis Papæ & ejusdem Primatu pag. 362. Hottingerum jure arguit, quod S. Ephræmi sententias, quæ in Carmine heptasyllabo de amore doctrinæ continentur, ad Mahometanos quosdam Scriptores referat.

3 *Hymni cum Canticis*. Pro Hymnis *Adhortationes* legit Ecchellensis pag. 45. Sed minus rectè: Vox enim Syriaca ... *Madrascia, Disputationem, Quæstionem, Hymnum, Odam, Meditationem* significat, non *Adhortationem*, ut dixi tom. 1. pag. 61. Idem Ecchellensis in Tractatu de Origine nominis Papæ pag. 253. sub Ephræmi nomine citat Hymnum quemdam de obitu Beatæ Virginis, qui apud Syros in officio Assumptionis Deiparæ canitur, prodiitque Syriacè in Par. 2. Æstiva. Verùm is recentioris cujuspiam fœtus est, ut ex stylo arguitur. Fabricius tom. 5. Biblioth. Græcæ pag. 331. intercidisse dolet, *Ephræmi in τὸν παράδεισον διγματικὰ, quæ allegat Syncellus pag. 15. & Syra lingua legisse Moses Mardenus videtur*. At duplex ejus operis exemplar Syriacè in Biblioth. Vatic. exstat, de quo vide Tom. 1. pag. 84.

4 *Cum Canticis*. Cantica ad Hymnorum formam composita sunt: sed Hymni dogmatici vel morales, ut illi qui *de Paradiso, de nativitate Domini, & de Pœnitentia* inscribuntur: Cantica verò *de Sanctis*: nimirùm de Deipara & Martyribus, quæ Sozomenus & Theodoritus in Encomiis Sanctorum à Syris recitari consuevisse testantur. *Scalas* ... vocant Syri, & ex quingentis nunc quadraginta dumtaxat superesse, notavi ex Cod. Vaticano tom. 1. pag. 62.

5 *Cantusque omnes Defunctorum*: quos ex Vaticanis Codicibus recensui tom. 1. pag. 132. Ecchell. *Officia defunctorum omnia*. In textu Sobensis ... *Kole*; est autem Kola, *vox, tonus, cantus*: pars scilicet Officii Syriaci, non officium ipsum. Ephræmus Odas, Cantus, & Carmina de Defunctis scripsit, quæ in Officio Syriaco tàm apud Catholicos, quàm apud hæreticos etiamnum usurpantur: non autem officium ipsum, uti Ecchellensis videtur intellexisse, ordinavit. Idem Ecchellensis Not. in hunc Sobensis locum à pag. 165. ex Ephræmi auctoritate, & ex communi Ecclesiarum Orientalium praxi doctrinaque Purgatorium Ignem rectè adstruit: quod argumentum & Theologi nostri Syri, Græci, Latinique adversùs novaturientes hæreticos urgent. Quas Hottingerus adversùs Ecchellensem in Bibliothecario Quadripartito lib. 2. cap. 2. pag. 238. ratiunculas profert, nugæ sunt. Quidquid enim sit de Purgatorii nomine (quod tamen vocabulum apud S. Gregorium Nyssenum à Joanne Darensi lib. 4. de resurrect. mortuorum cap. 24. laudatum disertè occurrit,) preces illæ Vivorum pro Defunctis, quibus rogatur Deus,

ut

1 Et lucubrationes 1 ordine alphabetico.
2 Et disputatio 2 cum Judæis:
3 Necnon adversùs 3 Simonem & Bardesanem,
Et contra Marcionem atque Ophitas.
4 Denique solutio 4 impietatis Juliani.

CAPUT LIII.

Narses.

5 6 Narses 5 *Sancti* Spiritus 6 Cythara Edi-

ut condonet delicta servorum suorum pie in Christo quiescentium, ut requiem super eos in Foveis tristibus Sceol, id est, Inferni, aspergat, ut denique impetum ignis & flammæ ab eis dissipet: hæ, inquam, preces, quas ex libris Syrorum producit Ecchellensis, non de pœna futura, qualem Hottingerus somniavit, intelligi possunt, sed omninò de præsenti, quam fideles defuncti ob leves culpas, quibus inquinati decessere, sustinent. Sed de his alibi.

1 *Lucubrationes ordine Alphabetico*, ita nimirùm, ut primus versus seù stropha initialem habeat literam Aleph, secundus Beth, tertius Ghimel, & sic de reliquis: cujusmodi generis sunt apud Hebræos Lamentationes Jeremiæ, & Psalmi XXXIII. CX. & CXVIII. & apud Ephræmum Carmen de Amore doctrinæ Latinè editum à Ger. Vossio tom. 2. pag. 8. cujus initium: ܐ̈ܠܗܐ ܡܕ ܡܠܦܢܐ *Deus largire doctrinam*. Ecchellensis vertit *Appositiones Alphabeti*, & in Notis ad hunc locum à pag. 176. ad pag. 248. *de Punctis vocalibus Syrorum* id intelligens, existimat, Ephræmum fuisse Punctorum vocalium apud Syros inventorem, Bootiumque oppugnat, qui ad sequiora id inventum tempora rejecit. Jure ne, an injuria, alterius erit loci expendere. Sed Sobensis nullatenus de Punctis vocalibus hìc loquitur, ut demonstravi tom. 1. pag. 58.

2 *Disputatio cum Judæis*. Citatur à Philoxeno Mabugensi in lib. de Uno ex Trinitate incarnato & passo Cod. Syriaco Nitriensi XXVI. fol. 124. Vide Tom. 1. pag. 56. col. 2. Exstat autem in Cod. Syr. Nitr. VII. inter Hymnos *de Fide*, & *adversùs Hæreses*, in quibus frequenter agitur de Christo adversùs Judæos, & hæreticos, ut tom. 1. à pag. 88. liquet: idem enim sonat hic ܕܪܫܐ *Drascia*, *Disputatio*, ac ܡܕܪܫܐ *Madrascia*, *Hymnus*, de quo suprà dixi. Certè Philoxenus quum Ephræmi hoc opus laudavit, *Tomum adversùs Judæos & Hæreses* appellat. Nec aliud intelligere videtur S. Gregorius Nyssenus, quum in Encomio S. Ephræmi citat ejusdem *Disputationes cum Novato & Apollinario*, quæ sunt, ut opinor, hymni illi dogmatici *de Fide*, & *adversùs hæreses* à nobis recensiti tom. 1. pag. 98. & 118. in quibus modò hæreticos in genere, modò nominatim hos aut illos redarguit.

3 *Adversùs Simonem, Bardesanem, Marcionem, atque Ophitas*. Idem opus ac superius: de Fide scilicet, & adversùs hæreses. Ecchellensis pag. 43. pro Simone legit ܡܢܝ *Manetem*: Et quidem rectè: nam inter hæreticos, quos Ephræmus vel in opere adversùs hæreses, vel in Testamento nominat, Simon magus nusquam, Marcion ubique recensetur. Hymno 22. adversùs hæreses nominantur *Valentiniani, Bardesanitæ, Cuchitæ, Marcionistæ, Manichæi, Ariani, Aëtiani, Pauliniani, Sabelliani, Photiniani, Borboritæ, Cathari, Audiani, & Messaliani*. In Testamento, *Ariani, Eunomiani, Cathari, Ophitæ, Marcionistæ, Manichæi, Bardesanitæ, Cuchitæ, Paulianistæ, Valentiniani, Sabbatici, & Borboritæ*, quibus addit Græcus Interpres apud Vossium *Vitalianos & Euchitas* seù Messalianos. Vide tom. 1. pag. 128. & 145.

4 *Solutio impietatis Juliani*. Carmen scilicet heptasyllabum, quo constantiam Edessenorum extollit, Julianique impietatem accusat. Vide tom. 1. pag. 51.

5 *Narses*, cognomento ܓܪܒܢܐ *Garbana*, hoc est, *Leprosus*, in Schola Edessena sacris literis operam dedit, ubi socios habuit Barsumam Nisibenum, Acacium, Maanem, cæterosque Nestoriani erroris propugnatores, quos ex Simeone Beth-Arsamensi tom. 1. pag. 352. recensui. Inde cum sociis sub Rabula Episcopo Edesseno, ut Barhebræus scribit, vel sub Cyro, ut vult Betharsamensis, ejectus, Nisibin petiit, in qua celeberrimam

schc-

ſcholam inſtituens, auditores Neſtoriana hæreſi imbuebat. Vide tom. 1. pag. cit. & tom. 2. pag. 402. ubi de utraque Schola, Edeſſena ſcilicet & Niſibena, fusè diſſerui.

Idem Barhebræus in Chronico Syriaco citatus tom. 2. pag. 407. refert, Narſetem Edeſſæ annos viginti, Niſibi quinquaginta commoratum fuiſſe; obiiſſe verò circa annum Græcorum 807. Chriſti 496. paulò ſcilicet, poſtquam impius Barſumas interiit, quem inter & Narſetem contentio propter quandam ejuſdem Barſumæ concubinam exarſerat. Barhebræo quoad doctrinæ tempus exercitaſque cum Barſuma inimicitias conſentit Amrus, additque, nomen ei concubinæ Mammæam fuiſſe: quædam præterea de Narſetis laudibus ſubjungit, quæ etſi fabuloſa & planè commentitia ſint, hìc tamen deſcribenda duxi, ut quem ille honoris locum apud Neſtorianos ſuos obtineat, Catholicus lector agnoſcat. Hæc igitur Amrus in Vita Acacii de Narſete ſcribit.

وفى هذه الايام كان المعلم العجيب مار نرسى من اهل معلثايا ولقى تاودولوس تلميذ مار ديودورس وباركه وبقاه لسان المشرق وشاعر النصرانية ونقله برصوما من الرها الى نصيبين وفسّر بها عشرين سنة واجلسه برصوما مكان ربولا الملفان فكان يفسّر ويقسّى ويعلّم ولا يجاوز اتباع مار تاودورس. وقصد الناس من الامصار ليسمعوا علمه. وقيل انه قال ثلثماية خمسة وستون مامرا. وبقى يفسّر بنصيبين خمسون سنة. وعند كونه بالرها كان يسكن قورللوس. فصعب ذلك على قيورى اسقفها وعلى ساورى وبعقوب فاحتالوا فى تلفه بان يحرقوا قلايته وهو فيها فيتلف. فاشعره بعض قسانهم ممن يحب الامانة الصحيحة باطنا بذلك. فهرب الى بعض الجزاير وقال.

هنا حسنم ههنا

وكان معه ابراهيم ابن اخته وكان قديما اسمه نرسى. وكان يقاوم من يقول بالجوهر. وكان برصوما يزور مار نرسى يوما فى الجمعة. واجتازت مامويه يوما بباب مار نرسى ورات الرحمة عليه. فحسدته واغرت بينه وبين برصوما. فتباغضا. وبعقوب السروجى تشبّه بمار نرسى فى انشا المیامر. وكثر الموت العظيم بنصيبين لما كان عليه اهلها. وبصلوة مار نرسى كشف. ويقال انه اذا فسّر يحضر مجلسه ملايكة مقدسين. وكان يتبع مار تاودورس فى اقاويله. ولما استفتاح مار نرسى دفن فى البيعة التى على اسمه. وكان جلوسه فى الملفنة متين سنة. وجلس بعده ابراهيم ابن

اخته. وبعده يوحنا تلميذه. وبعده يوسف الاهوازى وهو صاحب الفحام بتسعة نقط.

Per hæc tempora (hoc eſt, ſub Acacio Seleucienſi, & Barſuma Niſibeno,) *floruit Doctor admirabilis Mar Narſes Maaltajenſis. Is aliquando à Theodulo Mar Diodori diſcipulo repertus, ab eodem fuit benedictus, & Orientis lingua, Chriſtianæque religionis Poëta appellatus. Edeſſâ demùm à Barſuma Niſibin accitus, per annos viginti ibidem ſacras literas eſt interpretatus. In locum quippe Rabulæ Doctoris ſuffectus, ſcripturas expoſuit, lectionemque & ſcientias docuit, Mar Theodori ſententiam preſsè ſequutus. Ejus doctrinæ fama plures ad illum audiendum undique excivit. Ferunt ab illo quinque & ſexaginta ſuprà tercentum ſermones fuiſſe dictatos. Et Niſibi quidem annos quinquaginta commoratus eſt. Quia verò quum Edeſſæ doceret, in Cyrillum invectus eſt, Cyrum ejus urbis Epiſcopum, Severum & Jacobum graviter offendit, adeò ut de eo perimendo deliberaverint: illumque in cella ſedentem concremaſſent, niſi opportunè commonitus à quibuſdam illorum Presbyteris, orthodoxam animo fidem retinentibus, ad quaſdam inſulas profugiſſet. Qua occaſione geminos illos hymnos compoſuit, quorum initia ſunt:* Oculi tui Domine ſuper fidem: Chriſtus qui adventu ſuo pacem attulit. *Narſetem ea quam dixi de cauſa profugum ſequutus eſt ejuſdem ex ſorore nepos Abrahamus. Is Narſes olim dictus eſt, & unius ſubſtantiæ aſſertores oppugnavit. Narſetem ſemel per hebdomadam amicè viſebat Barſumas. Accidit interea ut Mammæa illuc, ubi Narſes morabatur, delata, hominum ingentem ad ejus fores concurſum conſpicaretur. Quod quum invida mulier ægerrimè ferret, Barſumam à Narſete conſictis muliebri aſtu criminibus avulſit. Narſetem Jacobus Sarugenſis in pangendis carminibus eſt imitatus. Quumque per eadem tempora Niſibin lues corripuiſſet, & in dies malum gliſceret, Mar Narſetis precibus tandem extinctum eſt. Fama eſt, ei ſacras literas interpretanti Angelos in ſpecie corporea adfuiſſe: qua in parte, ut dixi, Narſes Theodori doctrinam ſequutus eſt. Poſt obitum in Eccleſia ejus nomini dicata conditus fuit. Cathedram Narſes tenuit annos ſexaginta* (imò quinquaginta, ut ſuprà Amrus dixit, cui & Barhebræus tom. 2. pag 407. conſonat.) *Eique ſucceſſere Abrahamus ipſius ex ſorore nepos, deinde Joannes ejus diſcipulus: poſt Joſephus Huzita auctor carminum enneaſyllaborum.*

Hucuſque Amrus, vera falſis permiſcens. Nam verum quidem eſt, Narſetem Theodori, Diodori, Neſtoriique erroribus patrocinantem, cum Theodulo Diodori, vel potiùs Theodori, ut Sobenſis auctor eſt, diſcipulo familiaritatem iniiſſe, hancque ob cauſam à Cyro Epiſcopo Edeſſeno ejectum fuiſſe: At falſum omninò, quod de Severo & Jacobo narrat, eos ſcilicet Narſetis cellam incendere conjunctâ cum Cyro operâ voluiſſe: Severus enim in Eccleſiis Meſopotamiæ, qualis Edeſſena erat, non anteà innotuit, quàm Patriarchatum Antiochenum inierit; hunc autem iniit anno Chriſti 512.

ut

7 Edidit Commentaria in 7 Geneſim,
Exodum, Leviticum,
Numeros, *Joſue* filium Nun,

In libros Judicum, & Eccleſiaſtæ:
In Iſaiam, & Duodecim,
In Jeremiam, & Ezechielem,
Et in prophetiam Danielis.

Duodecim prętereà tomos Orationũ,
8 Quæ ſunt numero tercentum 8 & ſexaginta.
9 Edidit etiam Liturgiam 9,
10 Et expoſitionem 10 Sacramento-
11 rum, & Baptiſmum 11.

ܟܬܒ ܦܫܩܘܬܐ ܕܥܠ ܒܪܝܬ̈ܐ
ܘܫܡܘܬ̈ܐ ܘܠܘܝܛܩܘܣ
ܘܢܡܘܣ ܕܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ :
ܘܠܫܦܛ̈ܐ ܘܠܩܗܠܬ ܦܪ̈ܫܐ
ܘܠܐܝܫܥܝܐ ܘܠܬܪܥܣܪ :
ܘܠܝܪܡܝܐ ܘܠܚܙܩܝܐ
ܘܠܬܫܥܝܬܐ ܕܕܢܝܐܝܠ .
ܘܠܬ̈ܪܥܣܪ ܦܪ̈ܫܐ ܒܪ ܫܡ̈ܢ
ܘܫܬ̈ܐ ܕܡܛܠ ܗ̇ܠ ܡ̈ܐ
ܘܫܬ̈ܝܢ ܕܡܛܠ ܗ̇ܠ ܡ̈ܐ .
ܘܦܘܣܝܬ̈ܐ ܕܣܘܪ̈ܝ ܥܠ ܣܘܪ̈ܝ
ܘܥܠ ܡܥܡܕܢܐ ܘܥܠ ܡܫܚ

1 Item ſermones Paracleticos 1, Gloſ-
2 ſas 2,
3 Cantica 3, Conciones 4,
4 Adhortationes 5, & librum 6,
5 Qui inſcribitur, de Turpitudine
6 morum.

ܡܫܡܠܐ ܕܡܪ ܐܘܪܚܐ
ܘܡܦܫܩܢܐ ܘܫܒܚܬܐ .
ܘܡܡܠܠܐ . ܘܣܗܕܐ
ܕܐܝ ܘܠܐ ܡܫܬܘܢ ܒܝܫܬܐ .

CAPUT LIV.

Barſumas Niſibenus.

7 Barſumas 1 compoſuit ſermones Pa-
racleticos,
Gloſſas, & Hymnos:
Liturgiam quoque, & Orationes
Paræneticas, & Epiſtolas.

ܒܪܨܘܡܐ ܗܘ ܡܫܡܠܐ
ܘܐܘܪܚܐ ܘܡܕܒܪܢܐ :
ܘܣܕܪܐ ܕܐܝ ܩܘܒܠܐ ܘܡܕܡܪܢܐ
ܘܡܢܗܠܐ ܘܐܓܪܬܐ .

CA-

tuale Baptiſmi, ut Ecchellenſis interpretatur, an verò commentaria ſeù expoſitionem in Baptiſmum ediderit. Utrumque ſenſum verba Sobenſis habere poſſunt: Et primum quidem, ſi nomen ܡܥܡܕܐ & *Baptiſmus* abſolutum ſit, & ad vocem ܦܫܩܐ *Expoſitionem* minimè referatur; tunc enim ſenſus eſſet, *edidit etiam Narſes oblationem oblationis*, & *expoſitionem Sacramentorum*, & *Baptiſmum*: alterum verò ſenſum reddit eadem vox in genitivo caſu accepta, ſic: & *expoſitionem Sacramentorum*, & *Baptiſmi*.

1 *Sermones Paracleticos*. Ecchell. *Epiſtolas conſolatorias*: Syriacè ܒܘܓܐ *Bujaje*: qua voce orationes intelliguntur, quæ in Officio Defunctorum recitari ſolent. In Cod. Amid. 3. *Hymni Paracletici CLIV.* de Defunctis habentur anonymo auctore. Vide tom. 1. pag. 581.

2 *Gloſſas*. Syriacè ܬܪܓܡܐ *Turgame*, id-eſt, interpretationes. Eſt autem *Turgama* Homilia in Evangelium, ſeù Feſtum diei currentis, ſolutâ numeris oratione.

3 *Cantica*. Ecchellenſis, *Hymni*. Syriacè ܫܒܚܬܐ *Laudes*, *Odæ*, *Cantica*: inſtar Pſalmorum ſcilicet Davidis, cujuſmodi bina exſtant in Cod. Syr. 8. ad calcem tom. 2. p. 488.

4 *Conciones*, Syriacè ܡܕܪܫܐ, in Divinis Officiis tàm apud Syros, quàm apud Græcos ſatis familiares: quas nimirùm Diaconus intonat, inquiens, *in pace Dominum oremus* &c. ubi graduum omnium Eccleſiaſticorum, ac præcipuè Epiſcopi & Patriarchæ mentio fieri ſolet.

5 *Paræneſes*, ſeù *Adhortationes*: nimirùm ſermones aſcetici, ut plurimùm ſoluta numeris oratione.

6 *Librum de turpitudine morum*. Is ſortaſsè, cujus initium, ܡܫܟܒ ܕܡܟ ܐܝܟܐ *Pauper temporis*: in quo corruptos ſæculi ſui mores deplorat, & in Barſumam præſertim Niſibenum invehitur. Vide tom. 2. pag. 407.

7 *Barſumas*, Maræ Carduenſis ſervus, teſte Beth-Arſamenſi, cujus verba retuli tom. 1. pag. 351. quum in Edeſſena Schola ſacris literis operam dediſſet, inde ſub Rabula Epiſcopo ejectus, in Aſſyriam ſe recepit, ubi anno Græcorum 746. Chriſti 435. Metropolita Niſibis ordinatus fuit, ut ex Cod. Syr. Vat. 39. obſervavi tom. 1. pag. 351. & tom. 2. pag. 407. idque ſub Dadjeſu Catholico Seleuciæ, ut diſertè Amrus notat in fine Vitæ ejuſdem, his verbis:

وكان فى هذا الزمان عدة من العلما منهم مار ابا
تلميذ مار افرم وبرصوما مطران نصيبين واقى
اسقف امد الذى صار جاثليقا وبرحديشبا .

Per id tempus (hoc eſt, diebus Dadjeſu) *florebant plures Doctores, ut Mar Aba diſcipulus Sancti Ephræmi, & Barſumas Metropolita Niſibis, & Acacius Epiſcopus Amidæ, qui ad Catholici dignitatem evectus eſt, & Barhadbeſciaba*. Vixit autem Dadjeſu ab anno Græcorum 741. ad annum 776. hoc eſt, ab anno Chriſti 430. ad annum 465. ut idem Amrus citatus tom. 2. pag. 403. auctor eſt, qui tamen fallitur, dum Acacium Amidenſem, cujus ſcripta ſuprà retuli pag. 51. cum Aramæo Babuæi Seleucienſis Catholici ſucceſſore unum eundemque facit.

Barhebræus in Vita Babuæi narrat, Barſumam, Narſetem, Maanemque non modò Neſtorianam hæreſim in Chaldæam, Aſſyriam, Perſidemque, verùm etiam perditiſſimos mores invexiſſe. *Ajebant enim*, (inquit,) *Epiſcopis, Presbyteris cæteriſque Clericis fas eſſe uxores ducere, in eam ſententiam detorquentes illud Apoſtoli*, melius eſt

nu-

nubere, quàm uri. *Et ii quidem id docebant: Barſumas verò palàm & publicè cum muliere quadam cohabitabat, quam ſuam legitimam uxorem appellare haud verebatur.*

Id quod etiam Amrus, Neſtorianus licet Scriptor & in Barſumam propenſiſſimus, ingenuè fatetur. Quum enim ortam Babuæum inter & quoſdam Epiſcopos controverſiam de conjugio Clericorum retuliſſet, hæc ſubjungit: وعملوا قوانين غير مثل وقاومهم بابويه باساقفة معه وحرم كل منهم صاحبه. وكتب برصوما مطران نصيبين سنهودس اطلق فيه تزويج الكهنة والديرانيين الذين لا يمكنهم ضبط نفوسهم احتجاجًا بقول بولوس.

Condideruntque (Epiſcopi ſcilicet Babuæo contrarii) *alios Canones* (nimirùm contrarios iis quos Babuæus poſuerat.) *Reſtitit autem eis Babuæus unàcum Epiſcopis ſuis: & alter in alterum anathema intentavit. Barſumas verò Niſibenus Metropolita Synodicam ſcripſit, in qua Sacerdotibus, monachiſque, qui ſeipſos continere nequirent, poteſtatem nubendi faciebat, dictum Pauli uſurpans.* Et infrà: وبرصوما تزوج بمامويه الراهبة واطلق للابا والكهنة التزويج.

Barſumas Mammææ ſanctimoniali nupſit, Patribus Sacerdotibuſque nubendi facultatem concedens.

Hanc impuram legem tulit Barſumas, confirmaruntque decreto & opere Catholici quinque, qui poſt Babuæum & Acacium Neſtorianis præfuere, Babuæus ſcilicet, Silas, Eliſæus, Narſes, & Paulus. Eam tamen ex parte correxit Aba, ſeù Mar-Aba Pauli ſucceſſor, qui Amro teſte, *vetuit, ne Epiſcopus aut Patriarcha fieret omninò, qui uxorem haberet.* Vide tom. 1. pag. 412. Atque hæc Neſtorianorum praxis fuit à Mar-Abæ temporibus uſque ad ætatem Amri, qui quum hinc factum Barſumæ negare non poſſet, inde contraria temporum ſuorum, imò verò omnium temporum & omnium Chriſtianorum conſuetudo occurreret, ſacrilegas Barſumæ nuptias excuſare nititur in vita Acacii, in hæc verba. واصل تزويج برصوما بمامويه الراهبة ان محله عند فيروز الملك وقدره عظيم وامره ان يتزوج اكرامًا له على عادتهم. فاجابه خوفًا. وهكذا لحق بابويه من هرمزداد ابن بهرام وانه احضره امراة حسنا وامر ان يتزوجها. فاخذها وسلمها الى اهله سرًا. وقيل ان فيروز امر ان توخذ ضياع من لا زوج لها. ولما خرج الى نصيبين تلقا المطران وعقدت له القباب ونثر عليه دراهم. فاقتضاه بذلك يعني التزويج. فاعلمه انه في الطلب. وان مامويه الراهبة كانت حسنا وذات ضياع ويسار. فخاف ان يوخذ ذلك بعدها.

فسالت المطران ان يوقع اهله عليها ليكون ذلك للبيع. ففعل. وانه لما حضر مجلس الملك اعلمه ذلك واستدعاها. فلبست فوق الصوف البياض. فاستحسن ذلك منها ومن عقلها. وقيل انه لم يعرف منها ما يعرف الرجال من النسا وانها هذا شرطت عليه. ويقال انه فعل ذلك ليسهل للكهنة التزويج بعد موت ازواجهم خلافا على مذهب اليعقوبي لما كان يرتكبونه من القبايح. واستحسن هذا الفعل المومنون.

Occaſio verò, quæ Barſumam ad nuptias cum Mammæa moniali impulit, fuit ejuſdem apud Pherozem Regem magna auctoritas, & exiſtimatio: qua ne excideret, ſuggerenti Regi ſibi placere, ut ille juxta Perſarum morem uxorem duceret, aſſenſus eſt. Simile quid Babuæo cum Hormiſda filio Beherami accidit: juſſus enim pulchram mulierem, quam ipſe Rex præſentabat, ducere, ficto conjugio illam propinquis ſuis habendam ſecretò tradidit. (Id factum non à Babuæo, ſed à Jeſujabo Gadalenſi ſub Siroë Perſarum Rege narrat Barhebræus. Vide Tom. 2. pag. 417.) *Ferunt etiam Pherozem lata lege præcepiſſe, ut cœlibes feminæ bonis omnibus ſpoliarentur. Quum verò Niſibin veniſſet, Epiſcopum ipſi obviam factum, qui Pherozem regio cultu exceperat, de conjugio interpellavit, indicavitque ibidem Mammæam virginem Deo ſacram adeſſe feminam formoſam atque locupletem. Hæc verò latæ contra feminas celibes legis ſeveritatem vertit, Metropolitam rogavit, ut nomen ſuum ipſi commodaret* nuptiaſque fingeret, *ne bona ſua ab Eccleſiis diſtraherentur. Annuit Barſumas, idque quum quadam die Regi aſſideret, eidem ſignificavit, & Virginem ad ſe venire juſſit: quæ laneam tunicam candidis veſtibus obtegens ad Regem venit. Factum approbavit uterque, & mulieris prudentiam laudavit. Fama eſt, Barſumam quovis conjugii opere abſtinuiſſe: nam & inter ipſos hoc pactum conventum fuerat. Dicitur etiam id à Barſuma tentatum fuiſſe, ut Sacerdotibus ad ſecundas poſt conjugum obitum nuptias viam ſterneret: quod Jacobitarum ſecta* (imò univerſa Orientalis Eccleſia) *minimè probabat: ratus hac ratione plura in hoc genere flagitia ab illis perpetrari ſolita ſublatum iri. Quod à fidelibus* (nimirùm impuris Neſtorianis) *cum approbatione exceptum eſt.* Ita ſcilicet ſacrilegos Mammææ Barſumæque amores excuſare contendit Amrus, qui tamen in vita Silæ flagitia ejus mulieris haud diſſimulat, inquiens. وكانت زوجته اى زوج شيلا تحمله على جمع المال والعدول عن الحق كما فعلت مامويه ببرصوما فى طرد مار نرسى. والنسا لهم عادة مثل ذلك وان كان فيهن من كانت سببا لخير مثل ماره ورفقا وهالانا ووالدة غريغوريوس صاحب نازينزو. وتقدم برصوما على طرد مار نرسى

حيين قرا مهريين له
ههمي احدا . مسا هحمدا .
ورده واكرمه طول ايام حياته .

Ejus autem, hoc est, Silæ uxor eundem ad colligendas per fas nefasque opes, & ad omnem nequitiam propellebat; quod etiam Mammæa Barsumæ suadebat, quum eundem in Mar Narsetem concitavit, utque eum expelleret, induxit. Hi scilicet, & hujusmodi sunt fœminarum mores, etsi inter eas non defuerunt, quæ multorum bonorum causa exstitere, ut Sara, Rebecca, Helena, atque Gregorii Nazianzeni mater. Quamvis postea Barsumas de Narsetis expulsione doluerit, lectis ejusdem duobus carminibus, quorum alterum incipit

ههمي احدا

Pauper temporis, *alterum* سما هحمدا Heva sons; *eumque restituerit, & usque ad obitum in honore habuerit.* Nimirùm facile fuit Barsumam & Narsetem reconciliari, quos eadem hæresis eademque morum turpitudo conjunxerat.

At susceptas cum Babuæo inimicitias, donec is in vivis fuit, nunquam adduci potuit Barsumas ut deponeret. Ferunt Syri historici cùm orthodoxi, tùm Monophysitæ, Babuæum à Pheroze Persarum Rege propter Barsumæ calumnias interfectum. *Accusavit Barsumas Babuæum Catholicum coram Rege Pheroze* (inquit Auctor Catalogi Patriarcharum Chaldæorum citatus tom. 1. pag. 351.) *hæc auribus illius clam & dolosè insusurrans: Isti Romanorum fidem tenent, eorumque exploratores sunt. Da igitur mihi potestatem in eos, ut illos comprehendam. Fecit itaque Pherozes Rex Barsumam Nisibis Episcopum, collatâ eidem, quam poposcerat, facultate.* Qua autem id ratione ab impio Barsuma executioni mandatum, & quomodo is in Babuæum primùm debacchatus sit, deinde immanitatem suam adversùs Garmæos, Nuhadrenses, Ninivitasque exercuerit, ex Barhebræi Chronico Syriaco breviter descripsi tom. 2. pag. 403.

Paulò aliter hæc narrant Nestoriani, qui necem Babuæi ex accusatione quidem Barsumæ consequutam fuisse scribunt, sed dolo cujusdam medici Monophysitæ, quem alicubi Gabrielem Singarensem, alibi Esaiam appellant. Amri verba retuli cit. tom 2. p. 404. Sed audi eundem de occasione & auctore mortis Babuæi alio loco sic differentem.

والزم فيروز النصارى السجود للشمس والنار والكواكب . فامتنع قوم فقتلوا وجرى عليهم المكروه واجاب قوم . وكتب بابويه الى زينون ملك الروم يشكى الحال وعرض بما قاله بنوا حنانيا فى بحث نصر وهو اصلنا اله الى المملكة الفاجرة . وانفذ الكتاب . فاحتال برصوما مطران نصيبين واخذه وانفذه الى فيروز . فصعب عليه واعتدها الجاثليق واعترف له به واعتذر اليه . فلم يصح منه . فساله ان يسجد للشمس . فلم يفعل . فعلقه باصبعه التى شان الحاثم ان يكون فيها حتى مات . واخذ جسده قوم من اهل الحيرة ودفنوه عندهم وقدم اسمه فى سفر الموتى لاجل الشهادة . وقيل ان الفيروز القمس من بابويه رجلا حصيفا يرقى اليه اخبار الروم . فاختار برصوما . فلما وقع بينهما . افسد برصوما حال بابويه عند فيروز وكتب بالشرح الى الروم وما هو فيه . فتلطف الى ان اخذ الكتاب وانفذه وكان برصوما حاضرا . فقراه . واشعيا الذى طرده بابويه . يفسره باقبح شرح وان برصوما باطر ندما . فسرق الكتاب وقال ان اشعيا حرق . فامر فيروز بقتل بابويه .

Pherozes autem Christianos ad cultum Solis & Ignis ac Stellarum compellere aggressus est: quosque edicto adversantes comperit, vexavit; quosdam etiam occidit: multi verò Regi obsequuti sunt. Dua de re Babuæus ad Zenonem Romanorum Imperatorem scripsit, illud Ananiæ & sociorum ejus in Nabuchodonosorem dictum usurpans: Tradidit nos Deus in manum regni impii. Hanc epistolam Barsumas Metropolita Nisibenus astu interceptam, ad Pherozem transmisit. Quamobrem Rex indignatus, Catholicum acciri, convictumque, Solem adorare jussit. Quod quum ille facere recusasset, anulari digito vinctum è trabe pendere jussit: quo supplicio interiit. Ejus cadaver Hirtenses quidam apud se tumularunt, ejusque nomen in Diptychis defunctorum primo loco ob martyrium descripsere. Produnt Pherozem à Babuæo hominem sagacem petiisse, qui ipsum de rebus Romanorum edoceret, eique Barsumam à Babuæo oblatum fuisse. Quum autem postea inter eos simultates prædictæ exortæ fuissent, Babuæum Barsumas apud Pherozem accusavit, Epistolamque à Babuæo ad Romanos scriptam surripuit, & Pherozi obtulit: qui & ipso Barsuma præsente illam aperuit, Syriacas voces Esaia, quem Babuæus expulerat, ad conciliandam auctori invidiam in deteriorem sensum trahente & interpretante. Barsumas verò factum postea doluit, epistolamque clam sublatam, ab Esaia mutatam fuisse affirmavit. Babuæus itaque per hunc modum à Pheroze interfectus est.

Amrum in hac narratione sibi minimè cohærere, jam observavi tom cit. pag. 406. & 408. ubi ex ipsius Auctoris confessione demonstratum est, Barsumam bis excommunicatum fuisse; nimirùm semel sub Babuæo propter assertum sacrorum ministrorum conjugium ductamque in uxorem Mammæam; & iterùm sub Acacio propter illatam Babuæo necem. Etsi postea sub Gregorio Catholico Jesujabi Gudalensis præcessore absolutus fuit, ut in Synodo diebus ejusdem Gregorii habita narratur his verbis:

هذه المونمس اجتمعت
فى وقت عقد غريغور الجاثليق وعقدت رايها على
هذه الامانة الكبيرة وعلى هذه تفاصيل المقدر
الكبير

الكبير واجرت ذكر برصوما مطران نصيبين وزكته ولكتبه لاجل ماكان فيه المحالفون وحرمت من لا يفعل ذلك.

Hæc Synodus coacta fuit, quum primum Gregorius Catholicus factus est, (hoc est, circa annum Christi 607.) *& communibus suffragiis in ea definierunt, Symbolum quidem Nicænum retinendum esse; Commentariis verò magni Commentatoris inhærendum; Barsumæ autem Metropolitæ Nisibeni memoriam restituendam, cujus proinde personam librosque justificarunt adversùs eos, qui contra sentiebant, anathemate in contradicentes intentato.*

Quæ verò Barsumam inter & Acacium intercesserint simultates, idem Amrus literarum monumentis tradit, etsi propensiori, ut solet, in Barsumam calamo, commentisque ad excusandum ejus flagitia excogitatis.

وبرصوما قرف اقاق بالزنا والفجور وذلك زاد على اقاق. فجمع جمعا من الاساقفة والمومنين وادخلهم مخدعا كرها واكشف موته واراهم واذا عضو التناسل منه لا يكون مثل النواه. فتحيروا وعلموا يقينا براءه ماحته مما حكى عنه. وعلم ذلك برصوما وخجل واعتذر وبدا يتلافى زلته بتربية الايتام والافاضة على المساكين. وعمل دار المرضى وكان يقيم بهم. والزم القسان التزويج وكان يعيبهم لانهم كانوا يحتجون اذا حضروا البيعة بانهم شربوا ماء فلا يدخلون المذبح ويعلم سبب ذلك. وانصلحت الحال بينه وبين اقاق. وافد فيروز الملك اقاق برسالة الى ملك الروم. واجتاز بنصيبين وحبه برصوما ومضيا فاكرمهما الملك واعترض امانتهما ورضى بها والابا. ولما عاد اقاق الى نصيبين ضج اهلها من برصوما وعددوا مساويه وخاف برصوما منه. فقال لا اكافيك على شي فعلته. فقال لم اقاق. احضروني خيرا منه لاصرفه. فهذا بلد لا يحتمل ان يبقى بلا رئيس. واصلح بينهم. وصعد برصوما وخطب واطال في ذكر التوبة:

Barsumas (inquit) *Acacium fornicationis & stupri accusavit. Quod quum Acacius tolerare non posset, Episcoporum & fidelium coacto conventu, in conclave quoddam intrare coëgit universos, ubi nudato corpore, virilibus membris carere se demonstravit, calumniasque in ipsum conjectas palam convicit. Id quum Barsumas resciviſſet, facti eum pœnituit puduitque, crimenque suum diluere aggressus est corrogatis in orphanorum educationem aliorumque miserabilium hominum opem eleemosynis. Nosocomium etiam construxit, & ægrotis in eo sustentandis curandisque pecuniam subministravit. Coëgitque Presbyteros nubere, eosdemque videbat, quod ad Ecclesiam accedentes, sanctuarium minimè ingrederentur, causantes se aquam bibisse, hujus rei causam indicans. Postquam verò sibi mutuò reconciliati fuere Acacius & Barsumas, ille à Pheroze rege ad Romanorum Imperatorem cum epistola allegatus fuit. Quumque per urbem Nisibin iter cepisset, eidem se viæ comitem adjunxit Barsumas, & ambo ad Imperatorem profecti sunt, à quo perhonorificè excepti, fidem suam exposuerunt, & à Patribus approbata est* (imò disertè reprobata, ut ex Barhebræo infrà ostendam.) *Quum verò Nisibin reversus fuisset Acacius, populus in Barsumam tumultuari cœpit, ejus scelera exaggerans. Quod quum Barsumas timeret: non ego, inquit Acacius, à te quam aclibus tuis commeruisti pœnam repetam. Tùm ad populum conversus: afferte, ait, mihi virum isto meliorem, antequam ipsum hinc abire jubeam. Est enim hæc regio, quæ Præsule carere non potest. Et per hunc modum populum cum suo Episcopo reconciliavit. Tunc Barsumas suggestum conscendens, orationem ad populum habuit, in qua de pœnitentia prolixè*

وعاد اقاق من بلد الروم على ان يقترض برصوما مطران نصيبين لان الابا والفطرك ببلاد الروم والاساقفة خاطبوه وقالوا له امسكت عن برصوما لما سعى ببطركه حتى قتل. فوعدهم بالكشف. فلما استقر بالمدائن وافق ذلك موت برصوما. فامسك وكان عذره عند فطرك الروم اننا في سلطان من لا يطلق لنا الانتصاف منه.

differuit. Et paucis interjectis.

Acacius ex Romanorum ditione reversus, Barsumæ Metropolitæ Nisibeni depositionem meditabatur: Nam Patres, & Patriarcha, & Episcopi Romani Imperii illum incusaverant, quod Barsumæ faveret, qui in suum Patriarcham (Babuæum) *conspiraverat, ejusque necem procuraverat: quibus pollicitus est, se in hoc factum severè inquisiturum. Nihilominus quum Modainam* (hoc est, Seleuciam) *ingressus est, accepto de Barsumæ obitu nuncio, sibi ab eo judicio abstinendum censuit; & Patriarchæ Romanorum respondit, se sub ejus Domini imperio vivere, qui à Barsuma pœnam exigere non permitteret.*

Id factum paulò aliter narrat Barhebræus. *Acacius* (inquit tom. 2. pag. 407.) *quum* Pherozis *regis Persarum legatione apud* Zenonem *Imperatorem Romanorum fungeretur, ab Occidentalibus Episcopis reprehensus est, quod Barsumæ Nisibeni, viri sacrilegi & Babuæi interfectoris scelera dissimularet. Hunc, ajebant, nisi pontificia dignitate dejeceris, nostræ communionis undcum ipso expers eris. Pollicitus est ille, ubi in Persidem rediisset, sententiam depositionis in Barsumam se laturum. Quod verò ad Nestorianam hæresim attinet, cujus ab iisdem accusabatur, respondit, se neque Nestorium nosse, neque hæresim ejus: Xenajam Orientalium hostem illud nomen ipsis affinxisse. Quum autem in Orientem regressus fuisset, reperit Barsumam jamdiù interiisse. Ferunt, Sanctimoniales montis Abdini in Ecclesia ipsum aggressas, clavibus cellarum interemisse. Quidam tumulum ejus in Ecclesia S. Jacobi Nisibi ostendunt. Successorem sedis & impie-*

impietatis habuit Hosee Metropolitam. Hæc breviter ex Barhebræo.

Unde palàm fit, Æthiopem à Nestorianis dealbari, quum Barsumam tot criminibus inquinatum totiesque à suis Primatibus, dum viveret, damnatum, & nisi vivere desiisset, etiam pontificia dignitate dejiciendum, in Synodo tamen, quam Babæus Acacii successor & Gregorius celebrarunt, non modò eum à sententiis, quæ in ipsum latæ fuerant, absolutum decreverint, sed etiam illius memoriam inter S. Doctores Syros unàcum Ephræmo sexta feria post Dominicam quintam Epiphaniæ in divinis officiis colant.

Amrus postquam ea, quæ suprà retuli, de præclaro Barsuma narrasset, elogium subjungit, quo is unàcum Narsete & Acacio à Theodulo celebratus fuit.

وعند توجّه افاق الى بلد الروم التقا وبرصوما ونرسى وثاودولوس ثلميذ ديودوروس وكان قد اطال الزهاد حتى ان شعره كان على وجهه. فلما حضر الى عنده سمّاهم باسمايهم من غير ان يراهم. ودعا افاق عمود المشرق وبرصوما بضيا المشرق ونرسى بلسان المشرق. وتباركوا منه.

Quum Acacius (inquit) *in Romanorum ditionem venisset, convenit aliquando unàcum Barsuma, Narsete, & Theodulo. Erat autem Theodulus Diodori discipulus: eoque in vita ascetica provectus fuerat, ut faciem pilis opertam haberet. Quumque ad ejus colloquium venissent, suo singulos nomine, etsi numquam antea sibi visos, compellavit: & Acacium quidem Orientis columnam, Barsumam Orientis lumen, & Narsetem Orientis linguam nominavit: qui ab illo vicissim benedictionem petierunt*. Sed hæc cum suprædictis conciliari nequeunt: Barsumas enim & Narses Nisibi erant, quum Acacius ad Imperatorem Romanorum legatione functus est: neque hic socium itineris eum adhibere potuit, quem Episcopis Occidentalibus pollicitus fuisse dicitur, *Episcopatu se dejecturum, ubi in Persidem rediisset; quemque in Orientem reversus, reperit jamdiù interiisse*.

Eutychius Alexandrinus tom. 2. Annalium, & ex eo Naironus Evopl Par. 1. p. 12. *Barsumam Nisibenum Metropolitam* scribunt *sub Justiniano Imperatore innotuisse*. Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 100. ex manuscripta Nestorianorum historia refert, *eumdem post mortem anathemate damnatum fuisse: statutumque in perpetuam ejus contumeliam, & per annos multos observatum, nequis ex Metropolita Nisibenfi ad supremam Catholici dignitatem assumeretur*. Verùm ex Amri Barhebræique testimoniis constat, neque Barsumam tempora Justiniani attigisse, neque eum post mortem anathemate damnatum: quin potiùs à Babæo in Synodo absolutum, impurosque ejus canones impiè sancitos, majore impietate fuisse confirmatos, quorum & Sobensis meminit in Catalogo, ubi de Synodis Orientalium. Vide tom. 2. pag. 404 & 408.

Exstant tres Barsumæ Canones in Cod. Arab. 36. & 37 tom. 2. pag. 507. & 508. quorum primus est adversùs monachos, qui urbes pagosque circumcursantes, contrariam Nestorianis doctrinam circa mysterium Incarnationis tradebant: secundus de iisdem, quod Episcopis locorum Parochisque subjacere debeant, vel in eremum secedere: tertius de conjugio sacrorum ministrorum, etiam post susceptos ordines. Ad calcem verò ejus Conciliabuli, quod in utroque cit. Codice Arabico nomen Acacii præfert, de concordia Acacium inter & Barsumam inita hæc subjunguntur.

فى ايام هذا الاب انصلح امر برصوما مطران نصيبين. فانهما اجتمعا فى مجمع الاساقفة فى عذرى قرية فى معاملتايا واعترف بالخطا الذى عمله فى جنديسابور هو واساقفته وانه يحضر مجمع الاساقفة بالمدايين ويبطله. واصطلحا وعمّا الرازين وكتب ببطلان كلما عمله بجنديسابور واعترف انه ضد راى البيعة وان الراى الردى حمله عليه وانه ظلم مار بابويه الجاثليق. وكتب الى اهل جنديسابور بذلك. وان فعله اذى الى ان حلّ فى نصيبين ما حلّ من الاذى. وانه موافق لجميع ما يعتقد بالمدايين بمجمع من الاساقفة.

Hoc Patre (ideft Acacio) *adhuc in vivis agente, Barsumæ Nisibeni Episcopi causa feliciter confecta est. Convenere siquidem in Synodo Episcoporum in Adri pago Maaltajæ: ibique Barsumas peccatum, quod ipse cum suis Episcopis in Gandisapor urbe perpetraverat, confessus est, assensusque fuit, ut Modainæ* (hoc est, Seleuciæ) *Concilium Episcoporum cogeretur, quo ipsius Barsumæ acta rescinderentur. Hoc pacto exortum inter eos* (Acacium scilicet & Barsumam) *dissidium sublatum est, sacraque simul mysteria peregerunt. Scripto itaque quidquid in urbe Gandisapor attentaverat, Barsumas damnavit, irritumque declaravit, illudque Ecclesiæ judicio contrarium, perversaque se opinione ad id perpetrandum actum fuisse confessus est, & in Babuæum Catholicum iniquum se fuisse. Quibus de rebus ad Gandisaporenses epistolam quoque scripsit, testatus quæcumque antea perpetrarat, iniquè à se gesta, donec ea Nisibi abrogata sunt; seque insuper susceptorum quidquid Synodus Modainæ cogenda decrevisset, promisit*. De eodem Conciliabulo loquitur Barhebræus in Vita Acacii, quum ait tom. 2 pag. 406. *hunc Barsumæ Nisibeni & Maanæ Persæ vexationibus Nestorianam hæresim profiteri compulsum fuisse*. Et paucis interjectis. *Quamobrem & Synodum congregavit, in qua Nestoriana dogmata palàm stabilita sunt*.

Hottingerus in Bibliothecario Quadripartito pag. 231. scripta Barsumæ recensens, *librum de Regimine*, cujus nulla apud Sobensem mentio, commemorat; Liturgiam verò, hymnos, orationes paræneticas, epistolasque omittit.

CA-

CAPUT LV.

Abrahamus Beth-Rabanenſis.

1 Abrahamus 1 Beth-Rabanenſis fecit
Librum commentarii
In Joſue filium Nun, in Judices,
In librum Regum, in Siracidem
(*ſeù Eccleſiaſticum*).

In Iſaiam duobus tomis:
In duodecim *prophetas minores*,
in Danielem,
Et in Canticum Canticorum. Nec
2 non *ſcripſit* de cauſa 2
3 Seſſionum: & definitos 3 Hymnos.

ܐܒܪܗܡ ܒܝܬ ܪܒܢܝ ܥܒܕ ܣܦܪ
ܥܠ ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܘܥܠ ܕܝܢܐ
ܘܥܠ ܡܠܟܐ ܘܥܠ ܒܪ ܣܝܪܐ :
ܘܥܠ ܐܫܥܝܐ ܬܪܝܢ ܣܦܪ̈ܐ :
ܘܥܠ ܬܪܥ̈ܣܪ ܢܒ̈ܝܐ ܘܥܠ ܕܢܝܐܝܠ :
ܘܥܠ ܫܝܪ ܫܝܪ̈ܝܢ ܐܡܪ :
ܘܥܠ ܣܗܕ̈ܘܬܐ ܘܥܠ ܬܫ̈ܒ̈ܚ̈ܬܐ :
ܥܒܕ ܫܡܥ . ܘܐ ܥܠ ܥܠܬ
ܘܥܠ ܡܙ̈ܡ̈ܪ̈ܐ . ܥܒܕ ܘܫ̈ܒ̈ܚ̈ܬ ܫܒ̈ܥ̈ܬ .

Joan-

NOTÆ.

1 *Abrahamus Beth-Rabanenſis*, è Schola Edeſſena, ubi ſacris literis operam dederat, ejectus, Medorum Epiſcopus initiatus eſt, ut ſcribit Simeon Beth-Arſamenſis, cujus verba tom. 1. pag. 352. & 354. retuli. Amrus *diſcipulum Narſetis* eum appellat, & ſub Juſtino juniore Imp. Perſarumque Rege Choſroë claruiſſe teſtatur in vita Joſephi Patriarchæ. وعند قام الصلح بينه وبين كسرى استدعى منه عدة من علما المشرق . فانفذهم وباحثوه وادعن بالجوهرين وصرفهم مكرمين . ثم تغيّر وحرم ديودورس . وقيل ان ابراهيم ويوحنا تلميذى مار نرسى كانا فى القوم ووقعا منه اجمل موقع واستحسن علمهما وعبارتهما . *Pace autem ipſum inter* (de Juſtino juniore loquitur) & *Choſroëm compoſita*, *aliquos ex Orientis doctoribus ſibi mitti rogavit*, *à quibus adductus eſt*, *ut duas ſubſtantias confiteretur*. *Iis verò cum honore dimiſſis*, *ſententiam iterùm mutavit*, & *Diodorum anathematizavit*. *Produnt Abraham & Joannem*, *ambos Narſetis diſcipulos in eo conventu adfuiſſe*, & *ab illo ſummo cum honore exceptos*, *eorumque doctrinam & ingenium eundem laudaſſe*. Hæc Amrus, doctorum ſectæ ſuæ ultrà modum laudator, qui aſſertam à catholicis *duarum ſubſtantiarum*, hoc eſt, *naturarum* veritatem, ad hæreticum Neſtorianorum dogma duas in Chriſto perſonas ponentium trahere conatur: quod & Monophyſitæ aliquando ſomniarunt, quum Neſtorianiſmum à ſacro Concilio Chalcedonenſi ſtabilitum fuiſſe commenti ſunt, ut præ cæteris Barſumas archimandrita & Xenajas Mabugenſis, de quibus tom. 2. pag. 3. & 41. Ita enim nihil volebant medium eſſe inter duas Chriſti naturas, duaſque perſonas, ut unum ex altero ſecundùm ipſos neceſſariò ſequeretur. Quod tamen falſum eſſe non modò catholica fides docet, verùm & qui inter ipſos aliqua doctrinæ laude claruere, norunt: nec id latere debuit legentes Acta Synodi Chalcedonenſis, vel ſcripta Patrum orthodoxorum, in quibus uterque error ſimul profligatur, tàm Monophyſitarum ſcilicet, quàm Neſtorianorum. Nugas igitur agit Amrus, quum Juſtinum Imperatorem ſcribit in ſententiam Neſtorianorum primùm conceſſiſſe, deinde eâ mutatâ Diodorum anathematizaſſe: perinde ac ſi unum idemque eſſet duas in Chriſto ſubſtantias, hoc eſt naturas, & duas perſonas ſeù ſubſiſtentias confiteri.

2 *De cauſa ſeſſionum*. Quæ Græcis καθίσματα, Syris ܡܐܬܒܐ *Mautbe*, hoc eſt, *ſeſſiones* dicuntur. Ut enim obſervat Balſamon in Can. 17. Concilii Laodiceni, *quum Pſalmi uno contextu ex antiqua traditione legerentur*, & *populus qui congregabatur & moleſtiâ afficeretur*, & *labore propterea confectus*, *nullam ejus curam gereret*, & *ab Eccleſia exiret*, *ſtatuerunt Patres non eſſe Pſalmos in Eccleſiaſticis congregationibus uno contextu dicendos*, *ſed aliquo intercedente*, *lectionem eſſe faciendam*, *ut aliquantulum quieſcat populus*, & *rursùs canat*. *Propterea enim* & *in diverſas ſeſſiones diſtributum eſt Pſalterium*. Vide cl. Allatium in diſſertat. de libris Eccleſiaſticis Græcorum apud Fabricium tom. 5. Biblioth. Græc. pag. 40 De ſeſſionibus, quæ Pſalterio apud Chaldæos interponuntur, agit Auctor Declarationis Officiorum Eccleſiaſticorum, Par. 2. de Officio Veſpertino cap. 3. & Par. 3. de Nocturno & Matutino cap. 1. 2. & 3. Echellenſis hunc locum perperàm vertit, *de cauſa judiciorum*.

3 *Et definitos Hymnos*, ſeù *Odas*. Echellenſis

CAPUT LVI.

Joannes Beth-Rabanenſis.

1 Joannes [1] item Beth-Rabanenſis
Librum commentariorum
In Exodum, Leviticum,
Numeros, & Job compoſuit.

Nec non in Jeremiam, in Ezechielem,
Et in Proverbia. Ad hæc adverſùs [2] Magos:
2 Quæſtiones adverſùs [3] Judæos,
3 Et adverſùs Hæreticos.
Habet inſuper Orationes [4] Rogationum,
4 Et Orationem de morte [5] Choſroæ,
5 Ac de peſte [6], quæ contigit Niſibi.
6 Sermones quoque [7] Paracleticos
7 de unoquoque ordine.
Exſtat prætereà ejus liber Quæſtionum
In Vetus & Novum *Teſtamentum*.

Et

ſenſis legit حمم ومعا معصما *per determinata capita*, idque ad ſuperiorem tractatum refert. Verùm Sobenſis habet معصما معصما معصما *definitos Hymnos*, quos à Tractatu *de cauſa ſeſſionum* diſtinguit.

1 *Joannes Beth-Rabanenſis*, Abrahami, quem mox dixi, ſocius & Narſetis diſcipulus, ut ex Amri teſtimonio liquet.

2 *Adverſùs Magos*. De origine, auctore & nomine ejus ſectæ differit Ecchellenſis not. in Ebed. pag. 265. Præter Aſtrologiam, cui Magi præcipuè addicti erant, hunc eis errorem Joſue Stylites tribuit, quod *promiſcuum feminarum uſum* in Perſarum regno docuerint. Vide tom. 1. Bibl Orient. p. 265.

3 *Adverſùs Judæos* ܠܘܬ ܝܗܘܕܝܐ, hoc eſt, *quæſtionem*, non, ut Ecchell. pag. 49. *contra Judæorum criminationes*.

4 *Orationes Rogationum*, non ut Ecchell. loc. cit. *Orationes de ratione Precum*. Sunt autem *Rogationes* publicæ preces in Eccleſia Syrorum ad avertendas communes calamitates olim indictæ, de quibus exſtant Ephræmi & Iſaaci carmina tom. 1. pag. 57. & 224. Eas temporibus Joannis Beth-Rabanenſis apud Syros Neſtorianos indixiſſe perhibetur Ezechiel Patriarcha, ut dixi tom 2. pag. 413. *Jejunium Niniviticum* vulgò appellantur, earumque diſerta fit mentio in Officio Chaldæorum. Vide tom. cit. pag. 427.

5 *De morte Choſroæ*, Perſarum Regis, cognomento *Anuſcervani*, quæ contigit anno Chriſti 579. poſtquam is per octo & quadraginta annos regnaſſet, ut ex Agathia & Theophylacto probat Pagius ad annum prædictum num. 3.

6 *De peſte, quæ contigit Niſibi* ſub Joſepho & Ezechiele Patriarchis, quæque cauſa fuit, ut Rogationes, de quibus ſupra, in Eccleſia Chaldæorum inſtituerentur, ſeù potiùs reſtituerentur. Vide Tom. 2. pag. 413.

7 *Sermones Paracleticos de unoquoque ordine*; de defunctis ſcilicet Patriarchis, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Monachis, viris, mulieribus, & pueris, quorum indicem vide tom. 1. pag 581. Ecchellenſis vertit, *conſolatoriæ epiſtolæ cujuſque ordinis*; quod de defunctis, non de vivis intelligendum, ut ſuprà dixi pag. 66. ubi de hac voce ܒܘܓܣܐ *Bujaja*, quam Chaldæi pro *hymnis Paracleticis defunctorum* uſurpant.

1 Et Cantica [1] cum Hymnis,
2 Et compositio [2] Tonorum Cantuum.

ومؤلفات الحان وتسابيحها .

CAPUT LVII.

Maruthas Episcopus.

3 Maruthas [3] Episcopus
4 Majphercatæ, & medicus [4] peritus
5 Composuit librum [5] de martyriis,

مروثا الرهاوي
ومدينة ميفرقين
هو الذي حكى وهو وقع

Et

محمد

NOTÆ.

1 *Cantica cum Hymnis*. Recole quæ suprà observavi pag. 66. Ecchellensis pro canticis habet *hymnos*, & pro hymnis *disputationes*.

2 *Compositio tonorum cantuum*, non, ut Ecchell. pag. 51. *Tractatus de componendis carminibus & hymnis*. Toni cantuum apud Chaldæos sunt duodetriginta, & in tres suprà quadraginta alios subdividuntur. Vide Cod. 1. Amiden. tom. 1. Bibl. Orient. p. 581.

3 *Maruthas* Majphercatæ celebris in Mesopotamia urbis, de qua latè in Dissert. de Monophysitis differui, Episcopus, claruit Theodosio seniore, Arcadio, ac Theodosio juniore Imperatoribus; Cajuma verò, Isaaco, Achæo & Jaballaha Seleuciæ Episcopis. Interfuit secundæ Synodo Oecumenicæ adversùs Macedonium Constantinopoli habitæ; Antiochenæ sub Flaviano Patriarcha adversùs Messalianos: Seleucienſi primæ, secundæ ac tertiæ sub Cajuma, Isaaco & Jaballaha. Vide Tom. 1. à pag. 174. & Tom. 2. pag. 400. & seq. ubi & de ejus scriptis, tàm quæ à Sobensi hìc memorantur, quàm de *Anaphora*, & *Commentariis in Evangelium*, quæ Syrorum manibus circum feruntur.

4 *Medicus peritus*. Amrus in Vita Cajumæ à medicinæ quoque peritia Maruthamcommendat, inquiens: ولما مضى له اى لقايوما خمس سنين وقع الصلح بين ملك الروم وبين يزدجرد ملك الفرس فسال يزدجرد ملك الروم ان يوجّه اليه متطبب. فوجه اليه باسقف ميفارقين واسمه مار مارونا وكان عالما بالطب جميل المذهب. وساله فى اطلاق بنا البيع وردّ النصارى الى رسومهم واظهار دينهم فاجابه

Evolutis eidem, Cajumæ videlicet, annis quinque, composita pax est inter Romanorum Imperatorem & Persarum Regem Isdegerdem, qui etiam ab illo medicæ artis peritum postulavit. Ita ad Isdegerdem missus fuit Episcopus Majapharchinensis Maruthas, vir in ea arte excellens & Orthodoxus, qui ab Isdegerde construendi Ecclesias facultatem impetravit, utque Christianis (in Persica ditione commorantibus) *liceret suis vivere legibus, suamque palàm profiteri religionem.* Nimirùm postquam Maruthas dæmonem, quo Isdegerdis filius vexabatur, depulisset, ut idem Amrus narrat, Socrati hac in re adamussim consentiens, quem de Maruthæ gestis lib. 7. cap. 8. differentem consule.

5 *Librum de martyriis*: Martyrologium scilicet, ut vertit Hottingerus in Bibliothecario Quadripart. pag. 235. hoc est, Acta Martyrum Orientalium, qui in Persidе passi sunt, de quibus Amrus in vita Isaaci: وجمع ماروثا من عظام الشهدا الذين استشهدوا بالمشرق شيأ كثيرا ونسخ كل كتاب وجده لهم وحمل ذلك معه. فخلف بميفرقين فى كرسيه بعضه وذلك معروف هناك الى هذا الوقت يتبرك به ومضى بالباقى الى المغرب وفرقت فى البيع:

Porrò Maruthas martyrum qui in Oriente passi fuerant, lipsana quamplurima collegit, & Acta literis olim consignata descripsit: quorum partem in sua Majapharchinensi Ecclesia deposuit, factique hujus memoria hactenus supereſt, confluentibus ad recipiendam ab iis benedictionem populis: reliqua per varias Occidentis Ecclesias distribuit. Idem ferè in Synaxario Coptorum: de quo vide tom. 1. pag. 178. Excerpta Actorum Martyrum Orientalium, quæ haud improbabili conjectura à Marutha collecta videntur, exhibui eodem tom. à pag. 181. Simile opus ab Achæo Seleuciæ Episcopo sub Maruthæ temporibus compositum testatur idem Amrus, cujus verba tom. 2. pag. 401. retuli. Nec mirum, illam eandem rem à pluribus eodem tempore tractatam, quum Sozomenus lib. 2. cap. 14. asserat, gesta eorum Martyrum *à Persis, Syris*, atque *Edessenis* conscripta fuisse.

1 Et Cantus 1 Tonosque Martyrum.
2 Idem transtulit & Canones 2 Patrum trecentorum decem & octo,
Scripsitque totam historiam Illius sanctæ Synodi.

وَالْحَانَهُمْ وَنَغَمَاتِهِمْ .
وَهُوَ نَقَلَ أَيْضًا
وَالْكَانُونَ الْمِائَةَ وَالثَّمَانِيَةَ عَشَرَ
لِلْآبَاءِ الَّذِينَ فِي نِيقِيَةَ
وَكَتَبَ أَيْضًا جَمِيعَ
تَارِيخِ ذٰلِكَ الْمَجْمَعِ .

CA-

NOTÆ.

1 *Cantus, Tonosque Martyrum*: Hymnos & Encomia vertit Ecchellensis. Exstant in Cod. Syr. Vat. 27. *Hymni*, seù *Cantus de Martyribus* per totam hebdomadam distributi, qui nullius auctoris nomen præferunt. Alios à Chamisio, à Georgio Vard, ab Hormisda, à Cyriaco, à Saliba, à Mara, aliisvè compositos recensui tom. 1. pag. 581. & seqq.

2 *Canones Patrum CCCXVIII. & historia Synodi Nicænæ à Marutha conscripta*. In Codice Synodico tom. 2. Bibl. Orient. pag. 507. exstant *Canones Nicæni* 73. è Syriaco in Arabicum conversi, quos Maruthas Episcopus rogatu Isaaci Catholici Seleuciæ è Græco transtulisse dicitur. Vide notata ad hunc Sobensis locum to. 1. p. 195. Elias Nestorianus Damasci Metropolita in sua Canonum collectione, quæ exstat tom. 2. pag. 507. eadem de Marutha tradit. كان الذى جاء بالسنن والقوانين التى وضعها اساقفة الروم فى زمان بعد زمان الى ناحية المشرق ونقل عن الاساقفة الثلثمائة والثمانية عشر الذين اجتمعوا بمدينة نيقية من اليونانية الى السريانية ماروثا اسقف امد وميافارقين حين قدم على يزدجرد ملك الفرس بكتابه الى ملك الروم فى توجهه اليه . وكان الجاثليق ببلاد المشرق ايلميذ اسحق الخ *Fuit Maruthas Episcopus Amidæ & Majapharchin* (loquitur Elias ex temporum suorum consuetudine, quibus Amidæ & Majapharchino urbibus unus præerat Nestorianus Episcopus: At verò quum Maruthas Majapharchini esset Episcopus, Amidensem Ecclesiam Acacius regebat, ut Ecclesiastica docet historia) *Fuit*, inquam, *Maruthas Episcopus Amidæ & Majapharchin, qui leges & Canones ab Episcopis Romanæ ditionis variis temporibus constitutos ad Orientales provincias transtulit: Nicænorumque Patrum trecentorum decem & octo decreta ex Græco in Syriacum vertit, quum ab Isdegerde Persarum Rege ad Romanorum Imperatorem cum epistola missus, apud eundem versaretur. Præerat verò ea tempestate provinciis Orientis Catholicus Isaac &c.* Idem Sobensis in epitome Canonum Synodalium cap. 3. excerpta historiæ Concilii Nicæni profert, quæ ex Maruthæ narratione se desumpsisse testatur: subditque, apud Chaldæos Nestorianos ex prætati Concilii constitutionibus *nihil aliud exstare, præter septuaginta & tres canones, quos* idem *Maruthas transtulit, & præter alios viginti, qui nuper editi fuerunt*. Ecchellensis in notis ad hunc Catalogi locum pag. 248. de Marutha loquens, *is*, inquit, *post D. Jacobum Nisibensem, qui eidem Concilio* Nicæno *interfuit, suam Syris novam tradidit Canonum & Constitutionum versionem unàcum Actis, & Historia, quæ omnia hactenus Syris, Arabibus, aliisque nationibus Orientalibus integra exstant, ut aliàs in Præfatione ejusdem Concilii, & Epitome diximus*. Quod & Gregorius Barhebræus indicat in Chronico Syriaco Par. 3. in vita Isaaci inquiens:

ܒܫܢܬ ܬܫܥ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܕܠܐܓܪܣ ܩܒܠ ܡܫܝܚܐ ܟܢܫ ܐܝܣܛܐ ܠܡܕܝܢܬ ܢܝܩܝܐ ܠܘܬ ܐܓܪܬܐ ܕܡܪܝ ܐܒܐ ܕܡܠܟܐ ܕܦܪܣ ܕܫܕܪ ܠܗ ܠܘܬ ܐܓܪܬܐ ܕܡܪܝ ܐܒܐ ܕܡܠܟܐ ܕܪܘܡ ܕܫܕܪ ܠܗ

CAPUT LVIII.

Mar-Abas Patriarcha.

1 Mar-Abas [1] magnus expoſuit
Interpretatuſque eſt totum *Teſta-*
2 *mentum* Vetus [2]
Ex Græca lingua
in hanc Syriacam.

مُدنب ܪܒܐ ܘܐܒܐ ܩܛܘܠ
ܡܠܦ̈ܢܐ ܕܥܠ ܟܠ ܟܬ̈ܒ̈ܐ ܕܩ̈ܕܫ̈ܐ
ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܘܣܘܪܝܐ
ܠܠܫܢܐ ܕܣܘܪܝܐ ܗܘ ܐܬܪܓܡ

Edi-

monem tranſtuliſſet: quæ Orientalium communis eſt ſententia à nobis infrà expendenda, ubi de Synodis Occidentalium & Orientalium, quarum Sobenſis ad calcem hujus Catalogi meminit.

1 *Mar-Abas*, quem Syri *Abam* ſimpliciter appellant, ſub Chofroë Anuſcervano Perſarum Rege Neſtorianam Chaldæorum rexit Eccleſiam: cujus geſta ex Gregorio Barhebræo tom. 2. pag. 411. deſcripſi. Magus olim fuit, deinde ad Chriſtianam religionem converſus, mox Chaldæorum Patriarcha poſt Pauli obitum anno Græcorum 847. Chriſti 536. electus, obiit demùm anno Græcorum 863. Chriſti 552. ut Amrus in ejus Vita refert, cujus ſummarium vide in cit. tom. 2. pag. 412. *Magni* & *Martyris* cognomento à Neſtorianis Scriptoribus decoratur, tùm ut ab altero Aba Patriarcha, de quo infrà fermo erit, diſtinguatur; tùm quia eum ferunt multa ſub Perſarum Rege pro Chriſti fide paſſum fuiſſe, etſi vitam in tormentis non reliquit.

2 *Interpretatus eſt Teſtamentum Vetus ex Græca lingua in Syriacam*. Tàm Barhebræus, quàm Amrus teſtantur Abam, ſeù Mar Abam libris è Græco in Syriacum convertendis operam dediſſe. Barhebræus: ܡܪ ܐܒܐ ... ܐܝܟ ܕܐܬܪܓܡ ... ܠܠܫܢܐ ... ܠܐ ... ܐܝܟ ... ܐܝܟ ... ܐܝܟ

1 Edidit quoque Commentaria 1
In Geneſim, in Pſalmos,
In Proverbia, in Epiſtolam ad Romanos,
In duas ad Corinthios,

In tres alias, quæ ſequuntur:
Et in epiſtolam ad Hebræos.
2 Habet etiam Orationes 2, & Interpretationes,
3 Et Canones 3 in totum Davidem.

4 Nec non Epiſtolas Synodicas 4
De rebus Eccleſiæ ordinandis:

ܐܝܟ ܕܗ ܡܬܩܛܥܝܢ ܐ
ܒܪܝܫܝܬ ܘܡܙܡܪ̈ܐ ܘ
ܡܬܠ̈ܐ ܘܠܓܠܛܝܐ ܘ
ܩܕܡ̈ܝܐ ܘܬ̈ܪܝܢ ܠܩܘܪ̈ܢܬ̈ܝ :
ܘܠܬ̈ܠܬ ܐ̈ܚܪ̈ܢ̈ܝ ܕܐ̈ܬܝܢ ܒܬܪ̈ܝܗ
ܘܠܥ̈ܒ̈ܪ̈ܝ ܘܦ̈ܫ̈ܩ̈ܢ̈ܝ .
ܐܝܟ ܕܗ ܡܬܪ̈ܓ̈ܡ̈ܢ ܐ ܘ ܩ̈ܢ̈ܘ̈ܢ̈ܐ :
ܕ̈ܘ̈ܝ̈ܕ ܟ̈ܠ̈ܗ ܒ̈ܠ̈ܚ̈ܕ .
ܣ̈ܘ̈ܢ̈ܗ̈ܕ̈ܘ̈ܣ̈ ܩ̈ܬ̈ܘ̈ܠ̈ܝ̈ܩ̈ܐ
ܕ̈ܥ̈ܒ̈ܕ̈ܐ ܕ̈ܥ̈ܕ̈ܬ̈ܐ .

Item

amnem ſine vento trajecit. Factum demiratus Abas, Joſephum de ipſius religione ſciſcitatur: quam quum Chriſtianam eſſe didiciſſet deque ejus fundamentis inſtructus fuiſſet, baptiſmum in Hirta ſuſcepit: indeque Niſibin profectus, literis operam dedit. Ad Romanos poſteà migratione facta, Edeſſenum Thomam audivit, à quo Græcam linguam didicit. Et ipſe quidem Syriacè exponebat, quæ Thomas ex Græco vertebat. Per hunc modum conjunctis ſtudiis Mar Theodori libros collegerunt. (Neſtorii Liturgiam à Mar Aba Syriacè redditam, Sobenſis ſuprà notavit.) *Ambo deinde Conſtantinopolim profecti, quum ad anathematizandos tres Patres cogerentur, illique recuſarent, tantùm non interfecti fuere. Clam itaque inde fugam meditati, Niſibin ſeſe proripuere, ubi Mar Abas literas docere, Niſibenis id enixè expoſcentibus, exorſus eſt. Vir autem fuit eloquentiſſimus, & Zoroaſtris turpia & nefaria dogmata retexit. Quo tempore congregatis poſt Pauli obitum Patribus in Catholicum electus fuit: eaque in dignitate præclarè ſe geſſit. Scholam itidem in Modaina* (Seleucia) *aperuit, multoſque libros expoſuit: eique ſucceſſere Iſai doctor, & Ramjeſu &c.* Subjungit excitatam in eum à Magis perſecutionem, quorum operâ à Choſroë graviſſima quæque perpeſſus, objit feria ſexta hebdomadæ ſecundæ Jejunii quadrageſimalis. Cadaver à Kajura, ſeù Cyro, ejus diſcipulo Hirtam delatum, ibidem conditum eſt, cœnobiumque ſuprà illud erectum.

Quod verò ad Syriacam Teſtamenti Veteris Verſionem à Mar Aba factam ſpectat, rectè obſervat Ecchellenſis pag. 249. in Notis ad hunc Catalogi locum, ea antiquiorem fuiſſe aliam Verſionem e Græco item ſermone olim elaboratam, cujus S. Ephræmus commentariis ſuis in ſacram Scripturam meminit, ac præſertim in Jonam, ut dixi tom. 1. pag. 71. utrâque autem antiquiorem Syriacam alteram Verſionem ex Hebraicis fontibus immediatè deductam, quæ *Simplex* ſeù *Vulgata* dicitur, inque iiſdem Ephræmi commentariis producitur & exponitur.

1 *Commentaria in Geneſim* &c. Ecchellenſis in Latina Catalogi Verſione pag. 51. Commentarium Mar Abæ *in epiſtolam ad Romanos*, quod pag. 50. Syriacè deſcriptum eſt, omiſit. Ejuſdem Commentarii mentio & apud Hottingerum in Bibliothecar. Quadripart. pag. 235. deſideratur, ut hinc palàm fiat, eruditum illum virum in recenſione Scriptorum Syrorum nil aliud, quàm purum latinæ Catalogi verſionis ab Ecchellenſi publicatæ deſcriptorem egiſſe.

2 *Orationes* & *Interpretationes*: de quibus Amrus citatus tom. 2. pag. 412. *Scripſit librum Homiliarum* (ſeù Interpretationum) *Syriacè*, & *librum Paracleticum*, *multoſque Sermones*.

3 *Canones in totum Davidem*, hoc eſt, Scholia in Pſalmos, deque iis in Eccleſia recitandis regulæ. In Synodo Seleucienſi ſub Iſaaco Primate & S. Marutha celebrata ſancitum fuerat Canone 13. في ان الصلوات تجرى على ما يجرى عليه في بيعة اسليق والشمامسة يكرزون الكواريز على ما يكرز ويقرون الكتب ويقرب القربان على المذبح في كل السبيع *Ut preces ea ratione fierent* in cæteris Chaldæorum Eccleſiis, *quomodo in Seleucienſi mos erat Eccleſia*: & *Diaconi Proclamationes intonarent quomodo ibi intonantur: lectioneſque Scripturæ legerentur*, & *Euchariſtia demùm ſuper altari conficeretur una eademque in omnibus Eccleſiis ratione*. Hinc ſinguli ferè Seleucienſes Præſules in condendis circa Sacramentorum adminiſtrationem vel ſacram Pſalmodiam canonibus operam ſtudiumque ſuum contulerunt.

4 *Epiſtolas Synodicas de rebus Eccleſiæ ordinandis*. Fragmentum Synodicæ Mar Abæ de electione Catholici ſeù Patriarchæ, exſtat in Pontificali Chaldæorum Cod. Syr. Amiden.

den. XI. tom. 1. Bibl. Orient. pag. 583. & seq. & refertur à Sobensi in Epitome Canonum Synodalium Par. IX. cap. 2. in hæc verba.

ܗܘ ܐܒܐ ܕܟܠ ܡܕܡ ܕܐܬܝ ܠܝܕ ܡܢ ܩܕܡ ܐܝܠܝܢ ܩܢܘܢܐ ܕܐܬܬܩܢܘ ܠܐ ܢܬܙܥܙܥ ܘܠܐ ܢܬܒܛܠ ܣܝܡ ܐܢܐ ܐܒܐ ܕܒܛܪܝܪܟܘ ܘܐܦ ܐܢܚܢ ܡܛܪܦܠܝܛܐ ܘܥܠ ܟܠ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܬܪܝ ܐܣܪܢ ܘܚܪܡܢ ܒܚܝܠ ܕܬܘܒ ܕܐܒܐ ܘܒܪܗ ܘܪܘܚܗ ܩܕܝܫܐ ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܠܐ ܒܟܬܒ ܚܪܡ ܘܠܐ ܒܟܠ ܐܣܪ ܕܥܠ ܟܢܘܫܐ ܘܠܐ ܒܟܠ ܥܠܬܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܚܛܝܬܐ ܘܠܐ ܕܪܕܦ ܪܝܫܢܘܬܐ ܘܠܐ ܕܢܗܘܐ ܪܚܡ ܠܟܣܦܐ ܘܢܬܪܚܡ ܠܡܫܬܘܬܐ ܕܡܪܝ ܘܢܬܩܢ ܒܟܘܪܣܝ ܐܒܗܬܝ ܘܢܥܒܕ ܫܘܠܛܢܐ ܪܒܐ ܒܐܪܥܐ ܗܕܐ ܘܒܟܠ ܐܬܪ ܕܐܦ ܐܢܚܢ ܒܥܝܢ ܐܢ ܕܢܬܩܢ ܒܗ ܡܛܪܦܠܝܛܐ ܒܒܝܬ ܠܦܛ ܩܕܡܝܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܩܢܘܢܐ ܕܐܬܬܩܢ ܘܒܬܪ ܗܕܐ ܒܪܬ ܐܪܒܠ ܘܒܬܪ ܗܕܐ ܒܪܬ ܣܠܘܩ

definivimus ; ira Dei veniat de cœlo ſuper eos , qui ſecùs fecerint , & ſuper omnes eos , qui cum illis partem habuerint , in nomine univerſi Chriſtianorum cœtus . Hæc itaque docuimus , & decrevimus in verbo Domini noſtri , ut poſt obitum noſtrum cuſtodiantur . Si autem poſtquam ego Patriarcha deceſſero , non ſicut hoc ſcripto à nobis conſtitutum eſt , alter pro me Patriarcha creetur , irrita & inanis hujuſmodi electio ſit , eandemque cenſuram incurrant , qui eam fecerint . Sique Patriarchæ electio non fiat intra magnam Eccleſiam Cochenſem , ſed extra ipſam magnam Eccleſiam , aut ab Epiſcopis & Metropolitanis contra hoc conſtitutum noſtrum ; ab hoc magno miniſterio , & à quocumque gradu Sacerdotii excidiſſe declaramus & eum qui electus fuerit , & qui eum elegerint anathemati ſubditos fore uſque in ſæculum ex mandato glorioſæ Trinitatis , Patris & Filii , & Spiritus ſancti . Amen . Aliud bene longum fragmentum Synodicæ Mar Abæ ab eodem Sobenſi profertur in cit. Epitome Canonum Synodalium Par. VIII. cap. 19. in quo de poteſtate & juriſdictione Patriarchæ , Metropolitæ , & Epiſcopi diſſerit .

Elias Neſtorianus Damaſci Metropolita in ſuo Nomocanone , cujus ſupra memini , cauſam refert occaſionemque , quibus Mar-Abas ad eas Synodicas ſcribendas impulſus eſt.

وكان لمار بابي اهل وولد . فلما استناح جثلق بعده شيلا وكان له ايضا اهل وولد . ثم استناح . ثم صارت الجثلقة بعد شيلا الى رجلين مختلفين يقال لهما نرسى واليشع . ثم جثلق بعدهما فولوس لم يعش الا سنتين توفا فجثلق بعده مار ابا الاول فى سنة تسع من ملك كسرى انوشروان وكان امر الجثلقة قبلة مضطربا نحو من خمسة عشر سنة لتحارب النصارى فيها ومصيرها بتحاربهم واختلافهم الى نرسى واليشع وتصييرهما فى كل مدينة لها مطران مطرانين وفى كل مدينة لها اسقف اسقفين من قبل كل واحد منهما واحد . واشتعل الشر والشغب بين النصارى المشرقيين بهذا السبب ودخل عليهم الاضطراب فى امر بيعهم وديارهم وجميع امورهم . فرفع الله عنهم بمكان مار ابا وصلواته الشركة بينهم فى الجثلقة والمطرنة والاسقفة وتفرد التدبير والسياسة فتجدد لاصلاح الفساد وتقويم الاولاد واقامة الدين على ايمان الرسل وسننهم ومثن الابا الاولين من المغربيين والمشرقيين واعتنى بذلك اشد العناية وبث فيه الكتب والرسل الى كل ناحية . ثم سار بنفسه الى كشكر فاجتمع اليه بها عدة من الاساقفة يسقف عليها اسقفا خيرا فاضلا وشخص فى من اجتمع عنده من الاساقفة الى كور دجله ثم الى كور الاهواز

ثم الى بلاد فارس . فاصلح امر النصرانية فى جميع تلك الكور وجمع الفة اهلها واختار لها علما المطارنة والاساقفة وصلاحهم فصيّرهم واخرجهم اليها واخرج عنها اهل الدغل والشغب والمحالفين من المطارنة والاساقفة والعالمين . وبلغ من ذلك افضل ما كان عليه رايه ونيته .

Habuit autem Mar Babæus (inquit) *uxorem & liberos . Eoque mortuo Catholicus factus eſt Silas , qui itidem nec uxore , nec prole caruit . Quo defuncto, Catholici dignitatem inter ſe diviſere Narſes & Eliſæus : eoſque Paulus excepit , qui poſt biennium extinctus eſt : eique ſuffectus fuit Mar Abas primus anno nono regis Choſroæ Anuſcervani . Et hactenus quidem per quindennium Catholicorum ſucceſſio perturbata eſt propter Chriſtianorum de ea dignitate diſſidium , ex quo factum eſt , ut eadem à duobus , Narſete ſcilicet & Eliſæo , ſimul occuparetur . Diviſa itaque inter duos Catholicos prima Sede , reliquæ inter duos Metropolitas , vel inter duos Epiſcopos diſciſſæ ſunt , dum ſuam quiſque factionem tuetur . Quamobcauſam odia atque ſchiſmata inter Chriſtianos Orientales exorta ſunt , omniaque ſuſque deque permiſta atque perturbata fuere , & Eccleſiæ monaſteriaque in factiones ſciſſa . Auctoritate tamen Mar Abæ ejuſque precibus dualitas Catholicorum , Metropolitarum , & Epiſcoporum ſublata eſt , & Eccleſiarum regimen ad unum rediit . Abas itaque operam dedit , ut omnia illa vitia tollerentur , & Eccleſiæ filii ſuos emendarent mores , atque religio juxta fidem legeſque Apoſtolorum , & Canones antiquorum Patrum Occidentalium atque Orientalium reſtitueretur . Atque hoc negotium urgere inſtitit datis per omnes regiones epiſtolis & miſſis legationibus . Nec his contentus , Caſcaram profectus , affluentibus ad ipſum Epiſcopis rogatus eſt , ut bonum & præſtantem eidem urbi Antiſtitem præficeret . Inde unàcum illa Epiſcoporum Synodo provinciam Tigris , poſtea Huzitas , mox etiam Perſidem circumluſtravit : & ubique res Chriſtianorum compoſuit , & incolas ad pacem & concordiam reduxit , doctoſque Metropolitas & Epiſcopos , & Eccleſiæ regimini idoneos inſtituit , ejectis diſſidiorum & errorum auctoribus tùm Metropolitis , tùm Epiſcopis , tùm etiam laicis : multoque plura in hoc negotio , quàm ipſe cogitaverat optaveratque , conſequutus eſt .*

Synodo Mar Abæ, quæ è Syriaco in Arabicum converſa exſtat Cod. 27. ad calcem tom. 2. pag. 507. præmittuntur excerpta Epiſtolarum ejuſdem in hæc verba.

من بعد جهد ابطل التباينة التى ادخلها نرسى واليشع فى الجثلقة وبّث القوانين وله رسايل عجيبة تدل على ما فعله . والرسالة الاولى تتضمن زوال التباينة فى الجثلقة المشبهة للتزويج بامرانين واستقرارها على الرياسة الواحدة .

اجتهد

ومن رسالته العامية الى الجموع فى بلاد المشرق ان يسير الناس على قوانين البيعة وبعد ابطال التباينة فى الجثلقة ولا يتجاسر احد على التعصّب وطوف البيوت ومقد المحاضر . وان يجرى امر التزويج على القانون الصحيح ولا يتزوّج انسان بامراة ابيه ولا امراة عمه ولا بعمته ولا بخالته ولا باخته ولا بكنّته ولا بشى مما يجرى مجرى ذلك البتّة كالمجوس واليهود او بغير مومنة كالحنفا ولا يجرى الانسان فى تزويجه على غير السنّة ولا يتزوّج باثنتين . ومن اخطا بهذه الخطايا يفصح له الكهنة مدّة من الزمان للتوبة ويقبل . وان اقام على حاله يُمنع من البيعة . والقطع على الرجال يكون مثله على النسا . ومن فعل شيا من ذلك بصيرة يبصر ليثوب . ومَن لم يتب يُنفى من الجماعة ولا يجتز ولا يسعى الناس قدام جنازته .

وفى رسالة اخرى انه من لم يقرّ بلاهوت المسيح وناسوته يكون محرومًا . ومَن لا يقرّ بالامه وموته وبان اللاهوتية ما انفعلت بذلك فهو محروم . ومن لا يتم الصلاة باسم الاب والابن وروح القدس فهو محروم .

Grandi opera Mar Abas *Præsulum dissidium à Narsete & Elisæo in Catholica Sede indultum sustulit, Canonesque restituit. Habetque admirabiles Epistolas ejus gesta continentes, quarum prima de abrogando Præsulum in eadem Catholica Sede dissidio differit, quod Polygamiæ comparat, Monarchiamque statuit. Sategit autem, ut Episcopales Sedes eo vitio liberarentur, unumque Episcopum singulæ haberent: quique Ecclesiastica censura plecti commeruerant, in eos severè animadvertit. Singulas quippe provincias circumlustrans, in reos inquisivit, eosque convictos Ecclesiasticis censuris coërcuit, & qui fratrum suorum cathedras invaserant, deturbavit, resipiscentesque in Presbyterorum ordine manere permisit, donec Ecclesiastica res in summa pace constituta est. Et Narses quidem obierat; Elisæus verò Catholici nomen abdicaverat: utrumque autem* Mar Abas *ob ea, quæ illorum temporibus adversùs Canones innovata fuerant, & propter inductam in Ecclesiam polyarchiam, gradu suo excidisse declaravit: præcepitque, ut ex Episcopis, qui Ecclesiis præfecti fuerant, antiquior & melior Ecclesiam teneret, & alter in Presbyterorum ordine maneret, donec Episcopo defuncto, vacantem Ecclesiam susciperet, aut ad aliam transferretur: quos verò corruptis moribus & vitiosos novit, omninò exclusit, & omni Ecclesiastico gradu carere voluit.*

Epistolâ quintâ disputat de obedientia, quam Christianus quisque Episcopo suo debet, & Episcopi Patriarchæ: quodque nemini fas est, Ecclesiasticos Canones & terminos ab Apostolis statutos prætergredi. (Fragmentum exstat

اجتهد فى تقرير امر الكراسى وازالة ذلك منها وقرّرت على اب اب يدبرها واحرم من استحق الحرم بان سار الى بلد بلد وقرّر وحرم مَن كان على الخطاء ودخل على كرسى اخيه وابطله ومن تاب منهم امره على درجة القسانية : حتى استقر امر البيعة . ونرس توفّا والبشع استعفى من امر الجثلقة وجميعًا اسقطا لما جرى فى ايامهما من ابطال القوانين ومن البدعة فى التباينة واقرّ من الاساقفة الذين ثبتوا فى البلاد اقدمهم فى الاسقفة واقدمهم طريفة والاخر جعله قسّا . واذا مات الاول كان يرتبه فى موضعه او ينقله الى موضع اخر . ومن كان منهم فاسد الطريقة اسقطه .

ورسالته الخامسة تتضمن ما يجب على المومن من طاعة الاسقف والاساقفة من طاعة الفطرك وانه لا ينبغى ان يخرج الناس عن القوانين البيعية والحدود التى حدّها غراها الى السليحيين .

ورسالة عامّة الى جماعة من اهل البلاد فى ابطال الجثلقة المعاه وانه ليس للاساقفة ان يجتمعوا لعمل مطران الكرسى الا مع الفطرك وان لا تدخل المطارنة والاساقفة الى كرسى الفطركة الا باذن الفطرك وان دخلوه لضرورة ليس لهم ان يجتمعوا جمعا او يفعلوا شيا او يلقوا الخصام . ومَن فعل هذا فهو مبعد من البيعة وجماعة الشعوب لا تقربه . ومن الان فانا اقطع وجماعة الاساقفة ان انا ما من المحرّمين والمبعدين والذين يحبّون نفوسهم والمال والشهوات وشهوات العالم لا يتسلطوا ان يجلسوا على كرسى بعدى لكن بعد موتى يكتب اساقفة الهوفركيا الى مطران جنديسابور ان كان مسامًا على القانون والى مطران البصرة والموصل والكرخ ويكون اربعتهم او ثلثة منهم ومع كل منهم ثلثة اساقفة ويختارون باجتماع اهل المدينتين رجلا امانته كاملة بلا كذب ولا نفاق ويعمل بالقوانين البيعية طاهرًا عفيفًا ويجلس على الكرسى بعدنا والله تعالى يقوّيه ويحفظه . ومَن يفعل غير هذا فغضب الله يحلّ عليه . وجماعة الشعب والاسكوليين يفعلون كذلك ولا يلتفت الى قول المفسدين والذين سقطتهم كداوود المروزى ومن يخالطه وتمنعون اسقف الانبار . ومن استام على غير هذا الوجه فهو باطل ومحروم .

ſtat apud Sobenſem in Epitome Canonum Par. 8. cap. 19.)

Epiſtolâ Encyclicâ ad provinciales de abroganda prædicta in Catholica Sede Præſulum pluralitate agit, quodque nefas ſit Epiſcopis ad electionem Metropolitæ alicujus Sedis convenire abſente Patriarcha: neque liceat Metropolitis & Epiſcopis ad Patriarchæ Sedem ipſo inconſulto accedere; quodve ſi neceſſitate urgente eò acceſſerint, Synodum inter ſe habere, aut aliquid agere, aut turbas excitare non præſumant. Quicumque id auſus fuerit, ab Eccleſia & ab omni cœtu fidelium populorum alienus eſto. Et amodo ego, & Epiſcoporum Synodus ſub anathematis pœna cautum volumus, ne quiſpiam excommunicatus & à fidelium cœtu ſegregatus, aut ſui ipſius amator, & pecuniæ cupidus, ſæculive voluptatibus déditus, in Throno meo poſt obitum meum collocetur; ſed eo vacante, provinciæ Epiſcopi Metropolitam Gandiſapor (ſeù Lapethenſem) *ſi tamen canonicè fuerit electus, & Metropolitam Boſræ* (aliàs Perath-Maiſan) *& Moſul* (ideſt, Arbelæ atque Adjabenes) *& Carchæ* (ipſa eſt Beth-Seleucia) *admoneant. Atque omnes iſti quatuor, vel ſaltem tres* (Auctor verſionis hujuſce Arabicæ ex more temporum ſuorum tam Metropolitarum nomina, quàm numerum exprimit) *ad electionem proceſſuri, ternos Epiſcopos ſecum adducant, & cum ambarum urbium indigenis convenientes, eligant virum orthodoxum, ſine malitia, & ſine dolo, Canonum Eccleſiaſticorum tenacem, purum, caſtum, qui poſt obitum noſtrum ſuper Thronum ſedeat, quem Deus excelſus corroboret, oramus, atque tueatur. Qui ſecus fecerit, ira Dei deſcendat ſuper eum. Et congregatio populi, & Scholaſtici ſimiliter agant, neve convertantur ad fabulas pravorum hominum, & eorum, qui à me dejecti fuere, cujuſmodi ſunt David Maruzita* (ideſt, Epiſcopus Maru, cujus mentio tom. 2. pag. 412.) *& fautores ejus, & Simeon Epiſcopus Anbaræ* (Ibidem pag. 413.) *Quicumque verò ordinatus fuerit contra hanc conſtitutionem, anathema ſit, & ejus ordinatio inanis cenſeatur.* (Fragmentum hujus Epiſtolæ ex Ebedjeſu Nomocanone Syriacè ſuprà produxi pag. 77.)

In altera autem Epiſtola Encyclica ad populos Orientales ſimilia quædam continentur. Primum ut omnes Eccleſiaſticis Canonibus inſiſtant, & poſt abrogationem Polyarchiæ in Catholica Sede nemo audeat conſpirationes facere, ſive conventus habere, aut circuire per domos. Matrimonia etiam juxta rectum Canonem fiant, neve quiſpiam patris ſui aut patrui uxori jungatur, neve amitæ vel materteræ, vel ſorori, vel nurui: neve quidpiam hujuſmodi audeat omninò quiſquam, ſecundùm conſuetudinem nempè Magorum, & Judæorum: neve ducat infidelem, ſicut Ethnici: neve quiſpiam illegitimè conjugii negotium tractare audeat: neve duas uxores ducat. Quicumque in hæc ſcelera lapſus fuerit, illi à Sacerdotibus pœnitentiæ ſpatium concedatur. Et ſi quidem reſipuerit, ſuſcipiatur. Sin autem in ſuo propoſito perſtiterit, ab Eccleſia arceatur. Eadem quæ viris, feminis lex eſto. Et quicumque aliquid hujuſmodi perpetraverit, omninò ſatagat, ut per pœnitentiam Deo ſatisfaciat. Qui verò reſipiſcere noluerit, ab Eccleſia expellatur, officioque funereo careat, & ejus cadaver nemo efferre audeat.

Altâ vero Epiſtolâ hoc etiam habet, quod qui Chriſti divinitatem & humanitatem non confitetur, anathema ſit: & qui non confitetur ejuſdem paſſionem & mortem, & quod hæc divinitati non acciderint, anathema ſit; & qui orationem non claudit in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, itidem anathema ſit.

Hucuſque excerpta ex nonnullis Epiſtolis Mar Abæ, qui quum anathema iis dicat, *qui Chriſti divinitatem & humanitatem non confitentur, aut negant Chriſtum paſſum & mortuum, aut paſſionem mortemque ad Divinitatem referunt;* duas quidem hæreticorum factiones per ea tempora in Meſopotamia & Aſſyria finitimiſque locis frequentes ſugillat; Eutychianos ſcilicet, & Manichæos, quorum poſtremi Chriſtum paſſum mortuumque negabant; primi verò unam ex divinitate & humanitate Chriſti naturam conflantes, paſſionem mortemque ad ipſam divinitatem referre convincebantur, præſertim quum ad Triſagium hymnum appendiculam illam, *Qui crucifixus es pro nobis*, adjicerent. Non tamen à Neſtoriana hæreſi recedit, quam ab ipſo ad extremum uſque ſpiritum retentam fuiſſe liquet ex canone quadrageſimo, quo doctrinæ Theodori Mopſveſteni inſiſtendum definit: liquet & ex Barhebræo, qui Choſroën Perſarum Regem eidem Mar Abæ hanc hæreſim objicientem inducit his verbis. ...

Abam Catholicum Choſroës Anuſcervanus ſapiens Rex aliquando arceſſens, de fide cum ipſo diſputavit, inquiens. Cedo numerum gentium, quæ Mariam Deiparam dicunt, & Cyrillum ſuſcipiunt, earumque, quæ illam vocem reſpuunt & Neſtorium admittunt. Obmutuit ad

hæc

1 Item Canones [1] de regimine,
Et Conſtitutiones Eccleſiaſticas.

ܩܢܘܢܐ ܕܡܕܝܢܬܐ :
ܘܬܫܡܫܬܐ ܟܢܫܝܐ.

CAPUT LIX.

Hananus Adjabenus.

2 Hananus [2] quoque Adjabenus Li-

ܗܢܢܐ ܐܦ ܐܕܝܒܝܢܝ ܕܟ

hæc Catholicus: qui quum hinc mentiri non poſſet, inde veritati cedere cogeretur, tandem in anguſtias redactus: omnes, inquit, Chriſtianorum gentes vocem illam dicunt Cyrillumque ſuſcipiunt, nobis exceptis, qui id dicere recuſamus, & Neſtorium admittimus. Tùm verò increpans ipſum Rex, ait. Ergone mentiri omnes dicemus, voſque ſolos veritatem enunciare? Enimverò palàm fit, vos à Chriſtianorum cœtu non fide duntaxat, ſed & operibus immenſum quantum diſtare. Ubinam gentium Catholicus aut Epiſcopus mulierem cohabitatricem habet, ut vos habetis? Reliqua vide tom.2. pag.412.

Denique quod ait Mar Abas in ſua Synodica de Patriarchæ electione, *quicumque ordinatus fuerit contra hanc conſtitutionem, anathema ſit, & ejus ordinatio inanis cenſeatur*; error Neſtorianorum eſt illicitam ordinationem ab invalida minimè diſtinguentium. Qua in re notandus Canon Joannis illius ſectæ Patriarchæ, à Sobenſi in Epitome Canonum Synodalium Par.6. cap. 6 num. 14. relatus, quo Presbyteri & Diaconi ſi poſt apoſtaſiam reſipuerint, iterùm ordinari ab Epiſcopo jubentur.

ܗܘ ܕܩܫܝܫܐ ܐܘ ܕܡܫܡܫܢܐ ܟܦܪ ܒܡܫܝܚܐ ܘܐܬܚܪܛ ܘܐܬܦܢܝ ܒܬܪ ܗܕܐ ܡܢ ܟܠ ܡܕܡ ܕܥܒܕ ܐ



Antiquus invaluit mos, qui etiamnum in Dei Ecclesia viget, ut nemo magistri munus sua sponte sibi præsumat, neve interpretem agere, aut libros componere, absque permissu & præcepto illius, qui universalis Ecclesiæ regimen & gubernacula obtinet. Et hac quidem lege quicumque commentaria tractatusve elucubrarunt, sese continuere. Libros enim, quos componebant, expositiones & interpretationes, quas elaborabant, antequam ad vulgi manus venirent, ad Patriarcham aut transmittebant, aut ipsi per se deferebant: qui si ad id idoneus foret, suo ipse ingenio intelligentiaque eorum libros examinabat: factaque inquisitione, si quidem eæ lucubrationes approbationem & coronam mererentur, approbabantur & coronabantur. Sin verò approbatione illa indignas Patriarcha censuisset, rejiciebat velut Ecclesiasticis legibus contrarias, damnabatque: quemadmodum Sabarjesu Catholicus HANANI Adjabeni scripta condemnavit, & Jesujabus Sahadunæ fabulas, commentaque Esaiæ Tahalensis. Nosque similiter blasphemias illius Apameensis, & Josephi, atque Joannis Daliathensis proscripsimus. Si verò Patriarcha ob defectum scientiæ examen perficere non sufficeret, ad id operis Episcopos eruditos, & Doctores exercitatos advocabat; & collatâ operâ definiebant, utrùm libri suscipiendi vel rejiciendi viderentur. Et hæc sanè fuit antiquorum regula, quæ nostris quoque temporibus obtinet. Nam Ephræmus, qui cathedram & thronum Elamitarum tenet, & ille alter pudicus castusque Raban Moses Presbyter & Doctor, tertius etiam doctus & acutus Abu Noë, lucubrationes ab ipsis elaboratas, antequam à quopiam viderentur, ad nos transmisere, scripseruntque in hæc verba. Cognitionis tuæ fornace eas explorato, & sapientiæ tuæ igne expurgato. Et siquidem in Ecclesiæ archiva recipiendas judicaveris, easdem recipi jubeto. Sin hoc honore indignas censueris, fac ut in mare projiciantur, aut igne absumantur. Et isti quidem viri Dei amantes sic fecerunt. Hæc Timotheus, sententiam à Sabarjesu Catholico in opera Hanani latam referens. Atque huc respexit Sobensis, quum ait de eodem Hanano, *alios plures libros edidit, qui propter Commentatorem repudiati sunt:* eò scilicet, quia in sacrarum Scripturarum expositione, à Theodori Mopsvesteni sententia recessit.

In libro Canonum Ecclesiæ Nestorianæ tom. 2. Bibl. Orient. pag. 507. exstant hujus *Hanani Canones XXI. de Schola Nisibis*, Canonibus Narsetis subjuncti; quibus hæc præfatio

وقام بعده اى بعد يوسف الاهوازى

praemittitur. ويوحنا المعروف ببيت ربن وابراهيم ونرسى : ايشوعيب الجدلاى وصار جاثليقا واحد بعد اخر . وجددت القوانين فى الاسكول فى ايام مار احادابوبه مطران نصيبين والملفان حنانا اتباعًا للقوانين المقررة فى ايام مار نرسى ومار ابراهيم بمسلة الاسكلانيين لتجرى امورهم على السداد وتقرا فى كل سنة ويرتدع بها من هو على الباطل . والقوانين المقررة اولا كانت فى ايام هوشع مطران نصيبين وقبله فى ايام برصوما لما انتقل اسكول الرها الى نصيبين ورضا الاسكولانيين بها . والمقرّر لها مار نرسى ومن كان معه وخط المطران فيها بالصحة واشهاد الاسكولانيين على نفوسهم انهم متى عدلوا عنها فهم غربا من البيعة .

Eique successit; (ideſt, Josepho Huzitæ & Joanni cognomento Bethrabanensi, & Abrahamo, & Narseti) Jesujabus Gadalensis (non hic, sed Arzunita, de quo tom 2. pag. 412.) *qui postea Catholici dignitatem tenuit, sicut & reliqui*

1 Libros 1 hos compoſuit dilucidavitque.
Commentaria in Davidem,
In Geneſim, in Jobum, in Proverbia:
In Eccleſiaſten, in Canticum Canticorum,
Et in duodecim Prophetas ſimul.
Item expoſitionem in Marcum,
Et in epiſtolas Pauli Apoſtoli.

2 Declarationem 2 Fidei,
Et Sacramentorum, & Quæſtionum.

3 De cauſâ 3 ſolemnitatis Hoſannarum:

4 De cauſâ feriæ 4 ſextæ Auri:

Et

liqui alter poſt alteram. Temporibus porrò Achadabuæ Metropolitæ Niſibeni, & Hanani Doctoris, Scholæ leges reſtitutæ fuerunt ſecundùm Canones ſub Mar Narſete & Mar Abrahamo pro bono Scholarium regimine ſancitos, edictumque eſt, ut quotannis legerentur ad correctionem errantium. Qui verò confirmati ſunt Canones, recepti primùm fuerant ſub Hoſee Niſibis itidem Metropolita, & ſub ejus anteceſſore Barſuma, poſtquam ex urbe Edeſſa Niſibin Schola translata fuerat: illique à Scholaribus ſuſcepti ſunt: approbati autem fuere à Mar Narſete, & ab aliis, qui cum ipſo interfuere: ſubſcriptionemque Metropolitæ præferunt ad faciendam rei fidem, necnon Scholarium teſtimonium profitentium ſe quandocumque ab illis declinaſſent, ab Eccleſia alienos fore.

1 *Libros hos compoſuit dilucidavitque.* Ecchellenſis, حُكْمِ هُمْ مَنْهَجًا مُكْمِ هُمْ *hos compoſuit receptos libros.* Hottingerus: *cujus libri* مَنْهَجًا (imò مَنْهَجًا) *grati, accepti, commemorantur.* Sed in Textu Sobenſis totum hoc deſideratur.

2 *Declarationum Fidei*, hoc eſt, Symboli Nicæni, ut rectè apud Ecchellenſem, quem injuriâ carpit Hottingerus pag. 233.

3 *De cauſa ſolemnitatis Hoſannarum.* Amrus hujuſmodi feſtum in Eccleſia Syrorum Neſtorianorum ſub Babæo Patriarcha Acacii ſucceſſore inſtitutum fuiſſe ſcribit.

وعقد لهوشع مطرنة نصيبين . وفي ايامه عمل الشعانين بنصيبين والدابن .

Hic, inquit, *Hoſee Metropolitam Niſibis inſtituit, cujus diebus feſtum Hoſannarum Niſibi & Modainæ* (hoc eſt Seleuciæ) *celebratum fuit.* Vixit autem Babæus ad annum Græcorum octingenteſimum decimum quartum, ut refert idem Amrus citatus tom. 2. pag. 408. Iiſdem ferè temporibus apud Græcos Syroſque tùm Orthodoxos, tùm Jacobitas id Feſtum celebrari cœptum fuerat, teſtibus Severo in Homil. 125. & Joſue Stylita ad annum Chriſti 498. Vide tom. 1. p. 23.

4 *De cauſa feriæ ſextæ Auri.* Ita appellant Syri feriam ſextam infrà octavam Pentecoſtes, quod in ea legatur ex Actibus Apoſtolorum illud miraculum S. Petri ajentis ad claudum in ſpecioſa templi porta poſitum, *Argentum & aurum non eſt mihi.* In idem argumentum ſcripſit Sabarjeſu cognomento Roſtamus, de quo Thomas Maragenſis in hiſtoria monaſtica lib. 2. cap. 17. In officio Chaldæorum Codice Syr. Amiden. 1. tom. 1. pag. 581. adnotatur مَنْهَجًا *Feriam ſextam Auri inſtar Feſtorum celebrari*, hoc eſt, ut ad Latinum morem loquar, *ſub Ritu Duplici.* Inter Severi homilias binæ ea de Feria habitæ ſunt, videlicet ſeptuageſima quarta, & nonageſima ſecunda: & priori quidem hic titulus præfigitur: *Homilia 74. habita feria ſexta hebdomadæ poſt Pentecoſten, quum Jejunium de more celebraretur, in illud quod legitur ex Actibus Apoſtolorum: Petrus autem & Joannes aſcendebant ad Templum hora Orationis nona: & vir quidam claudus ex utero matris ſuæ eferebatur &c.* Unde liquet tàm hanc, quàm Hoſannarum, de quibus mox dixi, ſolemnitatem ex Eccleſia Antiochena ad Seleucienſem Syrorum Neſtorianorum promanaſſe.

ܘܘܼܕܘܿܟܣ̈ܐ ܘܡܥܡܘܿܕ̈ܐ .
ܘܣܘܼܓܕ̈ܐ ܘܟܠܘܼܐ ܘܡܥܕܟܢ̈ܐ .
ܘܫܪ̈ܝܪ ܟܗ ܫܘܼܓ̈ܐ ܫܝ̈ܢ̈ܐ
ܘܗܘܿܟ ܟܬ̈ܒܐ ܕܥܠܥܘܿܠ .

1 Et Rogationis [1], & Inventionis [2].
2 Et Orationem de festo Hosannarum.
Alios denique plures libros edidit,
Qui propter Commentatorem repudiati sunt.

CA-

NOTÆ.

1 *Rogationis.* Ecchell. *de Litaniis.* Hottingerus, *Preces:* publicæ nimirùm supplicationes, sub Ezechiele Patriarcha, atque adeò temporibus ipsius Hanani, indictæ, de quibus tom. 2. pag. 413. & hoc tom. pag. 72.

2 *Inventionis.* Ecchell. *de Inventione (nempè Crucis.)* & quidem rectè: vox enim *Crucis* subintelligitur, cujus de Inventione Hananus disseruit. Unde Hottingerus reprehendendus, qui quum esset Syriacorum Rituum planè ignarus, Ecchellensem tamen hac in re arguere ausus est, inquiens: *quod de Inventione Crucis Ecchellensis explicat, illud nimis est tortum.* In Officio Chaldæorum post Festum Crucis, quod mense Septembri celebratur, quatuor Dominicæ sequentes, *Inventionis* nomen habent, sic:

ܫܒܼܝܼܥܵܝ ܕܡܼܫܼܒܼܚܵܐ ܕܥܼܘܼܕܼܟܵܢ̈ܵܐ

Dominica prima Inventionis &c.

3 *Alios plures libros edidit, qui propter Commentatorem repudiati sunt.* Ecchell. *Sed neglecti sunt causa Commentatoris.* Hottingerus, *cæteva, incuria Scriptorum paulatim neglecta sunt,* mentem Sobensis haud assequutus. Neglecti sunt, seù potiùs repudiati alii libri Hanani, eò quod cum Theodori commentatoris doctrina minimè cohærerent, ut suprà dixi. Nam in Conciliis Nestorianorum sub Mar-Aba, Jesujabo, Sabarjesu, & Gregorio definitum fuit doctrinam Theodori usquequaque amplectendam esse. Mar Abas Canone 40. اراونا كلنا نحن اساقفة المشرق مبنية على الامانة التى وضعها الثلثماية وثمانية عشر وفى تفاسير الكتب على مار ثيادورس

Sententiæ omnium nostrum Episcoporum Orientis fundatæ sunt super fidem Patrum trecentorum decem & octo; in expositione autem Scripturarum, sanctum Theodorum sequimur. Jesujabus Can. 2. فى اتباع تفاسير ثادورس المفسر والاعتماد على كتبه وان الذى يخالفها ويتبع غيرها فهو محروم كسما فعل من عانده فى اتباع يوحنا فم الذهب .

Quod Commentaria Theodori Commentatoris sequenda sunt, ejusque libris standum; qui verò iis contradixerit, alia scripta amplexus, anathema sit: quemadmodum fecit, qui eum (hoc est, Theodorum,) *impugnavit, Joannem Chrysostomum sequutus.* Sabarjesu. اجتمعت بسبب قوم من الديرانيين يظهرون اراء ردية منها ان الخطية بالطبع للانسان وادم خلق بطبعه غير مايت ويبطلون جوهرى المسيح وانهما اثنان وتفاسير ثاودورس المفسر :

Hæc Synodus congregata fuit propter quosdam cœnobitas, qui inter cæteras pravas opiniones hanc asserebant, insitum scilicet esse in naturâ humanâ peccatum, & Adamum creatum naturâ immortalem: duas autem Christi substantias negant, & Theodori Commentatoris Commentaria impugnant. Et infrà: وفى تصحيح تفاسير المفسر الكبير وان من خالف على شى من ذلك كان محروما ومن قال بسواها

Commentariis igitur Commentatoris magni omnino inhærendum: qui verò iis quoquomodo repugnaverit, aut aliter senserit, anathema sit. Et paucis interjectis. والعهد الذى فى اخرها بالاقرار من رهبان عمر بن برقيطى بالتثليث المقدس والاتحاد المعظم الذى لا انفصال له وادامة الدرس فى كتب المفسقان .

Id autem in fine Synodi *communibus monachorum cœnobii Baritæ* (cujus mentio to. 2. Bibl. Orient pag. 496.) *suffragiis conclusum fuit: ut scilicet in sanctam Trinitatem, & magnam individuamque Unionem firmiter crederetur, librique Commentatoris assiduè evolverentur.* Gregorius denique: هذه المونس اجتمعت فى وقت عقد غريغور الجاثليق وعقدت رابها على صحة الامانة الكبيرة وعلى صحة تفاسير المفسر الكبير.

Hæc Synodus coacta fuit, quum Gregorius Catholicus electus est. In hoc autem sententiæ omnium convenere, ut Fides magna (idest, Symbolum Nicænum) *& Commentaria magni Commentatoris servarentur.*

CAPUT LX.

Aphraates Perſa.

1 Beatiſſimus Aphraates 1
Sapiens Perſa
2 Duos 2 compoſuit tomos:
3 Nec non orationes 3 ordine alphabetico digeſtas.

ܐܦ̈ܪܗܛ ܚܟܝܡ ܦܪܣܝܐ
ܕܥܒܕ ܬܪ̈ܝܢ ܣܦ̈ܪܐ
ܘܡܐ̈ܡܪ̈ܐ ܠܐ̈ܠܦ ܒܬ̈ܐ .
ܟܡ ܕܐܬ̈ܝܗ ܘܠܐ ܡܫܟ ܚܫ .

CAPUT LXI.

Hibas, Cumas, & Probus.

4 Hibas 4, & Cumas 5 & Probus
5 E Græco in Syriacum
Tranſtulerunt libros Commentatoris
6 Atque Ariſtotelis 6 Scripta.

ܗܝܒܐ ܘܟܘܡܐ ܘܦܪܘܒ
ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ
ܗܦܟ ܦܫܩܘ ܦܝܫܩܐ
ܕܦܫܩܢ ܐܪܝܣܛܘ .

Ad

NOTÆ.

1 *Aphraates*, Barhebræo ܐܦ̈ܪܗܛ *Pharhades*, Ecchellenſi *Aphrahet*, cognomento *Sapiens Perſa*, ſeù *Sapiens Perſarum*, claruit ſub Papa Epiſcopo Seleuciæ circa annum Chriſti 320. Jacobo Niſibeno & Ephræmo Syro æqualis. Vide tom 2. p. 398.

2 *Duos compoſuit tomos*, Adhortationum ſcilicet, ut ſcribit Barhebræus loc. cit.

3 *Orationes ordine alphabetico*. Duas ſuprà viginti epiſtolas vocat Barhebræus, quæ exſtant Cod. Syr. 45. tom. 1. Bibl. Orient. pag. 617. Ecchellenſis vertit, *Orationes de literis Alphabeti*, minus rectè: non enim Aphraates de literis Alphabeti diſſeruit, ſed carmina moralia juxta ordinem literarum alphabeti compoſuit.

4 *Hibas* ܗܝܒܐ Sobenſi, Syris ܐܝܒܐ *Ibibas*, hoc eſt, *Donatus*, Edeſſenam Eccleſiam rexit ab anno Chriſti 435. ad annum 457. quo obiit die 28. Octobris, ut latè dixi tom. 1. à pag. 199. Eum Theodori libros in Syriacam linguam tranſtuliſſe, præter Sobenſis auctoritatem teſtantur Presbyteri Edeſſeni ejuſdem accuſatores in quatuor Conciliis Antiochiæ, Tyri, Beryti, atque Chalcedone. Hinc *Interpretis* titulum aſſequutus eſt apud Syros Neſtorianos, qui ipſum etſi à Neſtorii erroribus patrocinioque reſipiſcentem, ſuorum tamen Doctorum in numerum accenſent, propterea quod initio motæ propter Neſtorium quæſtionis, hujus partibus impensè faviſſet, ſcriptâ ad Marim Perſam famosâ illa epiſtolâ, quæ poſtea in quinta Synodo damnata fuit. Vide Tom. cit. pag. 203.

5 *Cumas & Probus*. Ecchell. *Cumi & Pharuba*. Doctores erant in Schola Edeſſena, ubi adhibito Hiba ſocio, libros Theodori Commentatoris atque Ariſtotelis è Græco in Syriacum tranſtulere, ut plana ſunt Sobenſis verba, quæ tamen Hottingerus p. 231. quum non intellexiſſet, pro libris *Commentatoris*, hoc eſt, Theodori, expoſitiones quaslibet Ariſtotelicas poſuit, ſic: *Cumæus adhibitis ſociis Hiba & Pharuba, ex Græco idiomate in Syriacum tranſtulit ſcripta Ariſtotelis, aliaque ignorata*. Inter operum Ariſtotelicorum interpretes numeratur idem Probus apud eundem Hottingerum in Bibl. Orient. p. 222. 223. 230. etſi ܦܘܒܪܝ *Phubrius*, vel *Phubræus* per literarum tranſpoſitionem dicatur. De Probo altero, quem Petrus Junior Monophyſitarum Patriarcha Antiochenus damnaſſe dicitur in hiſtoria Dionyſii, vide obſervata tom. 2. pag. 72.

6 *Ariſtotelis ſcripta*. Hinc patet, apud Syros tùm Orthodoxos, tùm Neſtorianos Philoſophiam Ariſtotelicam prius coli cœptam fuiſſe, quàm apud Monophyſitas. Verſionem Dialecticæ Ariſtotelis Jacobus Edeſſenus

Ad hæc composuit Hibas interpres
Commentarium in Proverbia:
Et Interpretationes, & Hymnos,
Atque disputationem adversùs
contentiosum.

هُمر لهُّد وُمحُا صكَّفِ حُدُا
صَحْمَدُنُهُ الْا وِمَحْمَلا :
ملاهُوِ حُصُا رهِ صَبِوُهِا
صَبِوُنُهُا وِحُمر سُنُسُا .

CAPUT LXII.

Discipuli Mar Abæ.

1 Discipuli 1 quoque Mar Abæ
Composuerunt libros, quos sumus commemoraturi:
Librum *scilicet* commentariorum
2 In Danielem: & 2 Hymnos.

لِحقُبِوهِ لهُّد وِمُدنِب لِحُا
هُعِده وهِه هسُعُا وِحُوهُومِع .
حكُحُا وِمَحْمَدُنُهُ الْا
وِوُنُسُالا رهِ صَبِوُهِا .

CAPUT LXIII.

Thomas Edessenus.

3 Thomas 3 Edessenus 4 scripsit
4 De causâ Nativitatis 5 & Epiha-
5 niæ.

لِلاهُعُا رُهُوُهُا هَحِيهِ
حَحكُا وِمَحِبُا هُوِوُنُسُا .

Epi- لِاسِنُالا

senus fecit. Nicolai autem librum de Summa Aristotelicæ Philosophiæ è Græco in Syriacum transtulit Honainus Isaaci filius, ut dixi tom. 1. pag. 493. & tom. 2. pag. 310. De reliquis Syris, Arabibusque operum Aristotelicorum interpretibus vide Hottingerum in Biblioth. Orient. cap. 2. à pag. 219. ad pag. 241. De varia verò Philosophiæ Aristotelicæ tàm apud Græcos, quàm apud Latinos fortuna consulendus Launojus in singulari libro hac de re edito, cujus summam exhibet Fabricius Bibl. Græc. tom. 2. à pag. 178.

1 *Discipuli Mar Abæ*. Amrus citatus tom. 2. pag. 412. hosce enumerat Mar Abæ discipulos: *Narsetem* scilicet *Episcopum Anbaræ: Jacobum Metropolitam Beth-Garmæ: Paulum Metropolitam Nisibis: Ezechielem Episcopum Zuabiæ*, qui postea ad Patriarchalem dignitatem evectus fuit: *Kajuram Doctorem Hirtæ*, qui præceptoris sui cadaver humandum curavit: *Ramjesu*, & *Isai*, qui Scholæ Seleucienſi præfuere: *Moysen Episcopum Carchæ: Barsabam Episcopum Sciaakerdæ: Davidem Metropolitam Maru*, qui ab eodem Mar Aba depositus fuisse dicitur: *Sciubchalmaranum Episcopum Cascaræ: Sergium Doctorem Hazæ*, hoc est, Scholæ Adjabenicæ: *Jacobum Doctorem* ejusdem fortasse Scholæ: & *Thomam Edessenum*. Ex his verò nonnullos singulari capite in Catalogo laudat Sobensis, ut Paulum, Ezechielem, Kajuram, Sciubchalmaranum, Sergium, & Thomam: alios tacitus præteriit.

2 *Hymnos*. Ecchellens. *Colloquia*, minus rectè.

3 *Thomas Edessenus*, non Iacobita quem Heracleensem vocant Syri, ut conjicit Barhebræus citatus tom. 2. pag. 411. Sed Nestorianus, qui Mar Abam sermonem Græcum docuit & in convertendis Theodori operibus in linguam Syriacam adjuvit, ut refert Amrus, qui tamen sibi repugnat, quum eundem Thomam nunc Mar Abæ præceptorem dicit, nunc inter discipulos numerat.

4 *Edessenus*. لِاسِنُالا *Orrhoita*. Celeberrimam illam Mesopotamiæ urbem, *Orrhoam*, *Arach*, & *Edessam* Syris appellari, sæpiùs notavi tom. 1. & 2. Vide Ecchell. in not. ad hunc locum pag. 249 ubi Seldenum merito reprehendit, quod vocem Arabicam الرهاوية, quæ *Edessenam* significat, *Rheavienſem* reddidit, hac addita nota; *sed interim loci unde sic dicatur, plane nimis ignari*. Nestorianos sub Chosroë Anuscervano Ecclesiam Edessenam pulsis orthodoxis occupasse, Cedrenus scribit.

5 *De causâ Nativitatis & Epiphaniæ*.

In

1 Epiſtolam 1 adversùs Tonos. Solutionem Aſtrologiæ.

Prolixos ſermones Paracleticos:
2 Et diſputationes 2 adversùs hæreſes.

ܐܓܪܬܐ ܚܕܐ ܥܠ ܐܝܓܘܢ̈ܐ ܘܚܠܝܬܐ ܕܐܣܛܪܘܠܘܓܝܐ .

ܡܡܪ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐ ܕܦܪܩܠܛ̈ܐ ܘܡܫܟܠ̈ܬ̈ܐ ܕܒܗ ܡܬܒܛܠ̈ܢ ܗܪ̈ܣܝܣ .

CAPUT LXIV.

Sergius Rheſinenſis.

3 Sergius 3 Rheſinenſis compoſuit Commentarios in Dialecticam.

ܣܪܓܝ ܕܪܫܥܝܢܝ ܚܟܡ ܦܫܩ ܦܘܫܩ̈ܢ̈ܐ ܠܐܘܪܓܢ̈ܐ ܕܠܘܓܝܩܐ .

CAPUT LXV.

Paulus Niſibenus.

4 Paulus 4 Niſibenus ſcripſit
5 Commentaria in 5 Scripturam: Et

ܦܘܠܘܣ ܕܢܨܝܒܝܢ ܟܬܒ ܦܫܩ̈ܢ̈ܐ ܕܦܫܝܛ̈ܬ̈ܐ : ܘ

In Ægypto & reliquis Orientalibus Eccleſiis Feſtum Nativitatis & Epiphaniæ Domini uſque ad tempora S. Joannis Chryſoſtomi ſimul celebratum fuit, ut idem Chryſoſtomus homil. 72. tom. 5. quæ eſt *in Natalem diem Salvatoris noſtri* teſtatur, affirmans, quum illam recitaſſet Orationem, nondum decem elapſos fuiſſe annos, quum primùm dies ille, Nativitatis nimirùm, innotuiſſet Eccleſiæ Orientali. Utrumque Feſtum Armeni in præſentem uſque diem conjungunt. Vide Svicerum in Lexico, verbo ܥܝܐܢܐ.

1 *Epiſtolam adversùs Tonos*: in qua ſcilicet cantus diverſis tonis exeuntes, qui in Eccleſia Syrorum uſurpantur, minus probat. Ecchell. & ex eo Hottingerus habent, *Epiſtolam de componendis hymnis*, minus rectè.

2 *Diſputationes adversùs hæreſes*. Ecchellenſis cum præcedenti opere conjungit, hunc in modum; *prolixas conſolatorias literas diſputationis adversùs hæreſes*: nam literam ⸗ Daleth pro ⸗ Vau in textu voci ܦܘܫܩ̈ܢ̈ܐ, quæ *diſputationem* ſignificat, præfixit.

3 *Sergius* Rheſinenſis (non Rashinius, aut Raſchinæus, ut apud Ecchell. & Hottingerum: eſt autem *Rheſina* ſeù *Reſaina* urbs Meſopotamiæ circa Aborum fluvium, ut dixi in Diſſertatione de Monophyſitis) Archiater apud Syros celeberrimus, qui primus libros Philoſophicos & medicos ex Græco in Syriacum traduxit, teſte Gregorio Barhebræo, cujus verba tom. 2. pag. 315. citavi. Idem Sergius ab Ephræmo Patriarcha Antiocheno Romam miſſus dicitur ad S. Agapitum Papam adversùs Anthimum Conſtantinopolitanum, ut ex eodem Barhebræo notavi tom. cit. pag. 323. Laudatur in hiſtoria Dynaſtiarum pag. 94. 99. & 172. Alius fuit à Sergio Scholæ Adjabenicæ præceptore, qui ab Amro inter Mar Abæ diſcipulos recenſetur, quemadmodum ſuprà dictum eſt. An autem unus idemque ſit cum Sergio illo interprete, qui ſub Choſroë Perſarum Rege ac Juſtiniano Imperatore claruit, Regumque Perſarum ſeriem & geſta in linguam Græcam deprecante Agathia Scholaſtico convertit, non auſim definire. Ætas utriuſque, locus, ſtudium, linguarumque peritia conveniunt. Vide Agathiam lib. 4. pag. 141.

4 *Paulus* Niſibenus Epiſcopus, Mar Abæ diſcipulus, interfuit Synodo, quam Joſephus ejuſdem Mar Abæ ſucceſſor indixit, ut in fine ejuſdem Synodi legitur his verbis:

وحضر هذا السونـدس عـدّة من الابـا ومنهم
فولوس مطران نصيبين فى عدد من حضر وذكـر
الرتـب وان رتبـة نصيبـين الـثـانيـة .

Huic Synodo complures Patres interfuere, quos inter Paulus Niſibis Metropolita: decretuſque fuit Sedium ordo, utque Niſibenus Thronus ſecundas obtineret: Primum enim à Patriarcha locum Epiſcopus Lapethæ ſeù Gandiſapor, occupat, ut ex Tabulis Amri & Eliæ tom. 2. pag. 458. obſervavi. Præfuit autem Joſephus Patriarcha ab anno Græcorum 863. ad annum 875.

5 *In Scripturam*. Syriacè ܦܫܝܛܬܐ *Surta*, quæ

Et disputationem adversùs [1] Cæsarem:
Et Epistolas diversi generis.

CAPUT LXVI.

Babæus magnus, Archimandrita.

[2] Babæus magnus composuit

Tres

quæ vox quum aliàs *imaginem* significet, hìc pro *Textu* (Sacræ nimirùm Scripturæ) sumitur: & frequenter apud Syros Expositores occurrit.

1 *Disputationem adversùs Cæsarem*. Ita in Textu Sobensis. Hottingerus pag. 236. suspicatur legendum esse *adversùs Chosroëm*. Barhebræus Mar Abam Pauli præceptorem cum Chosroë Persarum Rege disputantem inducit tom. 2. pag. 411.

2 *Babæus*, cognomento magnus, celeberrimi in monte Izla apud Nisibin cœnobii, quod Abrahamus sub Babæo Patriarcha fundaverat, monachus ejusdemque Abrahami discipulus, & in præfectura cœnobii post Dadjesu obitum successor, claruit sub Patriarchis Nestorianorum Ezechiele, Jesujabo Arzunita, Sabarjesu, & Gregorio ab anno circiter Græcorum 880. ad annum 939. ut scribit Thomas Maragensis in historia Monastica lib. 1. cap. 7. & seqq. ubi monachos quosdam incontinentes ab ipso ejectos refert sub Jesujabo Patriarcha anno Græcorum 901. Post obitum verò Gregorii Patriarchæ, quum Chosroës Hormisdæ filius Christianis vetuisset, nequem Patriarcham sibi præficerent, vacuam Sedem eundem Babæum rexisse usque ad annum Christi 628. Hegiræ 6. quo Siroës interfecto Chosroë Regnum Persarum occupavit, & Jesujabus Gadalensis in Patriarcham Nestorianorum electus fuit. Verba Maragensis hæc sunt.

*Beatus autem iſte Mar Babæus ex Beth-Ainata Zebedeæ (*inſulæ*) pago oriundus, diſcipulus fuit, ſicut de ipſo proditum eſt, quemadmodum & pater noſter Jacobus, Mar Abrahami viri docti & ſapientis. Inerat autem illi, velut vitium à natura inditum, in loquendo imperandoque aſperitas & impetus quidam. Idem Patrum libros luculentis commentariis illuſtravit. Quum verò Dadjeſu deceſſiſſet, eidem ſuffectus eſt Mar Babæus, Congregationiſque regimen obtinuit, ordine tertius. Quo tempore Diabolus in illo benedicto agro electi tritici à diligentibus piiſque agricolis ſati maledicta fœdæ doctrinæ ſuæ zizania diſſeminare exorſus eſt &c.*

Quosdam quippe ex eodem grege monachos fornicationis spiritu implevit, carnisque concupiscentiâ, quæ luxuriæ mater est, mentes eorundem confudit, eoque audaciæ impulit, ut sibi mulieres raperent, atque ut fama est, ad cellas exterioris atrii, in quo morabantur, eas exciperent. Et in hoc quidem execrabili turpique opere aliquantisper perseverarunt. &c.

Aderat autem in sacro illo cœnobio beatus quidam nomine reque ipsa Elias. Et hic quidem jeculari generatione ex magna Arabum Tajorum urbe Hirta oriundus erat: literis autem operam dederat in urbe Nisibi: ascеticæ denùm vitæ moribus in illo sancto cœnobio imbutus fuerat &c. Jam verò quemadmodum beati Eliæ operâ Deus omnium dominus prophetas Baal perdidit peremitque: ita eidem universitatis Domino placuit per hunc antiqui illius Eliæ cognominem ejusdemque prophetæ in simili opere socium malas spinas ignis incendio dispositas atque præparatas, istorum scilicet hominum flagitia turpemque conversationem dissipare. Narrant quidam, Eliam id ex divina revelatione didicisse, & ab Angelo illi præceptum fuisse, ut intempesta nocte è cella sua ad illorum hominum cubicula clam proreperet. Alii contra affirmant, Eliam casu illuc venisse, strepitumque teli liciatorii mulierum texentium audivisse. Alii demùm produnt ab Elia pueros illorum monachorum *filios circa parentum cellas lusitantes repertos fuisse: sciscitantique, quinam forent, & unde illuc advenissent, eos respondisse, in eodem loco se natos, suosque patres ibidem se habere, singulorum item nomina indicasse &c. Eo itaque deprehenso scelere Elias obstupuit, hæsitque attonitus &c.*

Mos erat in eo sacro monasterio receptus, ne ex quacumque causa signum Congregationis pulsaretur, nisi jubente Cœnobiarcha; id verò si unquam eo inconsulto fieret, indicabat ipsius Cœnobiarchæ exauctorationem. Illuxerat jam dies, quum beatus Mar Elias interiorem monasterii ædem ingressus, Ædituo præcepit, ut è superiori loco signum Congregationis pulsaret. Quod audiens Ædituus, præcipientis auctoritatem dignitatemque reveritus, resistere non est ausus, nec illud opponere, quod id fieri inconsulto cœnobii præfecto minimè liceret; sed extemplo dicenti paruit, quodque Beatus imperaverat, promptè exequutus est: continuoque omnes ad Ecclesiam convenerunt. Sanctus verò Mar Babæus, qui eo tempore monasterio præerat, mirabatur, quod se inconsulto, nullâque quam ipse sciret urgente causa, Congregationis signum datum fuisset. Æditumum itaque interrogat, cujusnam jussu signum pulsassset. Elias, respondit, zelotes hoc ut facerem, imperavit. Tùm verò quum Cœnobiarcha rei tam insolitæ causam ab Elia sciscitaretur: quî fieri posse dicam, respondit Elias, Pater & magister noster, ut quæ in locis à nobis maximè remotis geruntur, te minimè lateant; ea verò quæ domi tuæ & apud te flagitiosè perpetrantur, te latere potuerint? Huccine res nostræ reciderunt, ut qui tibi subditi non sunt, te revereantur tuique præsentis juxtà atque absentis aspectum fugiant & latebras quærant. In hac tamen Dei hæreditate Sodoma revixerit, & Gabaa instauretur? Quînam fieri potuit, ut cancer serpens & ulcus corruptionis membra sancti corporis, filios inquam, tuæ sanctitatis, invaserit? Ubinam est benedictio patris nostri Abrahami, & institutio Mar Dadjesu, & doctrina fluvii Gehon, quæ est doctrina tua? Quoniam vestra institutio maledicta reptilia serpentis homicidæ sobolem procreavit. Quidam itaque ex nobis, ex his, qui coram te adsunt, quorum oculi hæc vident & aures audiunt, injustitiam conceperunt & pepererunt iniquitatem, & aquas turbidas biberunt, & labruscas comederunt, & cum filiabus Moab fornicati sunt consilio Balaam intelligibilis, & Deum Abraham & Isaac & Jacob obliti sunt. Tuum itaque, Pater, est, ut zelotem Phinees æmulatus, zeli tui hasta reos confodias, & viscera dispergas immundorum istorum hominum, qui paterno cætui omnium filiorum Orientis hanc notam inusserunt. Tuum est, ut eos, quos hisce oculis egomet vidi, perdas, & de Bethel ex domo Domini Dei Patrum tuorum abigas.

Quum hæc & hujuscemodi sacrum illud os loqueretur, atque in omnes qui aderant, timor ac tremor irruissет, sanctus Mar Babæus ad Eliam conversus: rem, inquit, ita se habere, ut affirmas, tantùm ostende; tùm ego quæ mei officii sunt, faciam. Tunc verò Elias scelestos illos digito ostendit & publicavit. Hi sunt, ajebat, homines illi, qui palantes ex ovili vitæ exierunt, ut spinas pascerent. Hi sunt, qui Hierusalem reliquerunt, & inter serpentes ruinarum Hiericuntinarum ambulare maluerunt. Hi sunt, qui fecerunt vitulum in Horeb, & adoraverunt sculptile, & mutaverunt gloriam suam in stercus & in corruptionem immundam. Et ecce mulieres in cellis eorum, & unacum ipsis filii. Hi sunt quorum nequitia me coëgit, ut ista præciperem, & facerem inconsultâ tuâ sanctitate.

Quum autem hæc ex zelo dicta & significata fuissent à secundo Elia, vehementer ingemuere sancti illi, scelestosque monachos monastico habitu exuerunt, & in tonsura capitis illorum hiatum fecerunt: eosque atque mulieres filiosque eorum inde ejectos expulerunt, & excitato igne cellas eorum concremarunt. Pergit referre, ejectos è cœnobio Izlensi monachos, in locum, quem Phughitam vocant, pœnitentiæ causa secessisse; eosque inter à Babæo archimandrita etiam Jacobum cœnobio expultum, perinde acsi flagitiorum eorum monachorum conscius & particeps esset: quo in montes Cardoos primùm, deinde in Beth-Abe, ubi maximum cœnobium ædificavit, abeunte, reliquos Izlenses cœnobitas adversùs eundem Babæum tumultuantes, in diversas Assyriæ partes sponte commigrasse. Mox quum Gregorii Cascarensis electionem præter Chosroïs Regis jussum, qui Gregorium alterum Nisibenum in Patriarcham eligi præceperat, factam narrasset, subjungit. ...

Hæc igitur quum Rex audiisset, didicisſetque, non Gregorium illum, quem Catholicum fieri præceperat, à Chriſtianis ordinatum fuiſſe, ſed Gregorium alterum ejus loco per fraudem ſuffectum; benevolentiæ amoriſque immemor, queis Chriſtianos univerſos, ac præſertim Sabarjeſu proſequebatur, iraque excandeſcens, collatâ Gregorius poteſtate ne uteretur, effecit. Juravit prætereà per ſolem Deum ſuum, quoad ipſe vixiſſet, non paſſurum ſe, ut in regione Orientis Patriarcha fieret: quod & præſtitit, quum

operâ omni discipulus Satanæ in id incumberet, ut sacrum Sacerdotium Christianis in ditione sua constitutis adimeretur : deficiente scilicet qui generat patre, filios etiam, qui generati erant, paulatim deficere oportebat. Atque ita donec is Christianorum Orientis gladio cæsus est, sancta Ecclesia (Nestorianorum nimirum secta) *Patriarchatu caruit, quum neque Metropolitæ neque Episcopi ordinarentur. Quamobrem luctus mærorque fideles omnes occupaverat, quod Præsule, Rectore, ac Patrum Patre Patriarcha destituti essent.*

Per idem tempus doctrina virtutumque operibus clarebat in ordine monachorum beatus Mar Babæus magnus. Ad hunc igitur literas dederunt Metropolitæ, qui finitimis diœcesibus præerant : Mar Cyriacus scilicet Nisibis, Mar Jonadab Adiabenus, & Mar Gabriel Charcbæ (seù Oppidi) *Beth-Seleuciæ : qui quum sacra cœnobia per eos dies frequenter ædificari cernerent vererenturque, ne impia Messalianorum doctrina cum paucis aliorum hæreticorum opinionibus in illis regionibus ab Agricolis diaboli disseminaretur, nec ipsi Ecclesias visitare possent, Regem veriti, ne scilicet Rex Chosroës ipsos calumniaretur, quod Patriarcham ordinassent, atque ita in discrimen capitis adducerentur : bis, inquam, de causis sanctum Mar Babæum Ecclesiæ doctorem, quem omnibus constabat monachum, non Episcopum esse, rogarunt, donec feliciora Ecclesiæ suæ tempora Dominus largiretur, ut cœnobia, & Anachoretarum monasteria visitaret, defectusque omnes suppleret ; infirmos verò impietatique mancipatos ex Ecclesia deturbaret. Et illi quidem literas ea de re patefactam hujusmodi continentes scripsere. Babæus verò tamquam diligens operarius sollicitusque minister Ecclesiam administravit, & incorruptam servavit usque ad obitum impii Regis Chosroïs. Quum autem Catholicus ordinatus est, tunc ille in cœnobium secessit &c.*

At Chosroës Rex Hormisdæ filius quum in extrema senectute colligendis per fas nefasque opibus intentus esset ; mortuo beato Mar Jazdino fidelium principe, quem seculari magnitudini coronam gloriamque cœlestem conjunxisse, & in thalamum supernæ felicitatis admissum fuisse præclara ipsius gesta testatum faciunt ; beneficiorum, quæ ab eo acceperat, immemor, opes ejus omnes bonaque abstulit, & Samatam Curtamque ipsius filios, benedictione dignos verosque fideles, è divitibus pauperes effecit & ex summo illo gloriæ dignitatisque fastigio in abjectam privatorum conditionem redegit. Quum verò beatus Samatas una cum stulto Rege Chosroë malitiam consentisse & in dies augeri cerneret, Mahuzam regiam urbem clam petens, quatuor supra viginti Chosroïs filiis, qui ibi educabantur, gladio peremptis, Siroëm ejusdem filium, qui & Cavades dicitur, inde eductum in oppidum eorum adduxit, & reseratis carceribus, quotquot vinculis detinebantur solutos equisque impositos, armis ad bellum committendum aptis communivit : atque ita Siroëm reluctante patre in regnum immisit, levi negotio, quum ob Chosroïs avaritiam ingluviemque copias ejus fudisset dissipasseque. Ingressus autem honorabilis Samatas cum servis suis palatium Chosroïs, hasta Regem confodit. Quo interempto, pax & tranquillitas omnibus ubique locorum Ecclesiis affulsit, & Samatæ justu spes bona hominibus à Siroïs copiis annunciata est. Siroës verò continuò præcepit, ut Catholicum Christiani ordinarent : ordinatusque est Mar Jesujabus Baladæ Episcopus, qui Gadalensis ex Gadala Arabiæ pago nuncupatur. Coacta enim Synodo quum Patres omnes sanctum Mar Babæum rogassent, ut Catholicus fieret, renuit ille : ajebat enim malle se in cella cœnobii sui dies claudere, quàm cum labore præesse. Catholicus igitur & nonnulli Episcopi Babæum honoris causa usque ad cœnobium deduxere.

Hucusque Thomas Maragensis : qui narrationi suæ duo etiam falsa intermiscet miracula : alterum cap. 29. à Jacobo Beth-Abensi, cujus suprà facta est mentio, perpetratum ; quum scilicet ejus cœnobium à Babæo visitaretur, qui lectiones è Scriptura in Dominicis & Festis à Cœnobitis legi solitas abrogari jusserat, ut tom. 2. pag. 491. indicavi : alterum cap. 35. in ejusdem Babæi laudem confictum, his verbis :

ܗܘ ܕ ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝ ܒܒܝ ܐܝܟ ܐܢܬ ܐܬܝܬ ܠܝ ܗܫܐ ܐܡܪ ܠܗ ܐܢܐ ܫܠܝܚܐ ܕܐܠܗܐ ܐܬܝܬ ܠܟ ܕܐܫܬܕܪ ܠܟ ܒܫܠܡܐ ܘܐܢ ܐܬ ܒܥܐ ܠܡܫܐܠ ܡܕܡ ܫܐܠ ܘܢܬܠ ܠܟ

munus ſuſcepit, abſcedam. Atqui ſi te mihi adeſſe in hoc magno munere adminiſtrum noviſſem, reſpondit magiſter noſter, quovis profectò impendio illud ſuſcepiſſem. Nunc verò cum pace abito, & apprecare bona mihi. Extemplò Angelus magiſtri noſtri oculis videri deſiit. Fabulæ ſunt; ex quibus tamen velut è ſterquilinio aurum, colligitur, à Neſtorianis credi, ſingulis gentium principatibus tàm Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus Angelos præeſſe: quæ etiam ſanctorum Patrum ſententia eſt, à S. Ephræmo Syro expreſsè tradita in expoſitione Danielis, ut tom. 1. p. 78. obſervavi.

Eadem quoad ſuſceptum à Babæo Eccleſiæ Neſtorianæ regimen, ſcribit Amrus in Vita Gregorii Patriarchæ. ومات الجاثليق ودفن بالمدائن واخذ كسرى ما خلّفه وقبض على تلاميذه وحبسهم الى ان اظهروا ماله. وتغيّر رايه فى النصارى وعدل عن الاحسان اليهم وامر الّا يروس النصارى عليهم جاثليقًا وبقيت البيعة سبعة عشر سنة بغير جاثليق فدبّرها مارابا الاركدياقن ومار بابى الكبير من عمر مار ابراهيم. وبقيت البيعة بغير راس الى ان افضت المملكة الى شيرويه.

Quum Gregorius *Catholicus* (inquit) *obiiſſet & in Modaina* (Seleucia) *ſepultus fuiſſet, relictam ab ipſo auri ſummam Choſroës abſtulit, poſtquam diſcipulos ejus comprehendi & in vincula conjici juſſiſſet, donec opes ejus prodidere. Ad hoc mutata in Chriſtianos ſententia, ſævire in eos cœpit, præcepitque ne ullus ipſis Catholicus præficeretur. Manſit itaque Eccleſia abſque Catholico annos ſeptemdecim* (juxta Barhebræum, duodeviginti) *quo tempore Mar Abas Archidiaconus, & Mar Babæus magnas ex cœnobio ſancti Abrahæ illam adminiſtrarunt: donec ſcilicet Regnum ad Siroëm delatum eſt.*

Quod verò ad Choſroïs cædem ſpectat, eam ex Theophane paulò aliter Pagius refert ad ann. Chriſti 627. num. 9. *Quum Siroës*, inquit, *de fratre in Regem coronando, patris Choſroïs conſilium comperiſſet, quia ipſe primogenitus erat, animo commotus, legatum miſit ad Imperatorem* (Heraclium) *à quo petiit Heraclius, ut Siroës cuſtodias referaret, vinctos in eis Romanos liberaret, & cum eis moveret adversùs Choſroën. Siroës in patrem arma movet, qui captus gravibuſque catenis onuſtus, conjectus eſt in carcerem: filius, quem nuper Regem coronare conſiliabatur, & reliqui omnes ejus liberi ſub ejus conſpectu è medio ſublati, & Siroïs juſſu Choſroës ſagittis confoſſus.* Id contigit an. Chriſti 628. Hegiræ 6. non 5. ut Elmacinum emendat idem Pagius. Auctor Chronici Alexandrini Siroëm vocat *Cabatam Siroëm Sadaſadacem*, Elmacinus قباد *Cobadum*; ideſt, *Cabadem*, ſeù *Cavadem*, ut rectè notat Thomas Maragenſis ſuprà citatus. Idem Chronici Alexandrini Auctor Samatæ quidem, à quo Siroës ad regnum Perſicum evectus eſſe dicitur apud Thomam, haud meminit; *Curtam* verò Samatæ fratrem *Gurdanaſpam Perſici exercitus ductorem* appellat.

Quod autem Thomas Maragenſis de impuris illis monachis à Babæo cœnobio ejectis refert, tria maximè perpendenda ſunt: primum unde tanta peſtis eruperit: alterum qua ratione tandiù in cœnobio illo latuerit, (liberos enim genuiſſe dicuntur, quos Elias quum interrogaſſet quinam eſſent, ii ſe in eodem loco natos reſponderunt ſuoſque patres ibidem ſe habere; quæ omnia tres aut quatuor ad minus annos duraſſe in eo monaſterio peſtem illam arguunt:) quo denique pacto Babæus rem adeò patentem ignorare potuerit. Sed ſi Neſtorianorum Annales evolvantur, pronum eſt demonſtrare, unde ſacrilega monachorum connubia initium duxerint: ex Barſumæ ſcilicet Niſibeni decreto, *qui*, Amro teſte, *Synodicam ſcripſit, in qua ſacerdotibus monachiſque qui ſeipſos continere nequirent, poteſtatem nubendi faciebat*: quæ impura lex à quinque poſteà illius ſectæ Patriarchis, Babæo ſcilicet, Sila, Eliſæo, Narſete, & Paulo, confirmata fuit, ut ſuprà obſervavi pag 67. Hinc paſſim monachi cum mulieribus cohabitabant, quas & legitimas ſuas uxores appellare haud verebantur. Eam diſciplinæ Eccleſiaſticæ corruptelam exterminare aggreſſi ſunt Mar Abas Patriarcha, & Abraham monachorum pater. Et Mar Abas quidem Clerum ſecularem in ordinem redigere volens, coacta Synodo, quam ex Amro tom. 2. pag. 412. laudavi, *vetuit, ne Epiſcopus aut Patriarcha fieret omninò, qui uxorem haberet*. Abraham verò ut monachos ad priſtinum inſtitutum reduceret, poſtquam in Scetenſi deſerto monaſticum habitum induiſſet, in Aſſyriam reverſus, cœnobium in monte Izla apud Niſibin fundavit, in quo cœnobitarum Ægyptiorum mores omnes, atque adeò continentiam, adamuſſim obſervari præcepit, ut in ejuſdem Abrahæ vita ſcribunt Joannes & Roſtamus apud Maragenſem lib. 1. cap. 4. in hæc verba.



1 Tres suprà 1 octoginta libros: Equi-

ܒܫܘܒܚܐ ܕܐܒܪܗܡ ܕܣܒ ܠܛܘܪܐ ܕܣܩܛܝܐ ܐܬܐ .

Quum Abraham *Scetensem eremum petiisset, inquiunt* Joannes & Rostamus historici, *ascetica vitæ schema*, hoc est, habitum, *ibi accepit. Tùm divino jussu* in Assyriam *regressus, abditam speluncam incoluit in monte Izla apud Nisibin urbem, ubi statim hominibus cœpit innotescere: nam ad hunc finem ab æterna præscientia destinatus fuerat, ut multis causa communium bonorum fieret; perque ipsum Patres instituerentur, qui primi omnium celeberrima in regionibus Persarum, Assyriorum, Babyloniorumque cœnobia erant fundaturi. Quum igitur velut electorum aromatum odor, fama virtutum ejus in universam terram pervulgata esset, convenerunt ad ipsum plures Ascetæ: & distinctum nobis schema ipse ostendit, atque instar coronæ præcepit caput eorum discipulorum tonderi, qui sacrum hujusmodi institutum amplectuntur.* Etsi enim præter cœnobium hoc Izlense alia erant in Orientalibus regionibus monasteria, & quidem eo longè antiquiora, quæ in historia martyrum Orientalium & in Annalibus Nestorianorum occurrunt, ut illud, cui SS. Barsebias & Bademus præfuere tom. 1. Bibl. Orient. p. 188 & 193. & quod Sanctus Eugenius apud Nisibin sub Papa Episcopo Seleuciensi fundasse dicitur tom. 2. pag. 398. monachi prætereà complures apud Nestorianos per ea tempora visebantur, antequam Abraham monasterium suum fundasset; non alibi tamen, quàm in Asceterio Izlensi monasticum institutum incorruptum vigebat, quum in reliquis vel uxorum, seù veriùs concubinarum contubernia, ut mox dicebam, licerent; vel schema seù sacer habitus desideraretur. Hinc rectè Maragensis loc. cit. Izlense cœnobium præ cæteris extollens:

ܗܘ ܕܝܪܐ ܕܐܝܙܠܐ ܕܐܬܐ ܡܢ ܐܒܗ ܕܟܠ ܚܟܡܬܐ ܘܡܠܦ ܠܗ ܠܟܠ ܫܐܠ ܘܫܐܠ ܘܡܫܒ ܠܗ ܠܟܠ ܡܫܒ ܘܡܫܒ ܘܡܦܫܩ ܠܗ ܠܟܠ ܦܫܩܐ ܘܦܫܩܐ

1 Equibus *liber* de 1 causa Hosannarum,
2 Liber 2 de Unione:
3 Expositio libri 3 Centuriarum,
Ac

وِمْنهُمْ كِتَابُ وِمْرَةِ
مَحْدُا وِلَا سُوْمُا .
مَعْمُعْ مَحْدُا وِمْدَامُا :
مَحْدُا

obvium est omnes omnis generis scientias discere, compositos ab eo libros perlegenti. Quatuor nimirùm suprà octoginta de rebus variis tomos Sancta Ecclesia ab illo accepit, & cum honore obtinet.

1 *De causa Hosannarum*. Simile opus per idem tempus scripsit Hananus Adjabenus, ut suprà notavi pag. 83.

2 *Liber de Unione*, ideſt de Verbi Incarnatione. Exstat ad calcem Codicis Syriaci X. tom. 2. pag. 489. hoc titulo prænotatus:

هٰذَا بِحْمَدِ اللّٰهِ وَمَنِّهِ وَعَوْنِهِ كُتِبَ
مِيمْرَا سِي مَسْمَعَا : مِمَا كِتَا هٰذَا
مَحْسَنَا سِي مَسْمَعَا : بِحَسِي حَسَنِ هٰذَا
حَمَد نَسَ حَمَعَسَنَا بِحَسَمَسَنَا نَحَسَا .

Oratio adversùs eos, qui dicunt: sicuti anima & corpus una persona sunt, sic Deus Verbum & homo una persona: auctore Raban Mar Babæo archimandrita cœnobii magni. Ubi Nestorianus scriptor capitibus duodecim ostendere frustrà conatur, Christum duabus naturis duabusque personis constare: & postremis potissimùm duobus capitibus quum مَسْعَا *Knumam*, hoc est, *hypostasim*, à مَسْعَا *parsopa*, seù *prosopo*, hoc est, *persona* distinguat, hanc in Christo unam, hypostases verò duas ex gentis suæ doctrina collocat: sed mirum quantum à veris rerum definitionibus aberrat. Denique in utroque etiam exemplo peccat, quod cap. 3. & 11. ad suum dogma confirmandum profert. Primum de Anima Christi, quam à corpore separatam, cogitationis actionisque omnis expertem fuisse scribit, donec iterum cum corpore conjuncta fuit: سِي لَحْسِرِ مِنْ نَعَسَ
مَكْمَسَا حَمِيمَا بِحَمَسَنَا مَكْ حَنَعَسَ
بِحَمَعَسَا : مَحْدُ هِيمَا بِلَا سَمَعَا وِلَا بِحَمَعَسَا
مَبَعَسَ بِلَا مَسْمَحَسَنَا وِلَا مَحَسَوَ .

Quum (inquit) *animam suam Domino nostro tradente, ejus divinitas corpori in sepulcro & animæ in paradiso conjuncta esset, mansit quidem corpus absque vita & absque sensu; anima verò cogitatione actioneque caruit.* Putat enim solutas corporibus animas nihil agere, donec in resurrectione iis iterùm copulentur. Alterum de Corpore Christi in Eucharistia, quod ab eodem in cœlo differre existimat.

مَعْمَا مِنْ كَمَعَا مَكَ نَاتِي : مَعْمَا سِي حَسَا
مِنْ مَسَا نَعَسَ مَعَسَا حَمَرِي مَسَا حَسِي
هَزَوَا بِحَ مَكْمِحِي نَاتِي مَنَعَا بِكَمَعَا
مَبَعَا حَسِرَا نَعَعَسَا مَحْسِ سَمَا مَحْسِرَا
هِيرَا مَعَحْسَا مَحْسَنَا مَنَعَسَنَا .

Et quemadmodum (ait) *corpus, quod in Ecclesia est, & corpus, quod in cœlo, unum corpus sunt in duabus quidem differentiis & in duabus naturis, in una verò virtute, in una propitiatione, & in uno pane, non in duobus: ita unus filius & unus Dominus Jesus Christus in duabus naturis & in uno prosopo, in quo duæ hypostases noscuntur, divinitatis scilicet & humanitatis, in una sequela, in una virtute, in una adoratione, potestate, dominatione, & majestate.* Quod verò Knuma seù hypostasis à parsopa seu persona secundùm Nestorianos distinguatur, testis est Adam Archimandrita, qui prolixum ea de re Tractatum scripsit apud Strozzam in disputat. de Dogmatibus Chaldæorum. Vide tom. 1. pag. 550.

3 *Expositio libri centuriarum*. Ita & Hottingerus in Bibl. Quadripart. pag. 230. Echellensis vertit, *libri Centenariorum*, minus rectè. Sunt autem *Centuriæ* opera ascetica Evagrii Pontici capitibus centum distincta, quorum expositionem à Babæo Archimandrita elaboratam habemus in Cod. Syr. 10 ad calcem tom. 2. Bibl. Orient. p. 489. Titulus:

مَعْمَا وِمَا بِمَحْدَا بِحَسَنَا مَبِمَا
بِمَعْمِي حَعْسَا بِحَسَا بِحَسِي هٰذَا
حَمَد نَسَ حَمَعَسَنَا بِحَمَسَنَا بِمَسَا حَسَا
سِي مِنْ مَسْحَسَعَسَ بِحَسَا مَنَسَ .

Expositio Capitum Scientiæ Sancti Mar Evagrii, quæ Centuriis comprehenduntur, auctore Raban Mar Babæo archimandrita montis Izlæ, ad quendam amicum, qui ipsum rogaverat: Gregorium nempè, quem idem Babæus in præfatione ad primam Centuriam nominat. Liber in duas Partes divisus: quarum prior continet expositionem trium priorum Centuriarum Evagrii, altera trium posteriorum, nec non sexaginta capitum, quæ extra numerum centuriarum sunt. Capita igitur scientiæ, seu gnostica, ut ajunt, Evagrii, sunt universim secundùm Babæum sexcentum & sexaginta: quorum expositioni idem Babæus Præfationem præmittit capitibus novem comprehensam, in qua de Centuriarum auctore, methodo & ratione differens, Evagrium ab errore Origenistarum

vin-

1 Ac libri 1 Abbatis Marci :
2 Hiſtoria 2 Diodoritarum :
3 De cauſâ feſti 3 Crucis.

ٱبيه شيرويه ويقال ان شيرين احتالت فى قتله بالسمّ لقتله ابنها مردانشاه . واردشير رذ خشبة الصليوت التى كان اخذها كسرى . ثم قتل اردشير وجلست بوران بنت كسرى فى الامر لانه لم يبق من نسل الملوك غيرها .

Ejus (ideſt , Jeſujabi) *temporibus Ardaſcirus Siroï patri ſucceſſit. Ferunt , Siroëm à Sirina veneno ſublatum, quod filium ejus Mardanſaam* (Mardenſes aliis dicitur) *interemiſſet. Ardaſcirus autem lignum Crucis, quod Choſroës acceperat, reſtituit . Ardaſciro extincto, regnavit Borane Choſroïs filia , quæ ex regio ſemine ſola remanſerat &c.* Sarbarazam tamen Theophanes commemorat apud Pagium ad annum Chriſti 628. ubi Perſicorum Regum ſeriem uſque ad ejus Imperii excidium deſcribit. *Quum Hierapolim* (inquit) *veniſſet* Heraclius, *Siroën Perſarum Regem obiiſſe, & Adeſer* (Ardaſcirum) *ejus filium Perſarum regnum conſequutum intellexit . In eum poſt Imperii menſem ſeptimum* (ſeù quintum juxta Elmacinum) *Sarbarazas rebellavit , & Principe deleto Perſis imperavit menſes duos . Eo ſublato Boranem Choſroïs filiam in Regem ſibi præfecere : quæ regnum adminiſtravit menſes ſeptem . Huic ſucceſſit Hormiſdas , qui demùm à Saracenis ſolio depulſus eſt : ac tandem Perſicum regnum Arabibus ſubjectum fuit .* Barhebræus quoque Sarbarazæ meminit in prima parte Chronici Syriaci in vita Mahometis pſeudoprophetæ , quem & *Siroëm* in 2. part. in vita Maruthæ Maphriani appellat : ſed à Theophane tùm in Regum ſerie, tùm in annis, quos regnarunt, diſſentit : Sic enim ſcribit .

Sermo expoſitioni Capitum Centuriarum præmittendus , in quo ſcopus Sancti Evagrii declaratur , nec non apologia atque reprehenſio ex verbis doctrinæ ejus deſumpta continetur adversùs eos , qui ipſum calumniantur , ajentes , ſententiam doctrinamque ejus ab Origeniana hæretica nihil differre : auctore Raban Mar Babæo Archimandrita cœnobii Sancti Mar Abraham in monte Izla . Centurias Evagrii præter Babæum commentati ſunt Daniel Tobonita Epiſcopus Talachenſis, & Jeſuphana Catarenſis, quorum in hoc Catalogo fit mentio.

1 *Libri Abbatis Marci* : quem & Abrahamus Bardaſcenadad expoſuit, ut infrà Sobenſis . Hottingerus *liber de Abbate Marco*: non rectè : Babæus enim librum Abbatis Marci , inſtar Centuriarum Evagrii , explicavit ; non verò de Abbate Marco librum ſcripſit.

2 *Hiſtoria Diodoritarum* . Neſtorianorum ſcilicet, qui Diodorum Tarſenſem cum Theodoro Mopſveſteno , atque Neſtorio ſequuntur. In idem argumentum ſcripſit Barhadbeſciaba Arabs, cujus infrà meminit Sobenſis : Jacobus verò Calatenſis Diodorum aſſeclaſque hymnis celebravit, eodem Sobenſi teſte .

3 *De cauſâ feſti Crucis* . Babæi temporibus lignum Crucis, quod Choſroës in Perſidem tulerat, ab Heraclio Imperatore Hieroſolymam reportatum fuit anno Chriſti 629. ut Pagius ad annum 627. & 628. probat, ubi de Crucis Inventione & Exaltatione diſſerit. Sub Siroë Choſrois filio, quem & Cavadem nuncupatum ſuprà oſtendi, id factum communiter narratur. Nicephorus verò ait, Sarbarazam , qui Adeſerum Siroïs filium exceperat, lignum Crucis Heraclio Imperatori reſtituiſſe. At Amrus media via incedens , Ardaſciro quidem , ſeù Adeſero id tribuit ; Sarbarazæ verò nullum inter Perſarum Reges locum dat : ſic enim ſcribit in vita Jeſujabi Gadalenſis . وفى ايامه يقتل اردشير مكان

Li-

vindicare conatur . Titulus Præfationis :

1 Liber 1, in quo ordine disponit
Per anni circulum triumphos
Sanctæ Mariæ, & Joannis,
Et reliquas solemnitates atque
commemorationes.

2 Item liber 2 ad Tyrones:
3 Epistolæ ad 3 Josephum Videntem:
Canones de monachis:
4 Expositio in totam 4 Scripturam.

5 Composuit quoque librum causarum 5
6 De Matthæo 6 Vago,
7 De Abraham 7 Nisibeno,
8 Et de Gabriele 8 Catarensi.

ܕܚܕܐ ܘܥܕ ܒܪܝܫ ܫܢܝܢ ܬܫܥ ܡܠܟ ܫܝܪܘ ܒܪ ܦܘܪܘܝܙ ܘܡܝܬ ܘܡܠܟ ܐܪܕܫܝܪ ܒܪ ܫܝܪܘ ܫܢܝܢ ܥܣܪ ܥܡ ܒܪ ܐܚܘܗܝ ܘܩܛܠ ܠܗ ܣܝܒܪ ܒܪ ܐܪܕܫܝܪ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܚܕ ܘܒܬܪ ܡܠܟ ܦܪܘܢ ܒܪܬ ܟܣܪܘ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܘܒܬܪ ܐܚܬ ܐܙܕܡܢܕܘܟܬ ܘܒܬܪ ܗܝ ܡܠܟ ܫܢܝܢ ܘܒܬܪ ܗܝ ܐܬܝ ܒܢ ܐܚܬ ܐܚܘܗ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܘܒܬܪ ܗܘ ܐܙܕܓܪܕ ܒܪ ܫܗܪܝܪ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܥܣܪ ܥܡ ܒܪ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܠܗ ܗܘܪܡܙ ܒܪ ܐܙܕܓܪܕ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܚܕ ܘܒܬܪ ܐܙܕܓܪܕ ܒܪ ܫܗܪܝܪ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܥܣܪ ܥܡ ܒܪ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܠܗ ܦܝܪܘܙ ܒܪ ܗܘܪܡܙ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܚܕ ܘܒܬܪ ܦܝܪܘܙ ܒܪ ܗܘܪܡܙ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܥܣܪ ܥܡ ܒܪ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܠܗ ܒܠܐܫ ܒܪ ܦܝܪܘܙ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܚܕ ܘܒܬܪ ܒܠܐܫ ܒܪ ܦܝܪܘܙ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܥܣܪ ܥܡ ܒܪ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܠܗ ܩܒܐܕ ܒܪ ܦܝܪܘܙ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܚܕ ܘܒܬܪ ܩܒܐܕ ܒܪ ܦܝܪܘܙ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܥܣܪ ܥܡ ܒܪ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܠܗ ܚܣܪܘ ܒܪ ܩܒܐܕ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܚܕ ܘܒܬܪ ܚܣܪܘ ܒܪ ܩܒܐܕ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܥܣܪ ܥܡ ܒܪ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܠܗ ܗܘܪܡܙ ܒܪ ܚܣܪܘ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܚܕ ܘܒܬܪ ܗܘܪܡܙ ܒܪ ܚܣܪܘ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܥܣܪ ܥܡ ܒܪ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܠܗ ܦܪܘܙ ܒܪ ܗܘܪܡܙ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܚܕ ܘܒܬܪ ܦܪܘܙ ܒܪ ܗܘܪܡܙ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܥܣܪ ܥܡ ܒܪ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܠܗ ܐܪܕܫܝܪ ܒܪ ܦܪܘܙ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܚܕ ܘܒܬܪ ܐܪܕܫܝܪ ܒܪ ܦܪܘܙ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܥܣܪ ܥܡ ܒܪ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܠܗ ܫܗܪܒܪܙ ܒܪ ܐܪܕܫܝܪ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܚܕ ܘܒܬܪ ܫܗܪܒܪܙ ܒܪ ܐܪܕܫܝܪ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܥܣܪ ܥܡ ܒܪ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܠܗ ܦܪܘܙ ܒܪ ܫܗܪܒܪܙ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܚܕ ܘܒܬܪ ܦܪܘܙ ܒܪ ܫܗܪܒܪܙ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܥܣܪ ܥܡ ܒܪ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܠܗ ܫܗܪܒܪܙ ܒܪ ܦܪܘܙ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܚܕ ܘܒܬܪ ܫܗܪܒܪܙ ܒܪ ܦܪܘܙ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܥܣܪ ܥܡ ܒܪ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܠܗ ܦܪܘܙ ܒܪ ܫܗܪܒܪܙ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܚܕ ܘܒܬܪ ܦܪܘܙ ܒܪ ܫܗܪܒܪ

CAPUT LXVII.

Dadjesu Abbas.

1 Dadjesu 1 probatus 2 exposuit
2 Pa-

NOTÆ.

1 *Dadjesu* Abrahami discipulus & in præfectura cœnobii Izlensis successor, cujus vitam Thomas Maragensis in histor. monast. par. 1. cap. 4. describit his verbis:

Beatus itaque Mar Dadjesu, qui in præfectura magistro nostro Mar Abrahamo successit, quemadmodum ex ejus Actis didicimus, unàcum magno, illustri, & per totum Orientem celeberrimo magistro nostro Silvano in monasterio Riscie in hac regione Maragæ primùm habitavit. Postquam verò per septennium apud eum asceticam vitam duxisset, ad magistrum nostrum Abrahamum commigravit: & ipse primus, ut fertur, ad eum venit, eique multo tempore ministravit. Quum autem ille ex hac vita mortali ad vitam requiei abiisset, ipse Mar Dadjesu ejus locum obtinuit, & monasterium gubernavit. Et verò ab illo omnes sui temporis homines humilitate, suique despectione, castitate, religiosaque continentia superatos fuisse, scriptores magnificè tradunt. Nomenque ejus, & divinorum morum gloria,

quemadmodum & ejusdem magistri, ad omnes manavit. Propterèaque sanctum illud monasterium ejus operâ non modò opibus auctum fuit, sed etiam sanctis viris ipsius disciplinæ alumnis excrevit. Babæo nempè, qui eundem in præfectura cœnobii excepit, & Jacobo, qui monasterium in Beth-Abe fundavit, aliisque cœnobitis, quos idem Maragensis laudat.

In Epitome Canonum Sobensis Par. 7. cap. 4 post undecim Abrahami, cujus suprà facta est mentio, Regulas, referuntur tredecim ejusdem Dadjesu Canones, quos pro laudati cœnobii regimine condidit. Titulus.

Canones Mar Dadjesu Abbatis cœnobii magni, qui Mar Abrahamo successit. Primus Canon circa fidem versatur.

Omnis frater, qui deprehensus fuerit mente

cor-

3 Paradisum 3 Occidentalium :
4 Dilucidavit Abbatem 4 Isaiam :
5 Libros etiam composuit de 5 regimine,

6 Orationem 6 de consecratione Cellæ,
7 Flebiles sermones 7 Paracleticos ;
Epistolas quoque & quæstiones
8 Edidit de silentio 8 in corpore & spiritu.

قَنْوِمُها وِمَدْنَحُنُا .
مَنْوَهُ لَاحُا رَعْحُنُا .
مُهُمِ حُمَّحُا وِبْلَا وِهُحُنُا .
مُمَادِمُنُا وِهُوِبُ مَكْمُلُا .
مُمَادِمُنُا سُنِيُا وِحُمُنُا .
مُرِكُ لِسُنُا مُهُنُا
هُمِ لَاهُحُنُا حُمِيُ مُوسُ .

corruptus, fidem Ecclesiæ Catholicæ minimè sequi, neque orthodoxos Patres suscipere, illa præsertim splendida luminaria, sanctos atque beatissimos, sanctum nempè Diodorum, & sanctum Theodorum, & sanctum Nestorium, eorundemque spirituales filios, ex quorum doctrinâ Ecclesia universa institutionem, baptismum, & mores accepit ; convictusque fuerit contemnere aut reprehendere statuta illorum doctrinæ fundamenta : sive sequi atque suscipere aliquem ex iis doctoribus, qui sancto Theodoro posteriores ejusdem vestigiis minimè adhæserunt, sed diversas & alienas ab ejus sensu interpretationes & sententias amplexi sunt : sive etiam Patres & monachos à Patribus nostris antiquis probatos & susceptos parvipendere atque despicere : aut Messalianorum, (seù Euchitarum) nomen istud sibi falsò arrogantium hæresim tenere : aut detestabili hoc errore infectos sequi & suscipere, neque eosdem potiùs anathematizare & detestari : hunc volumus sine mora à nostra congregatione segregari. Reliqui canones de moribus sunt.

2 *Probatus.* Deest in editione Ecchell.

3 *Paradisum Occidentalium*, de quo vide quæ suprà notavi pag. 49.

4 *Abbatem Isaiam.* Inter libros Chaldaicos ab Archiepiscopo Goënsi in Synodo anni 1599. damnatos, secundo loco recensetur *Expositio Abbatis Esaiæ.* Vide Thomam à Jesu de convers. gent. lib. 7. Par. 1. cap. 2. pag. 354.

5 *De regimine*, ideſt, de re ascetica, seù de institutione monastica.

6 *Orationem de consecratione Cellæ.* Monachus quum annos probationis expleviſſet, antequam cellam ad habitandum acciperet, ex præscripto cœnobii Izlensis precibus à Dadjesu compositis ea benedicebatur. Cellam autem vel ipse ædificare, vel ædificatam redimere tenebatur, ut ex sequentibus Canonibus liquet.

لَا هُ رَسُا كُبِ رَاسِ
مَعْدَمَحْلِمِ : نَهْحَسُنُ لَاهُ هَنِ حِهِ
مَنْدَحِمِ . مَمْبِحِ رَبْحَهِ بِهَمْ رَاجِنَهِ : نَحْمِ
حُمِ رَمِ بِحُنِ حُمِ مَكْمُلُا . مَحْمَا
بِهَمْ سَلَا حِمَا نَهْمَحِ رَنِ رَمِ حُمِيُا .

Canon X. Abrahami. *De Fratribus quum veniunt & suscipiuntur. Intra cœnobium per triennium probentur. Tùm demùm si probè pièque conversati fuerint, liceat illis cellas sibi construere, & quantum per facultates Conventus licuerit, juxta morem adjuventur : & si cellæ vacaverint, ipsis concedantur. Si verò secùs se gesserint, rejiciantur, & cum pace abeant.*

يلزم الراهب ان يخدم فى قنوبين ثلث سنين .
ثم يُعطى من الجلو خمسة اساتير فضة ليبنى
قلاية . ويعينه كل الاخوة بذلك . فان كان فى
العمر قلاية فارغة : يخدم اربع سنين ويعطاها .
وان كان حدثًا وله قوة فيخدم اكثر . وان
بنى الانسان القلاية من ماله فيخدم سنتين .

Canon VII. Babæi. *Monachum oportet per triennium in cœnobio ministrare. Illi deinde quinque argenti stateres ex communi arca ad cellæ constructionem dentur, & fratres universi eundem in prædicto opere adjuvent. Quodsi in monasterio cella vacaverit, expleto quadriennali ministerio illam accipiat. Si juvenis fuerit, & suppetant vires, diutiùs ministret. Si quis ære suo cellam ædificaverit, per biennium ministret.*

7 *Flebiles sermones Paracleticos.* Ecchell.

مُمَادِمُنُا سُنِيُا وِحُمُنُا

Sermones lamentabiles oratione ligata. Hottingerus, *sermones flebiles metricè.* Sed loco وِحُمُنُا *oratione metrica*, Sobensis habet, وِحُمُنُا *Consolationum*, ideſt, Paracleticos sermones : nimirùm de Defunctis.

8 *De silentio in corpore & spiritu.* Ita in textu Sobensis. Ecchell. legit لَا هُحُنُا *de silentio & regimine spiritus.*

CAPUT LXVIII.

Joseph Huzita.

Joseph 1 Videns item *scripsit*

Mille

1

NOTÆ.

1 *Joseph*, patria ܚܘܙܝܬܐ *Huzita*, dignitate Presbyter tertiusque à Narsete Scholæ Nisibenæ Rector ac Magister, magnam doctrinæ laudem editis mille nongentis tractatibus apud Syros Nestorianos consequutus est, adeò ut cognomento ܚܙܝܐ *Videntis*, seù *Prophetæ* fuerit decoratus. Claruit sub Patriarchis Ezechiele, Jesujabo Arzunita & Sabarjesu ab anno Christi 580. cum Babæo Archimandrita, cujus suprà memini, familiaritate conjunctus. Auctor fuit carminis Syriaci enneasyllabi, hoc est ex novem syllabis compositi, ut ex Amro suprà notavi, ubi de Narsete. Barhebræus citatus tom. 2. pag. 407. refert, ab eodem Josepho inductum hodiernum Syriacas voces proferendi Nestorianorum morem, qui ab Edessenis cæterisque Occidentalibus Syris discrepantes, vocali ⁊ *O* quam Edesseni in quibusdam vocibus pronunciant, vocalem ⁊ *A* perpetuò substituunt, ut cætera omittam, quæ Grammatici Syri de differentia utriusque lectionis observant. Verùm, ut loc. cit. notavi, non Syrorum Orientalium, qui Nestoriani audiunt, sed Occidentalium tàm Maronitarum quàm Jacobitarum lectio novitatis arguitur, quæ cum prisca Syrorum Chaldæorumque lectione minimè convenit. Quamobrem nil aliud videtur Barhebræus iis verbis indicasse, quàm Chaldæos Persasque è Schola Edessena Nisibin commigrantes, Edessenorum legendi morem ibidem retinuisse usque ad Josephi tempora, qui eo sublato, communiorem eandemque antiquiorem Chaldæorum lectionem restituit.

Josephi errores recenset Auctor collectionis Canonum Ecclesiæ Syro-Nestorianæ Cod. Arab. 36. tom. 2. pag. 507. his verbis: طيماثاوس الجاثليق قئرس يوحنا المعروف بدليانه ويوحنا افاميا ويوسف بمجمع من الابا . ولما اجتمعوا فاوضهم احوال الزمان والظلمة المشتملة عليه وانه لولا رحمة الله : للحق الناس ما لحق فى ايام الطوفان . وذكر ان قوما من الرهبان يتزيون بزى الملايكة ويرون من العالم ويجرى على ايديهم ضلالات عجيبه ومنهم يوحنا دليانه فانه قال بقول سفليوس واعتقد فى الابن والروح انهم قوى لا اقانيم وان الكلمة دعى لمّا لا لانه من الاب بل لان بيده خلق الاب الكل وان الخليقة تبصر خالقها . ومن هولا رجل يدعى بيوسف قال فى بعض اقاويله ان احببتم ان تقبلوا موهبة الروح فلا تعطفوا الى الصلاة والخدمة لكن اهربوا واستتروا فى المواضع المظلمة بحيث لا يسمعون ولا صوت عصفور ولم يعلم ان الروح حلت على السليحيين بشكل النور وفى النهار . وقال فى بعض المواضع اذا بلغ الانسان الى الكمال لم يحتاج الى الصلاة ولا الى المزامير ولا الى القراة ولا الى التعب فقد كمل . ومعلوم ان جسم المسيح ودمه يتقدس بالروح بتوسّط الصلاة الدايمة . وقال فى النفس انها ليس خلقت مع الجسم وانها كانت مع الله قديمة . وكان يفترى على اللاهوت ويقول انها تبصر . والاب يقول لا يبصرني انسان فيحيى والابن بانه هو الذى ابصر الاب حسب والروح كما قال فولوس ان انسان لم يبصره فى هذا العالم ولا يستطيع ان يبصره . ولهذا قطع هولا الابا من جسم البيعة مثل اريوس واونميوس وماقدونيوس وافولينياريس وفوريللس وساورى ولم يقبلوا كاثاناسيوس وباسيليوس وغريغوريوس وديادوروس وفم الذهب وثادوروس ونسطوريوس . وحرموا مجمع افسوس ومجمع كلقيدونيا لاجماع اصله فى القنومين انهما واحد . وهولا الابا المجتمعين مع مار طيماثاوس حرموا من يقول بان ناسوت سيدنا يبصر لاهوته ولا مخلوق من المخلوقات وان النفوس لا تحسّ بعد المفارقة الى ان يعود الى اجسامها وانه ليس ناسوت بلغ الكمال فى هذا العالم الا ناسوت المسيح . وحرموا من يقرا فى كتب يوسف الذى ذكرناه وفى كتب يوحنا دليانه ويوحنا افاميا ومن يقبلها فى خزانة عمر او فى قلايته فهو محروم وان ابتدى فى الصلاة بابون دبشميا ونختم به .

Timo-

Timotheus Catholicus Joannem cognomento Daliathenſem, & Joannem Apameenſem, atque Joſephum in Synodo condemnavit: in qua Patribus de illorum temporum ſtatu, deque errorum, quibus involvebantur tenebris diſſeruit: quodque niſi Dei miſericordia interceſſiſſet, ea mortales calamitas obruiſſet, quæ tempore diluvii eoſdem oppreſſit. Deinde ſubdidit, Monachos quoſdam perſonam Angelorum induere, & hominibus illudere, & mirum in modum illis errores varios propinare; ex quibus eſſe Joannem Daliathenſem, qui Sabellium ſequutus credidit Filium & Spiritum ſanctum non eſſe perſonas, ſed virtutes tantummodò: & Verbum Filium appellari non quod à Patre ſit, ſed quod Pater per ipſum mundum condidiſſet: adjecitque à creatura Creatorem ipſius videri. Alium præterea ex eodem grege JOSEPHUM dictum inter cætera dixiſſe: ſi donum Spiritus accipere cupitis, nolite ad orationem & miniſterium vos convertere, ſed hominum congreſſum fugite, atque tenebricoſa loca petite, ubi ne aviculæ quidem vox audiatur: nec illum animadvertere, Spiritum ſanctum in Apoſtolos deſcendiſſe ſub ſpecie ignis, & adulto jam die. Alicubi etiam ab eodem JOSEPHO hæc præterea jactari. Quum quiſpiam ad perfectionem pervenerit, illum oratione minime indigere, neque Pſalmis, neque lectioni, neque labore manuum, *quia jam perfectus eſt. Compertum autem eſſe Domini Corpus & Sanguinem, Spiritus operâ per continuam orationem conſecrari. Illum quoque affirmare, Animam unàcum corpore nequaquam creatam fuiſſe, ſed eandem cum Deo præexſtitiſſe: eundem inſuper adversùs divinitatem blaſphemaſſe, quum affirmaret, eam eſſe viſibilem. Contrarium verò à Patre dictum fuiſſe, dum ait:* Non videbit me homo, & vivet: *& à Filio, dum ait:* ipſe eſt qui Patrem vidit: *quemadmodùm etiam à Spiritu, Paulo prædicante:* quem nullus hominum vidit in hoc ſæculo, ſed neque videre poteſt. *Proptereaque à Patribus hos ab Eccleſiæ corpore abſciſſos fuiſſe, ut & Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Cyrillum, Severum: nec ab illis fuiſſe ſuſceptos, ut ſuſcepti ſunt Athanaſius, Baſilius, Gregorius, Diodorus, Chryſoſtomus, Theodorus, & Neſtorius: præterea anathematizatas fuiſſe Synodos Epheſinam & Chalcedonenſem, ex eo quod duas perſonas in unam coaluiſſe docuerint. Prædicti itaque Patres cum Timotheo congregati, anathemati ſubjecerunt aſſerentem ab humanitate Domini divinitatem ipſius videri, aut ab alia quacumque creatura: decreveruntque Animas poſt ſeparationem omni ſenſu carere, donec ad ſua corpora regrediantur; neque ullam præter Chriſti humanitatem, perfectionem attigiſſe in hoc ſæculo: eos præterea condemnarunt, qui JOSEPHI prædicti, & Joannis Daliathenſis, & Joannis Apameenſis libros legerent, aut in Bibliotheca monaſterii, ſeù in cella ſua haberent: præceperuntque, ut Canonicæ præces Oratione Dominica & inchoarentur & terminarentur.*

Exſtat apud Sobenſem in Epitome Canonum Synodalium Par. IX. cap. 6. *Epiſtola Synodica Timothei Patriarchæ* ſcripta in Synodo, quam is habuit anno Hegiræ 174. & confirmata in altera Synodo, quæ anno Hegiræ 189. celebrata fuit: in qua quum Hanani Adiabeni, Sahadunæ, & Eſaiæ Tahalenſis errores à Sabarjeſu & Jeſujabo Patriarchis præceſſoribus ſuis damnatos retuliſſet, ipſe Timotheus blaſphemias, ut vocat, Joſephi, Joannis Apameenſis, & Joannis alterius Daliathenſis explodit. Fragmentum ejus Synodicæ ſuprà retuli, ubi de Hanano Adiabeno,

Quod verò ad Joſephi errores ſuprà recenſitos ſpectat, obſervandum eſt, primum alterumque ex immoderato zelo ortos fuiſſe, quo Joſephus graſſantem per ea tempora in Aſſyriæ cœnobiis Meſſalianorum hæreſim inſectabatur: quum enim Meſſaliani totam hominis perfectionem in *Oratione* ſeù *oralibus precationibus* ita collocatam vellent, ut Sacramenta Eccleſiæ, jejunia, caſtigationes corporis, cæteraſque pias exercitationes reſpuerent; Joſephus ad alterum extremum abreptus, oratione rejecta, (vocali utique, ſeù orali, quæ in Pſalmodia lectionibuſque conſiſtit,) ſolam contemplationem ſeù orationem mentalem tamquam Spiritus ſancti donum, hominiſque perfectionem commendavit, cujus exercitationi abditos receſſus locaque obſcura & tenebricoſa apprimè accommodata eſſe dictitabat. Id enim ſibi volunt ea ipſius verba, *ſi donum Spiritus accipere cupitis, nolite ad orationem & miniſterium vos convertere, ſed hominum congreſſum fugite, atque tenebricoſa loca petite, ubi ne aviculæ quidem vox audiatur.* Et infrà. *Quum quiſpiam ad perfectionem pervenerit, Oratione minimè indiget, neque Pſalmis, neque lectione, neque labore manuum.* Qua in re non vocalem tantùm orationem à Meſſalianis unicè commendatam proſcripſit, ſed laborem etiam, ideſt, pia opera religioſaſque corporis exercitationes, quas tùm Catholici, tùm Neſtoriani adversùs Meſſalianos propugnabant. Quibus deliramentis proluſiſſe videtur poſtremis hujus temporis Hæreticis, qui ſimilibus propemodùm involucris, ſpecioſo nempè Contemplationis & altiſſimæ Orationis titulo, nefaria dogmata obtegere nituntur, quibus reipſa omnibus vitiis impunè graſſandi via aperitur, & egregiè communitur. Quod verò Animam dixit corpore priorem eſſe, ex Origenianis fabulis hauſit. Quod autem ait, *Divinitatem videri non poſſe*, quæſtio fuit temporibus Timothei mota, de qua hæc Barhebræus citatus tom. 2. pag. 287. *Ex his facilè diluitur ex pingui craſſâque minerva nata quæſtio, in quam offenderunt Neſtoriani ſub Timotheo eorum Catholico, aliis Divinitatem Domini noſtri ab ejus Humanitate videri aſſerentibus, aliis negantibus. Quod ſi ad hoc directi fuiſſent, ut oculos corporeos, qui incorporeum quidquam videre nequeunt, ab oculis animæ, quibus id permiſſum eſt, diſtinguerent, non adeò adversùs invicem exarſiſſent, ut ſe mutuò citra cauſam anathematizarent.* Joſephus ab anima, non à corpore Deum videri poſſe affirmaverat. Timotheus igitur quoad hoc, non Joſephus damnandus fuit. Uterque tamen in eo erravit, quod Animas corporibus ſolutas ſenſu actioneque carere dixit uſque ad reſurrectionis diem: qui fuit etiam Babæi error, ut ſuprà notavi.

De-

Mille nongentos tractatus,
Ex quibus 1 hæ utiles lucubrationes sunt.
2 De Theoria & modo.

Liber Thesaurarii, in quo
Solutio abditarum quæstionum.
De *casibus* (adversis) 3 & flagellis.
4 Expositio libri 4 mercatoris.

Liber historicus
5 De Paradiso Orientalium
In duos tributus tomos,
Cui Ecclesiastica immixta est historia.

Ex-

Denique quod statuit Timotheus de Oratione Dominica initio & in fine Precum recitanda, id ampliatum postea ab Ebedjesu Patriarcha, qui circa annum Christi 1080. instituit, ut binis quibusque Precibus Oratio Dominica intermisceretur. Vide tom. 2. pag. 448. ubi dissidium hac de re natum refertur inter quosdam Nestorianos, & inter Machicham Patriarcham, qui inductum à præcessore suo Ebedjesu morem abrogare conatus fuerat.

Ecchellensis in Not. ad hunc Catalogum pag. 156. quandam Josephi precationem laudat, quam is in sacra Liturgia recitabat: & ad calcem Eutychii Vindicati in Indice Auctorum num. 40. affirmat eandem Syriacè exstare in Biblioth. sanctæ Crucis in Hierusalem.

1 *Mille nongentos tractatus, ex quibus hæ utiles lucubrationes sunt.* Ecchell. ﻣﺎﺋﺔ ﻭﺗﺴﻌﻤﺎﺋﺔ ﻣﺼﻨﻒ ﻣﻨﻬﺎ ﻣﺎﺋﺔ ﻭﺗﺴﻌﺔ ﻭﺗﺴﻌﻮﻥ ﻣﺼﻨﻔﺎ ﻣﻨﻬﺎ ﻣﺎﺋﺔ ﻭﺗﺴﻌﺔ ﻭﺗﺴﻌﻮﻥ ﻣﺼﻨﻔﺎ ﻣﻨﻬﺎ ﻣﺎﺋﺔ ﻭﺗﺴﻌﺔ ﻭﺗﺴﻌﻮﻥ ﻣﺼﻨﻔﺎ ﻣﻨﻬﺎ

Joseph Videns conscripsit mille nongentos libros, ex quibus sunt (liber) *de præstantia Jejuniorum:* haud rectè: non enim habet Sobensis ﻭﻫﺬﺍ ﻛﺘﺎﺏ ﻣﻦ ﺍﻟﺼﻮﻡ ﻭﻓﻀﻠﻪ ﻭﻫﻮ ﻣﻦ ﺟﻤﻠﺔ ﺍﻟﻜﺘﺐ ﺍﻟﺘﻲ ﺻﻨﻔﻬﺎ ﻳﻮﺳﻒ

ex quibus (liber) *de præstantibus Jejuniis*, seù de præstantia Jejuniorum: sed ﻭﻫﻮ ﻣﻦ ﺟﻤﻠﺔ ﺍﻟﻜﺘﺐ ﺍﻟﺘﻲ ﺻﻨﻔﻬﺎ ﻳﻮﺳﻒ

ex quibus (hæ) *utiles, seù præstantes lucubrationes sunt.* Ubi Sobensis ex mille nongentis tractatibus à Josepho editis hosce dumtaxat à Nestorianis probari ostendit, quos ipse commemorat: reliquos enim Timotheus Patriarcha, ut suprà dixi, tamquam hæreticos damnavit.

2 *De Theoria, & modo*: idest, de specu-

ﻣﻘﺎﻟﺔ ﻓﻲ ﺍﻟﺼﻮﻡ ﻭﻓﻀﻠﻪ ﻭﻫﻮ ﻣﻦ ﺟﻤﻠﺔ ﺍﻟﻜﺘﺐ ﺍﻟﺘﻲ ﺻﻨﻔﻬﺎ ﻳﻮﺳﻒ

latione & praxi. Hottingerus hunc Josephi librum cum sequenti sic comparat pag. 235. *Theoria, in qua methodus eadem, quæ in libro Thesaurarii*: deceptus editione Catalogi ab Ecchellensi facta, in qua *Theoriæ & modo* particula *de*, quæ proponi debuerat, ex typographorum oscitantia postponitur, & cum libro Thesaurarii conjungitur hunc in modum: ﻣﻘﺎﻟﺔ ﻓﻲ ﺍﻟﺼﻮﻡ ﻭﻓﻀﻠﻪ ﻭﻫﻮ ﻣﻦ ﺟﻤﻠﺔ ﺍﻟﻜﺘﺐ ﺍﻟﺘﻲ ﺻﻨﻔﻬﺎ ﻳﻮﺳﻒ

quod ita vertas: *Theoria & modus de libro, seù juxta librum Thesaurarii &c.* sed ex ipsa Ecchellensis interpretatione error typographorum deprehendi potuerat: ait enim pag. 61. *de Theoria & modo; liber Thesaurarii &c.*

3 *De casibus & flagellis*. Nimirùm de peste, quæ sub Josepho & Ezechiele Patriarchis in toto Oriente grassata est; deque persecutione à Chosroë Rege in Nestorianos mota, quam suprà descripsi, quum de Babæo archimandrita differui. Ecchellensis vocem ﻣﺮﺩﻭﺛﺎ *mærduotho*, quæ flagella pluraliter significat, pro *defectione* seù rebellione usurpat. Hottingerus librum Josephi de calamitatibus sui temporis, unum eundemque facit cum libro Thesaurarii, in quo solutio abditarum quæstionum continetur: ait enim: *Theoria, in qua methodus eadem, quæ in libro Thesaurarii, in quo quæstiones solvuntur abditæ de accidentibus & castigationibus.* Quod autem subjungit, Ecchellensem notans, *nescio cur habeat Ecchellensis de defectibus*, videtur in corruptam editionem incidisse, in qua pro *defectionibus* de defectibus legitur.

4 *Expositio libri mercatoris*: malè Hottingerus, *liber mercatoris*. Videtur esse Esaias Abbas, quem *Mercatorem* fuisse affirmat Palladius in historia Lausiaca cap. 14.

5 *Liber historicus de Paradiso Orientalium, in duos tributus tomos, cui Ecclesiastica immixta est historia*. Haud rectè Ecchellensis,

liber

Expositio visionis Ezechielis. ܦܫܩܘܩ ܚܙܘܬܐ ܕܝܚܙܩܐܠ .
De causis celebriorum festivitatum. ܥܠܬܐ ܕܥܝܕ̈ܐ ܫܓ̈ܝܐ .
1 Explanatio 1 capitum scientiæ, ܦܫܩܘܩ ܪ̈ܫܐ ܕܝܕܥܬܐ :
2 Cum 2 expositione Dionysii. ܥܡ ܦܫܩܘܩ ܕܕܝܘܢܣܝܘܣ .
3 Præterea expositio 3 Visionis, ܘܒܬܪ ܗܕܐ ܦܫܩܘܩ ܚܙܘܬܐ
Quam vidit S. Gregorius. ܕܚܙܐ ܩܕܝܫ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ .
Epistolæ denique de sublimi ܘܐܓ̈ܪ̈ܬܐ ܒܣܘܦ ܥܠ ܪܝܫܢܘܬ
Regimine monachatus. ܡܢܙܚܐ ܘܢܝܚܐ ܘܡܬܚܢ̈ܐ .

CAPUT LXIX.

Joannes Daliathensis.

4 Joannes 4 Daliathensis ܝܘܚܢܢ ܕܥܠܝܬܐ

Duos ܬܪ̈ܝܢ

Liber enarrationum Paradisi Orientalium in duos tributus tomos, unus liber miscellaneorum de Ecclesiastica historia. Dicitur *Paradisus Orientalium*, ut à Paradiso Occidentalium, quem Ananjesu monachus sub Georgio Patriarcha in Syriacum è Græco convertit, & à Paradiso minore, quem David monachus concinnavit, distinguatur. Vide suprà pag. 49.

1 *Explanatio capitum scientiæ*: ideſt, capitum gnosticorum Evagrii, de quibus suprà pag 95.

2 *Cum expositione Dionysii*. Syris, Græcisque quotquot Dionysium Areopagitam expostuere, antiquior videtur esse Josephus, qui sexto exeunte sæculo claruit. Fragmenta autem Syriaca quæ hoc titulo ...

Raban (hoc est magistri nostri) *Sophistæ* (seù disputantis) *ex commentariis in Dionysium*, prænotantur, fortasse ad hunc Josephum referenda sunt: nam titulus ille *Raban*, monachis apud Syros tribuitur: qualem Josephum fuisse, ex suprà dictis liquet. Vide tom. 1. pag. 468.

3 *Expositio Visionis S. Gregorii*. In codice Arabico Bibliothecæ Collegii Maronitarum de Urbe Syriacis literis exarato anno Græcorum 1861. Christi 1550. extat *apocrypha Visio S. Gregorii Nazianzeni*, Quæstionibus ejusdem S. Doctoris & Basilii Magni subjuncta, hoc titulo: معراج غريغوريوس القديس صعد هذا القديس الروحاني وخطفت روحه واحد وعشرين يوم بادن الله تعالى

Ascensus S. Gregorii. Ascendit hic sanctus spiritualis, raptusque fuit ejus spiritus uno & viginti diebus permissu Dei &c. Initium: انا غريغوريوس العبد الخاطي المقصر على نفسي بكل اثم الخ

Ego Gregorius servus peccator, qui me peccatorum omnium maximum confiteor &c. Narrat autem quisquis est auctor hujus falsæ Apocalypseos, S. Gregorium ad tertium cœlum raptum, vidisse loca in Paradiso cœlesti præparata sanctis Episcopis, Sacerdotibus, Diaconis, orphanis, viduis, pauperibus, regibus, captivis, injurias & calumnias pro Christi nomine passis, pueris fidelium, cæcis, claudis aliisque corporis defectibus affectis: item loca in Inferno destinata peccatoribus, regibus, divitibus, ariolis, magis, veneficis, Annæ, Caiphæ, Judæ, Herodi, obtrectatoribus, mendacibus, mulieribus abortum procurantibus, Patriarchis, Metropolitis, Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & Apostatis. In hosce enim titulos divisa est Revelatio, quam sub S. Gregorii nomine ab otioso aliquo monacho in Syria scriptum, Josephus Huzita tamquam genuinum Nazianzeni fœtum commentariis illustravit.

4 *Joannes*, cognomento *Saba*, seù *sanctus senex*, ex loco, ubi monachum egit, *Dilaita* juxta nonnullos, seù *Dilaitensis* appellatus; veriùs id nomen ex patria *Daliatha* accepit. Est autem *Daliatha*, seù Arabicè الدالية *Al-Daliato*, urbecula Mesopotamiæ ad Occidentalem Euphratis ripam posita, longitudinis gradus habens 65. 30. latitudinis 34. teste Abulpheda in Tabulis geographicis num. 250. Claruit medio sexto sæculo,

Isaa-

1 Duos [1] item libros edidit:
2 Cum Epistolis [2] compunctoriis
De institutione monastica.

ܠܘܬ ܟܬܒ̈ܐ ܬ̈ܪ̈ܝܢ ܐ̈ܦ ܗ̈ܠܝܢ :
ܥܡ ܐܓ̈ܪ̈ܬܐ ܣܬ̈ܝ̈ܡ̈ܬܐ
ܘܠܐ ܬ̈ܘܣ̈ܝ̈ܬܐ ܕܢ̈ܡ̈ܘܣ̈ܐ .

CAPUT LXX.

Isaac Ninivita.

3 Isaac [3] Ninivita septem tomos [4].
4 Composuit de regimine spiritus,
De divinis mysteriis,
De judiciis, & de politia.

ܐ̈ܣ̈ܚܩ ܢ̈ܝܢ̈ܘܝܐ ܥ̈ܒ̈ܕ ܫ̈ܒ̈ܥܐ
ܣ̈ܓ̈ܝ̈ܐ ܕ̈ܪ̈ܘ̈ܚ̈ܐ ܘ̈ܪ̈ܙ̈ܐ :
ܠ̈ܐ ܘ̈ܕ̈ܝ̈ܢ̈ܐ ܘ̈ܕ̈ܝ̈ܢ̈ܐ :
ܠ̈ܐ ܘ̈ܕ̈ܝ̈ܢ̈ܐ ܘ̈ܣ̈ܝ̈ܡ̈ܐ :
ܘ̈ܣ̈ܝ̈ܡ̈ܐ ܕ̈ܡ̈ܕ̈ܝ̈ܢ̈ܐ .

CA-

Isaaco Ninivitæ & Josepho Huzitæ æqualis. Ejus scripta damnavit Timotheus Nestorianorum Patriarcha, tamquam Sabellianum errorem olentia, & quod Deum à creaturis videri posse dixisset, ut suprà observavi pag. 101. Verùm tàm Syriaca, quàm Arabica Joannis opera, quæ in Vaticana Bibliotheca habemus, mihi evolventi, nullus circa mysterium Trinitatis error occurrit; sed ubique de Patre, de Filio, & de Spiritu sancto rectè sentire deprehenditur, ac præsertim serm. 17. qui *de contemplatione sanctæ Trinitatis, seù trium adorabilium Personarum* inscribitur, ubi Filium & Spiritum sanctum æquè ac Patrem *Personas*, non *Virtutes* appellat. Vide tom. 1. pag. 439. Quod verò Deum asserit à creaturis videri posse, in hoc Timotheus, non Joannes erravit, ut suprà dixi pag. 101. Videtur itaque Joannes ideò à Timotheo damnatus, non quia Sabellianus fuit, ut Timotheus ad conciliandam ei invidiam temerè affirmat; sed quia à Nestorianis erroribus, instar Isaaci Ninivitæ & Sahadunæ Garmæorum Episcopi, abhorruit: Orthodoxos enim fuisse Joannem, Isaacum, & Sahadunam (etsi in Assyria vixerint,) liquet ex dictis tom. 1. pag. 433. & tom. 2. pag. 492.

1 *Duos libros edidit.* Unus dumtaxat in Bibliotheca Vaticana exstat, Sermones XXX. continens, quos recensui tom. 1. à pag. 435. Ex his verò nonnullos in Græcis exemplaribus ad Isaacum Ninivitam malè referri, observavi ibidem pag. 436. 437. 440. 456. & 457.

2 *Cum Epistolis compunctoriis.* Duodequinquaginta Arabicè recensui cit. tom. 1. à pag. 441.

3 *Isaac Ninivita*, in cœnobio S. Matthæi apud Niniven primùm monachus, mox Ninivitarum Episcopus, demùm abdicata dignitate in Scetensem eremum secessit, ubi vita functus est. Claruit exeunte sæculo sexto, Simeoni juniori Stylitæ æqualis, ad quem literas scripsit. Opera ejus è Syriaco sermone non modò in Arabicum translata sunt, sed etiam in Græcum à Patricio & Abrahamio monachis S. Sabæ, qui tamen non integros *septem Isaaci tomos*, sed *sermones* dumtaxat XCVIII. interpretati sunt: exstant autem mss. in Biblioth. Vaticana, ex quibus quinquaginta tres, licet mutili, confusi, & continua oratione sub titulo *libri de contemptu mundi*, latinè prodierunt in Bibliotheca Patrum tom. XI. edit. novissima. idque perperàm sub nomine *Isaaci Presbyteri Antiocheni*, ut notavi tom. 1. à pag. 444. ad pag. 463. ubi gesta ejus & scripta recensui, monuique nostrum hunc Isaacum Ninivitam à cognomine sancti Ephræmi discipulo, & ab altero qui propè Spoletum diem clausit, differre.

4 *Septem tomos.* Ex his unum Syriacè & quatuor Libros Arabicè habemus in Bibliotheca Vatic. Vide tom. 1. à pag. 446. Laudantur autem ab Isaaco præter Antonium magnum, Macarium, Evagrium, Marcum, Isaiam Abbatem, Joannem Thebæum, & Athanasium in vita S. Antonii, *Dionysius Areopagita* in libro de cœlesti Hierarchia, & *Jacobus Sarugensis*.

CAPUT LXXI.

Jesujabus Gadalensis.

1 Jesujabus 1 Gadalensis fecit
Commentarium in Davidem:
Et Epistolas: & Narrationes:
Et Orationes variis de rebus.

ܝܫܘܥܝܒ ܓܕܠܝܐ ܥܒܕ
ܦܫܩܬܐ ܘܡܐܡܪܐ :
ܘܣܗܕܘܬܐ ܘܫܓܝܐ :
ܘܡܠܠܐ ܫܬܝܬܐ ܒܫܬܝ ܥܢܝܢܐ .

NOTA.

1 *Jesujabus* in Gadala Arabiæ pago natus, literis in Schola Nisibena operam dedit: mox ad Episcopatum Baladæ promotus, demùm Catholici dignitatem post obitum Gregorii Nestorianorum Patriarchæ obtinuit incunte regnum Persicum Siroé, ut ex Thoma Maragensi ostensum est tom. 2. pag. 417. hoc est, anno Christi 629. ut Pagius probat. Non enim Barhebræo assentior, qui Jesujabi ordinationem *ad annum Græcorum* 937. *Arabum* 7. confert: nam annus Græcorum 937. in Christi annum 626. convenit, quo Chosroës Siroïs pater in vivis adhuc erat: annus verò Arabum seù Hegiræ septimus non anno Græcorum 937. sed 940. respondet.

Idem Barhebræus scribit Jesujabum à Siroë pro pace cum Romanis facienda allegatum, à suis Nestorianis tamquam avitæ sectæ proditorem accusatum fuisse, testemque citat Barsumæ Episcopi Susæ Epistolam, in qua sic ille hominem reprehendit: *nisi tria Ecclesiæ luminaria, nempè Diodorum, Theodorum, ac Nestorium damnasses, & Cyrillum suscepisses, eamque vocem, DEI GENITRIX MARIA, protulisses; haudquaquam tibi permisissent Græci, ut Liturgiam ad eorum Altaria celebrares. Ecquam igitur ad eos Apologiam producis, quibus præes, & quorum Sedem occupas?* Hinc nomen Jesujabi statim atque in Assyriam rediit, ex Diptychis expunctum fuit. *Sed facta postmodùm ab eo Apologia* (inquit idem Barhebræus) *quod Græcis haudquaquam consensisset, & quia* Siroës Persarum *Rex eum adjuvabat, contradicere ei nequivere. Eum itaque susceperunt, iterùmque nomen ipsius proclamatum fuit.*

Amrus non à Siroë missum Jesujabum tradit, sed à Borane Siroïs sorore, quæ in alio exemplari *Morane* dicitur tom. 2. p. 418. Quum enim Ardasciri, qui post Siroëm patrem regnaverat, cædem descripsisset, de Borane subjungit. ثم قتل اردشير وجلست بوران بنت كسرى فى الامر لانه لم يبق من نسل الملك غيرها . وسّر الناس بها وضربت الدنانير وانفذت ايشوعيهب الجاثليق برسالتها الى ملك الروم وصادفه بحلب وادّى الرسالة وقبلت

الهدايا . وكثر تعجّب ملك الروم من تقلّد امراة وفرح بالجاثليق وسّر بعلمه وما اوتيه من الامانة وشفعه فيما قصد من قضا حوايجه وسال ان يقدّس القربان ليتقرّب من يده . ففعل وسلّم اليه نسخة الامانة وتقرّب وجماعة بطارقته من يده .

Ardasciro extincto, regnavit Borane Chosroïs filia, quæ sola ex regia stirpe supererat, cunctis lætitiæ signa edentibus, nummisque ejus nomine cusis. At illa Jesujabum Catholicum datis ad Romanorum Imperatorem literis misit. Jesujabus verò quum Alepi Imperatorem reperisset, literas ei & dona reddidit. Qui mulierem regno præfectam vehementer admiratus, Catholicum lautè excepit, doctrina fideque hominis, quam is exposuerat, oblectatus: & quidquid Patriarcha ab ipso postulaverat, impetravit. Vicissim rogavit, ut Jesujabus Liturgiam faceret, confectamque sibi Eucharistiam porrigeret. Quod ille exequutus est, traditoque ipsi fidei suæ libello, Imperatorem Patricioque ejus sacra Eucharistia refecit.

At Thomas Maragensis ab Amro dissentiens, Barhebræo quidem consonat, quum Jesujabum à Siroë missum dicat; verùm Nestorianos errores non à Jesujabo, sed à Sahaduna Garmæorum Episcopo illius legationis socio defertos testatur lib. 2. histor. monast. cap. 4. his verbis: ܘܒ ܒܫ ܡܕ ...



Quum autem Siroës rerum potitus, impensè cuperet pacatum habere regnum, atque turbas, dissidia, rapinas, malaque omnia, quæ sub Chosroë rege parente suo rempublicam perturbarant, removere; quumque ejus jussu atque gratia, ut qui tranquillitatem amaret, omnibus Ecclesiis in Persarum ditione constitutis pax reddita fuisset; Jesujabum Arabem Patriarcham pridem creatum rogavit, ut cum Metropolitis & Episcopis, quos ipse ex Orientali ditione selegisset, ad terras Romanorum regiis cum literis, regiisque itidem impensis proficisceretur. Sperabat enim eorum operâ sapientiaque omnia dissidia & simultates, quæ Persas inter & Romanos hactenus exarserant, dissipatum iri, pacemque inter utrumque Imperium perfectè coalituram. Jesujabus itaque Sirois clementissimi Principis mandato obsequutus, itineris socios elegit Cyriacum Nisibis, Paulum Adjabenes, & Gabrielem oppidi Beth-Seleuciæ Metropolitas, & Episcopos alios viros exercitatos, judicio sapientiaque præditos: qui omnes Metropolitæ & Episcopi Catholicum unàcum sancto nostro Jesujabo Ninives Episcopo, & Sahaduna in ea legatione sequuti sunt. Christi itaque Domini nostri ope, qui sæcula custodit & utrasque terras, sed & universum curat & gubernat, factum est, ut prædictis Pastoribus ea legatio feliciter cederet, & à Romanis perhumaniter susciperentur velut Angeli Dei; & per hunc modum omnes curæ & labores gravissimi, quibus in itinere tam longo afflicti fuere, sanctis illis in profectum prosperè evenirent, & ad suam quisque Sedem sospites postliminio reverterentur.

Subjungit clam ablatam à Jesujabo Ninivita Patriarchæ socio Arcam, in qua Sacra Apostolorum lipsana custodiebantur: & in cœnobium Jacobi in Beth-Abe advectam.



Accidit itaque (inquit) ut prædicti Sancti viri Antiochiam venirent, & in quadam Ecclesia ad multos dies ibidem manerent: quando noster iste Jesujabus (qui ex Archimandrita cœnobii Jacobi in Beth-Abe ad Episcopatum Ninives, deinde ad Patriarchatum Nestorianorum evectus fuit) Arcam pario marmore fabrefactam & adorandæ Crucis signo decoratam vidit, geminosque Cherubim, qui simul conjuncti currum gloriæ eidem formare videbantur. Quum verò per eam Arcam multa ibi patrari miracula videret, atque Beatorum Apostolorum lipsana ibidem asservari didicisset; eo thesauro fruendi desiderio vehementissimè exarsit, multisque precibus Deum rogare cœpit, ut illa benedictio in has terras ipsius operâ transferretur. Postquam autem omnes quas excogitare poterat obsecrationes precesque

adhi-

adhibuisset, ignoraretque quid tandem consilii caperet, rem Deo committere statuit, ut quod Jesujabus humano consilio agebat, Christus divina pietate tegeret, ipsique condonaret: quod & fecit, Arcamque furatus, secum huc asportavit cum omni honore, qualis sanctæ Margaritæ in eadem inclusæ debebatur. Rem autem ita se habuisse, certo documento comperimus, quod ad hanc usque diem Antiochiæ hujus facti frequens & celebris fama manet, ita ut ad nos etiam manaverit nobis à nostris in hoc cœnobio senioribus tradita. Ubi Sacrarum Reliquiarum cultum non modò apud Catholicos, verùm etiam apud ipsos Nestorianos antiquissimum fuisse, obiter observa.

Demùm de Sahadunæ, quam vocat, apostasia, hoc est, ab erroribus Nestorianis ad Catholicam veritatem conversione, hæc idem Maragensis.



Quum autem prædicti Sancti terras Romanorum ingressi, circa Apameam per aliquot dies commorari decrevissent, aliquam ex præterito labore relaxationem & quietem habituri; occurrit cœnobium quoddam hominum hæresi infectorum (ita orthodoxos scriptor Nestorianus traducit) *& ab orthodoxa fide dissidentium. Placuit itaque illos cœnobitas adire, & cum ipsis de præsentibus controversiis disputare. Adfuit inter cæteros sanctus & beatus Joannes Episcopus Chrisstianorum, qui in agro Damasceno dispersi habitant, vir eximius & divinus, qui signa & prodigia Apostolica in illis regionibus patrarat, ita ut ad hunc usque diem ejus continentiæ & excelsæ sanctitatis mores cum laude referantur. Illique additus est comes Mar Jesujabus noster & Sahadunas. Obviam itaque illis venientes cœnobitæ, cœptâque disputatione cum istis tribus lucidissimis luminaribus, obstupuere, statimque intellexerunt, festucam propriæ doctrinæ, quanta quanta erat, nec ad modicum resistere posse igni rectæ sapientiæ, aut validis demonstrationibus Orientalium. Victi igitur discipuli senem quendam ejusdem monasterii præfectum sumque magistrum adeuntes: nostrum, ajunt, laborem curamque omnem in addiscendis nostris dogmatibus positam, tres Episcopi, qui à Rege Persarum missi ad nos modò diverterunt, vicere & inanem fuisse ostenderunt. Erat impius ille senex, sicut ab aliis delapsa per manus narratione intellexi, magicis artibus deditus. Mandat itaque discipulis, ut homines ad se introducant, illos videndi desiderium præseferens, reipsa ut de mota quæstione eos audiret. Hîc verò quum beati Jesujabus & Joannes senem adituros se negassent, ex aspectu* (nam Diabolum referebat,) *ejusdem impietatem suspicati; Sahaduna eruditioni intelligentiæque suæ confisus, ad senem accedere ausus est, rogatusque à sociis, ne id committeret, minimè assensus fuit. Fe-*

CAPUT LXXII.

Jesujabus Arzunita.

1 Jesujabus 1 Arzunita
Scripsit adversùs Eunomium:

ܝܫܘܥܝܒ ܐܪܙܘܢܝܐ
ܗܘ ܕܟܬܒ ܥܠ ܐܘܢܘܡܝܘܣ :

nec

ܠܐ

runt, quum Sahaduna ad illum ingressus fuisset, ejusque senectutem & canitiem aspexisset, ipsius dexteræ caput illum submisisse: atque credunt, hoc facto Sahadunæ mentem ab orthodoxa fide, quam hactenus tenuerat, alienatam fuisse; atque inde factum, ut paulatim ac temporum processu Sahaduna libros composuerit orthodoxæ fidei duarum naturarum & duarum hypostaseon in unam Personam Filii coëuntium contrarios. Quamobrem Sanctus Mar Jesujabus Adjabenus Catholicus postea creatus (nimirùm post Maremem Jesujabi Gadalensis successorem,) *Sahadunam ab Ecclesia ejecit, juxta vaticinium de ipso redditum à Barita monacho veritatis.* Hucusque Maragensis de Jesujabo Gadalensi, deque Jesujabo Ninivita & Sahaduna, quos ille suæ legationis socios adhibuerat.

Barhebræus loc. cit. quum Mahometum Arabum pseudo-prophetam temporibus Jesujabi Gadalensis innotuisse narrasset, hunc cum Saido Nagranensium Christianorum principe hominem adjisse scribit, oblatisque ingentibus donis diploma impetrasse, quo Mahometus Christianos Arabibus commendabat.

Eadem leguntur apud Amrum in vita Jesujabi. ثم ملك على الفرس يزدجرد . وظهر عند نظره فى السما كالرمح من اليمين الى الشمال وانبسط فى المشرق والمغرب ومكث خمسة وثلثين يوما . وقيل ان ذلك لظهور ملك العرب. وكانت ايام ملك الفرس اربع مائة وثمانين سنة . ثم ظهر الاسلام. فكان هذا الفطرك يكاتب صاحب شريعة الاسلام ويهدى له ويساله الوصاه برعيته فى نواحيه. فاجابه الى ذلك وكتب لاصحابه كتبًا بليغة مؤكدة وبره صاحب الشريعة ببركان فيه عدة من الابل وثياب عدنية . وتسادى ذلك الى ملك الفرس فانكر على الفطرك فعله ومكاتبته وخاصة عند ورود هداياه . فداراه الى ان سلم منه وعاش الى ايام عمر ابن الخطاب فكتب له كتابًا موكدًا بالحفظ والحياطة وان لا توخذ من اخوانه وخدامه الجزية واشياعه ايضًا . وهذا الكتاب محتفظ الى هذه الغاية .

Deinde, inquit, *regnum Persarum tenuit Jezdegerdes, cui in cœlum aliquando suspicienti visa est hasta ab austro in aquilonem vergens, & ab Oriente usque ad Occasum porrecta: idque spatio quinque suprà triginta dierum. Ferunt Arabum regnum per ea tempora exortum eo monstro indicatum fuisse. Duravit autem Persarum regnum annos* 480. (in alio exemplari, annos 385. Imò annos 410. vel 411. nam Regnum Persarum cœptum fuit juxta Dionem & Agathiam anno Alexandri Macedonis 538. quem Pagius in annum Christi 226. Syri verò in annum sequentem conferunt; desiit verò secundùm Scriptores Orientales anno Hegiræ 16. qui anno Christi 637. respondet.) *mox Islamismus* (hoc est, Mahometica lex) *apparuit. Literas verò hic Patriarcha* (Jesujabus) *ad auctorem legis Islamiticæ dabat, missisque ad eum donis rogavit, ut subditos suos in ipsius terris commorantes commendatos habere vellet. Annuit ille, scripsitque hac de re egregium diploma, additis insuper camelis vestibusque Adeniticis, quas Jesujabo dono dedit. Quod quum ad Regem Persarum delatum esset, conquestus ille est de Patriarcha, quod nimirùm ad hominem illum scripsisset, donaque ab eo accepisset. At Jesujabus factum excusando, iram Regis lenivit: vixitque usque ad tempora Omari Ben-Alchettabi, à quo diploma cautionis accepit, utque ipse fratresque ejus ac famuli sectatoresque à tributo immunes essent. Servatur autem hujusmodi diploma usque in præsentem diem.* Hæc Amrus.

Obiit Jesujabus anno Græcorum 958. Christi 647. quum annos undeviginti, hoc est incompletos, sedisset, ut auctor est Amrus laudatus tom. 2. pag. 416. qui pag. 418. tres ejus libros commemorat: *Primum in capita divisum, quo hæsitantes in fide reprehendit. Alterum de nominibus ac rebus, quæ scripturâ quidem conveniunt, sed voce differunt; deque iis, quæ voce conveniunt, & sensu differunt. Tertium de Sacramentis Ecclesiæ in duas suprà viginti interrogationes totidemque responsiones distributum:* quem tamen Sobensis ad Arzunitam Jesujabum refert, ut cap. seq. palàm fit.

1 *Jesujabus* ex Arzunitarum Episcopo post Ezechielis obitum in Patriarcham Nestorianorum sub Hormisda Persarum Rege electus, quum Naamanem Arabum Christianorum regem adjisset, ut eum si fieri posset, ad suam sectam è Jacobitica pertraheret, obiit in tabernaculis Maaddenorum sub Chosroë Abruizo Hormisdæ filio anno regni ejus

sex-

Nec non adversùs quemdam Episcopum
Hæreticum disputationem instituit:

Item

ڡڪڡڡڪ ڡڡڡڡڪ
ڡڡڡڡڪ ڡڡڡڡڪ .

ڡڡڡڡ

والنعمان ابن المنذر ملك العرب كان شديد التمسك بدين الحنفا يعبد العزّى وهو كوكب الزهرة . فلحقته ضربة من الشيطان لم ينفعه كهنته شى . فشفاه شمعون اسقف الحيرة وسربشوع اسقف لاشوم وايشوع رخا الراهب فتنصّر واعتمد وولداه المنذر والحسن بعده . وكان الحسن اشدّهم تمسّكا بالنصرانية وكان لا يمنع تقدم المساكين اليه اذا دخل البيعة .

وانفذ ملك الفرس الى موريقى ملك الروم بهدايا ورسايل واشيا التمسها . فقبلت منه الهدايا واكرم ايشوعيب وعظمت مرتبته . وقال له الملك ان من الجمع الذى كان بقلكيدونية انقطعت بيننا الكتب وبينكم ولسنا ندرى مقالتكم ثابتة كما لم تزل او غيرتم منها شيئا . فاريد ان تكتب الىّ مقالتكم لاقراها وانظر كيف هى . فكتب له المقالة المشرقية فلما قراها استصوبها هو والفطرك الذى كان بحضرته وساله ان يقدّس القربان فى بيعتهم ليتقرّبوا منه ويتقرّب هو من القربان الذى يقدّسه فطركهم . ففعل ذلك وقال انما ننكر عليكم انكم حرمتم رجلا لا يجب تحريمه فانقلبتم الى الخلاف والى الامانة الضعيفة . فقال له الملك ان كان نسطوريوس يقول بهذه المقالة التى كتبتها فليس هو محروم وان كان يقول بغيرها فهو محروم فلا معنى لذكره . انتم لنا ونحن لكم وانصرف على هذا . وتوفى بعد خمسة عشر سنة ودفن بالحيرة فى دير هند اخت النعمان .

Jesujabus Arzunita Catholicus ex Ba-Arbaja (seù Beth-Arabia, hoc est, Arabum pago) *oriundus, vir præstantissimus, Nisibi sub Abrahamo Commentatore* (idest, Scholæ Nisibenæ Doctore) *literis operam dedit: mox Arzuni Episcopus creatus fuit. Illum Rex Hormisdas amavit atque in honore habuit, eo quod frequenter ad ipsum de copiis Romanorum scriberet. Quum ergo Ezechiel obiisset, & exorta fuisset quæstio de eo, & de Job Commentatore, causaque ad Regem delata fuisset, Jesujabum ad Thronum promoveri jussit. Quamobrem congregati Patres Jesujabo principatum detulerunt, & universi ad regem introissi, ab eodem præcipuo honore affecti sunt, & ad pro-*

Item

sexto. Cadaver in cœnobio Hendæ Naamanis filiæ, quæ monasticum habitum induerat, conditum. Sedit annos quindecim. Hæc summatim Barhebræus.

Amrus Jesujabi Vitam fusius describens, hunc ait non modò Persarum Regibus Hormisdæ & Chosroï, sed etiam Mauricio Imperatori acceptum fuisse; Naamanem verò non Jacobiticam, ut Barhebræus asserit, sed Nestorianam sectam coluisse: Hendam denique Naamanis sororem, non filiam fuisse. Verba ejus, etsi quoad Jesujabi aliorumque Nestorianorum virtutes & miracula fidem nequaquam merentur, accipe.

ايشوعيهب الارزنى الجاثليق من اهل باعربايا وكان فاضلا وتعلم بنصيبين على ابراهيم المفسّر واسيم اسقفا على ارزن وكان هرمزد الملك يحبّه ويكرمه لانه كان يكاتبه باخبار جيوش الروم . فلما مات حزقيال ووقع التشاجر فى معناه ومعنى ايوب المفسّر وانتهى الامر الى الملك امر باجلاس ايشوعيهب وحضر الابا وعقدوا له الرياسة ودخلوا كلهم على الملك فاكرمهم وردّ الابا الى كراسيهم بكرامة وتقدم الى عماله باخذ رايهم فى الامور وغلظ ذلك على المجوس . وعمل قوانينا وفسّر الرازين . وكان الحد بين مملكتى الروم والفرس نصيبين . وظهر فى ايامه جماعة من الرهبان وبنى كل منهم عمرا واقام اسكولا .

وتقلد ملك الفرس كسرى ابروبز بن هرمز عند خلع الناس لهرمز ابيه . وكان حسن السن جميل الطريقة وعاونه موريقى ملك الروم على بهرام صاحب جيش ابيه وتزوّج بابنة موريقى واسمها مردم ويقال انها كانت تسمى ايضا شيرين .

وفى ايامه تمجّس قس لمحبة الدنيا واحبّ الملك ان يعلم هل ذلك منه عن نية والتمس منه ان يقدس كما كان يفعل فافرد بيتا وقام ليقدّس . فلما بلغ وقت نزول روح القدس راى كسرى البيت مملوّا نورا وملايكة . ولما خرج القس تعرّى من جميع ذلك النور . فانفذ كسرى الى مار ايشوعيب الجاثليق يشاوره فى بابه . فقال الامر اليك . فصلبه . وزاد فى اكرام النصارى .

Item quæſtiones duas ſuprà viginti

مفقود الا خمسة منه

De

proprias ſinguli Sedes remiſſi : ita tamen, ut ad intima quandoque regni conſilia admitterentur : quod Magis permoleſtum accidit. Jeſujabus Catholici dignitatem adeptus, Canones edidit, & Sacramenta expoſuit. Porrò Romanos inter & Perſicum imperium per id temporis terminus erat Niſibis. Sub Jeſujabo multi floruere profeſſione monachi, à quibus plura condita ſunt monaſteria, & conſtructæ Scholæ &c. Vide tom. 2. Bibl. Orient. pag. 415. ubi nomina eorum recenſui.

Perſicum interim imperium Choſroës Abruizus Hormiſdæ filius occupat, quum patrem populus regno ſe abdicare compuliſſet. Erat autem juvenis probus : quamobrem à Mauricio Romanorum Imperatore adversùs Beheramum (Varamum alii vocant) *patris Archiſtrategum valida auxilia impetravit, ejuſdemque filiam Mariam duxit, quam alii Sirinam appellant.*

Eodem Choſroë regnante accidit, ut presbyter quidam ſæculi amore captus, Magorum ſectam amplecteretur. Id verò utrum ex animo feciſſet, Rex exploraturus petiit, ut Presbyter ille transfuga apud ipſum ſacram liturgiam, uti antea facere ſolebat, perficeret. Quum ergo deſtinatam huic functioni ædem intraſſet, & inchoato ſacrificio ad illapſum Spiritus ſancti perveniſſet, vidit Choſroës domum infuſa luce compleri, & Angelos frequentes. Quum verò Rex peracto ſacrificio Presbyterum inde egreſſum ſimul omni illa luce nudatum animadverſiſſet, factum Mar Jeſujabo Catholico renunciari jubet, utque doceret, quid in cauſa illius Presbyteri ſtatuendum putaret, rogavit. Rem, ille reſpondit, ad ipſum Regem pertinere. Quare hominem Rex in crucem agi juſſit, & Chriſtianos deinceps in majori honore habuit.

Regnabat inter Arabas Naamanes Monderi filius ethnicæ ſuperſtitionis tenaciſſimus. Ozzam enim, Venerem nempè Stellam, colebat. Interea Diabolus eum invaſit, cui quum mederi ejus ſacrificuli in caſſum tentaſſent, à Simeone Hirtæ, & Sabarjeſu Laſciumæ Epiſcopis, atque Jeſuzacha monacho curatus fuit. Quamobrem baptiſmum ipſe, & ejus filii Monderus, & Haſanus ſuſceperunt. Haſanus tamen cæteros pietate ſuperabat, & ritibus Chriſtianis magis addictus erat, ut Eccleſiam ingreſſus, inopum & egentium occurſum minimè faſtidiret.

Perſarum autem Rex & literis & donis aliiſque quas ipſe conducere judicavit rationibus, Mauricii Romanorum Imperatoris amicitiam benevolentiamque expetivit fovitque : ejuſque legatus Jeſujabus ab Imperatore cum honore exceptus eſt, & munera ab eo delata ſuſcepta fuere. Quam ob cauſam maximam apud omnes exiſtimationem adeptus eſt. Per eam occaſionem Imperator cum Jeſujabo ſermonem hujuſmodi habuit : à Chalcedonenſis, inquit, Synodi tempore intermiſſum fuit literarum commercium inter utramque gentem, nec jam reſciri poteſt, utrum in communi ſententia atque fide ipſi (Orientales) *perſiſterent, an contra ab illa deſciviſſent. Quare pergratum ſibi futurum edixit, ſi fidei ſuæ profeſſionem Jeſujabus ſcripto legendam & explorandam traderet. Quod & fecit, Orientalium fidem exponens : quam quum Imperator legiſſet, probavit ; nec non & Patriarcha, qui aderat : rogaruntque, ut in ipſorum Eccleſia ſacram liturgiam celebraret, illiſque ex peracta oblatione Hoſtiam porrigeret, & viciſſim à Patriarcha conſecratam ſuſciperet. Quod quum Jeſujabus feciſſet, ſubjecit : hoc unum in vobis reprehendimus, quod homini anathema dixeritis, quem anathematizari non licuit, & à vero averſi, ad infirmam fidem deviaveritis. Cui Imperator : ſi quidem, ait, Neſtorius hanc quam ſcripſiſti fidem tenuit, non ego illum anathematizo ; ſin autem aliam, anathema ſit Illum itaque commemorare non refert. Veſtri nos ſumus, voſque viciſſim noſtri. His dictis abeundi licentiam petiit Jeſujabus, anniſque poſt quindecim rebus humanis deceſſit, ſepultuſque eſt Hirtæ in cœnobio Hendæ ſororis Naamanis.* Hæc Amrus.

Verùm ut à congreſſu Jeſujabi cum Mauricio Imperatore incipiam; verum quidem eſt, Choſroën juniorem Hormiſdæ filium occiſo patre regnum ineuntem, oratores ad Mauricium Imperatorem, ut ſibi adversùs Varami Perſarum Ducis tyrannidem ſuppetias ferret, anno Chriſti 592. allegaſſe (id enim Theophylactus Simocatta lib. 3. cap. 8. & lib. 4. cap. 13. teſtatur his verbis, *Vere ineunte Choſroæ oratores ad Imperatorem advenerunt*, qui Choſroën per Domitianum Melitinenſem, & Georgium Antiochenum antiſtites vitæ ſanctitate illuſtres donis & ſolatio proſequutus eſt, ut ex eodem Theophylacto refert Pagius ad annum 592.) locum autem inter eos oratores Jeſujabum habuiſſe, ut hic Amrus narrat, haud inveriſimile puto, quum ille Chriſtianis omnibus in ditione Perſarum commorantibus præeſſet, ejuſque apud Chriſtianum Imperatorem præſentia acceptior, quàm Magorum exiſtimaretur. At falſum omninò eſt, quod idem Amrus ſubjungit de Neſtorianorum fide à Mauricio Græcorumque Patriarcha approbata, & quod ii de Neſtorio notiſſimo totoque orbe exagitato hæreſiarcha ſententiam illam pronunciaverint, aut Euchariſtiam à Jeſujabo accipere voluerint. De Mauricii enim Imperatoris, Græcorumque Patriarchæ ſive Conſtantinopolitani, ſive Georgii Antiocheni fide nemo haſtenus dubitavit : quantum nempè à Neſtoriano errore, Neſtorianorumque communione alieni fuerint. Quàm meritò autem Neſtorium Eccleſia Catholica in tribus Synodis œcumenicis, Epheſina, Chalcedonenſi & Conſtantinopolitana damnaverit, iidem optimè norant, & manifeſtè convincere poterant non ſolùm eorumdem Conciliorum acta, ſed & ipſa Neſtorii ſcripta in Synodo

Ephe-

1 De Sacramentis 1 Eccleſiæ :
2 Et Apologiam 2 : & Epiſtolas :
3 Et Canones 3 Synodicos.

CAPUT LXXIII.

Cyprianus Epiſcopus Niſibis.

4 Cyprianus 4 Niſibis
Expoſuit Theologiam

Gre-

Epheſina recitata . Unde conſequens eſt, vel Amrum Jeſujabi laudatorem ad ſuæ gentis gloriam, iſta commentum fuiſſe ; vel Jeſujabum ad captandam Mauricii gratiam ſuum errorem reticuiſſe, ſuamque ſententiam, quod hæretici paſſim facere ſolent, tempori accommodaſſe : quod & poſteà Gadalenſi Jeſujabo cum Heraclio Imperatore accidit, quemadmodum Barſumas Neſtorianus Sufæ Epiſcopus apud Barhebræum eidem objicit iis verbis : *niſi tria Eccleſiæ luminaria, nempè Diodorum, Theodorum, ac Neſtorium damnaſſes, & Cyrillum ſuſcepiſſes, eamque vocem DEI GENITRIX MARIA protuliſſes; haudquaquam tibi permiſiſſent Græci, ut liturgiam ad eorum altaria celebrares.*

Quod verò ait, Choſroën Abruizum Mariam Mauricii filiam, aliàs Sirinam appellatam, connubio ſibi copulaſſe, commentum eſt, quod Pagius ad annum 628. num. 5. his verbis explodit. *Perperàm autem ſcribit Elmacinus, Siroën*, quem Choſroës ex Sirina ſuſcepit, *filium fuiſſe Mariæ filiæ Mauricii Imperatoris, quam fabulam ab Arabibus ſcriptoribus hauſit Gulielmus Tyrius lib. 1. cap. 2. quum de eo matrimonio Mariæ cum Choſroë altum ſit apud hiſtoriæ Byzantinæ ſcriptores ſilentium, & ea fabula conficta ſit ab Arabibus, quod inaudiſſent, Choſroën habuiſſe uxorem Chriſtianam, quam* SIRAM *nuncupatam fuiſſe habent Theophylactus lib. 5. cap. 13. & Evagrius lib. 4. cap. 27.*

1 *De Sacramentis Eccleſiæ*. Fragmentum de modo Euchariſtiæ infirmis adminiſtrandæ ; de confectione hoſtiæ Euchariſticæ ; de baptiſmo in Eccleſia, ubi baptiſterium deſideratur, conferendo ; deque Liturgia à ſolo Sacerdote minimè celebranda, exſtat pag. 93. in Cod. Syr. 3. ad calcem tom. 2. Bibl. Orient. pag. 487. Amrus loc. cit. ſcribit, Jeſujabum *Sacramenta expoſuiſſe* : & in alio exemplari, quo tom. 2. pag. 415. uſus ſum, addit, eundem *Pſalmos* interpretatum fuiſſe, nec non *Homilias* & *Epiſtolas* ſcripſiſſe. In laudato Codice Syriaco 3. ad calcem referuntur quædam *Jeſujabi Quæſtiones*, ſeu *Ænigmata* metro dodecaſyllabo de Chriſto, de dilectione, de ſpe, de Euchariſtia, de Cruce, de diluvio, de prophetia, de mente, de regno &c. Arzunitæ ne, an alterius Jeſujabi ſint, haud exprimitur.

2 *Apologiam*. Ea fortaſſe eſt, quam à Jeſujabo ad Mauricium Imperatorem de ſua fide conſcriptam, ex Amro ſuprà dictum eſt.

3 *Canones Synodicos*. Jeſujabus anno Epiſcopatus quarto, Hormiſdæ Regis Perſarum octavo, Chriſti 588. coacta Epiſcoporum Synodo *Canones XXX.* (non XXII. ut ex depravato Amri exemplari tom. 2. Bibl. Orient. pag. 415. dixi,) condidit, qui exſtant ad calcem ejuſdem tomi 2. pag. 507. Summamque eorum exhibet Elias Damaſci Neſtorianorum Epiſcopus tom. cit. pag. 508. quorum vigeſimo nono Canone Simeoni Niſibis, & Gregorio Gandiſaporis Metropolitis, qui ad concilium venire detrectaverant, niſi intra illius anni ſpatium mandatis obtemperarent, ſententiam depoſitionis intentat. Canonibus ſubjunguntur ejuſdem *Reſponſa XX.* ad totidem Jacobi Epiſcopi inſulæ Dadianæ quæſtiones : de quibus infrà, quum de Synodis Orientalium ſermo erit.

4 *Cyprianus* Niſibis Metropolita clarebat ſub Jacobo Neſtorianorum & Georgio Jacobitarum Patriarchis anno Chriſti 767. Hegiræ 150. quo Eccleſiam à Neſtorianis occupatam Paulo Jacobitarum Maphriano eum reſtituiſſe, affirmat Barhebræus in vita ejuſdem Pauli his verbis :

ܒܬܪ ܕܝܘܠܦܢܐ ܩܬܝܠܐ ܐܬܬܒܢܬ ܥܕܬܐ ܕܡܫܪܝܢ ܒܬܪ ܫܠܝܒܐ ܩܕܡ ܐܦܣܩܘܦ ܬܓܪܝܬ ܕܐܬ ܠܘܬ ܦܘܠܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܢܬܠ ܠܗ ܕܢܒܢܐ ܠܗ ܥܕܬܐ ܕܬܓܪܝܬ ܐܡܪ ܠܗ ܕܠܐ ܡܕܡ ܒܗ ܐܠܐ ܕܡܢ ܩܕܡ ܐܒܐ ܕܡܫܪܝܢ ܘܡܢ ܬܓܪܝܬ ܕܣܟܢ ܗܘ ܠܗ ܒܗ ܡܕܡ ܐܠܐ ܕܫܦܝܪ ܗܘ ܕܢܫܬܘܕܥ

Gregorii magni:
1 Et composuit ordines 1 Chirotoniæ.

ڤجنڪ ڤوڤڤهم ڤڏا
ڤهمر ڤڏهما ڤهڤمڤما .

CAPUT LXXIV.

Jesujabus Adjabenus, Patriarcha.

2 Jesujabus 2 Adjabenus Li-

ڤڤدوڤمحص ڤمڤڏا
ڤڏا

Barhebræo consonat Amrus, qui de Cypriano in vita Jacobi Nestorianorum Patriarchæ hæc scribit. وكتب عيسى الى قوفريانا مطران نصيبين امره بالمصير اليه وحمل البرك والات البيع ويقول فى كتابه ان نفس الخليفة فى يدى ان اثرت ابراته وان اثرت اعلته . فحمل الكتاب مع جماعة من الابا وتظلم الى المنصور واوقفه على الكتاب . فاحضره وانكر عليه فجحد الكتاب وثبت عليه بالشهادة العادلة فقال فوضت اليك امر القوم لتصلحها او لتصادرهم ونفاه ولزوجته الى الهند الخ ومال المنصور الى قوفريانوس المطران فاحسن الى الرهبان ورووسا البيع .

Scriptis autem Isa ad CYPRIANUM Metropolitam Nisibenum literis mandavit, ut Ecclesiæ sacrum instrumentum sibi afferret: deinde subdidit: Chalipha vitam in potestate se habere, ejusque sanitatem & ægritudinem ab arbitrio suo pendere. Hujusmodi epistolam Cyprianus unàcum aliis Patribus ad Mansurum attulit, eique legendam exhibuit. E vestigio Isa arcessitur. Interrogatus negavit suam esse epistolam. Sed quum eum idoneis testibus Chalipha convicisset: te ne ego, inquit, publicæ rei accommodavi, ut eam componeres, an contra ut homines opprimeres? (Isam Mansurus Christianis præfecerat, ut insurgentem Surini Antipatriarchæ adversus Jacobum Nestorianorum Catholicum factionem comprimeret.) *Hæc fatus, Isam cum conjuge apud Indos exulare jussit &c. CYPRIANUM deinceps Mansurus amavit, & monachis atque Ecclesiarum Præsulibus plura beneficia contulit.*

1 *Ordines Chirotoniæ:* hoc est, ritum impositionis manuum, seù ordinationis Clericorum, Sacerdotum & Pontificum. Ante Cyprianum id præstiterat Jesujabus Adjabenus Patriarcha, ut Sobensis cap. sequenti testatur. Utriusque nomen, nec non Mar Abæ Patriarchæ, & Gabrielis Metropolitæ Bassoræ, præferunt Rituales & Pontificales Nestorianorum libri, in quibus ordinationes Lectoris, Hypodiaconi, Diaconi, Archidiaconi, Diaconissarum, Presbyteri, Chorepiscopi, Episcopi, Metropolitæ, & Catholici, seù Patriarchæ continentur, ut in Codd. mss. Syriacis Vaticanis 18. & 19. & Cod. XI. Amiden. tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 583.

2 *Jesujabus* Adjabenus, Bastumagi filius, in Schola Nisibena quum literis operam dedisset, monasticum institutum in cœnobio Jacobi in Beth-Abe amplexus est: mox Ninives Episcopus, deinde Mosul & Arbelæ Metropolita, demùm Nestorianorum Patriarcha post Maremæ obitum electus, maximam apud gregales suos doctrinæ famam obtinuit, quibus, teste Amro, præfuit ab anno Christi 650. ad annum 660. De ejus electione in Patriarcham, hæc idem Amrus tradit: ايشوعيهب الحزى وهو من جملة من خرج من اسكول نصيبين مع جريغور القديس مطرانها وصار اسقفا على نينوى ثم مطران الموصل ولما توفى مارامه حضر مع الابا للاختيار ولم يكن فيهم امير منه فخافوه ان يتغلب على الامر لقوة علمه وفضله ومميل الناس اليه . فقالوا له قد فوضنا الامر اليك فاختر من شيت فاخذ خطوطهم بذلك استظهارًا عليهم وقال لهم المستشار مومن وما ارى فى الجماعة احق منى بهذا الامر ولا افخر عليكم فاعطوه الطاعة واسم بالمدابن فطركا فى السنة الخامسة من خلافة عثمان .

Jesujabus Hazensis (Adiabenus.) *Hic ex eorum numero fuit, qui ex Schola Nisibena prodiere: Gregorium autem ejusdem civitatis Metropolitam condiscipulum habuit: mox Ninives Episcopus, deinde Mosuli Metropolita ordinatus est.* (in altero exemplari sic legitur, ايشوعيهب الحزى كان مطرانا على حزة والموصل

Jesujabus Hazensis Metropolita Hazæ & Mosuli erat.) *Quum autem Maremes obiisset, ipse ad electionem* novi Patriarchæ *unàcum Patribus convenit: & quia nullus eo doctior habebatur,*

batur, veriti sunt, ne thronum invaderet, doctrinæ suæ, virtutibus, hominumque erga ipsum propensioni fretus. Ajunt igitur ad eum: Rem tibi committimus, ut quemcumque volueris, eligas. At ille quum subscriptiones eorum in testimonium accepisset, hoc, inquit, fidele est consilium, quod vobis do: nemo ex præsenti cœtu æquè dignus videtur, ut hanc dignitatem obtineat, & cum honore administret, atque ego. Itaque præstita illi ab omnibus obedientia ordinatus est Patriarcha Modainæ anno quinto Othmani Chalifæ: qui in annum Christi 650. incidit, ut ex Dionysii Chronico tom. 2. Bibl. Orient. pag. 103. liquet.

Quum adhuc Episcopus esset, Jesujabum Gadalensem Patriarcham Sirois Persarum Regis legatione ad Heraclium Imperatorem fungentem unacum Cyriaco Nisibis, Paulo Adiabenes, Gabriele oppidi Seleuciæ, & Sahaduna Garmæorum Episcopis comitatus est: quo in itinere Arcam ossium Apostolorum furatus, in cœnobio Beth-Abensi reposuit, ut ex Thoma Maragensi retuli suprà pag. 106. Idem Jacobitis restitit, ne in urbe Mosulensi Ecclesiam ædificarent, quemadmodum scribit Barhebræus in vita Maruthæ Tagritensis. ...

Post eum (inquit) *ideſt, post Maremem suffectus fuit Jesujabus tertius, qui Mosulensis Metropolita fuerat. Hic ut orthodoxos* (hoc est, hæreticos Jacobitas, è quorum grege erat Scriptor) *Ecclesiam Mosuli ædificare volentes cohiberet, ingentem pecuniæ summam donaque Judicibus obtulit, cœptumque ædificium interrupit.* Rem fusius narrat Jesujabus ipse in epistola, quam ad Gabrielem oppidi Seleuciæ Metropolitam per Ananjesu archimandritam direxit: ubi Tagritensium urbem ad frangendam Jacobitarum potentiam se se petiisse scribit in hæc verba: ...

Quam peccata mea meruerunt, ſortem nactus ſum, Pater, ut propè Diaboli nidum habitem, ubi quovis anno baſiliſci ova ille parit, atque lethiferos ex iis angues excludit ad cunctorum hominum perniciem. Rem utpote omnibus compertiſſimam noſſe te arbitror &c. Hi nempe quos memini, impii & blaſphemi propriæ ſtultitiæ æſtu in ſpem diabolicam abrepti, tempus rei bene gerendæ pluribus de cauſſis nacti ſunt. Prima quidem & potiſſima fuit eorum, qui modò præſunt, indulgentia, ad quos illis facilem aperuere aditum argento auroque inſtructæ preces. Altera improborum ſociorum numerus, qui eorum hæreſim olim imbiberunt; nunc verò in cenſu eorum, qui præſunt, numerantur. Tertia, gratia & auctoritas civium Tagritenſium apud Principes & Præfectos locorum. Quarta denique, Diaboli vis, quæ in filiis inobedientiæ operatur: in iis, ſcilicet, qui in vera charitate non ſuſtinent, ut per eam vivant. Abierunt itaque, quomodo eos abiiſſe credibile eſt, & more ſuo ad aulam prorepſerunt. Quumque nec ullum quod ſapientem deceret, verbum promphiſſent, neque rationi conſentaneas preces obtuliſſent, aut aliquam ex Domini noſtri diſciplina probationem produxiſſent, neque omninò quidquam eorum, quæ ad alloquium Principum ſapientum afferri juſtum eſt, præſtare valuiſſent; negotium nihilominus ex voto confecerunt, indeque ad nos perturbandos reverſi ſunt. Præfectum quippe hujus loci invenerunt ſibi maximè propitium & ad ipſorum vota paratiſſimum. Quare egreſſi ſunt ad latrinas ante noſtræ urbis portam poſitas, utpote qui Eccleſiæ ſtercus ſunt; domumque irriſionis & deſpectionis, nomine Eccleſiæ conſtruxerunt: proximam nempe latrinæ, ad quam omnes exonerandi ventris cauſa de more ſecedere coguntur. Inde etiam perturbationis cauſas quotidie excitant, ob perpetuas præſertim blaſphemias, quas adversùs Dei Eccleſiam impudentiſſimè effutiunt. Porrò qui in populo noſtro proceres cenſentur, ex eorum hæreſi origi-

nem trahunt: quare & ipſis ſuffragantur, & ad ipſos pertinent non minus naturâ, quàm voluntate. Sed & ille, qui inter omnes primatum tenere putatur, etque omnia ſatis proſperè fluunt, ex patre quidem Chriſtiano Orthodoxo natus eſt, (ita Neſtorianus Neſtorianum appellat.) matrem tamen hæreticam habuit (hoc eſt, Jacobiticam) Et quum à matris religione cœpiſſet, & ad paternam deinde aliquantiſper fidem declinaſſet, poſtea etiam in putum ethniciſmum lapſus fuiſſet: (quod quidem pluribus compertiſſimum eſt:) poſtremò etiam cum ethnica ſuperſtitione communionem hæreticorum conjunxit. Tandem tùm ſæculi infamia, tùm conſcientiæ verbere coactus, ad Eccleſiam Dei tantiſper remigravit: donec mortis metu, & principum timore liberatus, nunc velut canis ad vomitum rediit, & ad amaras radices ab ipſo per matrem pullulantes, nequitiæ æſtu abreptus, relapſus eſt, columenque ſpei ſe præbuit procuratoribus iniquitatis, quæ deſiderantur ſuppleturus. Propterea extolluntur & ſuperbiunt, ut à nobis vix jam tolerari poſſe videantur &c. Attamen viſum mihi eſt noſtra intereſſe, populo fidei amanti ſolita adhortatione aliquam quietem ab illius concuſſione procurare, & ad ſeculares Poteſtates me conferre, etſi corporis ægritudo id prohiberet, quæ tamen mentis perturbatione æſtuque haud minor erat: jamque Dei ope iter ingreſſus ſum, ſciens me Tagriti in medio, velut in theatro nequiſſimorum hominum, verſaturum. Et in altera ad eundem Gabrielem epiſtola, rem ſibi è ſententia ceſſiſſe gratulatur, inquiens:

Reverendiſſimo Patri noſtro Gabrieli Epiſcopo Metropolitæ Jeſujabus in Domino noſtro ſalutem. Dudum quum impiorum bello conflictaremur, ad vos, Pater, velut ad firmas orthodoxæ fidei columnas mentem cogitationemque extemplo convertimus: quodque per tempus illud licebat à nobis fieri, noſtræque valebant vires, ſincera fide vobis per literas ſignificavimus. Neque multo poſt illorum ſeditionem, ſed ipſa adhuc gliſcente ſub ipſum noſtræ expeditionis initium effuſa eſt repente ſuper nos miſericordia gratiæ Dei incredibili miraculo, quæ impiorum bellum à nobis depulit: & alios quidem procul abjecit, alios verò ad ſaxorum hiatus, ubi latere ſolebant, abegit: nobiſque ingenti prodigio, quod fateri & laudare æquum eſt, priſtinam pacem reſtituit. Neque hoc ſolum; ſed inſuper ſperamus corroboratum iri oſtenſionem virtutis Domini noſtri ad comprimendam quamprimùm audaciam Impii, ut ſe efferre & gloriari deſinat, ſicut etiam pridem hoc ipſum ejus amici *pati cœperunt. Gaudeat itaque felici rerum ſucceſſu Paternitas tua, & Domino, ut juſtum & æquum eſt, gratias agat pro præſentibus; pro futuris verò oret, ut per gratiam Dei ad gloriam ſanctæ Eccleſiæ & ad fidelium lætitiam feliciter ſuccedant. Mihi autem viſum eſt, illam quoque epiſtolam, quam paulò ante ex media tempeſtate tribulationum Sanctitati tuæ ſcripſeram, unàcum his literis ad te tranſmittere: ut miniſtrorum Diaboli pugnam clarius intelligas, ſimulque divinæ virtutis admirabilem operationem cognoſcas, & celerem rerum viciſſitudinem & in melius converſionem ex miſericordia illa ineffabili nobis redditam; & iſta agnoſcens, magis admirere, & admirans, Dominum laudes & glorifices, ſimulque pro mea imbecillitate ores, ut qui mihi ſuperſunt, dies, cum moribus divinæ voluntati conſentaneis tranſigam.* Hæc Jeſujabus.

Ex Epiſcopo ad Metropolitæ dignitatem evectus, Sahadunam, cujus ſuprà mentionem feci, à Neſtoriana hæreſi ad catholicam fidem converſum acriter exagitavit. Exſtant quinque Jeſujabi de hoc argumento epiſtolæ. Prima *Clericis & populo Eccleſiæ* ܐܬܘܪܝܐ ܘܥܡܐ *Mahuzæ Ariuni*, hoc eſt, Metropolitanæ Garmæorum, cui Sahadunas præerat: in qua dolet, hominem Epiſcopali dignitate à ſe ornatum, in hæreſim, ut inquit, incidiſſe: quæ autem ut eum ad priſtinam religionem reduceret, ab ipſo geſta ſcriptaque ſint, exponit his verbis:

ܠܟܗܢܐ ܘܥܡܐ ܕܒܝܬ ܡܚܘܙܐ ܕܐܪܝܘܢ ܐܚܝ̈ܢ ܒܡܪܢ ܒܓܒܪܝܐܝ ܩܕܝܫ ܐܦܣܩܦܐ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܐܬܘܪ ܒܡܪܢ ܝܫܘܥܒܘܣ ܫܠܡܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܐܓܪܬ ܠܟܘܢ ܐܒܐ ܟܕ ܐܬܝܢ ܠܢ ܥܠ ܩܪܒܐ ܕܫܢ̈ܐ ܕܐܝܟ ܥܡܕܐ ܠܡܫܪܝ ܒܗ ܐܡ̈ܘܢ ܐܪܬܘܕܟܣܝܐ ܘܠܒܐ ܕܡܗܝܡܢ ܐܢ ܒܗ ܘܒܟܠ ܙܒܢ ܕܐܦܫܪ ܠܢ ܒܗ ܐܦ ܥܒܕ



Errorem venia dignum admisimus, fratres charissimi, ego & vos. Et quoniam nunc error ille sponte patefactus est, quem ego quidem dudum animadverti, & obtegere cogitaveram, sed magna cum seditione erupit, & confusionis suæ larvâ abjectâ, impudenter in publicum prodiit; ideò coactus sum vos convenire, & communi consilio inter nos disceptare, quibusnam remediis gliscenti malo occurrendum sit. Enimvero nostra nos fefellit opinio, quando hominem stolidum, & in sententia minimè constantem, quod non semel experti fueramus, ob externi habitus apparentem probitatem, & ex fama vulgi, ad præfecturæ fastigium proveximus, ejus ab orthodoxa fide defectionem minimè præsentientes, quæ paucis abhinc diebus in secreto conclavi contigit, quando præfecturæ ambitu ad deturpandam imperitis suis commentationibus veritatis confessionem abreptus est ..... Postquam verò vestri primatus administrationem suscepit, quoniam ad urbem vestram orta ex jussione principum secularium occasio nos omnes adduxerat, ego ex recenti fama rem suspicatus, illum rogavi, num quid scripsisset, sicut ipse audieram. Quum se quædam scripsisse fassus fuisset, institi rogans, cur me istud celasset. Tùm verò quum rem ipsam attigissem, illeque factum excusare incassum conaretur, urgebam, ut quæ scripserat, mihi proferret. Quumque attulisset, eaque ego minimè sana deprehendissem, illum acriter increpui; secretò tamen remotisque arbitris. Et ille velut acri ea reprehensione permotus, spopondit, se quæ malè scripserat, correcturum. Mentienti equidem fidem adhibui, arbitratus hominem recens deceptum fuisse, credidique illum non ex mentis pravitate, sed ex pravo ambitu fidem suam corrupisse. Tempus itaque ad corrigenda ea quæ malè exaraverat, constitui diuturnius, quàm ipsa operis necessitas postulavet: atque inde discessi, ejus errorem alto tegens silentio. Ille verò non modò quæ spoponderat, minimè præstitit; verùm etiam ad fautores suos profectus, ab iis in spem magnam variis pollicitationibus erectus incitatusque est, ut quorumdam præsidio, quod ipse suffecturum esse sperabat, commenta sua confirmaret. Ejus itaque fraudem, qua veritatem prodiderat, assequutus, adhortationem precesque fraterna ex charitate conceptas ad eum scripsi, & geminos fratres (monachos cœnobii Beth-Abensis) *quibus occultum ejus flagitium expositeram, utpote communis mihi & illi disciplinæ optimæ alumnis, ad eum statim allegavi, præcepique, ne cui vestrum negotium illud patefacerent, ne mali occasionem præberem quærenti. At ille quum ea quæ ipse scripseram, legisset, & quæ ab illis fratribus Deum amantibus suggesta fuerant, audivisset, tùm verò respuisse videri voluit, prolatoque erroris codice, sexdecim capitula expunxit, eisdem fratribus præsentibus, & ut id præstaret, adhortantibus. Hunc in modum illos cum amoris significatione dimisit, epistolamque ad me perferendam eisdem tradidit: qua velut pro accepto beneficio gratias se mihi habere significabat. Quum ergo fratres illi Deum aman-*

tes

tes ad me rediiſſent, & fatui illius viri obedientiam repræſentaſſent, equidem gaviſus ſum, & Domino gratias egi, ut qui abjectum famulum ſuum à ſpe orthodoxæ fidei minime excidere permiſiſſet Cogitans autem vir ille inſanus me redarguere, vanamque de ſeipſo ſpem meam exſtitiſſe oſtendere, atque omnibus palam facere, ſibi deliberatum jam eſſe Diabolo obſequi atque obtemperare; è veſtigio poſt fratrum illorum Deum amantium diſceſſum meam ad ipſum epiſtolam ad venerabilem præſidem ſtudioſè pertulit; ut qui ejus præſidio confiſus, in eam inſanæ mentis perverſitatem prolapſus fuerat Idque ille dolo malo, & ſatanica nequitia machinatus eſt, ut nimirùm præſidem adversùs me concitaret, & bellum adversùs nos accenderet. Hæc nempe exſtitit cauſa, ſicut pridem audiſtis, excitatæ adversùs me ſeditionis, ex qua omnia ea mala profluxerunt, quæ univerſum perturbarunt &c. Cum his porrò literis tranſmittendum vobis putavi exemplar epiſtolæ, qua fatui illius errores corrigere conatus ſum, quum de ejus ſalute adhuc bene ſperarem: quam epiſtolam ille velut homo ſeditioſus rixarumque avidus, ſuam pateſacturus ignominiam mentiſque ſtultitiam, ad illum, quem noſtis, perverſo conſilio detulit.

Altera *ad eundem Sahadunam*, quum primùm de mutata illius fide edoctus eſt, per Paulum cœnobii Beth-Abenſis archimandritam tranſmiſſa, cujus idem Jeſujabus in præcedenti epiſtola mentionem facit: ubi doctrinam Sahadunæ ab Eſaia Tahalenſi olim Chaldæis traditam, ab Ananjeſu, Jacobo & Babæo Neſtorianis exploſam fuiſſe ſcribit.



Recole quomodo te prior Eſaias Tabalenſis fatuus & imperitus eadem eodem modo eodemque ſcopo & iiſdem vocibus conſcripſit: quove modo primùm ab homine Dei & Spiritus ſancti athleta Mar Ananjeſu viro pleno divini zeli ſcripto libello refutata fuere; poſtea verò ab homine divina charitate incenſo & humilitatis fonte Patre noſtro Mar Jacobo coram rejecta; poſtremò etiam à ſecundo Elia & igneo Propheta ſanctiſſimo Mar Babæo ſcripto ſimiliter libello damnata fuere. Et hunc in modum ab omnibus, qui uſquam fuerunt, viris religioſis deinceps reprobata fuerunt, donec ipſe quoque homo fatuus eorum auctor & inventor divino verriculo in ſterquilinium Eccleſiæ, hoc eſt, in indubitabilem hæreticorum cœtum, projectus eſt.

Tertia *ad Hormiſdam Epiſcopum*, in qua eum monet, ut Sahadunæ communionem devitet, utpote qui Neſtorianos palàm hæreticos appellaverit.



Adſunt nobis etiam teſtes fide digni, ipſum quoque adversùs eorum religionem in terris Romanorum unàcum ipſis diſceptaſſe, illoſque Paulianiſtas & duorum Filiorum aſſertores ab eo fuiſſe appellatos: ipſum præterea alta voce impudentiſſimè & concitatiſſimè anathematizaſſe negantes unam Chriſto ineſſe hypoſtaſim: & alia præter hæc ejuſmodi plura effutiiſſe. Interrogatum verò ab iis, cum quibus diſputabat, qua mente ad Perſarum regiones, hujuſmodi tenens fidem, profectionem meditaretur; magna animi præſidentia ſuperbè reſpondiſſe: venio utique, illos fidem doctum. Et tunc, ut videtis, ſicut pollicitus eſt, venit. Noſtrum verò erit, ejus doctrinam ſuſcipere, vel reſpuere.

Quarta *ad eundem Hormiſdam*, ut inconſulto Jeſujabo nihil agat in cauſa Sahadunæ, quæ à Patriarcha Mareme in conventu Epiſcoporum examinanda erat.



Sed quoniam nunc à tabellario, qui epiſtolam tuam mihi reddidit, comperi, Patrem noſtrum Catholicum in cœnobio S. Simeonis undecum fatuo Sahaduna verſari, voſque univerſos, omnes nempe veſtræ provinciæ Epiſcopos, ad ipſum eſſe venturos: hæc modo ad Sanctitatem tuam tantummodo ſcribo, non rogans, ut antea ſolebam, ſed monens, ne quippiam in cauſa Sahadunæ nobis inconſultis agatis, ne quod agitur in hujuſmodi negotio ſine communi conſenſu, in perniciem ſanctæ Eccleſiæ cedat: neve ſine nobis in eadem cauſa quippiam ſtatuatis, quando vel ab ipſo Catholico vos advocari contingat.

Quinta denique *ad Epiſcopos regionis Garmæorum*, quos Patriarcha congregaverat, ut Sahadunam Sedi ſuæ reſtitueret. Hortatur eos Jeſujabus, ne hominem, qui multa adverſus Neſtorianos ſcripſerat illoſque tamquam hæreticos paſſim traduxerat, Neſtoriani ipſi quovis pacto admitterent. Utque illos in hæreſi magis confirmet, putidum commentum ſubdit; Romanos nimirùm & Græcos ejurata priſca religione, ad Neſtorianorum partes tranſiiſſe. Integram epiſtolam, etſi conviciis in Eccleſiam Catholicam & Sanctum Cyrillum refertam, accipe: ex qua ſtylum hominis non inelegantem, immoderatum pro ſecta Neſtoriana zelum, vehemenſque in orthodoxos odium deprehendere licet.

Imminens metus, inquit, *ò Beati, invitum me cogit scribere quæ nolebam. Ut autem isthæc scribere cogerer, plures tentationes, quæ antehac acciderunt, me docuere. Pauca igitur de pluribus dicam. Dudum scilicet quum ad vos*

veniſſem, intellexi; poſtea illud ipſum etiam audivi, Catholicum ad vos frequenter ſcribere; & nunc rurſus accepi, eundem propediem ad vos eſſe venturum. Et hæc omnia, tùm epiſtolarum ſcriptionem, tùm Catholici acceſſum, eò collimare, ut religioſitati veſtræ perſuadeant, Sahadunam ad Dei Eccleſiam vi deductum recipere: quum nimirùm nec Sahadunas, nec Dei Eccleſia id velint. Sahadunas enim quum hactenus nec ad tempus ad Eccleſiam accedere voluerit, quid? exiſtimatis ne illum ſe adduci paſſurum, ut ab iis, quæ præpoſterè impiéque loquutus eſt, & adversùs veram fidem ſcripſit, diſcedat? minimè verò: ſed & nunc in perverſitate ſuæ religionis perſiſtit, noſtramque anathematizat fidem, atque pleno ore blaſphemiis inſectatur, infirmo fultus præſidio ab urbe, quam Diabolus Eccleſiæ ereptam, illi tradidit. Neque modo Dei Eccleſiæ communionem ſincerè petit. Sed nec Dei Eccleſia unquam voluit, aut modo vult in ſuam communionem illum recipere, qui ejus fidem anathematizat, & ejus dogmata depravat, & perſonas ejus blaſphemat. Quum ergo nec Sahadunas ingreſſum in Eccleſiam quærat, neque Sahadunæ ingreſſum Eccleſia optet, equidem non intelligo, quanam cogitatione agantur, qui ſe hac cura oneravunt ſcribendi, aut legendi, aut loquendi, aut petendi ingreſſum hominis hujus indolis & ingenii. Quidnam porrò, ô Beati, Sahadunas intentatum reliquit, ut nobis probaret, à noſtra religione ſeſe abhorrere, ut illud modo efficiens credatur alienus & ſegregatione dignus? At quiſpiam fortaſſe, Domino ſcilicet noſtro & Paulo mitior, nobis objiciet illud ſeptuagies ſepties. Sed, ô Beati, Hæreticis certus ſtatuitur terminus, & quidem ſatis cognitus: neque vulgare delictum eſt, quod contra fidem admittitur crimen. Etenim Dominus quidem per oculum dexterum, & manum dexteram, & per celerem utriuſque ſectionem, ejus qui fidem depravat, abſciſſionem circumſcripſit. Paulus verò Domini interpres prima & ſecunda vice Hæretici ſegregationem definivit, ſubditque ſtatim cauſam celeris reſciſſionis: ut qui nempe non ignorabat futuros nos ipſo mitiores & meliores, eundemque proinde de præcipiti feſtinatoque judicio ſine miſericordia incuſaturos. Scitote, inquit, quod qui hujuſmodi eſt, ſubverſus eſt, & delinquens, & ſuo judicio eſt condemnatus. Age verò, quando Apoſtolicæ legi ſtare nolimus, præſtitutum ſeptuagies ſepties numerum evoluto quinquennio jam longe exceſſimus: & ut hoc prætermittam, quod ego ſeorſim, quemadmodum & ſinguli veſtrum, frequenter illum corripuimus, ea tantùm, quæ in conventibus Synodicis, & Catholico præſente acta ſunt, commemorabo. Octies ſiquidem Sahadunas Eccleſiæ fidem ſuſcepit, ſuumque errorem in univerſali Synodo anathematizavit; ter quidem propria cum ſubſcriptione & ſigillo; quinquies verò confeſſione oris coram Synodo: & totidem vicibus ad ſuam impietatem reverſus eſt, velut canis ad vomitum; quando nec ipſe defecit negando & conſitendo, & rurſùs quod confeſſus fuerat abjurando; neque nos vicißim defecimus illum quotidie ſtulto cum labore ſuſcipiendo. Poſtremum verò videns Deus, qui per Paulum loquutus fuit, ſtolidam noſtram commiſerationem à multiplici Sahadunæ inconſtantia minimè ſuperatam fuiſſe, ſtatu ſuo hominem abduxit diſjecitque procul: ad partes nempè hæreticorum, ubi ille Beelphegor initiatus, omnibus nequitiæ modis pravam eorum communionem approbans, plures libellos blaſphemiarum plenos adverſus nos, noſtram fidem, noſtroſque Doctores in omnibus heterodoxorum Synodis ſcripſit divulgavitque. Quumque ipſe nullam ad pravitatem ſuam indicandam omiſerit rationem, quin eam in publicum proferret, eumque noſter quoque Deus & Dominus Jeſus Chriſtus procul à republica incolatus noſtri abegerit; illum nihilominus miſſo nuncio revocamus & deducimus adversùs Dei nutum, & adversùs ſuam ipſius providentiam. Venitque ille prædicans à Jeruſalem uſque ad Illyricum, coram Throno ſcilicet Catholico orthodoxorum, condemnationem noſtram: profeſſus, ſe veniſſe, ut nos ad ſuam fidem traduceret. Quum autem res in eo ſtatu reperiſſet, in quo reperit, deſpexit nos, & ad locum abiit, quo abiit; ad populum nempe pauperem, quem Diabolus ab Eccleſia diſtractum ipſi tradiderat. Illud verò magis mirandum eſt, quod poſt talia flagitia, qualia ſunt quæ retuli, quum Sahadunas dedignatus fuerit ad Catholicum & ad ejus fidem, honorem, & communionem accedere, illumque cum deſpectu reliquerit, & ad populum ſuum ſe receperit; quum, inquam, hæc Sahadunas auſus fuerit, miror, qua ratione nunc pro illo ad vos ſcribatur, ut eum revocetis, velut quibus poteſtas & jus eſt illum revocandi: libellus etiam vobis mittatur continens ea, quæ ab illo ſubſignari oporteat: voſque ſimiliter ſcribatis, de ejus revocatione in ſpecie tractantes, revera defectionem procurantes, ajenteſque, cunctari oportere, & expectari Catholici adventum. Unum itaque poſt hæc reſtat, ut ſi Sahadunas aliquod obedientiæ ſpecimen præbeat, ſicut ſæpius præbuit, continuò admittatur ad Sanctorum communionem. At ego gratias interim habeo Sahadunæ, divinæ potius dicam providentiæ, quod ipſe haud prorsùs ſe adduci paſſurus eſt, ut juxta morem pareat. Secùs intra Sanctam Eccleſiam modò habebimus venerabilem Epiſcopum, cujus libris univerſus orbis plenus eſt adversùs fidem noſtram conſcriptis, in quibus nos Paulianiſtas, & duorum Filiorum aſſertores appellat: & quidem dudum ille nos nec Epiſcopos, nec Orthodoxos cenſet, ſed quotidie verbo & ſcripto anathematizat quoſcumque aſſerentes duas ineſſe Chriſto hypoſtaſes, & negantes unam tantummodo hypoſtaſim eſſe Chriſtum. Id verò qui ejus dicta exceperunt teſtantur, & vulgata ubique ejus ſcripta confirmant. Scripſit enim & obtulit plures libellos in omnibus terris Romanorum prædicans, ſe à nobis expulſum fuiſſe, quod nobiſcum communem fidem haudquaquam haberet, ſibique ipſorum religio placeret. Nihilominus placemus nobis adhuc & inſtamus, ut talem hominem tamquam unum ex nobis cenſeamus, & putamus adhuc homines nos eſſe, & hominum mentem nos habere. Aſſi nunc parco verbis, ne acerbus videar, & ultra progrediór, & gratias ago quamplurimas Dei clementiæ, quod minimè permiſerit Sahadunæ, ut nos falleret, ſicut antehac ſolebat. Alioquin haberemus, ut modo dicebam, egregium Epiſcopum,

cujus

cujus adversùs nos scripta libros, quos Xenajas (Philoxenus Mabugensis) *adversùs Patres conscripsit, exsuperant. Idcircò miserabiliter clamo ad vos, & oro obtestorque, ut à schismate caveatis, ne scilicet Ecclesia perturbetur, ô beati viri. Porrò etsi exiguum quippiam vobis videatur, quod unus, qualem me esse comperio, à vestra Synodo dissideat in susceptione hominis, qui fidem corrupit; at parvi profecto non sunt, qui ad mortem usque pro veritate decertant: quamvis abfit, ut unus sit, quemadmodum aliquando fuit; sed orthodoxæ veritatis nomen per Altissimi gloriam ubique triumphat. Qua de re audite quod vobis narro novum miraculum, quod Deus in Ecclesia sua nunc in fine temporum ad confirmandum testimonium fidei suæ in mundo edidit, ut Deus hominum amator, qui nunquam reliquit, aut relinquet se absque testimonio. Dæmonas nimirùm illos, qui à trecentis circiter annis à Cyrilli tempore & deinceps fidei verbum depravabant in terris Romanorum illâ assertione unius hypostasis, unius scilicet naturæ, eorumque similes, virtutis suæ potentiâ modo illinc expulit, & undeum ipsis ex diptychis & ex universa Ecclesia Romani Imperii abrasit Cyrillum, inquam, & Severum, atque alios quoscumque, qui non dissimili, ac illi fato in impietate periere; illi verò, qui in vivis sunt, & communem cum prædictis tenent sententiam, in varias Romani Imperii partes projecti, crimen exilio luunt, sive Patriarchæ, sive Episcopi, sive quavis alia dignitate spectandi. Cujus rei testes oculatos apud nos habemus fratres monachos nostros, qui universo orbe lustrato ad nos postliminio redierunt. En itaque magna Roma, & socia ejus Ravenna, & universa Italia, atque omne Regnum Longobardorum, & Francorum, Africa quoque & Sicilia, Thracia universa & Creta, Rhodus etiam & Chius, & omnes Insulæ, atque Constantinopolis & universa ejus ditio, Asia quoque & Bithynia, & Lycaonia & Pamphylia, Galatia & Isauria, & universa Græcia, & Jerusalem & Cyprus, & plurimi ex Palæstina & Phœnicia duas hypostases, & duas operationes & proprietates Christi unanimi consensu profitentur. Sed & omnes Episcopos aliter sentire convictos in exilium pellunt. Cyrillum insuper impium, qui doctrinam de unica hypostasi & proprietate atque operatione Christi primus invexit, anathematizarunt & ex diptychis Ecclesiasticis expunxerunt. Et verò miraculi speciem habet, quod illi, qui per tria circiter sæcula errorem sequuti fuerant, ex Dei gratia ad veritatis agnitionem redierint; nos contra, qui per sex fere secula in vera fide & doctrina firmi perstitimus, nunc in errorem imprudentes impellamur, operâ istorum Dæmonum, qui à Romanorum ditione abacti fuere: & quum illi Cyrillum fidei ipsorum depravatorem è sacris Diptychis post tria secula modo abraserint, nos inanimem Cyrilli abortivum, nempe Sahadunam fatuum hominem, in Ecclesiam Dei cum honore sanctorum admittendum esse contendamus; quum præsertim ille contra quotidie clamet, se de nostra communione haudquaquam esse, nosque universos in errore versari, seque satagere, ut nos ad suam fidem traducat, & ad hunc scopum è terris Romanorum huc revertisse. Hæc proinde intuemini, ô Sancti Sacerdotes, & sedulo satagite, ut custodiatis intemeratam nostram fidem, & viriliter state in custodia Domini, in qua fuistis constituti, ne Dæmones illi, qui ex Occidente virtute Dei abacti fuere, per cuniculos in Orientem nostrum irrepant, vilissimi hominis operâ qui Sahadunas appellatur, nosque in fine mundi infamia hujusmodi laboremus. Recolite, ut viros doctissimos decet, quæ scripta sunt: per exiguos nimirùm & faciles aditus nequitiam hujusmodi in Romanorum terras intromissam fuisse, & viros admirandos atque inclytos doctores cecidisse atque naufragium passos fuisse, & seipsos flevisse demùm, quum ad indigna perpetranda inducti fuissent; ad anathematizandam videlicet fidem Patrum & benefactorum suorum, quorum memoria literis consignata manet in sempiternum ad nostram doctrinam & admonitionem: quoniam finis seculorum pervenit super nos. Ecquis verò norit non esse ista initia dolorum adventus satanæ? Quodsi sub initium dolorum naufragium patimur, quæ nobis spes superest ad ea, quæ ventura sunt? Satagamus ergo, sicut boni Antistites, ut simus exemplaria virtutum Ecclesiæ Dei, ad cujus ministerium segregati fuimus. Ipse autem misericors & bonus Deus, qui in potestate habet, ut omnem in timentibus se gratiam abundare faciat, infirmitatem nostram sua misericordia corroboret, ut faciamus voluntatem ejus omni tempore cunctis diebus vitæ nostræ. Amen.* Hæc Jesujabus in Sahadunam & Catholicos universos præter omnem modum infensus.

Quod verò *Latinos Græcosque* scribit, *rejecta unius hypostasis assertione, duas hypostases duasque operationes & proprietates Christi unanimi consensu in toto Romano Imperio sua ætate profiteri; testesque hujus rei monachos quosdam Nestorianos advocat, qui lustratis Romanorum terris in Assyriam postliminio redierant:* id, inquam, putum mendacium est, ad confirmandos in erroribus suis sectarios excogitatum. Hanc autem illius commenti causam fuisse existimo: quod per ea tempora, quibus Jesujabus scribebat, Romani Pontifices, orthodoxique per Orientem Episcopi adversùs Monothelitas docebant, *duas Christo voluntates operationesque ineesse*. Nam sicuti Monophysitæ eos, qui unam Christi voluntatem operationemque asserebant, perinde se habere existimabant, acsi unicam naturam profiterentur; ita Nestoriani assertionem duarum voluntatum operationumque ad duas Christi personas hypostasesque falsò detorquebant. Atque idcircò sibi blandiebantur, Romanos Græcosque ab avita religione recedentes, ad doctrinam Nestorianorum de duabus Christi personis hypostasibusque transisse: quod tamen quàm à veritate distet, necesse non est ut ostendatur. Sic & olim Monophysitæ Concilium Chalcedonense calumniati fuerant ut de Zacharia Rhetore scribit Evagrius lib. 2. hist. Eccles. cap. 2. quasi duas Christi naturas definiendo, geminas etiam hypostases personasque asseruerit: quum tamen in eo utraque veritas disertè declarata fuerit, tàm scilicet duarum naturarum adversùs Monophysitas, quàm unius personæ & hypostasis adversùs

versùs Neſtorianos. Jeſujabum autem exortam ſeculo ſexto Monothelitarum hæreſim, propugnatamque adversùs eos à Catholicis duarum voluntatum operationumque veritatem reſpexiſſe, liquet primùm ex enumeratione terrarum Romani Imperii, quæ in eandem fidem conſentiebant: deinde ex eo quod de Patriarchis & Epiſcopis ſubdit, aliter ſentire de duabus Chriſti operationibus convictis; eos nimirùm *in varias Romani Imperii partes projectos, crimen exilio luere*: quod Epiſcopis Monothelitis apprimè convenit. Poſtremò quum tria ferè ſecula à Sancti Cyrilli ætate ad id quo ſcribebat, tempus enumeret, vergens Chriſti ſeculum ſeptimum clarè deſignat, quo hæreſis Monothelitarum erupit. Quod verò *ſancti Cyrilli nomen* ſubdit *unàcum Severo ex Diptychis & ex univerſa Eccleſia abraſum*; id mala fide à Monophyſitis accepit, qui Severum hæreticum cum S. Cyrillo Catholicæ fidei propugnatore ita conjunctum volebant, ut alter ſine altero damnari, vel ſuſcipi nequiret: quamobrem quum Severum ab orthodoxis rejici intelligerent, Cyrillum quoque ab iiſdem repudiari dictitabant; perinde acſi eadem utriuſque fides fuiſſet; quum tamen alia fuerit Cyrilli, & alia Severi doctrina, ut compertum eſt. Hinc ex eorundem Monophyſitarum fraude Jeſujabus *Cyrillum* affirmat *doctrinam de unica hypoſtaſi & proprietate atque operatione Chriſti tradidiſſe*: & paulò antea ex eorundem mente *naturam & hypoſtaſim* pro una eademque re uſurpat. Sed ad ejus geſta progrediamur.

Ex Metropolita in Patriarcham ordinatus Jeſujabus, *promovendis ſcientiis operam dedit*, ut ex Amro notavi tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 421. Quo in negotio quum in cœnobio Beth-Abenſi excitatum à ſe templum dedicaſſet, Scholamque ibi ædificare decreviſſet, diſſidium ipſum inter & ejuſdem cœnobii monachos exarſit, quod à Thoma Maragenſi in hiſtor. monaſtica lib. 2. cap. 7. 8. 9. & 10. deſcribitur in hæc verba.



Beatus autem Mar Jesujabus factus Catholicus Patriarcha, quum universam plenitudinem sacrorum accepisset, quæ datur ad sanctæ Ecclesiæ gloriam, profectum & perfectionem per electionem Spiritus Sancti, qui universa ejus decora efficit & largitur atque ad perfectionem perducit; omnem operam curamque contulit, ut eo munere fungeretur ea diligentia, quam justum est à filiis exhiberi circa hæreditatem paternam domûs, in qua enutriti fuerunt: construxitque in isto cœnobio (Jacobi in Beth-Abe) magnificum & sumptuosum templum collatâ operâ cum sanctis & beatissimis Sabarjesu Episcopo Metropolita Beth-Garmæ, & cum Georgio ipsius discipulo Metropolita Adjabi, de quo infra etiam nobis sermo futurus est: &

cum

cum omnibus Episcopis hujus provinciæ Athur (ideſt, Niniviticæ regionis) *& Adjabi. Templum verò mox consecratum & omni sacro instrumento instructum ornatumque fuit.*

Paulo post Scholam exstruere decrevit in loco, ubi ejusdem cella exstabat, eamque necessaria supellectili instruere, atque ad eandem accessere magistros, doctores, & expositores, & quamplures scholares colligere, eisque de omnibus providere. Ita ipsi deliberatum erat, statueratque id operis, nempe Scholam, ad eruditionem & scripturarum scientiam ibidem excolendam construere, situmque talem designaverat, ut monasterium Scholæ contiguum unam cum ipsa ædem componeret: ut illa auidem filios pareret & educaret; monasterium verò adolescentes sic educatos ad pietatem & ascetieæ vitæ institutum informaret. Quocirca operas & Architectos ad designatum opus conduxit.

At verò sanctus magister noster Kamjesu Archimandrita unàcum plurium fratrum cætu ejusdem cum ipso sententiæ & consilii, rati Catholici molitionem laborem ipsis & strepitum intolerabilem allaturam, quodque posthac necessum foret silentii & quietis utilitates & delicias relinquere, omnemque monasticæ vitæ conversationem, cujus gloria & decus omne ex custodia oris, oculorum, auriumque pendebat; Catholicum simul omnes adeunt, eumque modestis humilibusque precibus orant, ut istiusmodi opus ipsis in pluribus molestissimum missum faceret. Neque enim, ajebant, est hoc Monachorum opus, ut in cellis nostris sedentes, audiamus cantiones, & sonos, & tripudia puerorum, & nocturnos vigilantium adolescentium ludos. Profectò nec in libris reperimus, nec ex auditu accepimus id factum in ullo monasterio Patrum: nos enim ad fletum & luctum vocati sumus in secessu cellarum nostrarum secundùm doctrinam, quam à scripturis didicimus: quod etiam à Patre nostro Mar Jacobo traditum accepimus. Neque enim dum superstes viveret, neque morti proximus mandavit nobis, ut alter alterum doceremus, aut alium quempiam literis imbueremus; multoque minus, ut Scholares iterùm evaderemus: sed potiùs ut in secessu cellæ & solitaria lectione unusquisque ageret. Quodsi placet tibi Scholam construere, habes omnes urbes & earundem pagos, tibique universa Persarum regio subest. Scholam ædificato, ubi libuerit. Enimverò in hoc cœnobio Schola omninò non ædificabitur, nisi postquam omnes hinc migraverimus.

Quibus Catholicus in hæc verba respondit. Haud æquum est vos offendi opere, quod vobis honori futurum est, & monasterii hujus decus amplificabit & augebit: sed quum geminæ sint virtutes velut geminæ operationes, altera activa, quæ consistit in divinarum Scripturarum scientia, & altera contemplativa, quæ ex actibus mentis & cogitationibus constat; ambæ in hoc loco complebuntur, & hoc Patrum nostrorum monasterium speculum rerum pulcherrimarum evadet viris prudentibus & perfectis, & monachorum numero augebitur advenientibus iis, qui in Schola ad scientias excoluntur. Cæterùm ex duplici causa quibuslibet objectis præponderante id in mea potestate esse video: altera, quod ego hoc monasterium fundis & opibus ad hanc amplitudinem extuli: altera quæ ad spiritum attinet, quia omnibus ego sacris ædibus & monasteriis præsideo: & quandoquidem omnium universim curam habere meum est; hanc præ aliis ædem, utpote quæ mea peculiari nomine est, justum & æquum fuerit decorare & amplificare. Quare verbo Domini constrictos vos esse intelligatis, ne opus istud, in quo bona voluntas universorum Domini est, impediatis.

Quum verò animadverterent Raban Kamjesu, & Baraz-Surinus sacri cætus Prior, qui & Raban Kamjesu postea successit, ad illas ædes deserendas omni vi se cogi, quandoquidem Mar Jesujabo resistere non valebant; communicato consilio cum aliis septuaginta monachis ejusdem cœnobii, Catholico factum minimè advertente, Martyrium ingressi, arcam sancti Mar Jacobi patris sui spiritualis sustulerunt, eamque secum asportantes, cum lacrymis & gemitibus & ingenti ploratu, quasi nunquam posthac monasterium istud essent visuri, sed ab illo migrarent nunquam in ævum redituri; abierunt universi ad locum quemdam suprà Herpham pagum Saphsaphæ, deliberatione facta ibidem ædificandi cœnobium, atque in eodem Magistrum nostrum (Jacobi corpus) *deponendi, suamque conversationem vitamque in iisdem ædibus ad exitum usque traducendi. Lapides itaque evolvere & convehere cœperunt, & materias ad templi cellarumque constructionem præparare; quum ignorarent beati illi, à Domino se propediem reducendos esse ad hæreditatem Jacobi patris sui &c.*

Eadem qua illi discessere nocte, Catholico inter somnum & vigilium in suo lectulo cubanti apparuit aquilæ magnæ & fortis cum ingentibus amplisque alis species plurimos dorso pullos ferentis. Videbatur autem ex Martyrio, ubi positus erat magister noster Jacobus, egressa volare, & Boream versus tendere: simul visum est illi audire pullos lamentantes & obmurmurantes surreptam sibi escam. Catholicus interim extemplo expergefactus, somnium attonitus mirabatur. Quare ædituum per discipulum suum arcessit. Sed antequam interrogaret, audit expostulantem, quod paulo antea Archimandrita, & senior Baraz-Surinus unàcum septuaginta aliis monachis Magistrum sustulissent & abiissent: subdiditque: & nunc ecce universus monachorum cætus hinc migrare & illos subsequi cogitat. Quæ quum audiisset beatus Mar Jesujabus, intellexit non placere Deo quod ipse moliebatur: eademque die ad eos qui migraverant, ut ad locum suum redirent, rescripsit. Ipse verò in Colaphanam oppidum suum profectus, Scholam quam in hoc cœnobio designaverat, construxit: simul beati illi ad cellas suas postliminio remigravunt.

Hæc Jesujabus cum monachis Beth-Abensibus. Sed longè graviorem cum Episcopis Persarum Catarensiumque controversiam habuit. Ajebant illi, se Catholico Seleuciæ, hoc est, Primati seù Patriarchæ Nestorianorum, nequaquam subjectos esse: Metropolitam magnum se habere, qui Persidis Catholicus diceretur, quique Seleucienſi Primati minimè subesset. Contra Jesujabus potestatem omnem Ecclesiasticam ex Throno Seleucienſi tamquam ex fonte ad

ipsos

ipsos promanasse contendens, per epistolas legatosque adhortatur, ut ad Ecclesiæ illius unitatem redirent, neve Nestorianorum, Maruanitarum, hoc est urbis Maru incolarum, vestigiis inhærerent, qui quum à Patriarchæ Seleuciensis obedientia defecissent, fidem quoque Christianam abjecerant.

Amrus refert, Jesujabum in Persidem profectum, Simeonem Metropolitam suæ potestati subjecisse. وكان رجلا معروفا يوجب له ولاة الناحية وكتب له بعضهم سجلا بترك التعرض له فى ديارانه وكرمه وخراجه وبراءات اصحابه وقوطع على ذلك شى يسير وكان فى كل جمعة يسل حوايجه وما تصلح معه امور النصارى وخرج بنفسه لاصلاح امر شمعون مطران فارس وردّه لطاعته . فان من تقدّمه من مطارنة فارس لم يدخل تحت طاعة جاثليق المشرق .

Erat (inquit) *Jesujabus vir notus ac celebris, cui Præsides locorum multum deferebant, adeò ut quidam ex illis diploma eidem concesserit, quo cavebatur, nequis negotium ipsi quoad ejus monasteria & Sedem, aut tributa ab ipso vel ejus familiaribus exigenda faceſſeret: Pensionem enim admodum exiguam bis pro rebus taxaverat: singulis verò hebdomadis quid ipsi opus esset, & quomodo Christianorum res se haberent, rogabat. Jesujabus autem ut res Simeonis Persarum Metropolitæ componeret, in Persidem abiit, eumque ad suam obedientiam adduxit. Nam qui Simeonem præcesserant Persidis Metropolitæ, Catholici Orientis potestati nequaquam se subjecerant.*

Barhebræus id factum non Jesujabo Adiabeno, sed Timotheo Patriarchæ, qui sæculo integro Jesujabo posterior fuit, tribuit. Sic enim in 3. par. Chronici Syriaci scribit in Vita Joannis Chionitæ Maphriani.

ܗܕܐ ܝܘܚܢܢ ܟܕ ܫܡܥ ܕܫܡܥܘܢ ܡܛܪܢܐ ܕܦܪܣ ܐܬܦܣ ܠܘܬ ܡܪܝ ܛܝܡܬܐܘܣ ܩܬܠܝܩܐ ܕܐܬܘܪ ܘܐܬܝ ܠܐܪܒܝܠ ܘܫܡܥ ܕܐܬ ܠܘܬ ܡܪܝ ܛܝܡܬܐܘܣ ܘܐܬ ܠܘܬ

ܕܥܕ



Ubinam sunt (inquit) *filii tui, ò Pater filiis destitute? Ubinam ingens Maruanitarum* (Maru, seù Meruæ urbis in Chorasana incolarum) *populus, qui quum neque gladium, neque ignem, aut tormenta vidissent, solo mediocritatis bonorum suorum amore capti, velut amentes, è vestigio in barathrum perfidiæ, hoc est, in æternam perniciem, ruerunt, & ad nihilum prorsùs redacti sunt, duobus dumtaxat nomine tenùs Sacerdotibus, instar præustorum titionum, ex flamma impietatis evadentibus. Proh dolor! Ex tot hominum millibus, qui Christiani appellabantur, ne una quidem minima hostia per proprii cruoris effusionem Deo pro vera fide consecrata est. Ubinam sunt etiam Carmaniæ, totiusque Persidis sanctuaria? quæ non per adventum Satanæ, aut jussu Regum terræ, aut mandatis Præsidum provinciarum exeisa corruerunt; sed exiguo unius vilissimi dæmonis flatu, qui neque dæmonum honore dignus habitus fuit ab illis, qui ipsum allegarunt, dæmonibus, neque virtutem diabolicæ deceptionis à Satana corruptore accepit, ut eam in vestra regione ostenderet; sed solo imperii sui nutu universas vestræ Persidis Ecclesias à fundamentis evertit. Vos autem Persæ, qui cæteris hominibus virtute ingeniique sublimitate antecellere, in eoque rerum statu constituti esse videmini, ut neque Ecclesiæ Dei, imò Dei ipsius auxilio indigeatis; in hoc tamen Ecclesiarum vestrarum excidio tàm humiles, tàm mites, tàm mansueti fuistis, ut neque manus aut vires corporis adversùs templorum vestrorum subversores moveritis, neque robur ostensionemque fidei vestræ adversùs ejusdem fidei persecutores exhibueritis; neque instar hominum, qui in Ecclesia Dei precibusque Sanctorum confidunt, ad eandem Ecclesiam conversi fueritis, ut vestrum ipsi calamitatem significaretis, opemque precum à sanctis Domini nostri implloraretis; sed stupidi, & insensati in eo, quod vobis accidit, infortunio usque in præsentem diem manssistis. Nunc verò, quum hasce ad me literas misisti, ne verbum quidem de hujusmodi rerum statu mihi significasti. Equidem miratus sum, valdeque miror: quodsi quum nondum Satanas in homine peccati, quemadmodum de eo scriptum est, advenerit; hæc tamen omnia Christianis in Persida totoque Austri tractu commorantibus contigerint; quid igitur in adventu ipsiusmet Satanæ fiet? Nonne vobis suboritur suspicio, cur hæc primùm vobis ante omnes ita evenerint? An non inter vos est, qui socio suo dicat, quare isthæc omnia nobis tantùm acciderunt? An non inter vos sunt viri zelatores, qui ob mali gravitatem dolore mœroreque tabescant? Numquid malum præ oculis vestris malum non est? Profectò si ingenuam adhuc cogitationem, oculoque discretionis illustratam haberetis, optimè cognosceretis, quænam sit infirmitatis fidei vestræ origo. Clarè utique deprehendere vobis liceret, causam infirmitatis fidei vestræ in hac tentationis tempestate ex ipso Christianitatis fonte provenire. Fons enim Christianitatis, virtus est Sacerdotalis; virtus autem Sacerdotalis per canonicam & legitimam manus impositionem traducitur. Si enim manus impositio illegitimè fiat, nequaquam virtus Sacerdotalis cum ipsa per traditionem à summis ad ima fluet, quemadmodum è cœlo super Apostolos derivata est, & ex Apostolis ad eorum successores usque ad consummationem sæculi: & siquis ex prævaricatione voluerit rem hanc illegitimè rapere, nomen quidem rapiet; virtus verò cum nomine haudquaquam promanabit. Alioquin exponat nobis religiositas tua, cur gloria Sanctorum Domini nostri per spiritualia opera perque imitationem sequuturæ post resurrectionem vitæ in regione vestra minimè refulget, quemadmodum eam refulgere videmus in quocumque loco invocatum est nomen Domini nostri Jesu Christi à finibus terræ usque ad vestram Persidem &c. Nam ille ipse, qui vos seduxit vestrasque Ecclesias subvertit, apud nos primùm in regione Radanensi, ubi major ethnicorum est, quàm Christianorum numerus, apparuerat; & tamen propter gloriam operum Christi fidelium ne ipsi*

qui-

quidem ethnici ab illo seducti sunt; sed cum dedecore hinc repulsus, non modò Ecclesias non evertit, sed ipse potiùs eversus fuit: quem tamen regio vestra Persica cum Ethnicis Christianisque suis excepit, nutibus illius obsequuta, Ethnicis quidem ipsi consentientibus, Christianis verò tacentibus nihilque contra reluctantibus. Atqui Taji (Arabes) isti, quibus terrarum imperium hac tempestate largitus est Deus, en apud nos sunt, ut nostis: nec tamen Christianam religionem impugnant, sed potiùs fidem nostram commendant, Sacerdotes Sanctosque Domini honorant, & in Ecclesias cœnobiaque beneficia conferunt. Quî igitur Maruanitæ vestri fidem suam eorum causâ deseruere? Idque quum Taii, ut ipsi Maruanitæ asserunt, non eos compulerint ut suam religionem desererent, sed ut ea salva integraque, dimidio dumtaxat bonorum suorum cederent. At illi fide quæ in æternum prodest derelictâ, medietatem bonorum hujus caduci sæculi tenuere: eam verò fidem, quam universi populi proprio effuso cruore emerunt & in hanc usque diem emunt, perque eam vitæ sempiternæ hæreditatem capiunt, Maruanitæ vestri necum medietate quidem bonorum suorum commutare voluerunt. Cur igitur hæc omnia contigerint, sapientibus notum est. Quod si quis aliter hæc interpretetur, aceto, ut ajunt, chordas aspergit, timoremque Domini undâ cum prudentia abjicit. Hoc etiam in memoriam revoces, velim, frater Deum diligens: quod sicuti fores impositionis manus Episcopatus coram multis Indiæ populis occlusistis, donum Dei propter corruptibile lucrum ad alendam corporis libidinem prohibentes; ita & superi fores domi Domini coram vestra indigentia occlusere. Quàm enim desperata sit nunc publica apud vos res, ipsimet optimè nostis. Contra quum per legitimos traductores perque Canonum semitas donum Dei fluxerit fluatque; en plenus est terrarum Orbis Episcopis, Sacerdotibus, & fidelibus, qui tamquam stellæ cœli de die in diem augentur. At in vestra regione, ex quo ab Ecclesiasticis canonibus defectis, interrupta est ab Indiæ populis Sacerdotalis successio; nec India solum, quæ à maritimis regni Persarum finibus usque ad Colon (insulam trans Malabaricas terras, quæ hodie Chilao appellatur) spatio ducentarum supra mille parasangarum extenditur, sed & ipsa Persarum regio vestra, divinæ doctrinæ lumine, quod per Episcopos veritatis refulget, orbata, in tenebris jacet. Et hanc quidem perniciem partumque ex hujusmodi inobedientia malum deprehendere vobis licebit in tremendo illo Judicii die, quando nihil proderit pœnitere. Hæc igitur recole, frater, attentèque considera præsens nostrum, imò vestrum periculum. Tu verò, qui à mundanis affectibus liber es, quique, ut ferunt, virtutis amore flagras, pro viribus tuis enitere, ut vetustam recentemque legum Ecclesiasticarum corruptelam, quæ inter vos perque vos jamdiu inducta est, emendes &c. Equidem novi, frater, salutatoriat à tua religiositate ad præcessores meos Catholicos & ab iis vicissim ad te epistolas transmissas fuisse; idemque à te officium mihi quidem exhibitum scio. Verùm non in hoc stat canonum Sacerdotalium, qui sunt fidei fundamentum, observantia; neque per hoc fidei ipsius, quæ vita Christianorum est, infirmitas adjuvatur; aut virtutum opera, quæ alimentum vitæ Christianorum sunt, perficiuntur; hac præsertim tempestate, & apud nos ipsos, quibus prædictus a beato Paulo mundi finis jam jam imminet. Itaque veritatis amore inflammatus, frater Deum diligens, revertere ad fontem Sacerdotalis vitæ, ex quo olim vivificum chirotoniæ spiritualis fluentum ad vos per gratiam Dei promanavit. Hæc agens, sicque credens, fluesque ipse, fluctque ad te iterùm vivificum illud fluentum, quod canonicè in loco, quem fixit Dominus, manat, quodque imbrem communium Ecclesiæ Dei precum, auxilia scilicet Dei, tamquam aquas hauriens, fontem spiritualis vitæ ad eandem Dei Ecclesiam juxta cælestem dispositionem refundit, quum per indignos mei similes præstantia illius minimè deturpetur; Deo nimirùm, ut scriptum est, virtutem suam in infirmis perfici volente. Itaque si libuerit tibi, frater, quemadmodum scripsisti, ad me accedere, & locum nosse desideras, ubi meam tenuitatem convenire, ut etiam significasti, in posterum queas; noveris, me æstivos hosce menses in regione prisci incolatus mei (hoc est, Ninivitica) transacturum esse, si vita comes erit, Dominusque voluerit. Quum verò autumnale tempus instabit, ad Catholicæ Sedis urbem (Seleuciam) regrediar, ibique & hiemali tempore commorabor, vita item comite Deoque volente. Posthæc quod voluerit Dominus, fiet. Quod autem tibi renunciatum est, me excursionem huc & illuc facere paraturum; id quidem decreveram; sed ne exequerer, effecit tùm antiqua corporis infirmitas, quæ nunc magis invaluit; tùm nova superveniens senectus, quæ membra virtutesque corporis debilitavit. Atque idcirco quæ fieri oportet ago, non corporeis quidem viribus, sed Sanctorum Dei, totiusque Ecclesiæ precibus adjutus, quibus & à potentia mortis sæpè liberatus sum, & spero me per divinam erga me bonitatem liberatum iri. Quod igitur fraternitati tuæ libuerit, fac. Tantùm ob oculos divinum scopum ponito. Ipse autem misericors ac benignus Dominus noster, qui potens est omnem gratiam in timentibus se abundare facere, adjuvet te, moneatque, ut quod coram eo rectum est, id semper cunctis diebus vitæ tuæ perficias. Amen. Salutant te Patres Episcopi & fratres sancti, qui apud nos sunt. Saluto universam, quæ apud vos est, sanctam Ecclesiam. Gratia vobiscum omnibus. Amen.

In epistola 16. 

ad eundem Simeonem Metropolitam, & ad Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & fideles regionis Persarum, affirmat Jesujabus, se binos in Persidem Episcopos allegasse; Theodorum scilicet Hormuzi, & Georgium Susatræ: iisque præcepisse, ut Persas ad Sedis Seleucienfis obedientiam revocarent, nulla lucri temporalis habita ratione. Hoc enim quum Persæ in eo Unitatis negotio à Jesuja-

bo intentum fuiſſe ſuſpicati eſſent, à Sede Seleucienſi ſimul & à fide Chriſtiana eos defeciſſe.

Ego

Ego (inquit) *Frater, tùm ex opinione, quam de te antea concepi; tùm ex iis, quæ dudum ad me scripsisti, vicissim ad te pridem rescribere vehementer optavi: quare etiam rescripsi, velut viro Deum timenti, adhortationes spiritualis charitatis plenas, decens ea quæ ex divinæ legis præscripto ab unoquoque nostrum conferri justum & æquum est ad magnum Ecclesiæ Dei ministerium, cui ipse præfectus es. Quam per occasionem tibi intimum animi mei dolorem expressi flebili stylo, causamque itidem adjunxi, ob quam ista vobis hoc tempore acciderunt: vosque insuper adhortatus sum, ut ad sacerdotalem fontem pie postliminio redeatis, unde spiritualis vitæ fluenta ad universum Domini populum per omnem Orientem nostrum commorantem deducuntur &c. Video autem vos velut homines, qui fidei ægritudine conflictamini, quam illegitimæ Ordinationes pepererunt, ita repente contra Dei Ecclesiam decreto bello vos ipsos obarmasse, dum ex perversa vestrâ consuetudine nostra metientes, creditis eum, qui Ecclesiastico Primatui sese subdit, non id facere ad suscipiendam Spiritûs gratiam, sed ad pendendum corporale tributum, quod ipsi impiè non modo ab invicem accipere consuevistis, sed à remotissimis gentibus Iudorum exigere. Hac perversa opinione occupati, quæ à Sacerdotibus & à Christianis aliena est, à legitimo Ecclesiæ Dei Primatu olim defecistis, vosque metipsos sacerdotali virtute privastis, quæ ad vos per legitimam manus impositionem ab ipso fonte Ecclesiæ Dei canonicè manabat: vestræ insuper fidei robur detrivistis, quemadmodum hoc tempore exitus monstravit. Nunc verò quum ego vobis scripsissem, suadeus, ut ad fidei, à qua excidistis, præsidium vos reciperetis; habitâ inter vos accuratâ deliberatione, scripto vestrum à fide defectionem confirmastis, ea ratione, qua à vobis id factum nostis. Sed & ad laicos præsides Syngraphan impietatis vestræ per summam stultitiam detulistis, ut eos accuratè doceretis, vos Christianos non esse, nec eor mentemve habere, quemadmodum vobis dictum ab eo ipso, ad quem misistis, vos ipsi audistis: quod quidem divino consilio providentiaque factum est. Si ergo quod audistis fatemini, respiscite miseri. Quid enim, oro vos, præterea habet Diabolus, quod vobis inferat malum suprà id, quod vobis ipsi intulistis? Profectò si quis vobis velut sceleſtis, dignum vestris flagitiis supplicium inferre velit, istud ipsum, quo vos ipsos plexistis, inferret: vos scilicet ab Ecclesia alienos efficiendo, atque eo adducendo, ut in vestris Adversariis, in Principibus nempe hujus seculi, spem vestram collocaretis. Nobis itaque est adjiciendum his jam nihil supereſt præter lacrymas, quas etiam pro sociis vestris Maruanitis effudimus; visum est nihilominus velut ad sepulcra mortuorum, quales vos esse video, geminos hosce Dei Sacerdotes ad vos allegare: Theodorum videlicet Episcopum Hormuzdadscir, & Georgium Episcopum Susatræ: ut si quidem in vobis spiritum vitæ Ecclesiasticæ supereſſe repererint, spemque esse, ut ad primum fontem, unde Christiani vitæ animæ latices hauriunt, redeatis, nostram de vestra salute solicitudinem curamque vobis significent; nosque satagere, ut vobis Dei gratiam impertiamur, non utique ut nequitiam, quam ipsi tenetis, à vobis recipiamus; fœda nempe vestigalia, quibus assueti estis: & ut, si necessum fuerit ad id vobis persuadendum, per mores, quibus nos omnes Christiani assueti sumus, jurent, vobisque certam fidem faciant, nos non modo vestra haudquaquam quærere, sed nostra potiùs vobis, ubi æquitas postulaverit, largituros: idque tantummodò optare, ut vos in Christiana religione permaneatis, neve ab Ecclesia Dei alieni esse velitis, & Sacerdotii virtutem deinceps à Thesauro Domini suscipiatis, quem Dei gratia per Apostolicos canones nobis tradidit.*

Epistola 17. ... *Ad Episcopos Catarensium*, (hoc est Christianorum in Catara seu Socotora insula adjacentibusque Arabiæ locis commorantium, quorum in historiis Lusitanicis fit mentio,) intentatum iis à Synodo anathema Jesujabus confirmaturum se affirmat, nisi resipiscant, & ad Sedis Seleucienſis obedientiam redeant.



vangelio Dominum iis qui verbum audituri erant, dixisse. Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant. Vitam autem veritatis agnitionem appellat, sicut ipse illis verbis exposuit: hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum, & quem misisti Jesum Christum. Id autem, quod abundantius dixit, designat gratiam Spiritus, quam accepturi erant, qui erant baptismum in nomine ejus suscepturi: donum insuper honoris ejus in hac ipsius Ecclesia, quæ in terris est, & in altera, quæ in cœlis. Quidpiam hujusmodi ad vos pridem scripsi, vosque ut ad me accederetis, invitavi, ut non modo virtutem & perfectionem ab Ecclesia Dei acciperetis, illi profecto quam commemoravi, vitæ affinem; sed & ampliorem honorem, illi utique similem, quem Dominus postremis illis verbis significavit, consequeremini. Vos autem illis, ad quos olim istud verbum directum fuit, similes effecti, vos ipsos condemnantes, judicastis vos excelso illo honore verbis Domini indicato haudquaquam dignos esse, aut divina communione, quæ per vitam à Domino significata est. Quare vos ipsos præpedivistis, ne ad Ecclesiam Dei accederetis, & ad defectionis vestræ principem (nempe ad Simeonem Metropolitam Persidis) *inconsulto impetu profecti, vestram adversùs Deum perduellionem stultè conscripsistis & signastis: quid? quod & libellum defectionis vestræ ad tribunal secularium principum detulistis, omniaque effecistis, ut nulla omnino spes jam supersit fore, ut ad Ecclesiasticam vitam quandoque redeatis. Dei itaque Ecclesia, hæc nimirùm sancta Synodus, quæ hoc tempore in urbe Cathedræ Catholici* (Seleucia) *congregata est, vobis dudum fecit, quod ipsi vobis præsumpto antea judicio feceratis, vos scilicet ab honore & gradu, cujus nomen præfertis, dejiciens. Justum enim est, eos qui se à fonte vitæ Sacerdotalis è cœlo fluente exciderunt, sibique solam inanem Sacerdotii appellationem sufficere arbitrati sunt, sibi invicem illud conferentes, ipsa inani appellatione omnino privari, ne populis harum rerum ignaris causam erroris præbeant. Nibilominus ego, qui frequenter expertus sum à Deo mortuos ad vitam revocari posse, supersedendum tantisper à lata adversùm vos sententia judicavi, donec vos per hanc epistolam invisérem, ut si quidem mors vestra à vera spe ad corruptionem interitus minimè appropinquavit, sicut de Lazaro ab ejus sorore dictum fuit, vos Domini virtus, sicut illum, ad vitam fortasse revocet, & ad Ecclesiasticam vitam redeatis, quemadmodum & ille revixit. Sin aliter res se habeat, morsque vestra ab Ecclesia Dei spem omnem vitæ excussit, nos vestrum exitium deinceps lugeamus, sicut sociorum vestrorum Maruanitarum dudum luximus. De vestra itaque sententia nos quamprimum docete: nec per simplicem tantummodo epistolam id fiat, quemadmodum hactenus fecistis; sed certa sinceraque operis testificatione. Interim oro, ut Dominus id efficere vobis gratiâ suâ tribuat, quod è vestra salute futurum est. Valete.*

Demùm Epistola 18. *Ad Catarenses* populos, narrat se primùm Episcopos Persarum Catarensiumque per literas nunciosque ad unitatem invitasse: mox parere recusantes intentato anathemate terruisse: demùm in apertam defectionem prorumpentes omni Ecclesiastica dignitate dejecisse. Alios proinde quos vellent, ipsorum loco Episcopos postularent, & ad se consecrandos mitterent. 



Episcopos Persas (inquit) *ad congregationem Ecclesiæ Dei invitavi, ad accipiendam è Domini thesauro spiritualem gratiam secundùm Synodalem Canonem à SS. Patribus nostris in Spiritu Sancto constitutum. Episcopos itidem vestros* (Catarenses) *multa cum charitate & altioris honoris pollicitatione advocavi. Isti verò Ecclesiæ Dei beneficium nihili pendentes, aut honorem ex virtute Sacerdotali provenientem, neque Christianam religionem reverentes, viam vitæ, quæ ad Ecclesiam Dei ducit, reliquerunt, & viam mortis Perstdem versùs arripuere, ad perduellionis principem Ecclesiasticarum legum adversarium* (Simeonem Persidis Metropolitam) *profecti; Christianamque religionem blasphemo libello & impio chirographo abjurarunt, ut hoc pacto à communione Ecclesiæ Dei in sempiternum deficerent. Et ista quidem ausi sunt. Id verò impudenter stultèque agentes, Diaboli votum superarunt. Diabolo siquidem sat erat fortasse eorum à fide defectio, sicut & Maruanitarum. At Episcopi Persidis & Catarensium soliciti quomodo plusquam Diabolus optasset, Christianam religionem libellis stultitiæ & chirographis impietatis abnegarent, abjurationem communionis cum Ecclesia Dei, cum Christiana videlicet religione, scripsere, signatamque obtulerunt: ut scilicet non in ipsis tantummodò sisteret fidei abnegatio, quod Maruanitæ fecere; sed ad posteros promanaret, si tamen posteros sibi impietate pares habituri sunt. Ego verò omnem spem abjicere nolens fore ut ab illius impietatis morte quandoque revivisçant, duos Episcopos Huzitarum ad eos qui in Perside commorantur, rursus allegavi, totidemque Episcopos Mesenensium ad vestros, cum meis universæque Synodi literis: illisque mandavi, ut zelo spiritus agant cum istis animarum suarum interfectoribus, donec formetur in eis Christus: quodque si isti abjecta spe resurrectionis ausi fuerint adhuc adversùs Christi Ecclesiam pugnare, ipsi pulverem pedum suorum, quasi super hominum perditorum sepulcra, excutiant, & ad nos revertantur, prædicantes super sepuleris illorum segregationem eorum ab Ecclesia Dei in hoc seculo & in futuro. Hæc nos sic fieri mandavimus. Et illi quidem, qui ad Persas missi fuerunt, per seipsos illuc profecti sunt. Qui verò ad vos destinabantur, alios substituerunt. Nunc verò qua cum ignominia & dedecore atque blasphemia è Perside & Catara prodierint sacerdotes Dei, qui ab Ecclesia Dei ad homines, quos Christianos esse putabamus, missi fuerant, vos melius quàm nos didicistis, si tamen id nosse vobis curæ fuit &c. Vos itaque, fratres charissimi, nosse volumus, sententiam illam, quam adversus seipsos in sua ab Ecclesia Dei defectione stultissimi protulerunt Judæ damnationi simillimam, à nobis approbatam fuisse sapientiâ ab Apostolorum & Domini judicio minimè dissentiente. Neque enim justum est, aut fieri potest, ut nos mitiores simus, hoc est sapientiores Sanctis Apostolis, aut ipso Domino; sed contra, eorum exemplo, ab Ecclesiæ communione projiciamus oportet eos, qui Judæ similes, seipsos ab Ecclesiæ Dei communione laqueo sustulerunt: & hanc contra eos definitionem æquitate, & virtute Sacerdotii confirmavimus, ipsos nomine & honore Episcopatus, cujus titulum hactenus usurparunt, privantes, & à communione sanctorum mysteriorum removentes, donec pœnitentiam injunctam agant, & agnita veritate respiscant, animasque suas à laqueo Diaboli, quo capti sunt ad faciendam ejus voluntatem, expediant. Cavete itaque, fratres charissimi, cavete vobis, sancti, à communione virorum istorum, ut gratia Dei digni efficiamini, cujus sacramento obsignati fuistis. Si quod autem Sacerdotalis ministerii actum post literarum nostrarum publicationem audeant attentare, admonemus vos, quodcumque hujusmodi ab ipsis attentatum fuerit, vacuum omnino esse Spiritus Sancti gratia, idque per audaciam & stultitiam committi, & omni Christianæ religionis virtute carere. Satagite itaque, ut fidem vestram incontaminatam per timorem Dei custodiatis: & qui verbum Domini contempserit, ira de cœlo veniat super eum. Vos autem Presbyteri & Diaconi Ecclesiasticum ministerium legitimis cum ritibus peragite absque communione istorum, qui appellabantur Episcopi vestri, donec ab Ecclesia Dei vobis constituatur Cathedra Sacerdotalis juxta ritum & ordinationem spiritualium canonum. Vos itidem Fideles, in quorum potestate sunt Insulæ* (Catara scilicet seù Socotora eique affines) *& incolæ Deserti* (Arabiæ juxta sinum Persicum) *Dirini* scilicet, *& Masamig, & Talon, & Chata, & Hagar, satagite hoc tempore quammaximè de custodia vestræ fidei, & de legitima constitutione Sacerdotii, per quod sanctificati estis: & hanc curam secularibus negotiis anteferte. Eligite & mittite ad nos aut istos ipsos profanos Episcopos, si quidem judicatis eos dignos, ut nova designatione ad Sacerdotale ministerium promoveantur: aut alios, quos illis digniores existimaveritis magno opere excelsi ministerii Ecclesiæ Dei, ut hoc pacto ungantur, & consecrentur, & perficiantur, & tùm demum à primo fonte virtutis Sacerdotalis secundùm legem Christi ad vos remittantur.*

Huc-

1 Librum 1 de conversione cogitationum

Com-

Hucusque Jesujabus. Ex quibus ejus Epistolis liquet, quod suprà dicebam, neque eum in Persidem per seipsum abiisse, ut Simeonem Metropolitam sibi subjiceret; neque Persas Episcopos usque ad Timothei Patriarchæ tempora, qui diù post Jesujabum floruit, à Sede Seleucienti disjunctos fuisse. Antiquiores enim Persarum Episcopi haud interruptam cum ea Sede communionem habuerant. Simeon verò, quem Amrus ad Jesujabi obedientiam adductum affirmat, amicitiam quidem Jesujabi aliquandiu coluit; non tamen eam, quam ille volebat, subjectionem Sedi Seleucienti exhibuit, quemadmodum ex laudata ad eundem Simeonem Epistola liquet; confirmaturque ex prima ipsius Jesujabi ad monachos Catarenses Epistola, quæ inter eas, quas Patriarcha scripsit, vigesima est: ubi Simeonem potiùs à Sedis Seleucienstis obedientia unàcum Catarensibus Persisque Episcopis omnino defeciisse testatur, his verbis. [illegible]

Communem, quam ad universos Clericos fidelesque regionis vestræ (Catarensium) *dedi, epistolam legite diligenter coram universò Clericorum fideliumque cætu, eisque viam veritatis legemque Ecclesiasticam ostendite. Similiter & Synodicam Epistolam, quæ ad vos vestrosque Episcopos pridem scripta fuit: nec non & illam, quæ ad Simeonem Rivardsciriensem exarata est. Earum enim exempla sigillo meo obsignata transmitto: sed & exemplar epistolæ, quam olim ad Simeonem, qui Episcopus Rivardsciri dicitur, scripseram: ut quum legeritis, intelligatis, illum ex bono consilio, quod ipsi dedi, & ex adhortatione ad Dei cultum, quam ad eundem habui, commonefaciens ipsum, ut quæ ad suam ipsius, totiusque Ecclesiæ Dei utilitatem ducunt, hac tempestate faceret, occasionem ad abnegandum Christianismum arripuisse, vilesque Episcopos vestros ad idem flagitium pertraxisse. Præterea mitto exemplar epistolæ alterius, quam ad eundem* Simeonem *postea scripsi, ut hac in re quid vos oporteat facere clarè cognoscatis.* Hæc Jesujabus.

Quod autem Persas Catarensesque Episcopos *Christianismum abnegasse* scribit, non eo sensu intelligendum est, quo Maruanitas populos à fide Christiana defeciisse suprà dixerat; sed quia communionem Sedis Seleucienstis abjecerant, quos proinde tamquam Christianæ fidei desertores ubique Jesujabus traducit.

Denique refert Maragensis lib. 2. hist. monast. cap. 14. Georgium Jesujabi successorem ad Catarenses profectum fuisse, ut eos cum Sede Rivardsciri, hoc est, Persidis, à qua defecerant, conjungeret, eumque ipsi laborem è sententia cessisse. Sub Georgio igitur dissidium illud compositum fuit, quod Jesujabum inter, & eos populos exarserat.

Nunc ad scripta Jesujabi.

1. *Librum de conversione cogitationum*: quem Amrus tom. 2. pag. 421. citatus, Arabicè interpretatur عكس الاراء, hoc est, *de conversione sententiarum*, seù *de versutiis & fallaciis opinionum*. Ecchell. *De conversione mentis & cogitationum*. Hottingerus, *De conversione mentis*. Hujus libri meminit Jesujabus ipse in Epistolis 6. & 7. quas Metropolita scripsit; ubi qua eum occasione, quem in scopum, & quibus hortantibus composuerit, declarat in hæc verba. *Epist. 6. ad Clericos & populum Ecclesiæ Mahuzæ Ariuni Garmæorum*. [illegible]

Compoſuit: ediditque adhortationem
1 Ad Tyrones 1 quoſdam.

Nec-

En igitur (inquit) *per gratiam Dei habetis librum, cui titulus* DE CONVERSIONE COGITATIONUM, *qui multis abhinc annis adversùs fatuam hanc opinionem* (ita Catholicam unius in Chriſto perſonæ hypoſtaſiſque veritatem fatuus ipſe appellat) *hortantibus piis omnibus compoſitus eſt: tùm ſcilicet, quum primùm error hujuſmodi, operâ nonnullorum* (Sahadunæ nimirùm & Eſaiæ Tahalenſis, quos ibidem Jeſujabus carpit) *in publicum prodire cœpit. Et eorum quidem ſeductorum ſtultitiam per rationalium cogitationum converſionem* (ſeù oppoſitionem) *ſatis redarguit.* Et epiſt. 7. ad Sahadunam Epiſcopum.

Recole igitur, ſi lubet, & librum illum, qui DE CONVERSIONE COGITATIONUM *appellatur, qui hortatu rogatuque venerabilis Patris noſtri ſanctæ memoriæ Mar Joannis Epiſcopi Metropolitæ magni Beth-Lapethæ, omniumque nominatorum ac venerabilium Eccleſiæ filiorum, adversùs eos, qui tunc & modo confuſam hanc opinionem ſub diverſis formis oſtentare conantur, conſcriptus eſt, & nunc Deo dante, Syrorum, Aramæorum, Huzitarum, Perſarumque manibus, quemadmodum audiſti, circumfertur.*

2 *Adhortationem ad Tyrones*: quam Jeſujabus tùm fortaſſe compoſuit, quum monachus cœnobii Beth-Abenſis eſſet. Sed & Metropolita Adjabenus electus, monachis in ordinem redigendis animum applicuit. Exſtat ejus Epiſtola III. inter eas quas Metropolita ſcripſit, in qua monachos ſuæ diœceſeos hortatur ad laborem manuum, utque ſub unius Archimandritæ præfectura ſimul congregarentur, nevè è cœnobio in alterum abſque ſuperiorum facultate commigrarent.

Coneregamini (inquit) *ex diſperſione, in qua hactenus fuiſtis, & unuſquiſque veſtrum in cœnobium ſuum, ubi monaſticum inſtitutum edoctus eſt, regrediatur. Quod ſi quis ſponte ſua, nulloque magiſtro in juſtum repente transformatus ſibi videatur, amodo cœnobium ſibi quodcumque placuerit, eligat, ibique legitimis Superioribus ſubjaceat, qui communibus ſuffragiis electi, ad miniſterium hujuſmodi deputati ſunt: ipſi verò Superiores paternis legibus communitatem regant.* Et paucis interjectis,

1 Necnon ordinavit 1 Tomum circuli,

ܘܫܘܝ ܩܢܝܢܐ ܕܣܗܕܐ :

Et

ܘܐܦ

ܗܠܝܢ ܕܟܬܒ ܡܪ ܝܫܘܥܝܒ ܡܛܪܦܠܝܛܐ ܕܐܪܒܝܠ ܕܗܘܐ ܒܪ ܥܠ ܟܢܘܢܐ ܕܗܘ ܣܝܢܘܣ ܕܒܝܫܐ ܕܥܒܕ ܡܪ ܥܢܢܝܫܘ ܟܗܢܐ ܕܚܟܡ ܒܟܠ ܗܢܝ ܕܥܒܕ ܒܗ ܒܣܝܢܘܣ ܗܢܐ ܒܫܘܬܦܘ ܕܡܪ ܥܢܢܝܫܘ ܐܒܐ ܕܚܟܝܡ ܕܒܟܠ ܫܒܚܐ ܗܘ ܐܬܪ ܒܗ ܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕ

ܡܚܕܝܢ ܠܡܥܡܕ ܫܡܫܐ :
ܡܫܘܝܗ ܘܚܝܢ ܫܒܚ :
ܡܫܬܡܫܢ ܘܠܐ ܡܬܦܠܓ .

ܡܚܢܢ ܡܕܡܪ ܩܕܡ
ܠܫܡܐ ܠܡܥܡܕ ܡܘܗܝ
ܡܚܝ ܘܐܦ ܫܦܝܪ
ܡܘܗܝ ܘܠܡܚܠ ܠܥܡ .

1 Et 1 Baptiſmum, & Indulgen-
2 tiam 2,
3 Et conſecrationem 3 Eccleſiæ no-
væ,
4 Et ordinationes 4 ſingulorum Or-
dinum.
5 Cantus 5 quoque & Orationes con-
cinnavit,
6 Et 6 Epiſtolas, & hymnos,
Et Paracleticos ſermones elegan-
tiſſimos.
Et diſputationes adversùs non-
nullos.

CA-

mùm abſoluto toto circulo conſecrationem Eccleſiæ conſtituit?

1 *Baptiſmum*, ideſt, Ritum adminiſtrandi hoc Sacramentum. Exſtat Cod. Amid. 12. Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 584.

2 *Indulgentiam*: Hoc eſt, *expiationem peccatorum*, ut vertit Hottingerus: ubi Sobenſis intelligit Ritum adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ ſeù Confeſſionis, qui à Jeſujabo Patriarcha ordinatus exſtat Cod. Amid. X. tom. 1. Bibl. Orient. pag. 583. Hunc in locum vide Annotationem Abrahami Ecchellenſis à pag. 251. ad pag. 265. ubi Sacramentum hoc apud Neſtorianos, Jacobitas, & Coptos vigere probat auctoritate ejuſdem Sobenſis ex lib. Margaritarum cap. 1. & 7. nec non ex Conſtitutionibus Jacobitarum cap. 22. ex Gregorio Barhebræo, & ex nomocanone Benaſſali cap. 51. Quod autem dicitur Jeſujabus *Indulgentiam* ſeù *Ritum adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ* ordinaſſe, non ita intelligendum eſt, quaſi id Sacramentum apud Syros Neſtorianos antea non fuerit; ſed quia vel antiquum ipſe Ritum novis additis precibus auxit; vel quia novum Ritum, ab antiquo tamen quoad ſubſtantiam minimè diſcrepantem, compoſuit. Sic idem Jeſujabus Ritum Baptiſmi, conſecrationis Eccleſiæ, & Ordinationum hoc loco compoſuiſſe dicitur; aliique Syri tùm orthodoxi, tùm Jacobitæ Neſtorianique Liturgias, diverſoſque adminiſtrandorum Sacramentorum Ritus tradidiſſe leguntur. Exſtat in Codice ms. Syriaco Vaticano 28.

ܡܫܘܝܗ ܘܚܝܢ ܫܒܚ :

Ordo Abſolutionis Apoſtatarum, auctore Mar Jeſujabo Catholico Patriarcha, utique Adjabeno, de quo hìc ſermo fit.

3 *Conſecrationem Eccleſiæ novæ*. In Codice ms. Syriaco Vaticano 27. exſtat:

ܡܫܘܝܗ ܘܚܝܢ ܫܒܚ :

Ordo Conſecrationis Altaris cum Chriſmate, *compoſitus à Mar Jeſujabo Catholico Adjabeno*: idemque habetur in Cod. Amidenſi XI. tom. 2. Bibl. Orient. pag. 583.

4 *Ordinationes ſingulorum Ordinum*. Exſtant in laudatis Codd. Syr. Vat. 27. & Amiden. XI. Vide ſuprà pag 113.

5 *Cantus*, *Orationes*, *Hymnos*, & *Sermones Paracleticos*. Inſerti ſunt, ſuppreſſo licet Jeſujabi nomine, in Officiis Chaldæorum tàm feſtivis, ferialibus & de Sanctis, quàm de Defunctis. Et in officio quidem Defunctorum Cod. Amid. 3. tom. 2. Bibl. Orient. pag. 581. quinque Hymni de Defunctis nomen *Jeſujabi Metropolitæ Arbelæ*, hoc eſt, Adjabeni præferunt: quem cum noſtro Jeſujabo eundem eſſe exiſtimo.

6 *Epiſtolas*. Catalogum Epiſtolarum, quas Jeſujabus Epiſcopus, Metropolita, & Patriarcha ſcripſit, ex vetuſtiſſimo Codice Syr. 16. tom. 2. Bibl. Orient. pag. 497. accipe.

ܡܫܘܝܗ ܘܚܝܢ ܫܒܚ :

Epiſtolæ quas Jeſujabus Epiſcopus ſcripſit. Deſiderantur quatuor priora folia.

1. *Babæo Archimandritæ* cœnobii montis Izalæ. Zelum fidei ejus commendat.

2. *Sergio medico*. Dolet de ejus infirmitate.

3. *Ananjeſu* ܥܢܢܝܐ *monacho*: de calamitatibus Syrorum Neſtorianorum: quum ſcilicet Georgio Patriarcha defuncto, Choſroës Perſarum Rex præcepit, nequis in ejus locum Patriarcha ſufficeretur.

4. *Danieli Arbelæ Doctori*; qui Confeſſorum in carceribus detentorum curam gerebat.

5. *Sabarvæo* ܣܒܪܘܝ. In idem argumentum; hoc eſt, de perſecutione Chriſtianorum in Perſide. Alteram ad eum Epiſtolam Jeſujabus dederat, quæ hìc deſideratur.

6. *Hormiſdæ Syncello ſuo*, *qui in Schola Niſibena morabatur*.

7. *Sabarjeſu Archimandritæ cœnobii Mar Salibæ*, *de tribulationibus poſt obitum Jazdini*: ejus fortaſſe, de quo Thomas Maragenſis in hiſt. monaſt. lib. 1. cap. 35. Vide tom. 2. Bibl. Orient. pag. 492.

8. *Ser-*

8. *Sergio Amico, poſt bellum Romanorum*, cum Choſroë Perſarum Rege commiſſum, de quo ſuprà pag. 105.

9. *Ebedjeſu monacho de morte Ananjeſu* ܐܢܢܝܐ *ejus præceptoris.*

10. *Abibo, cæteriſque fratribus montis Izalæ monachis, de morte Babæi eorum Archimandritæ.*

11. *Iiſdem, de dilatione reſponſionis, & de infauſto nuncio:* quod nimirùm diſſenſio inter ipſos de electione Archimandritæ orta eſſet.

12. *Paulo monacho in Archimandritam* cœnobii Jacobi *electo*. Vide tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 492.

13. *Ananiæ Presbytero & Doctori, de infirmitate & paupertate.*

14. *Jeſujabo Patriarchæ Gadalenſi: Apologia de fuga ſua.*

15. *Theodoro Epiſcopo.*

16. *Monachis cœnobii Abrahæ in monte Izala, Abibo,* ܐܒܝܒܘ *Dazunuæo, Gregorio, Lucæ,* ܠܘܩܐ *Razjeſu, Stephano, Jazdino,* ܝܙܕܝܢ *Barduco, & Simeoni*, quos inter alioſque ejuſdem cœnobii monachos, inſtigante quodam Iſaaco, diſſenſio exarſerat, adeò ut è cœnobio illos ejecerint.

17. *Monachis cœnobii* Jacobi *in Bethabe, Simeoni, Joanni, Kamjeſu,* ܩܡܝܫܘ *Bardenhæ, Danieli,* ܕܢܝܐܝܠ *Baraz-Surino, Barnun, Jeſuzachæ, Aphnimarano, aliiſque, de novi Archimandritæ electione.* Jacobus ejus cœnobii fundator tùm Jeſujabo, tùm fratribus moriturus præceperat, ut Joannem ſibi in præfectum cœnobii ſubſtituerent, qui ſeptuaginta annos monachum egerat, è quibus triginta annos anachoreticam vitam, & quadraginta annos cœnobiticam cum Jacobo coluerat.

18. *Kamjeſu monacho, in Archimandritam cœnobii Bethabenſis electo, Adhortatoria.* Hic Jeſujabum per epiſtolam rogaverat, ut geſta Jacobi cœnobii illius fundatoris conſcriberet. Reſpondet Jeſujabus in hæc verba.

ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܢܐ ܒܥܝ ܠܡܟܬܒ

politam ſuum, tùm Patriarcham certiorem faciant.

45. *Ad quemdam amicum*. Rogat ſuo totiuſque Niniviticæ Eccleſiæ nomine, ut quemdam civibus perneceſſarium virum in urbem reduci curet, quem nonnulli relegari fecerant.

46. *Cyriaco Metropolitæ* (Niſibis): ad quem Jeſujabus & ad Niſibenam Eccleſiam fame laborantem mittit mille coros hordei, & unam menſuram dactylorum.

47. *Kamjeſu, Saniæ* ..., *Babuſæ* ..., *Ananjeſu* ..., *Iſaaco, Barſabdæ* ..., & *Dadjezdæ* ...; Jeſujabus, qui ſe Ninives Epiſcopum nominat, ingreſſum Eccleſiæ communionemque interdicit, donec reſipiſcant. In errores enim Jacobitarum opera cujuſdam monachi montis Lepheph abrepti, Eccleſiam caſtri ... *Babæi* polluerant. Recolere eos jubet geſta ſuorum conſanguineorum Simeonis, & Kamjeſu Epiſcoporum, quos pro Neſtoriana ſecta adversùs Jacobiticam acriter decertaſſe affirmat.

48. *Gabrieli Metropolitæ* Beth-Seleuciæ, narrat felicem exitum certaminis ſui cum Jacobitis Tagritenſibus. Vide ſuprà p. 115.

49. *Joanni Presbytero & Archidiacono*, & *Tani* ... *principi fidelium Arbelæ*, cæteriſque, qui ad ipſum Jeſujabum ſcripſerant, eumque ſibi in Metropolitam poſtulabant.

50. *Abibo, Dazunvæo, Narſeti, Maremæ*, cæteriſque monachis monaſterii Izalenſis.

51. *Gabrieli Metropolitæ* Beth-Seleuciæ, *Hormiſdæ Epiſcopo, Mariabæ* ..., & *Epiſcopo Lapetenſi*.

...

Epiſtolæ quas Jeſujabus Metropolita ſcripſit.

1. *Clero & populo Eccleſiæ Lapetæ metropoleos Huzitarum*. De morte Joannis eorum metropolitæ, & de electione Maremæ.

2. *Maremæ metropolitæ* Lapetæ.

3. *Monachis ſuæ diœceſeos*. Ut in unum cœnobium conveniant, & abſque commendatitiis Epiſcopi literis ne mendicent. Vide ſuprà pag. 138.

4. *Triſjeſu* ... *Chorepiſcopo*. Ut præſcriptam monachis in præcedenti Epiſtola regulam diligenter obſervari curet.

5. *Jacobo Epiſcopo*. Ut duos Clericos, qui ad ejus diœceſim invito metropolita ſeſe receperant, compellat ſub pœna interdicti ad proprium metropolitam redire.

6. *Clericis & populo Eccleſiæ Mahuzæ Ariuni*. De Sahaduna eorum Epiſcopo. Vide ſuprà pag 116.

7. *Sahadæ Epiſcopo* Mahuzæ Ariuni Garmæorum, quem Neſtoriani per contemptum *Sahadunam* appellant. Reprehenditur à Jeſujabo, quod ſectam Neſtorianam deſeruerit. Ut ad eam redeat hanc epiſtolam cum Paulo cœnobii Beth-Abenſis archimandrita aliiſque monachis ad eum mittit. Vide ſuprà pag. 118.

8. *Guriæ* (fortaſsè Epiſcopo Niſibis.) Queritur quod epiſtolam ſine nomine & ſubſcriptione auctoris ad ipſum ſcripſerit, & quod Niſibi Synodum habuerit canoneſque pro libitu ſuo condiderit.

9. *Presbyteris, Clericis, & populo Niſibis*.

10. *Ad Nuhadrenſes*. Epiſcopus Nuhadræ, qui per annos ferè quinquaginta cœnobio Abrahæ in monte Izala præfuerat, eidem cœnobio quendam Carduenſem, quem Patriarcha excommunicaverat, præficere volebat. Jeſujabus id factum reprobans, hortatur, ut unus è cœnobitis Abbas cœnobio præficiatur; res verò cœnobii œconomus ſecularis adminiſtret.

11. *Ardaſiro* ..., *Niſaniæ* ..., *Bochtjezdo* ..., *Abrahæ*, & *Sergio*, qui perſecutiones patiebantur, conſolatoria.

12. *Enoch Epiſcopo*. Ut matrimonium cujuſdam cum uxore fratris matris ſuæ tamquam illegitimum rejiciat, hominemque illum ab hæreditate uxoris hujuſmodi, quæ defuncta fuerat, excludat.

13. *Barhadbeſciabæ Archimandritæ, cæteriſque monachis*. Commendat eos, quod fratrem quemdam hæreticum è cœnobio ejeciſſent.

14. *Moyſi Presbytero*. De ſua & Patriarchæ ſalute eum docet.

15. *Abrahæ archimandritæ*, & fratribus monachis hortatoria.

16. *Hormiſdæ Epiſcopo*. Laudat eum, quod Babæum Epiſcopum exceperit.

17. *Mar-Abæ Epiſcopo*. De quodam Presbytero hæretico, quem is excommunicaverat.

18. *Sabarjeſu metropolitæ*, qui de Jeſujabi valetudine ſolicitus fuerat.

19. *Hormiſdæ Epiſcopo*.

20. *Sergio Epiſcopo*.

21. *Barſumæ Epiſcopo*. Gratulatur, quod hæretici ex Oriente diſſipati, in Occidentem fugerint. Quibus verbis Sahadunam deſignat, qui à Neſtorianis exagitatus, Edeſſam confugerat.

22. *Siroi* ... *catechumeno*.

23. *Joanni*, increpatoria: quod de ſe & de Mareme Patriarcha conqueſtus ſit.

24. *Ad quendam*, increpatoria, quod quum ab ipſo Jeſujabo & à Patriarcha arceſſitus eſſet, is verò evocatum ſe ideò exiſtimaret, ut ad Epiſcopalem dignitatem promoveretur, inanem excuſationem adduxiſſet.

25. *Ad quendam fidelem*, conſolatoria de obitu fratris.

26. *Ad Maremem Patriarcham*, cujus binas epiſtolas feria quarta, ineunte menſe Februario in Magorum oppido ...

ܡܬܠܐ acceperat, quibus ad aliam eum metropolitanam Sedem transferre se velle significabat. Jesujabus à metropoli Adjabena se nunquam discessurum protestatur.

27. *Ad Joannem Catarensem*, hortatoria.

28. *Ad Hormisdam Episcopum de Sabaduna*. Vide suprà pag. 118.

29. *Ad eundem in idem argumentum*. Vide pag. 118.

30. *Ad Episcopos Garmæorum de eodem Sabaduna*. Vide pag. 119.

31. *Ad Ninivitas, de peste*.

32. *Ad Isaac Nisibenum, de Hierosolymitis*, qui quæstûs gratiâ in Assyriam venerant.

ܐܓܪܬܐ ܕܫܕܪ ܠܐܝܣܘܥ ܟܬܘܠܝܩܐ .

Epistolæ, quas Jesujabus Catholicus scripsit.

1. *Ad Isaac Nisibenum*, de sua in Catholicum, hoc est Patriarcham, electione.

2. *Ad monachos cœnobii Izalensis* in idem argumentum.

3. *Ad Magnates Nisibenos*, de hæreticis, hoc est, de Jacobitis.

4. *Ad Clericos Nisibenos*, in idem.

5. *Ad Brichuæum* ܒܪܝܟܘܝܐ *de Mahuzitis*, hoc est, Garmæis, quos Sahadunas, ut Jesujabus affimat, seduxerat, sed reverâ ad fidem Catholicam adduxerat.

6. *Ad Archimandritam recens electum, & monachos cœnobii* ܒܥܪܒܝܐ *Baarbensis*.

7. *Ad Jacobum Episcopum Sirzurensem* ܫܝܪܙܘܪ. Hortatur, ut adversùs Magos strenuè decertet, à quibus ille gravissimis se molestiis affici querebatur. Exemplum Avi ejusdem, qui in eadem urbe Episcopus fuerat & ob fidem Christianam à Magis in crucem actus, ob oculos ponit.

8. *Monachis montis Izalensis*.

9. *Merovæo* ܡܪܘܝ *Presbytero & medico Huzitæ*.

10. *Ad doctorem Scholæ Nisibenæ*.

11. *Ad quemdam Nisibenum*.

12. *Ad Sabam Episcopum Mahuzæ Ariani*.

13. *Ad Hierosolymitas, Eliam Presbyterum & Syncellum, Paulum Archidiaconum, Theodorum Diaconum, & reliquos Clericos*: qui Procopium & Cosmam legatos miserant, ut eleemosynas colligerent.

14. *Ad Simeonem metropolitam Rivardsciri*, hoc est, totius Persidis. Vide suprà pag. 127.

15. *Ad Doctorem Rivardsirensem*.

16. *Ad Simeonem metropolitam, Episcopos, Presbyteros, Diaconos & fideles Persidis*. Vide pag. 131.

17. *Ad Episcopos Catarenses*. Vide pag. 133.

18. *Ad Catarenses*. Vide pag. 134.

19. *Ad eosdem*, de Abrahamo Episcopo Masamig urbis Catarensium, qui monachos expulerat: ut ejus communionem devitent.

20. *Ad Monachos Catarenses*; quorum de virtutibus Georgius Mesenensium Metropolita Jesujabum certiorem fecerat. Mittit ad eos exemplar Epistolarum, quas ad Simeonem Rivardsirensem, & ad Episcopos Catarenses scripserat.

21. *Ad eosdem*: qui rogaverant, ut permitteret sibi, communicare cum Episcopis Catarensibus. Redarguit eos Jesujabus, jubetque ab illorum communione prorsùs abstinere; affirmans, plusquam viginti Episcopos, & Metropolitas duos in Oriente sibi subjectos vivere. Mandat præterea, ut à Namphruch Bar-Dustar Cathensi

ܒܥܘܢ ܚܢ ܕܥܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܪ ܢܘܗܕܪܐ

tradi sibi postulent exemplaria Epistolarum omnium, quas ipse Jesujabus ad Persas Catarensesque scripserat, quasque Namphruchus occultaverat.

22. *Joanni Archipresbytero* ܪܒ ܩܫܝܫܐ, *Theodoro Archidiacono* ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ, *Andreæ principi fidelium* ܪܫ ܡܗܝܢܐ, *& omnibus Clericis, & fidelibus Ecclesiæ Edessenæ*. Gratias agit, quod sibi profugo subvenerint: & de fide in Christum adversùs hæreticos hæreticus ipse disserit. Desideratur finis hujus epistolæ; nec non aliæ, quas Jesujabus Patriarcha scripsit.

CAPUT LXXV.

Ananjesus Monachus.

1 Ananjesus [1] scripsit de varietate [2], Et distinctione lectionum.

ܚܢܢܝܫܘ ܡܘ ܡܘܣܟܐ
ܡܦܘܢܐ ܘܡܘܢܝܐ .

CA-

NOTA.

1 *Ananjesus*, cognomento ... *Auctor libri Paradisi*, monachus cœnobii Abrahæ in monte Izalensi primùm, deinde Jacobi in Beth-Abe, floruit sub Jesujabo Gadalensi, Mareme, & Jesujabo Adjabeno Patriarchis circa annum Christi 645. cujus de gestis, scriptisque hæc Thomas Maragensis in histor. monast. lib. 2. cap. XI.

ܐܒܕ ܝܫܘ ܗܢ ܒܪ ܐܪܡܝܐ ܡܢ ܐܪܒܐ ܕܐܬܘܪ ܘܐܬܝ ܠܐܪ ܢܝܢܘܐ ܘܬܡ ܐܬ ܥܡ ܐܚܘܗܝ ܡܪ ܝܫܘ ܒܪ ܐܪܡܝܐ ܘܐܚܪܢ ܬܠܡܝܕ ܘܚܒܪ ܘܦܡܠܝܐ ܗܘ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܢܝܢܘܐ ܒܬܪ ܗܢ ܐܬ ܠܗ ܠܡܬܒ ܒܝܬ ܥܠܡܐ ܗܘ ܒܟܬܒ ܕܡܬ ܒܐ ܕܡܪ ܝܫܘ ܒܪ ܐܪܡܝܐ ܐܝܟ ܕܡ ܒܟܬܒ ܒܟܬ ܡܪ ܝܫܘ ܒܪ ܐܪܡܝܐ ܕܐܬ ܒܐ ܒܟ



Inde (hoc eſt, ex Inſula Catarenſium) *Georgius Catholicus reverſus, ad hoc ſanctum monaſterium* (Jacobi in Beth-Abe) *venit, ſecumque ſacras veſtes pro Altari attulit, ipſi confectas in Dirino inſula Catarenſium: & rogavit ſapientem & ſanctum Patrem Ananjeſum, ut hiſtorias & præclara geſta, interrogationes quoque & reſponſa Patrum Anachoretarum quodam libro comprehenſa, cui titulus, Apophthegmata Seniorum, deſcriberet, & capita & quæſita in eo libro ſparſim expreſſa & confuſè inſerta, in partes certaque capitula diſtingueret atque coordinaret; quæſtiones denique ad idem argumentum pertinentes in unum locum conferret. Pater itaque Ananjeſus, cujus memoria in omnibus benedictionibus eſt, ille nimirùm, cujus paulo ante meminimus, utpote qui duobus iſtis ſacris Patriarchis æqualis fuit, & utrique ſuæ obedientiæ argumenta præbuit; Jeſujabo quidem in coordinatione Canonum per anni circulum; Georgio autem in compoſitione libri Patrum, quam conficiendam rogatus in ejus gratiam ſuſcepit. Quum ergo à Catholico, & ſanctis ſuæ congregationis ſenioribus benedictionem poſtulaſſet, commiſſum opus aggreſſus eſt atque perfecit, omnes ejus partes aptâ propriâque methodo, atque convenienti ordine clarè, nitidè & ſapienter digerens, Spiritu mirum in modum ſuis ipſum chariſmatibus adjuvante. Diviſit autem univerſum opus in ſexcenta & quindecim capitula, quatuordecim canonibus & diſtinctionibus comprehenſa, ut quodlibet capitulum convenientem proprio argumento quæſtionem ſubjunctam contineat: adeo ut Frater quacumque tandem tentatione impugnatus, cupiens conſolationem, aut conſilium in ea, qua conflictatur, difficultate capere, id expeditè invenire poſſet, quum omnes ſententiæ ad eam materiam pertinentes perſpicuo ordine in unum locum congeſtæ occurrant; & ſtatim conſolationem in ſua tribulatione inveniat & ſui doloris medicinam. His alios quadringentos & triginta Canones adjecit, qui de omnibus virtutum generibus generalem doctrinam complectuntur: & alios inſuper complures, quibus nec ordinem nec numerum adjunxit. His addidit ex commentario ſancti Joannis* (Chryſoſtomi) *in beatum ſanctum Evangeliſtam homiliam de laudibus monachorum Ægyptiorum, & ex beato Mar Abrahamo Netphareno quæſtiones quaſdam, & demonſtrationes, quibus collectanea proprio labore ex Patribus confecta ipſe Ananjeſus ſubtexuit: compegitque in duas partes univerſum opus, ut prior Hiſtorias ſanctorum Patrum à Palladio & Hieronymo ſcriptas contineret, altera quæſtiones & geſta Patrum, quæ ipſe Ananjeſus ſubjunxit, complecteretur: librumque PARADISUM appellavit. Atque ſub hoc titulo receptus atque vulgatus fuit in omnibus Orientis monaſteriis, auctoris mentem & laborem cujuſvis loci Patribus collaudantibus. Ego verò* (concludit Thomas Maragenſis) *ejus amore inflammatus, ipſius venerabilem memoriam Hiſtoriæ Sanctorum, qui communem cum illo converſationem congregationemque habuerunt, inſerui.* Hæc Thomas de Paradiſo Patrum ab Ananjeſu collecto. Idem opus paucis adjectis demptiſve exſtat Cod. Syr. 6. ad calcem tom. 1. Biblioth. Orientalis pag. 608. Vide ſuprà hoc tom. pag. 49.

2 *De varietate & diſtinctione lectionum.* Nimirùm *de ſignificatu & uſu vocum difficiliorum apud Patres*, ut exponit Maragenſis loc. ſuprà cit. quibus verbis non *Paradiſus*, de quo mox dixi, intelligitur, ſed aliud opus ab Ananjeſu compoſitum, eique ſimile, quod Jacobus Edeſſenus eadem ferè ætate exaravit. Vide Tom. 2. pag. 499. Exſtant eodem tom. pag. 487. Cod. Syr. 4. haud expreſſo Auctoris nomine, *Expoſitio locorum obſcuriorum Evangelii, ex libro, cui titulus, Paradiſus voluptatis. Expoſitio quorundam locorum Geneſeos & Exodi. Et vocum Syriacarum interpretatio.* An hujus Ananjeſu ſint, non auſim definire. 2

CA-

CAPUT LXXVI.

Michaël.

1 Michaël [1] edidit Quæstiones
2 In Textum [2] Scripturæ, tribus tomis.

CAPUT LXXVII.

Theodorus Episcopus Maru.

3 Theodorus [3] Metropolita Maru
4 Versibus composuit historiam [4] Sancti Eugenii & Græcorum:
Et Commentarium in Davidem:

Et alios Tractatus: nec non solutionem
5 Decem Quæstionum [5] Sergii:
Ac librum varii argumenti, exigente
Mar Aba Catholico.

CAPUT LXXVIII.

Gabriel Episcopus Hormuzi.

6 Gabriel [6] ejus frater, qui fuit Epi-

NOTÆ.

1 *Michaël* fortasse Episcopus Huzitarum, cujus meminit Amrus in vita Theodosii Nestorianorum Patriarchæ circa annum Christi 852. citatus à nobis tom. 2. Bibl. Orient. pag. 436.

2 *In Textum Scripturæ*. Ecchellensis, & ex eo Hottingerus, *de figurata elocutione Sacræ Scripturæ*, minus rectè: nam vox ܦܫܝܛܐ quæ *figuram* & *imaginem* absolutè significat, quum ad Scripturam Sacram refertur, pro *Textu*, non pro *figurata elocutione* à Syris usurpatur: quod & suprà monui pag. 97.

3 *Theodorus* Maru, seù Meruæ in Chorasana urbis Metropolita, vixit sub Mar Aba Patriarcha circa annum Christi 540. forte in locum Davidis Metropolitæ suffectus; quem idem Mar Aba Episcopatu dejecit, ut suprà dixi pag. 80.

4 *Historiam S. Eugenii & Græcorum*. Exstat metro heptasyllabo, ordine verò alphabetico in Cod. Syriaco Amiden. 8. ad calcem tom 1. Bibl. Orient. pag. 583. haud expresso tamen Auctoris nomine, *Carmen de sancto Eugenio & Sociis*, in quo dicitur Eugenius cum septuaginta sociis ex Ægypto in Assyriam profectus, cœnobium apud ܒܝܬ ܡܥܪܐ *Beth-Maare* vicum exstruxisse, ibique dies sanctissimè clausisse. Laudantur præterea in eodem carmine *Joannes Tajus* (hoc est, Arabs) *Abraham Cascarensis* monachorum in Assyria pater, *Babæus Nisibenus*, *Joannes* & *Acha* fratres Ægyptii. Quo autem anno Eugenius floruerit, neque in laudato Carmine, neque apud alium auctorem Syrum notatum legi.

5 *Sergii*: medici nimirùm Rhesinensis, de quo suprà pag. 87.

6 *Gabriel* Theodori, cujus mox facta est men-

Episcopus Hormuzi,
Scripsit adversùs Manichæos,
Et alium librum contra Chaldæos.

Nec non documenta & elucidationes
Variarum rerum ex scripturis,
Quæ sunt tercentum circiter capita
Juxtà recensionem Sapientum.

CAPUT LXXIX.

Elias Episcopus Maru.

1 Elias [1] Metropolita Maru
Edidit Interpretationes, & Paracleticos sermones:
2 Et doctrinam veterum [2]
In totum Evangelium.

3 Epistolas quoque, & de causâ [3] sessionum:
Et commentarium in Proverbia,
In Genesim, in Davidem, in Ecclesiasten,
In Canticum Canticorum, in Siracidem:
In Isaiam, in Duodecim,
Et in Epistolas Pauli Apostoli.
Unum denique librum
4 Exactissimæ Historiæ [4] Ecclesiasticæ.

CA-

mentio, frater, Hormuzi celeberrimæ in Carmania juxta sinum Persicum urbis Episcopatum gessit circa annum Christi 540.

1 *Elias* Maru urbis metropolita claruit circa annum Christi 660. sub Jesujabo Adjabeno Patriarcha, cui morienti adfuit, ut Amrus refert citatus tom. 2. pag. 420.

2 *Doctrinam veterum in totum Evangelium*: Catenam scilicet instar earum, quas Græci Syrique confecere. Ecchellensis & Hottingerus perperàm legunt

nec non de doctrina lectionum totius Evangelii.

3 *De causâ sessionum*, non *Judiciorum*, ut malè Ecchellen & Hottinger.

4 *Historiæ Ecclesiasticæ*. Sub Jesujabo Adjabeno Ecclesiasticam historiam à Syris Nestorianis scribi cœptam fuisse, testatur Amrus in vita ejusdem Jesujabi, inquiens:

Floruere sub ejus tempora complures Doctores, cœptaque fuit Ecclesiastica conscribi historia: ab Elia nimirùm, de quo hìc agitur, à Daniele Mariæ filio, à Rostamo, ab Aphnimarano, ab Atkeno, aliisque, quorum mentio in hist. monast. Thomæ Maragensis.

CAPUT LXXX.

Georgius Patriarcha.

1 Georgius 1 Catholicus Com-

NOTA.

1 *Georgius* Jesujabi Adjabenî discipulus, primùm Mosulanus Episcopus, deinde Metropolita Adjabenus (non Gandisaporensis, ut perperàm scribit Amrus in ejus vita,) demùm Nestorianorum Patriarcha, eidem Jesujabo successit anno Christi 660. Res ejus gestas ex Thoma Maragensi lib. 2. histor. monast. cap. 12. & sequentibus, accipe:

ܗܘ ܒܝ ܡܒܥܐ ܡܢ ܥܡܝܐ ܕܐܬܐ ܥܠ ܡܫܝܚܐ
ܒܓܙܪܬܐ ܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ
ܫܢܝܢ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܟܣܪܐ ܝܙܕܓܪܕ ܒܪ ܫܗܪܒܪ .
ܗܢܐ ܕܗܘ ܒܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܠܡܠܟܘܬ ܐܪܕܫܝܪ
ܒܪ ܫܝܪܘܝ ܒܪ ܟܣܪܐ ܐܒܪܘܝܙ ܒܫܢܬ ܫܬ ܣܛ
ܠܡܠܟܘܬ ܐܘܪܡܙܕ ܒܪ ܐܒܪܘܝܙ ܒܫܢܬ ܬܫܥ ܣܛ
ܠܡܠܟܘܬ ܫܝܪܘܝ ܒܪ ܐܒܪܘܝܙ ܒܫܢܬ ܚܕ ܣܛ
ܠܡܠܟܘܬ ܐܪܕܫܝܪ ܒܪ ܫܝܪܘܝ ܒܫܢܬ ܚܕ ܣܛ
ܠܡܠܟܘܬ ܫܗܪܒܪ ܒܪ ܐܒܪܘܝܙ ܒܫܢܬ ܫܬ ܣܛ
ܠܡܠܟܘܬ ܒܘܪܢ ܒܬ ܟܣܪܐ ܒܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܣܛ
ܠܡܠܟܘܬ ܐܙܪܡܝܕܘܬ ܒܬ ܟܣܪܐ ܒܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܣܛ
ܠܡܠܟܘܬ ܦܘܪܟ ܒܬ ܟܣܪܐ ܒܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܣܛ
ܠܡܠܟܘܬ ܐܪܕܫܝܪ ܒܪ ܫܗܪܒܪ ܒܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܣܛ
ܠܡܠܟܘܬ ܦܪܘܡ ܒܪ ܫܗܪܒܪ

Sanctus iſte Mar Georgius (his aliiſque laudibus Neſtorianum hominem Neſtorianus Scriptor cumulat) *ex Caphra in tractu Beth-Gavajæ in regione Garmæorum oriundus, parentes habuit locupletes & nobiles, qui in hac regione duos pagos poſſidebant, Telam Zale, qui alio nomine Tel-Zala appellatur, & Beth-Habam. Miſſus itaque à parentibus fuit ad explorandas & componendas res illorum pagorum. Quum autem ad hoc cœnobium* (Jacobi in Beth-Abe) *orationis cauſa divertiſſet, ut à monachis in eo habitantibus benedictionem acciperet, eorum converſatione vehementer delectatus, decrevit ſeipſum quoque ſigno divini illorum inſtituti ornare. Quemadmodum autem ab ejuſdem conſanguineis, apud quos res ejus geſtæ deſcriptæ proſtant, didici, poſt obitum Magiſtri noſtri* (Jacobi) *monachus factus eſt. Et quidem hoc ipſum temporum ratio indicat: ab illo videlicet per id temporis necdum monaſticum habitum ſuſceptum fuiſſe. Vero propius mihi videtur, antequam Raban Kamjeſu in archimandritam electus fuiſſet, Georgium tonſuram monachatus accepiſſe. Quum autem pater ejus è ſæculo migraſſet, Georgius fratres rogavit, ut pro parte paternæ hæreditatis ipſi aſſignanda, pagus Beth-Haba illi concederetur: quem Georgius huic monaſterio dedit, quum eadem tempeſtate beatus Jeſujabus Ninives Epiſcopus eſſet, qui Georgii adhuc juvenis prudentiam morumque ſuavitatem atque animi demiſſionem contemplatus, eum unicè dilexit, ſicut beatus Nectarius Evagrium,* (imò Baſilius Magnus, vel Gregorius Nazianzenus, quorum prior Evagrium Lectorem, poſterior Diaconum ordinavit, ut ſuprà pag. 45) *ſibique diſcipulum adjunxit. Quum verò poſteà idem Mar Jeſujabus Adjabenus Metropolita creatus fuiſſet, eximium & humilem Georgium ſecum adduxit. Factus deinde Catholicus* (Patriarcha Syrorum Neſtorianorum,) *in Metropolitam huic loco Georgium ſibi ſuccedere juſſit. Porrò quum idem Mar Jeſujabus Patriarcha ob locorum diſtantiam ad generalem eorum gubernationem diſcipulos & familiares elegiſſet, inter cæteros Georgium Metropolitam Euphratis ad Meſenen* (hoc eſt, Boſræ) *creavit, & alterum etiam Georgium à noſtro diverſum Niſibis Metropolitam inſtituit, qui auctor eſt cantici conſecrationis Eccleſiæ, cujus initium, Laus miſerationibus tuis Chriſte Rex noſter, Fili Dei, ab omnibus adorande.* (Iiſdem verbis incipit

pit Hymnus, qui canitur in Feriali Officio Syrorum Maronitarum ad matutinum Feriæ V.) *Et ambo quidem hi Georgii genere Persæ erant. Antequam verò Dominus sanctum Mar Jesujabum è vivis evocaret, adstantes Patres morientem Catholicum rogarunt, quem juberet sibi in Ecclesiæ regimine substitui. At ille humiliter respondit, eam electionem haudquaquam sibi competere, sed Patribus Episcopis: interim tamen sibi eâ dignitate omnium quotquot eo tempore aderant, dignissimum Georgium videri: quod & factum est, & secundùm præceptum sancti magistri sui Catholicus electus est Georgius.*

Interea Georgius alter Persa Episcopus Nisibenus in sua erat legatione. A Jesujabo quippe adhuc in vivis agente in Persidem missus fuerat. Quum autem venisset audissetque, Catholicum præcepisse, ut sibi Georgius substitueretur, nec inter Georgios quem optaret nominasset, seductus à quibusdam adulatoribus ajentibus, ipsi uni Patriarchalem dignitatem convenire, & à moriente Catholico idcirco proculdubio fuisse designatum; ex Persida reversus, & Aramæorum urbes ingressus, ad novum Catholicum minimè accessit, sed superbè illo contempto Nisibin festinavit. At Catholicus quandoquidem à pueritia Christianæ humilitatis jugo seipsum subdere assueverat, nec ad aliquid boni agendum in comparatione aliorum idoneum seipsum, sed omnium minimum esse sentiebat, adversarium minimè judicare ausus est, neque cogitavit se esse Catholicum, sibique licere contemnere eum, à quo despectus fuerat, & contumeliam pro contumelia rependere. Quumque posset ab officio illum suspendere, & Ecclesiasticæ censuræ subjicere, donec resipisceret & superbiæ suæ pœnitentiam ostenderet, ex nullo horum ad iram commotum est humile illud caput, nec aperta Præsulis illius defectio clementiam ipsius superavit. Quumque in culmine Ecclesiæ locatum se cerneret, & ab ipso tamquam à fonte ad omnes ordines consecrationes profluere intelligeret, æquitatem, quæ Deo universorum Domino soli competit, minimè adhibuit, sed sapienter cogitavit, & clementer judicavit, quia Dominum audierat dicentem: Qui vult inter vos esse major, omnium fiat minimus & omnium minister. Surrexit itaque cum charitate, & Nisibin profectus est, ut Metropolitam Georgium placaret sibi immeritò infensum. In hunc finem decreta fuit Catholici Nisibin profectio, contigitque ejus in urbem ingressus, dum Georgius & civitas universa in die Dominica in Ecclesia congregati sacra mysteria celebrarent. At Metropolita, qui tùm in Cathedra Pontificali sedebat, quum vidisset Catholicum introeuntem, confestim descendit, & ab Ecclesia sese proripiens, in cellam se abdidit. Quod factum Nisibenibus vehementer displicuit, eosque adversus suum Metropolitam haud mediocriter irritavit. Quare è vestigio ad illum progressi, ita loquuti sunt. Quomodo non te pudet? aut quomodo te pastorem & principem censebimus, quando tu omnem laborem & incommodum atque submissionem erga te à Catholico exhibitam aspernaris, & flocci pendis? Pro certo habeas modo, nisi eidem satisfeceris atque de hac acerbitate tua remiseris, & nisi pœnitentiam de utroque crimine egeris, quod videlicet Catholicum in Mahuza & nunc in urbe nostra contempseris, nec nos tuos deinceps futuros, nec te nostrum. His minis fractus Metropolita, coactus est descendere & pœnitentiam exhibere, genua ambobus flectentibus & se invicem salutantibus. Subdidit deinde Catholicus. Ecur paternæ obedientiæ vincula excussisti, & confracto humilitatis jugo, ordinem paternæ Sedi debitum perturbasti? Cui Metropolita: me siquidem, respondit, magnus sanctæ memoriæ Mar Jesujabus jussit in Patriarcham sibi succedere: quandoquidem eidem servieram, & universam Persidem ab ipso legatus circumlustraveram. Tùm Catholicus: tu quidem, repositi, ob debitam illi obedientiam ea legatione functus fuisti: Ego verò in sinu ipsius educatus fui, idemque me sacra doctrina imbuit, & metropolitam patriæ suæ creavit, manusque meas super oculos ejus posui, quemadmodum Joseph defuncti patris Jacob oculos clausit. Cæterùm si tu illi serviisti, retributionem etiam ab eodem accepisti Sobensem diœceseon omnium præstantissimum Metropolitatum. Hic sufficit tibi, & meritum duplo superat. Quam itaque ob rem etiam Patriarchatum tibi concessisset? Aut quare, quum me, sicut jubemur, humilem reperisti, tu contra voluisti adversus nos extolli, quod Core & Datan adversus Mosen fecerunt? Verumtamen scito, nos Domini atque Patrum præceptum impleviſſe; te verò his contraria ostendisse in hac superbia, quam religiositas tua in suo opere monstravit. Deum universorum Dominum interea oro, ut nobis omnibus propitius fiat, Amen. Hujusmodi animi demissione atque mansuetudine illum sibi benevolum placatumque effecit, sibique victoriæ coronam, repositamque mansuetis beatitudinem in cœlis comparavit. Hæc porrò omnia, carissime Mar Ebedjesu, ex historia Ecclesiastica casti Mar Atken, cognomento Maakar Dukneh (hoc est, vellentis barbam suam) *ex magno cœnobio didici &c.*

Per hunc modum composita cum Georgio Nisibensi pace, videns Diabolus profundam humilitatem, quam eidem Georgio ostenderat Catholicus, & longum iter, incommoda, & ærumnas ab eo toleratas, non est passus beatum illum sine dolore & anxietate conquiescere, sed cito aliam attulit. Enimverò quum Catholicus ad urbes Aramæorum descendisset, intellexit Georgium Episcopum Euphratis ad Mesenen (hoc est, Bosræ) *apud Ethnicos de ipso varia divulgare crimina, & rebellionem defectionemque parare. Et quoniam non exigui laboris opus istud erat, descendit hac vice etiam ad compescendam & dissipandam Diaboli nequitiam. Illuc igitur, ubi Georgius morabatur, quum Catholicus venisset, ille similiter eo relicto ad Akulam* (Cupham Arabiæ urbem) *migravit. Ille porrò sanctus quum se adversus omnes Satanæ impetus obarmasset, confugit ad virum pium, sancti Antonii & Macarii verum imitatorem, & laude dignum Rabau Codahuem, cœnobii Beth-Halensis archimandritam, qui omni cum obsequio, quod videlicet Ecclesiæ* (Nestorianæ) *capiti exhiberi par erat, Catholici voto commodè respondit, adeo ut ipsius Rabau Codahuæ intercessione, & Mar Catholici mansuetudine Georgius ad pacem demùm se flexerit.*

Rebus

1 Et Conciones 1 Rogationum,
2 Et nonnullas Orationes, atque 2 Canones.

ܩܘܕܫ̈ܐ ܕܨܠܘܬܐ ܘܩܢ̈ܘܢ̈ܐ
ܣܓ̈ܝܐ ܕܡܨܠ̈ܝ ܘܣܝ̈ܡ̈ܐ .

CAPUT LXXXI.

Gabriel Arius.

3 Gabriel 3 Arius, affinis Mar Iſaaci Ninivitæ ſcripſit Commentarium in Textum (*ſacræ Scripturæ*:) Sed in ſelecta ejus capita, non in totum.

ܓ̈ܒ̈ܪ̈ܝ̈ܐ̈ ܐ̈ܪ̈ܝ̈ܘ̈ܣ̈ ܐ̈ܣ̈ܬ̈ܘ̈
ܘ̈ܡ̈ܢ̈ ܡ̈ܗ̈ܝ̈ܡ̈ ܘ̈ܒ̈ܣ̈ܡ̈ ܗ̈ܠ̈ܟ̈ ̈ܒ̈ܗ̈
ܡ̈ܦ̈ܫ̈ܩ̈ܢ̈ܐ̈ ̈ܘ̈ܪ̈ܘ̈ܙ̈ܐ̈ :
ܟ̈ܬ̈ܒ̈ ̈ܚ̈ܕ̈ ̈ܒ̈ ̈ܡ̈ܟ̈ ̈ܘ̈ܟ̈ܘ̈ .

CA-

Rebus hiſce compoſitis ad Catarenſes Mar Catholicus profectus eſt, qui à Sede Rivardſciri, hoc eſt, Perfidis defecerant: & Dirinum inſulam ingreſſus, per hunc modum ipſos ſimiliter ad pacem adduxit. Inde ad hoc ſacrum cœnobium reverſus, veſtes ad altaris ornatum in Dirino inſula Catarorum textas attulit. Tùm pium & doctum Patrem Ananjeſum rogavit, ut hiſtorias & præclarè geſta, quæſtiones præterea & reſponſa Patrum monachorum, libro, cui titulus Apophthegmata Seniorum, comprehenſa, in ordinem redigeret: ut nempè quæſtionum capita confuſa & diſperſa ſeligeret, & in has partes apta facilique methodo diſtribueret. Reliqua vide ſuprà pag. 146.

Sicut didici ex Eccleſiaſticis hiſtoriis circa ea omnia, quæ hìc ſcribuntur, & alia quidem ex codicibus, alia verò ex traditione, & hiſtoria Eccleſiaſtica excellentis Mar Atken, hoc præterea in hiſtoria de eodem Mar Georgio Catholico ſcriptum reperio: ejus nimirùm temporibus regnaſſe inter Arabas Haſanum filium Ali. Narrat enim Hiſtoricus, eodem anno Haſanum ad regnum, & Georgium ad Patriarchatum fuiſſe provectos: & ambos poſt duos & viginti annos è vita migraſſe. Mortuus eſt itaque Mar Georgius in Hirta Arabum urbe, & cum Mar Aba Catholico & martyre conditus fuit cum honore, quem ipſe meruerat ob laborem & ærumnas, quibus eſt conflictatus mari terraque pro ſancta Eccleſia, & pro populis ipſi à Domino commiſſis.

Quod ad ejus eruditionem & doctrinæ altitudinem ſpectat, id facilè intelligimus ex illa Concione Rogationum ab ipſo compoſita, cujus initium eſt: Deus, qui à ſæculo eſt, qui in ſempiternum bonus eſt, neque ex ſua bonitate mutatur. Quot in ea ſuavium Cantuum mutationes cernere eſt, & quot pulcherrimo ordine ſuccedentes ſibi ſtrophas & modos!

Hæc Maragenſis: cujus ex ſententia, deceſſiſſe Georgium Patriarcham neceſſe eſt anno Hegiræ ſexageſimo completo, & ſexageſimo primo inchoato, quo & Hoſainus Ali filius, quem idem auctor Haſanum corruptè appellat, à Jazido Maviæ filio cæſus fuit: hoc eſt, exeunte anno Chriſti 679. & ineunte anno 680. ut oſtendi tom. 2. pag. 422.

Quod verò idem Maragenſis ait, tâm Georgium, quàm Hoſainum annos duos ſuprà viginti præfuiſſe; in primis Barhebræo Amroque repugnat, qui viginti dumtaxat Epiſcopatus annos Georgio aſſignant, ut dixi tom. 2. pag. 421. deinde Iſmaëli Sciahinſciæ, Abulualido Sciochnæ, aliiſque accuratis Arabicæ hiſtoriæ Scriptoribus haud convenit, qui ſcribunt, poſt mortem Ali patris ſui Haſanum quidem natu majorem anno Hegiræ 40. Chaliphatum iniiſſe eumque paucis menſibus tenuiſſe; à Mavia enim tyranno abdicare coactum, privatam vitam Medinæ egiſſe uſque ad annum Hegiræ 49. quo obiit: Hoſainum verò natu minorem, poſt ejuſdem Maviæ interitum à ſectariis anno Hegiræ 60. Chalipham inauguratum, anno ſequenti die 10. menſis Moharrami, juſſu Jazidi, qui Maviæ patri ſucceſſerat, interfectum fuiſſe. Niſi dicatur Maragenſis, totum illud ſpatium ab obitu Ali patris uſque ad cædem Hoſaini, hoc eſt, ab anno Hegiræ 40. ad annum 61. incluſivè, quo viginti duo anni lunares comprehenduntur, Hoſaini regno tribuiſſe.

1 *Conciones Rogationum*. Unius meminit Maragenſis ſuprà.

2 *Canones* undeviginti, in Synodo conditi, quos laudat Sobenſis in epitome Canonum Synodalium Par. 8. cap. 16. exſtant autem in Arabicum ſermonem translati Cod. 36. tom. 2. pag. 507.

3 *Gabriel* Arius (quem Ecchell. *Ariam* appellat,) hoc eſt, ex Aria regione Perſarum, quæ hodie Choraſana dicitur: ſexto exeunte ſæculo claruit: quippe qui Iſaaco Ninivitæ affinis erat, de quo vide ſuprà pag. 104.

CAPUT LXXXII.

Ananjesus Haghira, Patriarcha.

Ananjesus [1] Haghira composuit
Scripsitque Interpretationes, & Epistolas:
Et Paracleticos sermones, & documenta:
Et complures quæstiones, orationesque.

Edidit etiam gratiarum actiones:
Et historiam [2] Sergii Dudæ:
Nec non de duplici [3] Scholæ usu,
Et elucidationem Analyticorum.

CAPUT LXXXIII.

Abraham Cascarensis.

Abbas [4] Cascarensis edidit
Expositiones, cum Epistolis:
Et elucidationem in universam
Aristotelis Dialecticam.

CA-

NOTÆ.

1 *Ananjesus*, cognomento *Haghira*, hoc est, claudus, hujus nominis primus Syrorum Nestorianorum Patriarcha, post Joannem Marthæ filium ordinatus fuit anno Hegiræ 67. Græcorum 996. Christi 685. obiit in cœnobio Jonæ apud Niniven anno Græcorum 1010. Christi 699. quum annos 14. sedisset, multaque à Joanne Leproso, qui Sedem Patriarchalem invaserat, passus fuisset, ut ex Amro & Barhebræo fusè retuli tom. 2. à pag. 423. *Composuit*, eodem Amro teste tom. cit. pag. 425. *septem suprà quadraginta Interpretationes*, & *librum sermonum*, & *librum Epistolarum*, & *librum de Consolatione* (hoc est, Paracleticos sermones) & *quatuor libros de expositione sectionum Evangelii, quarum unamquamque singulari homilia & apposita interpretatione dilucidat: denique viginti Canones edidit de Judiciis, sub unoquoque Canone plures complectens*. Claudum idcircò à Sobensi dictum existimo, tùm quia Joannis Leprosi æmuli sui operâ è fastigio montis præceps actus fuit, ut Barhebræus scribit tom. cit. pag. 424. tùm ut ab altero Ananjesu distinguatur, de quo mox sermo erit.

2 *Sergii Dudæ*. Ecchell. *Davadi*. Amrus in vita ejusdem Ananjesu Patriarchæ tom. cit. pag. 425. hunc Sergium refert sub eodem Ananjesu vixisse. *Ejus ætate claruere*, inquit, *Sergius Duda ex Dokra in territorio Cascaræ: & Joannes Dilamita &c.*

3 *De duplici Scholæ usu*: nimirùm tàm ad literas bonasque artes, quàm ad religiosos mores comparandos, ut Jesujabus Adjabenus in sua ad monachos Beth-Abenses oratione apud Maragensem lib. 2. cap. 8. disserit, cujus verba suprà retuli pag. 126. Ecchell. legit:



& de duabus causis intelligendi, seu significationum, hoc est, de duplici sensu, literali & allegorico. Sed nihil horum in textu Sobensis.

4 *Abbas Cascarensis*. In Codice Syriaco Vaticano manuscripto, 

Et

CAPUT LXXXIV.

Ananjesus II. Patriarcha.

1 Ananjesus [1] Catholicus
Composuit Epistolas, & Paracleticos sermones,
Et

سُنْهَدُ هُهُكُمُا
هُبِرُ لِسُمُلُا هُحُمُلُا :
مسعد

Et Magnus Cascarensis. Nimirùm *Abraham*, cognomento *Magnus*, ex Cascara oriundus, monasticæ disciplinæ apud Nestorianos propagator, qui vixit sub Babæo Nestorianorum Patriarcha circa annum Christi 502. fundavitque cœnobium in monte Izala apud Nisibin urbem, teste Maragensi in hist. monast. lib. 1. cap. 4. Ejus gesta descripsere Joannes & Rostamus, ex quibus Maragensis historiam suam à nobis suprà pag. 94. relatam concinnavit. Amrus in Vita Babæi hæc breviter de Abrahamo. وفى هذه الايام ظهر مار ابرهيم الكشكراني اب الرهبان الافاضل وعاد الى نصيبين واقام بالاسكول مع ابرهيم تلميذ مار نرسى وخرج من بعد وقصد الحيرة وثلة اهلها ورد من كان بها يعبد الوثن. وقصد مصر وطور سينا للتبرك من الرهبان. وقصد جبل الازل وانفرد عن الناس واقام فى مغارة وتقوت الحشيش وصنع الايات واجتمع اليه الرهبان وهو اول من فرض الصغار وغيّر زى الانسان.

Per ea tempora innotuit Mar Abraham Cascarensis, præstantium monachorum pater: qui Nisibin profectus, in Schola habitavit unàcum Abrahamo Mar Narsetis discipulo &c. Deinde Hirtam migravit, cujus incolas ab idolorum cultu reduxit. Mox Ægyptum, & montem Sinai petiit, ut à monachis illis benedictionem acciperet. Demùm in montem Izalam secessit ab hominum commercio remotus, habitavitque in spelunca quadam, ubi herbis sponte nascentibus vitam sustentavit. Eum miracula patrasse ferunt, ob quæ ad illum plures Monachi confluxere, ipseque primus fuit, qui tonsuram monasticam apud eam gentem *præscripsit, hominisque habitum mutare jussit &c.*

Duo hic miracula ab ipso patrata comminiscitur: alterum de filia cujusdam Nisibeni à dœmonio liberata: alterum, de locustis benedictâ ab eodem aquâ fugatis.

Præter scripta, quæ hìc Sobensis recenset, Regulas pro monachorum regimine ab eodem Abrahamo conditas idem Sobensis describit in Epitome Canonum Par. 7. cap. 3.

1 *Ananjesus* hujus nominis secundus, Jacobo Nestorianorum Patriarchæ successit anno Græcorum 1085. Christi 774. Hegiræ 157. ut dixi tom. 2. pag. 432. Ejus gesta ex Amro accipe. هذا الاب حنانيشوع الثاني. كان عالما ماهرا وكان اسقفا على لاشوم التى هى داقوق. وصال عيسى المطبب المهدى اجلاس جاثليق وكان يوما اسقف كشكر الابا بالحضور وحضروا. فاختار ماروى الاركيديقون واهل الحيرة حنانيشوع والجرامقة. وخالفهم يعقوب بن يزدين الكشكرى واختار جيورجيس الراهب من عمر باحالا وكان فهما بالسريانية والعربية والفارسية. وصاروا الى بغداد واجتمعوا فى دير مار فثيون. وانتهى الامر الى المهدى. فاحضرهما وعرض عليهما الاسلام. فجيورجيس امسك وحنانيشوع احتج انه لا يعرف العربية. ورأى المهدى حسن عبادة جيورجيس فقال له بحضرة الجمع. عصا موسى التى صنع بها العجايب من اى اصناف الخشب كانت. فقال هذا لم يذكر فى التوراة ولا فى شى من الانبيا. فعدل الى حنانيشوع فقال من شجر اللوز. واستدل بان بنى قورح وداثان وابيرام لما خالفوا على هارون ادخلت عصيهم الخيمة فاثمرت عصا هارون لوزا واعجب بقوله وقال. فما الدليل على ان عصا هرون هى عصا موسى. قال ان موسى قال لهرون ارفع عصاك وبعصا موسى كانت الايات والعجايب تعمل. فحكم المهدى بالعلم لجيورجيس وبالبها لحنانيشوع والشيبة والوقار. وناقض جيورجيس لحنانيشوع وتقدم الى الربيع بان ينكل بالمخالف على كلامه مناقضه استحسنها المهدى واجلس حنانيشوع وتقدم الى الربيع بان ينكل بالمخالف فما امكن المخالف. فاجتمع الابا واسيم. وكان يعقوب الجاثليق رهن الدوقرة عند ابى العباس الطوسى. وطالبه حنانيشوع برده وغالطه وتظلم منه. فعاتبه ابو العباس على تظلمه وقال لو

اردت ان اضيف لك شيئا من املاكى فعلت
وما اظنك تختار رجوع الضيعة اليك واصير لك
عدوًا . فاسكتا منه وصار يهاديه بالثياب
والطعام والشراب ويظهر له المودة . فخادعه .
واعتل حنانيشوع فاشار بالحجامة . واظهر
ابو العباس لغلامًا بعلته وبعث اليه غلامًا
لهجمه وفى محاجمه السم . ولما شرطه انتفخت
رقبته ثلثة ايام ومات وجثلقته اربع سنين ودفن
بالمدائن وخرجت الدوقرة عن املاك الكرسى .

Ananjesus secundus. Hic Pater doctrina & eruditione excelluit. Lasciumæ, quæ & Dakuka, Episcopus fuit. Quum verò Isa medicus ab Al-Mohdio Chalipha *impetrasset, ut novum Catholicum creari fas esset, Episcopus Casarensis continuò datis ad provinciarum Episcopos literis, ad comitia eos invitavit, in quibus Marvæus Archidiaconus unàcum Hirtensibus & Garmachitis Ananjesum elegit. His restitit Jacobus Cascarensis, Jazdini filius, Georgium eligens, cœnobii Ba-Halæ monachum, virum Syriacis, Arabicis, & Persicis literis eruditum.* In duas idcircò factiones divisi electores, *Bagdadum pergunt, atque in cœnobio Mar Phetionis congregati,* quum inter se neutiquam convenirent, *ad* Chalipham *Al-Mohdium causa devolvitur. Ab eo itaque ambo accersiti Georgius & Ananjesus, ut ad Mahometanorum sectam transeant, invitantur. Et Georgius quidem apertè restitit, negavitque se id factum; Ananjesus verò causatus est Arabici sermonis insciti am. Ad Georgium itaque, qui Arabicam linguam callebat, conversus Chalipha, ejusque in fide constantiam admiratus, coram cœtu subdit. Age nunc, edissere nobis, ex quanam arboris specie excisa fuerit Mosis virga, per quam tot miracula patrata fuere. Id sanè, respondit Georgius, nec in Pentateucho, nec in Prophetis usquam indicatum memini. Tùm verò Ananjesus de eadem quæstione rogatus respondit, ex amygdalo: idque ex illo ostendit, quod quum filii Core, & Dathan, atque Abiron Aaronis adversarii virgas suas unàcum ejusdem Aaronis virga in Tabernaculum intulissent, Scriptura narrat, Aaronis virgam amygdalinos flores protulisse. Responsum laudavit Chalipha: mox subdidit. Unde verò ostendis Aaronis virgam eandem ac Mosis fuisse? Respondit Ananjesus: ex eo quod eadem Scriptura narrat Mosen Aaroni dixisse, tolle virgam tuam: eam nempè, qua Moses signa & portenta faciebat. Laudavit itaque Al-Mohdius in Georgio quidem* linguarum *peritiam, in Ananjesu verò venerandam canitiem, & decorem, atque gravitatem. Georgius nihilominus Ananjesum oppugnare non destitit. Quapropter & ad Rabium contendit, ut verba Ananjesu impugnaret, quæ Al-Mohdius approbaverat. At Ananjesus coram eodem Rabio ita Georgium convicit, ut amplius mussitare non ausus fuerit. Congregati itaque Patres electionem ejus per manus impositionem confirmarunt. Accidit postea, ut Ananjesus pagum quendam (Dokram appellabant,) quem Jacobus Catholicus olim Abu-Abbaso Tusitæ oppigneraverat, ab eodem cum quadam etiam acerbitate repeteret. Id verò ægerrimè tulit Abu-Abbasus, subdiditque: Equidem si è rebus meis quidpiam à me postulasses, dedissem utique. Nec putavi à te pagum repetendum fore, meque hostis loco habendum. Ejus itaque indignationem veritus Ananjesus, hominem sibi reconciliare conatus est, oblatis frequenter vestibus, vino atque annona, aliisque muneribus ac præcipui amoris & existimationis argumentis. Id tamen minimè est assequutus, ab Abu-Abbaso tandem dolo malo captus. Nam quum Ananjesus in ægritudinem lapsus, ex consilio medicorum chirurgum petiisset, qui per medicas cucurbitas sanguinem è cervice eliceret, Abu-Abbasus ejus ægritudini vehementer indolere se simulans, chirurgum suum eidem ad id opus adesse jussit præmonitum, ut ferrum, quo ad incisionem ægroti erat usurus, veneno primùm inficeret: quod ille hero obsequutus fecit. Quamobrem incisione peractâ, ægroti cervix continuò intumuit: & post triduum mors etiam subsequuta est. Catholici dignitatem Ananjesus ad quadriennium tenuit, & Modainæ* (Seleuciæ) *conditus est. Per hunc modum Dokræ pagi dominium à Sede ablatum fuit.*

Obiit itaque Ananjesus, juxta Amrum, exeunte anno Græcorum 1088. vel saltem ineunte anno 1089. hoc est, anno Christi 777. vel 778. Nam Patriarchatum inierat, eodem Amro teste, anno Græcorum 1085. eumque annos quatuor tenuit, ut proximè dictum est. Quod ex vita Timothei Patriarchæ ab eodem Amro conscripta confirmatur: in qua Timotheus in locum Ananjesu substitutus fuisse dicitur anno Hegiræ 162. hoc est, Christi 778. Græcorum 1089.

Amro Barhebræus consentit, qui quum Ananjesum scripsisset annis quatuor sedisse, subjungit suffectum ipsi Timotheum decessisse anno Hegiræ 204. postquam annos tres suprà quadraginta Patriarchalem Sedem rexisset. Atqui annus Hegiræ 204. inchoatus est exeunte mense Junio anni Christi 819. Græcorum 1130. eodemque mense sequentis anni completus. Si igitur ab anno Christi 820. Græcorum 1131. tres suprà quadraginta annos Patriarchatus Timothei retrocedendo numeres, habebis inaugurationem ejusdem anno Christi 777. Græcorum 1088.

Sub eodem Ananjesu erectum dicitur in Sinarum regione celeberrimum illud monumentum lapideum Sinicis & Chaldaicis literis exaratum anno Græcorum 1092. Christi 781. in quo Christiana lex à Syris Evangelii præconibus jam ab anno Christi 636. in regnum Sinarum illata fuisse fertur. Syriaca verba Stronghilis seù Chaldaicis rotundis literis expressa ex Vaticano exemplari descripsi tom. 2. pag. 255. Eadem unàcum declaratione eorum, quæ Sinicis literis continentur, exhibet Athanasius Kirkerius in Prodromo cap. 3. à pag. 53. Verùm præterquam quod in Syriacæ inscriptionis expositione non paucos vir doctus errores admittit, quos alibi notabo; in eo maximè hallucinatur, quod pag. 77. *Ananjesum Patriarcham* in eo monumento memoratum contendit

Et quinque tomos Interpretationum (*ideſt*, *homiliarum*)
1 Et Orationes [1], & decem quæſtiones.

مسفحه قتصع لهقوحدا :
مدامدوا : مكهنا هدالا .

CAPUT LXXXV.

Aba II. Patriarcha.

2 Aba [2] filius Brich Sebianeh Com-

لحا حذ حذمر رحمنه
هم

dit non Chaldæum Neſtorianorum Præſulem fuiſſe, ſed Alexandrinum Coptorum; inque hujus ſententiæ confirmationem verba Ludovici Guſmani de Indicis expeditionibus lib. 2. cap. 37. detorquet, qui Archiepiſcopum, Epiſcopos, & Presbyteros è Syria in Indiam allegari ſolitos ſcripſerat *à Patriarcha Orientali Babylonis*, non à *Patriarcha Alexandrino*, ut citatam Guſmani auctoritatem idem Kirkerius pag. 113. & 115. perperàm interpolavit.

Scio non deeſſe, qui monumentum illud à miſſis Apoſtolicis confictum putant, vel ex ea potiſſimùm ratione, quod idem monumentum anno Græcorum 1092. ſub Ananjeſu Patriarcha erectum perhibetur, quum idem Ananjeſus duobus circiter ante annis diem clauſiſſet, ut ex Syriacis Neſtorianorum Jacobitarumque hiſtoriis ſuprà demonſtratum eſt. Verùm ut argumenta hic miſſa faciam, quæ pro veritate illius Epigraphes afferri poſſunt, id fieri potuit propter immenſam Sinarum ab Aſſyria diſtantiam; eò ſcilicet quod fama obitus Ananjeſu ad Chriſtianos illos in regione Sinarum commorantes nondum perveniſſet, ſed eum adhuc in vivis eſſe exiſtimarent, quando lapideam illam epigraphen excitarunt. Ita Georgius, Jacobus, & David Epiſcopi ab Elia Neſtorianorum Patriarcha anno Græcorum 1813. ex Aſſyria in viciniores Malabarum terras miſſi, ad eundem Eliam anno 1815. epiſtolam ſcripſere, quæ exſtat Cod. Syr. 5. ad calcem tom. 2. Bibl. Orient. p. 488. quum tamen eo anno Simeon Eliæ jam defuncti ſucceſſor Patriarchatum teneret. Sed de his alibi.

1 *Orationes*, & *decem quæſtiones*. Ita in exemplari Vaticano. At Ecchellenſis legit *Orationes decem*, & *quæſtiones*.

2 *Aba*, ſeù *Mar Aba*, ut Amrus appellat, hujus nominis ſecundus Neſtorianorum Patriarcha, cognomento حذ حذمر رحمنه *Bar-Brich-Sebianeh*, hoc eſt, filius Brich Sebianeh, quod Latinè *Benedicta voluntas ejus* interpretatur, in Chronico Syriaco Barhebræi لحا حذمر رحمنه *Aba Brich-Sebianeh* nuncupatus, poſt Phetionis obitum anno Hegiræ 124. Chriſti 742. Græcorum 1053. in Patriarcham renunciatus fuit, obiitque annos natus decem ſuprà centum, quum decennium ſedisſet. *Doctus erat*, inquit idem Barhebræus citatus tom. 2. pag. 431. *in libris Eccleſiaſticis*, & *in Dialectica: edidit*que *expoſitionem Theologiæ*, *cunctoſque ſuos dies in evolvendis codicibus expendebat*. Audi Amrum de ejus geſtis ſcriptiſque.

مار ابا بر بريخ صبيانه من اهل كشكر وتعلم
فى اسكول المدابن وقسر تاولوغوس وبعض كتب
المنطق وعمل التراجيم . وحضر لنظارة الكرسى
لانه اسقف كشكر . ووقعت المشاجرة بين الناس
فيه وفى مطران جنديسابور واستقر الامر له .
وكان يوسف بن عمر يتقلد العراق . وكان باغضا
للنصارى . فكره مار ابا ان يقيم بالمدابن الا
بعد لقاه . فقصد الكوفه . فلما راه : اعجب
به وساله عن اسبابه وعن اشيا استحسن جوابه
فيها . ومضى الى الحيرة . وتلقاه يوحنا الازرق
لانه لم يحضر اسيامينه بل كتب خطه له :
والمومنين بالاكرام والاعظام . وسر بما فعلوه
ورزق من العلم وانبساط اللسان شى كثير . وعمل
علا كتب اوصدها تلاميذه بما خلطوه فيها .
واثر هذا الانسان ان يسمى بابا من دون مار
حتى لا يتشبه بمار ابا الكبير . ولم يوتر المقام
بالمدابن وابغض اهلها لسوافعالهم وتوثب
احد الاقلاقيين على مال الاسكول واخذه .
واستخلف ميلاس اسقف الطيرهان وشهدوست
اسقف الزوابى . ومضى الى اهله بكشكر ليقيم
بدار واسط . ثم قصد الكوفة . ومدته عشر سنين
وشهر وكان عمره ماية وعشر سنين ودفن بالمدابن .

Mar Aba, (inquit) *ortu Caſcarenſis*, *in Schola Modainæ* (Seleuciæ) *literis imbutus*, *Theologum nonnulloſque Dialecticæ libros expoſuit*; *Interpretationeſque ſcripſit*. *Sedem* Patriarchalem Paſtore viduatam *vicaria poteſtate rexit*, *quum Epiſcopus Caſcarenſis eſſet*. *Orto autem*

1 Composuit librum [1] de Strategis,
Et expositiones, cum interpretationibus
Varia refertis eruditione.

هُمِ حُمُحُا وُاهِهِ هُبُحِا
هُوُوُوا كُمِ لِهُوُحُا
هُكُتُبِ هُهُحُلا لِهُمِ.

CAPUT LXXXVI.

Timotheus Patriarcha.

2 Timotheus [2] fecit librum De

لِهُمُحُلِاُوُهِ حُجِ حُمُحُا
وحمحا :

autem circa ipsum & Metropolitam Gandisaporensem dissidio, in ejus tandem electione suffragia omnium convenere. Regioni Arak (Assyriæ) *Josephus Omari filius tunc temporis præerat, qui Christianos summo odio prosequebatur. Quamobrem decrevit Mar Aba non ante Modainæ habitare, quàm hominem salutatum iviſſet. Cuphamitaque profectus, Josephum adiit, à quo benignè exceptus, postquam propositis quæstionibus satisfeciſſet, Hirtam perrexit: ubi Joannes Azrak* ejusdem urbis Episcopus *unàcum fidelibus cum pompa & honore ei occurrit: quandoquidem ordinationi ipsius nequaquam interfuerat, sed eam subscripto dumtaxat libello ratam habuerat. Quod Abæ pergratum fuit: qui quum doctrina & facundia summa præditus esset, complures libros composuit, quos ejusdem discipuli interpolantes corrupere. Voluit autem Aba absolutè, dempto Mar titulo, appellari, ut scilicet à Mar Aba magno distingueretur. Quum verò praves Modainensium* (hoc est, Seleucienſium) *mores ferre non posset, eo præsertim quod nonnulli Clerici res scholæ occupaverant, Seleuciâ relictâ, substitutisque in locum suum Millesio Tirhanæ, & Sciaadosio Zuabiæ Episcopis, Cascaram apud suos migravit, in cœnobio Vasetæ sedem figens. Mox Cuphampetiit.* (In alio exemplari, quod tom. 2. p. 431. descripsi, addit Amrus, expunctum è Diptychis à Seleucienſibus Abæ nomen, nec ante restitutum, quàm Seleuciam repetiit, ubi dies clausit.) *Sedit annos decem & mensem, sepultusque fuit Modainæ, quum annum ætatis ageret centesimum decimum.*

Hæc Amrus: ex quo liquet, hunc Abam non eum esse, quem Sobensis cap. 83. *Abam*, seù *Abbatem Cascarensem* appellat, ut tom 2. pag. 431. dixi; sed alterum, qui ab eodem Sobensi cap. 85. *Aba Bar-Brich-Sebianeh* dicitur.

1 *Librum de Strategis*: hoc est, de militiæ Ducibus, seu Præfectis rei bellicæ. Echell. *de Magistratibus*, minus rectè.

2 *Timotheus* post Ananjesum secundum circa annum Græcorum 1089. Christi 778. in Patriarcham Syrorum Nestorianorum electus, obiit anno Christi 820. postquam tres suprà quadraginta annos sedisset, ut suprà dictum. Quæ de ejus inauguratione gestisque refert Barhebræus, vide tom. 2. pag. 433. & seq.

Thomas Maragensis lib. 4. hist. monast. cap. 3. & 4. scribit, Timothei præceptorem fuisse Abrahamum monachum, qui in

حمحم مسنسا ؛همحما

Basosa Saphsaphæ pago ludimagistrum agebat; Georgium verò ejusdem Timothei patruum, consentiente Maraname Adjabeno Metropolita, Episcopatum urbis Beth-Bagas in Arbelæ montibus sitæ, eidem adhuc juveni cessisse. Defuncto autem Ananjesu secundo Patriarcha, quum omnium suffragia in Jesujabum cœnobii Beth-Abensis Archimandritam inclinare cerneret, oblata eidem Jesujabo Archiepiscopali dignitate, Timotheum sibi Patriarchatum usurpasse.

هم ؛ هنه سمحا هذه سنسعمه هُهُحُما
هما ؛ سسنا : ٥ا٥حمعه همسموه ؛اهمر
هُهُحُما : حُحمه لا لهحا هذه معحمحه
همحما ١٥٥ ٥هُهحا ؛ححُا ؛هُهسنمحا هم
هُحُمِ ؛همحمحا ٥٥ع سنحُحُها ٥٥سعمه
همحما ؛١٥٥ حُهنحمحه . . . . . هم سا
لهمحما هزحا ؛حُحُه لا هذه معحمحه
هما ؛هُحِ همر : هُحُحُه حمحا حمسمه
حُحُه ٥ا٥هذ حُه . ؛ا٥ حُمِ ؛هُحِ ؛حسا هحا
٥ا همحه ؛ا٥ ححمر ٥ححاؤه سا٥حا ؛سمحا
؛حمر ؛حمحُمِ ٥حمحه حذ هذه ٥اسسا
هحُحُحُما . ١ا ؛ا٥ هِ ؛حا٥ا ٥٥٥٥ هِ
همحمحه : ٥حِ هسمِ ؛ا٥ حُهنحمحُحُها
حُسِيحُ . ٥؛ححمحما حمسمه : ؛ا٥همر
لهمحما ٥هُحُما حُهنحمحه ٥ا٥حسا

وكتب طهاثاوس الى اهل جنديسابور والموصل واطاعه اهل الموصل . واقام مطران جنديسابور واساقفته واهلهون اسقف الحديثة على خلافه . وكان يوسف مطران مرو بعيدًا حسن العبادة ويعرف بالعربية والسريانية والفارسية . وكان طهاثاوس ضمن له شيئًا . فتكتب به . واجتمع مع اهلهون اسقف الحديثة ومرجيس اسقف معلثايا فى دير يعرف بدير الطين بقرب الحديثة واساموا رجلًا يقال له رسطم على الموصل برضا اهلها مكان ايشوعيب الذى اسامه طهاثاوس وقتموا طهاثاوس . ولم يزل طهاثاوس بالطب والمومنين على يوسف مطران مرو . ولما اقام على عادته قتومه . فكتب يوسف يعاتبه ويذكره حسن معاونته . وكتب له يقول ان هذا لم يتم بك وحدك ونقضت ما فعلته بما اقدمت عليه من قراءة القاثاراسيس فى القوبة واميام رسطام فى دير يشاكل اسمه وهو دير الطين والان ان اراد اهل مرو فليحضر خمس نفر منهم وجريغور المطران عليهم لننظر بينكم وبالعاجل فلست مطرانهم . فلما انقطع رجا يوسف سعى به الى المهدى ليهلكه ولم يتم له : اسلم على يد المهدى . فاسئ جايزته وقتله بعض اعمال البصرة واقام مدة وخرج الى بلد الروم . وصعب على النصارى ما جرى وعاتبوا عليه طهاثاوس . وكتب الى جنديسابور يتعتب لهم ويعلمهم ان ياخذ عنهم ما جرى على البيع ويحثهم على طاعته باسوة سايرِ البيع وانه لا يثبت فى الرياسة ما دام اهل هذا البلد على الخلاف . فوافى افرم مطران جنديسابور ومعه ثلثة عشر اسقفًا بغداد ونزلوا دير مار فتيون وحرموا طهاثاوس . وجمع طهاثاوس خمسة عشر اسقفًا وحرمهم . ووقعت الخصومات بين الناس والضرب والحبس . وعاند ابو قريش لافرم على ما فعل . وتقرر الامر مع افرم على حمل طهاثاوس الى بيعة عباد ووقوفه بين يدية والصلوة عليه من صلاة الاميام . وبدل ذلك طهاثاوس تواضعًا ولقطع الشرور . وقال افرم عليه

[illegible] ابًا

نقله الخاطى الذى يتوب . ولما راى صبره ابتدى بها ثانيًا وقطعها . ثم مد بين يديه ورفعه الى الصدر . ووقع الصلح بينهما وحين اعطاه الطاعة واذ عزله بالرياسة اخرجه طهاثاوس

من

ܘܟܕ ܢܚ ܐܚܝܢ ܡܪ ܥܢܢܝܫܘ ܩܬܘܠܝܩܐ ܣܘܢܗܕܘܣ ܐܬܟܢܫ ܘܣܝܡ ܠܗ ܟܠ ܩܕܡ ܐܦܣܩܘܦ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܘܪܝܫ ܥܡܐ ܕܒܪܝܣܛܝܢܐ ܕܡܪ ܝܫܘܥܝܒ ܕܒܝܬ ܐܒܐ ܒܐܬܪ ܕܟܘܪܣܝܐ ܘܐܬܝܒ ܠܗ ܒܐܬܪ ܕܝܠܗ ܐܡܪ ܠܗ ܐܢܬ ܐܝܟ ܣܒ ܠܐ ܬܩܘܡ ܠܡܘܕܥ ܥܠ ܡܕܒܪܢܐ ܕܐܬܪ ܕܝܠܝ ܐܠܐ ܐܢܬ ܐܙܠ ܠܐܬܪ ܕܝܠܟ ܘܐܢܐ ܐܬܐ ܠܐܬܪ ܕܝܠܝ ܘܐܫܬܡܫ ܒܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܝ ܘܐܢ ܐܬܐ ܐܚܕ ܡܢ ܐܚܝ ܘܫܐܠ ܠܟ ܡܢ ܐܢܬ ܐܡܪ ܠܗ ܐܢܐ ܠܐ ܐܝܬ ܠܝ ܐܚ ܐܠܐ ܐܢܬ ܘܐܢ ܐܡܪ ܠܟ ܡܢ ܐܢܬ ܐܡܪ ܠܗ ܐܢܐ ܠܐ ܐܝܬ ܠܝ ܐܚ ܐܠܐ ܐܢܬ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܝ ܐܢܬ ܐܝܟ ܣܒ ܠܐ ܬܩܘܡ ܠܡܘܕܥ ܥܠ ܡܕܒܪܢܐ ܕܐܬܪ ܕܝܠܝ ܐܠܐ ܐܢܬ ܐܙܠ ܠܐܬܪ ܕܝܠܟ ܘܐܢܐ ܐܬܐ ܠܐܬܪ ܕܝܠܝ ܘܐܫܬܡܫ ܒܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܝ ܘܐܢ ܐܬܐ ܐܚܕ ܡܢ ܐܚܝ ܘܫܐܠ ܠܟ ܡܢ ܐܢܬ ܐܡܪ ܠܗ ܐܢܐ ܠܐ ܐܝܬ ܠܝ ܐܚ ܐܠܐ ܐܢܬ ܘܐܢ ܐܡܪ ܠܟ ܡܢ ܐܢܬ ܐܡܪ ܠܗ ܐܢܐ ܠܐ ܐܝܬ ܠܝ ܐܚ ܐܠܐ ܐܢܬ

Quum autem (inquit) alter iſte religioſiſſimus Mar Ananjeſus Catholicus obiiſſet, Synodus ad creationem Catholici coacta omnium Epiſcoporum, Metropolitarum, & procerum plebis Chriſtianæ, beatum Mar Jeſujabum in Patriarcham depoſcebat ..... Interea Timotheus Electorum pro hoc noſtro Mar Jeſujabo conſtanti voluntate comperta, hominem remotis arbitris ſecretò aggreſſus: Tu verò, inquit, ſenex es, nec obſiſtere poteris adverſariis tuis, Ephræmo videlicet Elamitidis, & Joſepho Bar-Mari, aut horum aliorumque æmulorum impetum ſuſtinere. Quare amicè ſuadeo, ut dignitatem iſtam Catholici recuſes, & ad meam factionem tranſeas, & ego Metropolitam Adjabenum te faciam. Hac arte, ut rem uno verbo expediam, Timotheus Catholicus Patriarcha creatus eſt, & ab Epiſcopis proclamatus. Paucis deinde evolutis diebus defuncto Maraname Arbelæ Metropolita, Timotheus Jeſujabum Adjabenes & regionum adjacentium Epiſcopum Metropolitam inſtituit.

At Amrus non Jeſujabum Archimandritam, ſed Georgium vel Jacobum monachum, & Ephræmum Elamitarum Metropolitam Timothei æmulos fuiſſe teſtatur, inquiens. طهاثاوس الجاثليق من وجوه اهل حزه عالم ملفان وصار اسقفا على بابغش . وكان ابو موسى ابن مصعب واليًا على الموصل وابو نوح الانبارى كاتبه . فحسن الى النصارى واختص بمحبة طهاثاوس ورد اليه جباية خراج كرميه . فلما مات حنانيشوع ورد كتب توما اسقف كشكر بالحضور فى سنة اثنين وستين وماية واجتمع الابا فى دير مار فتيون وتاخر افرم مطران جنديسابور واساقفته . وجمع بيروى الاركديباقون المومنين وتكلم الكشاكرة واهل صوب من اجل جيورجيس الراهب وانفذ اليه بمماعة له ابو قريش عيسى المتطبب . فصادفوه ميتًا . وذكر ابو نوح طهاثاوس والاسكلانيين مطران جنديسابور وضمن طهاثاوس لبيروى وللاسكلانيين مالًا . واراهم محاليًا فيها تجارة وحصا على انها دراهم ودنانير حيلة . فعاونوه وعضده ابو نوح الكاتب وحضر مطران باجرمى وحلوان ودمشق ومرو وعدة من الاساقفة واساموا طهاثاوس بعد ثمانية اشهر . فطالبه القوم بالمال . فقال الكهنوت لا تباع بالمال . واظهر لهم المحالى انها حصا وحجارة فامسكوا لان الحيلة تهن .

من البلد واصاقفته . ولما ازعجه راسله وقال
انما قلت عليك
كذا بالحدباء لا .
فقال ليس تمامها يكفيني الحروف التي في اخره .
وسكنت البيعة . ودعى طهاثاوس خاقان ملك
الترك الى الامانة وغيره من الملوك ووردت
عليه كتبهم وثلمة خلقا . . . . . واستتاح
طهاثاوس في سنة دخول المامون بغداد اى في
سنة اربع ومائتين بعد ان دبّر الجثلقة ثلث
واربعون سنة وعمره خمسة وتسعون سنة وكان في
ايام المهدى والهادى والرشيد والامين والمامون
ولم يبق ملك الا وكاتبه وجدبه الى الايمان
وثلمة . ودفن في دير كليليشوع الذى جدّد
بناه واقام فيه وقبله كان مقيما في قطيعة ام
جعفر ولاجله سميت البيعة دير الجاثليق .

Timotheus iſte Catholicus in Haza (hoc eſt, Adjabene) *nobili genere natus, doctrina & eruditione illuſtris, Ba-Bagaſæ Epiſcopus primùm fuit, quo tempore Abu Muſa Maſaabi filius Niniven tenebat, & Abu-Noë Anbarenſis eidem à Secretis erat. Is verò & Chriſtianos beneficiis affecit, & Timotheum ſingulari benevolentia complexus eſt, ut veſtigalia ex bonis ipſius Epiſcopatus exigi ſolita eidem gratuito condonaret. Interea Ananjeſus moritur, & Thomas Epiſcopus Caſcarenſis datis ad provinciarum Epiſcopos literis, Synodum Patrum convocavit anno* Hegiræ 162. Chriſti 778. *in cœnobio Mar Phetionis: ad quam tamen Ephræmus Metropolita Gandiſaporenſis & ejus Epiſcopi minimè acceſſere. Beröes verò Archidiaconus congregatis Chriſtianis cum Caſcarenſibus & Sobenſibus Georgium monachum* (in margine Jacobus monachus legitur) *in Catholicum depoſcebat, cujus electionem & Iſa Abucoraiſus medicus per literas procurabat. Eorum tamen conſilia monachi mors abrupit. Cæterum Abu Noë quidem ſcriba Timothei, Scholaſtici verò Metropolitæ Gandiſaporenſis mentionem in hoc negotio interſerunt. Quum autem Timotheus Beroi & Scholaſticis magnam pecuniæ ſummam pollicitus fuiſſet, ſaccoſque ſaxis plenos velut auro argentoque refertos oſtendiſſet, ad ejus partes unàcum Abu Noë pertracti fuere, eorumque molitione & artibus factum eſt, ut Metropolitæ Ba-Germæ, Halavanæ, Damaſci, Maru, aliique non pauci Epiſcopi coacta Synodo Timotheum octo poſt menſes Catholicum crearent: qui promiſſam pro conſecratione pecuniæ ſummam repetentibus reſpondit, ſacerdotium venumdari nequaquam licere, & arcas glareâ refertas oſtendit. Sic comperta fraude deſiſtere coacti ſunt. Tùm verò Timotheus datis ad Gandiſaporenſes & Moſulanos literis, ad ſuas partes utroſque trahere conatus eſt. Et Moſulani quidem obſequuti ſunt. Gandiſaporenſis contra Metropolita cum ſuis Epiſcopis, & Salomon Haditheæ Epiſcopus Timotheo reſtiterunt: quibus conſenſit favitque Joſephus Maruenſis Metropolita, vir ſpectabilis, pius, Arabicæque & Syriacæ atque Perſicæ linguæ peritus, quem Timotheus quædam ipſi olim pollicitus, demùm fefellerat. Quamobrem cum Salomone Epiſcopo Haditheæ atque Sergio Maaltajæ monaſterium quoddam apud Haditham, (Tinum, hoc eſt, lutum, appellant, (Syris Beth-Hale dicitur) profecti, ibidem Roſſamum quendam Moſulanis ipſis petentibus Epiſcopum pro Jeſujabo, quem Timotheus præfecerat, ſubſtituerunt.* (Thomas Maragenſis lib. 4. cap. 5. Roſſamum Arbelæ, hoc eſt, Adjabenes Metropolitam à Salomone & Joſepho ordinatum affirmat.) *Timotheum inſuper excommunicarunt: qui unàcum Chriſtianis Joſephum Maruenſem ad bonam frugem revocare nihilominus conatus eſt, donec deſperata ejus ſalute ipſum à fidelium cœtu ſegregare atque dejicere coactus fuit. Quum verò ille Timotheo præſtitam eidem operam ſuam & præteritam in eum benevolentiam exprobraret, reſcripſit Timotheus: Hoc verò, inquit, non ipſe ſolus præſtitiſti, ſed & hoc ipſum qualecumque beneficium iis, quæ poſtea adverſus me attentaſti, corrupiſti, quando & me excommunicare auſus fuiſti, & canoni pœnitentiali ſubjicere tentaſti, Roſſamum inſuper ad Epiſcopatum promovere non es veritus in eo cœnobio, quod Tinum, hoc eſt lutum, appoſito nempè illi qui ibidem factus eſt Epiſcopus, nomine appellamus. Nunc verò ſi Maruenſibus places, viros quinque ad nos mittant, unaque cum ipſis Gregorius eorum Metropolita* (quem Timotheus in locum dejecti Joſephi ordinaverat) *accedat. Ita demùm cauſam expediemus quam celerrimè: interim noveris te eorum metropolitam haudquaquam eſſe. Joſephus in has anguſtias redactus, quum nulla aliundè ſpes recuperandæ dignitatis affulgeret, Timotheum apud* Chalipham *Al-Mohdium* accuſavit. *Quo tamen artificio quum nihil efficere potuiſſet, ejuſdem Al-Mohdii operâ Mahometanam ſectam amplexus eſt, & quibuſdam Baſſoræ terris præfectus fuit, unde demùm ad Romanorum ditionem emigravit.* (Joſephi apoſtaſiam memorat & Maragenſis lib. 4. cap. 7.) *Hæc verò à Timotheo per hunc modum commiſſa ægerrimè tulerunt Chriſtiani, & de injuria Metropolitæ facta conqueſti ſunt. At ille contra datis ad Gandiſaporenſes literis factum excuſavit, & mala Eccleſiis illata in ipſos rejecit, hortatuſque eſt, ut aliarum Eccleſiarum conſilium ſequuti, ſibi obedientiam præſtarent: ipſis enim reſiſtentibus dignitatem ſuam ſibi conſtare non poſſe. His nihilominus acceptis literis Ephræmus Gandiſaporenſium Metropolita unà-cum tredecim Epiſcopis Bagdadum venit, coactaque in monaſterio Mar Phetionis Synodo Timotheum à fidelium communione unâ omnes voce ſegregarunt. Timotheus contra convocato quindecim Epiſcoporum concilio coſdem excommunicavit. Inde inter Chriſtianam plebem turbæ, cædes, & multorum hominum incarcerationes conſequutæ ſunt. Qua de re Abu-Coraiſus cum Ephræmo acerbè conqueſtus eſt. Res tandem hunc in modum compoſita fuit, ut Timotheum Ephræmus ad Eccleſiam Abadi deduceret, & ſuper eo preces cum impoſitione manus recitaret; quod Timotheus pro bono pacis cum animi demiſſione acceptavit. Dixit*

autem

autem Ephræmus ſuper eo illa verba, Peccatori pœnitentiam agenti &c. *ejuſque patientiam admiratus, eandem precationem iterùm reſumens, finire noluit, ſed in genua procidens, Timotheum adoravit, & jacentem erexit: & per hunc modum pax inter utrumque compoſita eſt. At Timotheus, quum ei Ephræmus ſe ſubdidiſſet, & hoc pacto firmatam poteſtatem gratulatus fuiſſet, illum cum ſuis Epiſcopis è provincia expulit. Quamobrem Ephræmus ab eo his modis vexatus, eidem reſcripſit in hæc verba. Equidem ſuper te illam precationem recitavi, dicens*, Deus laudem meam ne &c. *nec tamen integram. Nunc verò rem apud me recogitans, ajo ſufficere mihi illius precationis poſtremas literas. Ita demum Eccleſiæ ſtatus ſublato diſſidio conquievit. Timotheus interea Chacanum Turrarum regem aliosque reges ad fidem adduxit, à quibus Epiſtolas etiam accepit, plurimoſque mortales docuit, & Chriſtianæ diſciplinæ ſubjecit .... Mortuus autem eſt Timotheus anno quo Mamon* Chalipha *Bagdadum venit, anno videlicet* Hegiræ *biſcenteſimo quarto* (in alio exemplari, anno Hegiræ 205. Græcorum 1134. ſed mendum eſt: nam annus Hegiræ 205. non cum anno Græcorum 1134. ſed cum anno 1131. convenit.) *quum Catholici dignitatem tenuiſſet annos tres ſuprà quadraginta, ætatis ſuæ anno nonageſimo quinto: vixitque toto ſpatio, quo imperavere Al-Mohdius, Hadius, Raſcidus, Aminus, & Mamon. Nec fuit Rex, ad quem Timotheus non ſcripſerit, quemque ad fidem & ad Chriſtianos mores non traduxerit. Ejus cadaver conditum fuit in cœnobio Caliljeſu, cujus ædes ipſe inſtauraverat, & pro ſuo ordinario domicilio ſelegerat; nam antea in Catiba, aut Giapharo habitavit: indeque monaſterium illud Catholici ædes appellari cœptum eſt.*

Hæc Amrus. Subjungit primò Timothei Patriarchæ, & Raſcidi Chaliphæ temporibus claruiſſe *Gabrielem medicum, Theophilum Aſtronomum, Aunum Geverenſem, & Bochtjeſum*; de quibus eadem ferè Abulpharagius Vide Tom. 2. pag. 315. Secundò *Haranitas* Manichæos ſub eodem Raſcido Chalipha humanum caput ſacrificare deprehenſos, nefarii ritus pœnas luiſſe, quorum factum ex Chronico Dionyſii Patriarchæ fuſiùs à nobis relatum eſt tom. 2. pag. 112. Tertiò Hamdunam quendam Chriſtianorum inimicum eidem Raſcido ſuggeſſiſſe, mortuorum oſſa à Chriſtianis adorari: quamobrem edictum promulgatum, ut Templa ubique excinderentur, donec Raſcidus certior factus eſt, Sanctorum Reliquiis, non quorumcumque hominum oſſibus cultum à Chriſtianis exhiberi

وكان حمدونه بحضرة الرشيد فخبره
لبعضه النصارى بانهم يعبدون ويعجدون لعظام
الموتى وهى فى بيعهم . فامر بهدم البيع . فهدم
بيع البصرة والابله وغيرها . واجتمع النصارى
الذين فى خدمة الرشيد وعرفوه ان النصارى لا
يعبدون ولا يعجدون لعظام الموتى واما يكرمون
اجساد الاشهاد والصالحين والحوارين كما يفعل

لقبور الانبيا واجسادهم فتحقق ما
قالوه وامر باعادة بنا البيع .

Hamdunas quidam, inquit, *Raſcidi Chaliphæ familiaris quum Chriſtianos, quos impensè oderat, apud eum detuliſſet, mortuorum ajens eos oſſa promiſcuè adorare atque in ſuis templis aſſervare; Raſcidus Chriſtianorum Eccleſias diruendas edixit: quod & factum eſt Baſſoræ, & Ailæ, aliiſque in locis. Quamobrem Chriſtiani, qui in aula ad obſequium Raſcidi verſabantur, congregati, Hamdunæ calumnias apud Principem refellere coacti ſunt, oſtenderuntque, Chriſtianos mortuorum oſſa colere aut adorare neutiquam conſuevisſe, ſed Martyrum & Juſtorum atque Apoſtolorum corpora tantummodò honorare ea prorſus ratione, qua Prophetarum ſepulcra eorumque corpora honorari ſolent. Raſcidus quum rem ita ſe habere ex certis documentis deprehendiſſet, Eccleſias reædificari juſſit.* Quartò denique cauſam refert, cur Timotheus Raſcidi Chaliphæ gratiam inierit: nimirùm propter Zabaidam ejuſdem Raſcidi uxorem, quam quum is repudiaſſet, nec eam ex impuræ Mahometanæ legis præſcripto, niſi alteri prius illa nuberet, repetere fas eſſet; rationem Timotheus excogitavit, qua Raſcidus & uxoris ſuæ pudori, & Mahometanæ ſuperſtitionis integritati conſuleret; ſummo tamen cum Religionis Chriſtianæ contemptu. وجرت فى ايام
طيماثاوس امور كثيرة شرحها يطول . منها ان
الرشيد لما ندم على اليمين بطلاق زبيدة واجتمع
الفقها على تزويجها لمن يحللها به : وعرف
طيماثاوس صعوبة ذلك على الرشيد اشار بان
تتنصر على يديه فيوجب عليها القتل وترجع
تملم فتحل له . وامضى ذلك الفقها . وبهذا
حظى عندها وعاونته على سايراموره وما يحتاج
اليها فيه واعطته الات الذهب
والفضة والديباج وغيره .

Plura autem ſub Timothei Epiſcopatu contigere, quæ ſingula literis conſignare ſatis prolixum fore reor. Unum ex multis accipe. Raſcidus Zabaidam uxorem ſe repudiaturum juraverat. Quum verò poſtea mutata ſententia factum damnaret, à ſuis Doctoribus quærebat rationem, qua ſe ab illo juramento, ſalva ſibi uxore ſua, liberaret. Quum hanc unam illi ſuggererent, ut Zabaida ei prius, quemcumque ipſe elegiſſet, copularetur; Timotheus Raſcidum ab ea difficultate moleſtiaque ſoluturus, reſpondit: Siquidem Zabaida Chriſtianam religionem ampleteretur, & hoc nomine capitis rea fieret, atque rursùs Mahometaniſmum repeteret; tùm verò Raſcido illam retinere impune futurum. Timothei reſponſum Mahometani Doctores probavere. Hac arte Timotheus fœminæ gratiam iniit, à qua validam & præſentem opem in omnibus ſuis negotiis & inter maximas Epiſcopatus difficultates atque diſcrimina eſt conſecutus. Multa inſuper ex auro

1 De 1 Astris. Et Disputationem 2
2 cum Mohdio.
3 Et de judiciis 3 Ecclesiasticis,
Et tomos Synodicos.

وحمحطا : دوؤها وهدوب :
مهه ووسا حبلسا :
ملهمحطا همدوصا .

Ha- ٨٠/٥

argentoque, & vestibus auro textis supellectili muneratus est. De turpissima illa mulierum repudiatarum lege juxta impuram Mahometanorum doctrinam, consule Lud. Maraccium in Confutatione Alcorani Sura 2. pag. 88.

Quod verò de Regibus à Timotheo ad Christianam fidem adductis scribit Amrus, id ex historia monastica Thomæ Maragensis confirmatur, ubi lib. 4. cap. 10. & lib 5. cap. 4. 7. 10. & 14. missi ab eodem Timotheo ad prædicandum Gentibus Evangelium dicuntur Episcopi *Subchalsesu*, *Jaballaha*, & *Cardagus* in regionem Galanitarum & Dilamitarum, ad oram scilicet Caspii maris, quæ Persidem respicit, *Elias* in Mukan, civitatem in finibus Dilamitarum positam, *Narses* in Senam Arabiæ urbem, *Petrus* in Jaman & Sanaa, hoc est, in Arabiam Felicem, & *David* in Sinarum regnum.

Barhebræus ab eodem Timotheo Simeonem Perfidis Metropolitam unàcum Episcopis Comprovincialibus jurisdictioni Patriarchali, à qua ad illam usque diem defecerant, subjectos fuisse testatur; sed de his vide, quæ suprà de Jesujabo Adjabeno p. 127.

1 *Librum de Astris*. Ecchell. *librum Planetarum*. De Timothei scriptis hæc Barhebræus citatus tom. 2. pag. 434. *Multos*, inquit, *libros composuit*, & *Homilias de festis Dominicis per anni circulum*, & *expositionem Theologi*, & *librum de Astronomia*, & *librum Disputationum, quas habuit cum Georgio Jacobitarum Patriarcha*. Amrus observat Timotheum pro concione nihil dicere potuisse, plura tamen omnis generis opera, & librum præsertim de Astronomia, edidisse.

ولم يكن طماثاوس يقدر ان يخطب بحضرة الناس
بل له رسايل فى كل فن وكتاب الكوكب .

Nec poterat, inquit, *Timotheus coram hominibus orationes habere, sed plures de qualibet facultate scripsit Tractatus, nec non librum de Sideribus*.

2 *Disputationem cum Mohdio*, hoc est, ab ipso Timotheo cum Mohdio Chalipha habitam. Amrus in Cod. Arab. cujus memini tom. 2. p. 509. *Hadium* pro Mohdio legit his verbis:

وكان الخليفة الهادى فى اكثر الايام يحضره اليه
ويحاوره فى الدين ويحجت معه فى اشيا كثيرة
ويطرح عليه من المسايل المشكلات والايرادات
المعضلات وكان يجاوبه باجوبة ممكنة . وله
معه مباحث يطول شرحها وقد ضمنها
جميعها فى كتاب كبير له من وقف
عليه اذعن لفضايله وغزارة علمه .

Cæterùm Hadius frequentissimè Timotheum ad

se venire jubebat, & pluribus de religione cum eo disputabat, varias eidem proponens quæstiones, atque difficiles & implexas: quas ille adeò aptè atque perspicuè expediebat, ut Hadius nihil contra posset excipere. Habuit porrò Timotheus cum Hadio prolixas disputationes, quas ipse magno volumine comprehendit: quod si cui legere vacaverit, inde profectò viri doctrinam atque eruditionem perspiciet.

3 *De Judiciis Ecclesiasticis, & tomos Synodicos*. Amrus de Synodo à Timotheo congregata, & canonibus in ea conditis hæc scribit.

وضع باجتماع الابا ثمانية وتسعين قانونا فى
الفرايض والاحكام وفى كل قانون
منها مسالة وجواب .

Condidit in Patrum Synodo Canones octo suprà nonaginta de constitutionibus & judiciis, unoquoque canone quæstionem responsionemque comprehendens. In Codice Canonum Ecclesiæ Syro-Nestorianæ *centum ac triginta Canones* Timotheo tribuuntur tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 507. de quibus infrà. Sobensis in Epitome Canonum Synodalium Par. 9. cap. 6. binas à Timotheo Synodos habitas refert.

ملهمحطا همدوصا هه حطه حلاه وماه وحطا
همه في نصمالا همطد لا همحم حلاناه
همهوصهما هه وحمهموه وسه حمه هدا
همحمم ولاحه وهما لهمحطه : ٨٠/٥
حمهموه وماثم وحكه ولهمحطه حمنه
هدا ماهمم ملعه وهما لهمحطه .

Timotheus igitur, inquit, *qui speculatione & virtutibus omnibus excelluit, hæc clarè exponit in epistola Synodica scripta in Synodo, quam anno Arabum centesimo septuagesimo* (Christi 786.) *congregavit, & confirmata in altera Synodo, quam idem anno Arabum centesimo octogesimo nono* (Christi 804.) *habuit*. Continet autem Decretum de libris absque Patriarchæ permissu minimè publicandis, quod suprà retuli hoc tom. pag 81. Idem Sobensis in eadem Epitome nonnullas Timothei constitutiones laudat: videlicet Par. 8. cap. 14. *de translatione Episcoporum ex una Sede in alteram*, ubi S. Proclum damnat, quod è Cyzici Ecclesia ad Constantinopolitanam transierit. Ibid. cap. 16. *de ordinatione Metropolitæ*, cujus electionem sibi primùm, deinde Regi denunciandam esse affirmat. Ibid. cap. 18. *de Episcopo ad Archiepiscopatum promoto, deinde ad suam priorem Ecclesiam regresso*, fragmentum Epistolæ Timothei ad Sabarjesum Episcopum Callinici. Par. 9.

cap. 4.

1 Habet præterea biscentum circiter Epistolas
In duos tomos distributas:
2 Et quæstiones uno comprehensas volumine
De variis capitulis: unàcum historia.

1 ...
...
2 ...
...

CAPUT LXXXVII.

Ephræm Episcopus Elamitarum.

3 Ephræm Elamitidis (*Episcopus*) composuit librum
De re Fidei.

3 ...
...

Nec

cap. 4. *de electione Patriarchæ*, Constitutio à Timotheo tùm facta, postquam dissidium quod propter suam ipsius ordinationem ipsum inter & Metropolitam Gandisaporensem exortum fuerat, sedatum est. Ibidem cap. 5. *de institutione Patriarchatus Seleuciensis*, animadversio ejusdem Timothei in Epistolam Synodicam à Patriarchis Occidentalibus ad Orientales Episcopos transmissam, de qua suprà pag. 55.

1 *Epistolas*: quas Maragensis lib. 4. histor. monastic. cap. 20. laudat, inquiens:

...

Et David Sinarum Metropolita, cujus mentionem in Epistolis Mar Timothei habes. Idem Maragensis lib. 5. cap 7. quum Cardagum Galanitis, & Jaballaham Dailamitis Episcopos à Timotheo ordinatos retulisset, fragmentum Epistolæ ejusdem Timothei describit in hæc verba.

...

Epistolam siquidem Mar Timothei Catholici ad Mar Jaballaham responsivam epistolæ ab eodem acceptæ legi. Scripserat autem Jaballaha in hæc verba. Vestris Domine Pater precibus & Christi gratia factum esti, ut complures populi ad rectam fidem conversi sint, quibus præficere nos oportet Episcopos ex monachis, qui nobiscum in has terras venerunt. Jaballahæ sociisque Timotheus ita respondit. Quandoquidem Episcopi ordinatio trium Episcoporum præsentiam omninò exigit; vos autem in iis terris estis, in quibus habere hunc Episcoporum numerum non potestis; hæc facultas vobis à verbo Domini nostri, quo omnia constant & gubernantur, conceditur: Episcopum nempe quemcumque elegeritis, tibi simul & Episcopo Cardagas sit consecrare, & pro tertio Episcopo Codex Evangeliorum super sella ad dexterum latus collocetur: & hoc ritu per virtutem Dei primi Episcopi consecrationem perficitote. Alius autem nonnisi à tribus Episcopis consecretur. Divinus autem spiritus in vobis consecrationes suas, oro, dispertiat, quemadmodum in beatis Apostolis olim est operatus.

2 *Quæstiones uno comprehensas volumine de variis capitulis, unàcum historia.* Ita Codex noster. At Ecchellensis legit:

...

Quæstiones uno digestæ volumine, & disputationes adversùs contentiosum: nimirùm adversùs Georgium Patriarcham Jacobitarum, de quibus suprà ex Barhebræo pag. 162.

3 *Ephræm* Gandisaporis Elamitarum Me-

1 *Nec non* de præceptorum [1] ordinatione composuit
Librum unum in duos tributum tomos.

CAPUT LXXXVIII.

Honainus Medicus.

2 Honainus [2] Isaaci medici filius Ca-

Metropoleos Episcopus, sub Timotheo Patriarcha innotuit, cum quo dissidium mox relatum habuit. Laudatur ab eodem Timotheo in Constitutione de libris sine permissu Patriarchæ minimè promulgandis, in hæc verba. ... *Similiter & per hæc tempora Ephræmus supremus antistes primamque tenens Cathedram Elamitarum: sed & alter pudicus & castus* monachus *Raban Moses Presbyter & Doctor: tertius quoque doctus & eruditus Abu Noë lucubrationes suas, antequam ab aliis viderentur, ad nos miserunt, scribentes: Tu verò eas in fornace sapientiæ tuæ explorato.* Cætera vide suprà pag. 82.

1 *De præceptorum ordinatione librum unum in duos tributum tomos.* Ita Codex noster, in quo ad Ephræmum Elamitam hoc opus refertur. Ecchellensis pro ... *ordinatione præceptorum*, legit ... *Turis monachus*, quem auctorem libri in duos tomos distributi facit, inquiens: ... *Turis monachus composuit librum unum in duos tributum tomos.* Verùm prior lectio retinenda, quum *Turis monachus* neque in monastica Maragensis historia, neque in cæteris, quæ hactenus evolvi, Nestorianorum monumentis occurrat.

2 *Honainus*, seù Joannes (sic enim Arabes nomen Joannis diminuunt) patre Isaaco medico in Hirta Arabum urbe natus, secta Nestorianus, Bagdadi sub Joanne Mesve elementa medicinæ hausit; inde in Romæorum ditionem profectus, quum Græcam linguam didicisset, Bagdadum regressus est, ubi eidem Joanni, Gabrieli filio Bochtjesu, cæterisque doctis viris, qui tùm sub Chalipharum patrocinio florebant, charus in primis & acceptus, librorum scriptioni animum applicuit. Obiit mense Decembri anno Græcorum 1188. Christi 876. Hegiræ 263. (non 260. ut habet mendosus Codex Chronici Syriaci Barhebræi, ex quo gesta Honaini descripsi tom. 2. à pag. 270.) *Duos autem liberos Honainus reliquit*, (ut inquit Barhebræus citat. tom. 2. pag. 272.) *Isaacum, & Davidem. Et Isaacus quidem Codices plurimos interpretatus est*, quos memorat Hottingerus in Biblioth Orient. à pag. 222. *Honainus verò quinque suprà viginti libros edidit, præter eos, quos è Græco in Syriacum & Arabicum transtulit. Habebat autem sororis filium, nomine Hobaisum Bar-Hasan, manu altera mutilum, qui & librorum medicorum admirabilis fuit interpres: sed bono Honaini fato accidit, ut plerique libri, quos Hobaisus interpretatus fuerat, ab imperitis lectoribus Honaino tribuerentur; & amanuenses quoque literas, quibus utriusque nomen constat, confundentes, Hobaiso expuncto Honainum scriberent. Atque hac de causa pauci quidem superfuere libri sub nomine Hobaisi; reliqui verò ferè omnes Honaini nomen præferunt.*

Hæc Barhebræus: qui Par. 2. Chronici Syriaci, & in historia Arabica Dynastiarum pag. 173. refert, Honainum à Nestorianorum Patriarcha excommunicatum fuisse, quod Sacrarum Imaginum cultum respueret. Vide Tom. 2. pag. 438.

Idem Barhebræus testatur Honainum è Græco in Syriacum transtulisse *librum Nicolai de summa Philosophiæ Aristotelicæ*: nec non *Syntagma medicum Pauli Æginetæ*. Quæstiones autem Honaini in Epitomen redactas, commentariis illustravit, Tom. cit. pag. 270. & 272. quas & Abu-Sadecum commentatum fuisse perhibet Hottingerus in Bibl. Orient. pag. 214.

Apud eundem Hottingerum lib. citat. hæc Honaini opera laudantur. Pag. 217.

... *Liber*

1 Capita [1] de timore Dei
Composuit: nec non Grammaticam [2],
2
3 Et compendiosum [3] Lexicon.

وَمِنْهَا وَيَسْلَمُ كَتَبَ
هُمْ: مَوْهُ وَمِنْهُمْ:
مَكْوَهُمْ حَقَّهُمْ.

CAPUT LXXXIX.

Josue Bar Nun, Patriarcha.

4 Josue [4] Bar-Nun scripsit librum,
Qui Theologia nuncupatur:
Et

مَعْمَلْ حَنْ ثُمْ هُمْ حَكَّا
وَمَعْمَنَا وَالْمُكْمَلَا.
مَعْمَلْ

Liber de Aphorismis Philosophorum. Pag. 221. & 222. *Commentarius in Categorias, & librum Peribermenias Aristotelis*, quæ è Græco in Syriacum idem Honainus transtulit. Pag. 222. *Arabica Analyticorum priorum translatio à Theodoro facta & ab Honaino emendata, qui Syriacam præterea ejusdem libri versionem, sed non integram, elaboravit.* Pag. 222. 233. 236. 238. & 240. *Syriaca versio librorum Aristotelis, Analyticorum posteriorum, de physico auditu, de generatione & corruptione, Metaphysicorum, & de Anima; quem etiam librum Honainus Arabici juris fecit.* Fragmentum Syriacum Honaini *de medicina* exstat, tom. 1. Bibl. Orient. pag. 630.

1 *Capita de timore Dei.* Ecchellensis

Librum de timore Dei. Sobensis ex tot Honaini libris, de quibus suprà dictum est, tres dumtaxat commemorat, quos fortasse solos legit: nimirùm *de timore Dei, Grammaticam,* & *Lexicon.*

2 *Grammaticam*: quæ citatur à Barhebræo. Vide tom. 2. pag. 308.

3 *Lexicon.* De quo Isa filius Ali in præfatione Lexici Syro-Arabici ad Abrahamum apud Hottinger. in Bibl. Orient. pag. 297.

In memoriam, inquit, *mihi revocasti Lexicon, quod à Rabân Honaino compositum fuit: alterum item Lexicon, quod Josue Maruzæus collegit &c.*

4 *Josue Bar-Nun* in Beth-Gabare vico Niniven inter & Mosul sito natus, Abrahami claudi auditor, Timotheo Patriarchæ, quondam condiscipulo suo, successit anno Hegiræ 205. Christi 820. Obiit anno ætatis 84. quum quadriennium sedisset, in cœnobio Caliljesu, quod *Catholici*, hoc est, Timothei, nuncupatur, conditus. Dum vixit, Timotheum præcessorem suum dictis scriptisque impugnare non destitit, quem etiam مَعْمَلْ *Tolemtheum*, hoc est, Deo injuriosum vocitabat. Sed morti proximus scripta sua, quibus hominem prosciderat, comburi jussit. Audi Amrum.

ولما حصل فى كرسيه باكليليقوع كشف ما فى نفسه على طيماثاوس وامر باسقاط اسمه من سفر الاحيا فبان بغضه. وانكر ذلك الابا والروما ويوزاداق الملفان قال كيف يجوز هذا وجميع الابا الان من اسيامينه شمامسة وقسان واساقفة. واجمعوا للتشغيب عليه. واصلح الامر جبريل وميخايل الطبيبان وكتب يوزاق اليهما يعلمهما بصحة علم طيماثاوس ويعاتب فيها ايشوع برنون وقد سجد بين يديه وقبل منه اسيامين التقسة حين كان بهذه الصفة ثم قبل منه ذلك. وان كان قبل الكهنوت برشوة فكهنوته باطلة: لانه قبلها ممن اسامه طيماثاوس وهو دبّر البيعة اثنين واربعين سنة على الاستوا على مذهب ديودوروس وثادورس ونسطوريوس ويعاتب على ما ثبت ايشوع برنون له. وندم فى علته على ما فعله بطيماثاوس وامر تلميذه باحراق الكراريس التى كتب فيها ماكتب فى معنى طيماثاوس.

Postquam, inquit, *sedem suam obtinuit in* (cœnobio) *Caliljesu, suum adversùs Timotheum animum patefecit, ejusque nomen ex libro vivorum* (ex diptychis) *abradi jussit, & suum in illum odium declaravit. Facto tamen contradixere Patres, & Antistites; sed & Jozadachus Doctor prædicabat id neutiquam licere, quandoquidem omnes, qui tunc temporis censebantur, Patres ab illo Diaconatum, Presbyteratum, atque Episcopatum per manus impositionem acceperant. Cunctis itaque adversùs Josue per hunc modum commotis, dissidium tandem turbasque istiusmodi composuere Gabriel & Michaël, ambo professione medici,*

ad

1 Et Quæſtiones [1] in totum *Scripturæ* Textum,
In duas partes diſtribuit.
2 Item deciſiones [2] judiciorum & cauſarum.
Conſolationes *ſeu Paracleticos ſermones*, & Epiſtolas.
3 Scripſit etiam de diſtinctione [3] officiorum,
Nec non Interpretationes, & de virtute Hymnorum.

ﻣﻌﻪﻭﻻ ﻭﺣﻠﻪ ﺭﻭﻭﻻ
ﺣﻪﻭﻻﻡ ﻗﻠﻰ ﻣﻪﻭﻻ ﻟﻬﻘﻪ .
ﻣﻌﻘﻪﻑ ﻭﻣﻨﺎ ﻣﺪﻟﻜﻪﻻ :
ﻣﺤﻤﻪﻻ ﻟﻪ ﻟﻰ ﻟﻰ ﻟﻰ .
ﻣﻬﻡ ﻗﻪﻭﻑ ﻟﻤﻌﻤﻌﻪﻻ :
ﻣﻠﻪﻭﻗﻪﻻ ﻣﺴﻼ ﺧﻪﻭﻨﻪﻻ .

CAPUT XC.

Eliſæus Patriarcha.

4 Eliſæus [4] commentator compoſuit Expoſitionem in Job,

ﻟﻜﻨﻌﻪ ﻣﻌﻤﻌﻨﻪﻻ ﻣﻬﻡ
ﻣﻌﻤﻌﻨﻪﻻ ﻭﻟﻨﻌﻪ :

Et ﻣﻭﻟﻰ ﻟﻰ ﻟﻰ ﻟﻰ

ad quos Jozadachus epiſtolam ſcripſerat, in qua Timothei fidem & ſanam doctrinam laudans, Joſuè filium Nun reprehendit: & ipſe quidem, ait, Joſue Timotheo inſerviit, atque ab eo Diaconus fuit ordinatus. Profectò ſi in hoc loco ille fuiſſet, non utique ab ipſo prædictum ordinem accepiſſet. Quodſi ex eo quod ille ſacerdotium pecunia obtinuit, ſacerdotium ejus inane eſt; hoc igitur idem de Joſue affirmandum erit; quandoquidem is, à quo ordinem ſuſcepit, à Timotheo fuerat ordinatus. Porrò Timotheus Eccleſiam duos ſuprà quadraginta annos integros gubernavit ſecundùm fidem Diodori, Theodori, atque Neſtorii: & reprehendendus eſt Joſue filius Nun ob ea, quæ Timotheo objecit. Quod factum poſteà ipſe quoque Joſue doluit in fine vitæ, ſuoque diſcipulo mandavit, ut quæcumque adversùs Timotheum ab ipſo ſcripta fuerant, cremanda curaret.

Cauſam tanti in Timotheum odii Amrus haud exprimit. Exprimunt tamen Auctor Collectionis Canonum Eccleſiæ Syro-Neſtorianæ, & Barhebræus, quorum verba ſuprà retuli pag. 100. & ſeq. Nimirùm ob motam ſub Timotheo quæſtionem *de Viſione Dei*. Nam Joſephus Huzita olim rectè docuerat, quod & Joſue Barnun acriter propugnabat, *Divinitatem Chriſti ab ejus Humanitate videri*. Contrà Timotheus coacta Epiſcoporum Synodo, *anathemati ſubjecit aſſerentem ab humanitate Domini divinitatem ipſius videri, aut ab alia quacumque creatura*. Decrevit præterea adversùs utrumque, *Animas corporibus ſolutas omni ſenſu carere, donec ad ſua corpora regrediantur*, quod à nobis alibi indicatum & rejectum eſt.

1 *Quæſtiones*. Cod. Syriaco 4. tom. 2. pag. 487. exſtant hujus Joſue Quæſtiones & Reſponſiones nonnullæ in Scripturam Sacram.

2 *Deciſiones judiciorum & cauſarum*: nonnullæ *de hæreditate* referuntur in Cod. Arabico tom. 2. pag. 507. *Synodus* Joſue Bar-Nun laudatur à Sobenſi ad calcem hujus Catalogi. *Canones* XXII. ejuſdem Synodi è Syriaco in Arabicum converſi exſtant Cod. Arab. cit. tom. 2. pag 507.

3 *De diſtinctione Officiorum*. Exſtat Cod. Syr. XI. tom. 2. pag. 489. Tractatus anonymus, inſcriptus, *Declaratio Officiorum Eccleſiaſticorum, & cauſa Feſtorum Dominicorum*, in quo agitur 1. de Diſpenſatione Domini in carne. 2. de Veſpertinis horis. 3. de horis Nocturnis & Matutinis. 4. de divina Liturgia. 5. de Baptiſmo. 6. de Eccleſia. 7. de Exequiis Defunctorum. An hujus Joſue ſit, non liquet.

4 *Eliſæus*, cognomento *Commentator* ſeù *Interpres*, Silæ Patriarchæ Neſtorianorum gener, ſocero ſucceſſit ſub Cavade Perſarum Rege, ut tom. 2. pag. 409. dictum eſt. Ejus cum Narſete diſſidium, in hæc verba deſcribit Amrus. نرسى والبطع الجاثليقان اسقطا لسوء فعلهما . بعد موت ثيلا وقع الخصام بين الناس بسببهما . وتوسط الامر بوزاق اسقف الاهواز وكان طبيبا وعالج زوجة الملك من مرض كان بها وشفيت على يديه . فاختار نرسى لانه كان عالما خيرا ملازما للصوم والصلاة وقراءة الكتب وكتب الناس خطوطهم بالرضا به بحضرة الانجيل فى بيعة اسفانير واستدعى الابا اساميين

وخرج

Et in Epiſtolas ad Corinthios,
1 Et in tres ſequentes 1 Epiſtolas.

2 Item de cauſa ſeſſionum 2, & martyrum:

3 Et gratiarum 3 actiones, & orationes.

ܘܥܠ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܩܪܝܛܝܣ :
ܘܥܠ ܬܠܬ ܐܓܪ̈ܬ ܕܒܬܪܗ .
ܘܥܠ ܡܕܡ ܕܣܗܕ̈ܘܬܐ ܘܡܥܡܪ̈ܬܐ :
ܘܥܠ ܟܠ ܬܫܒ̈ܚܬܐ ܘܨܠ̈ܘܬܐ .

وخرج يوزاق الى الملك يملوان يستادنه . فالتقى
لقيق من القسان والمومنين مع اليشع ولم يرضوا
باختيار نرسى . وكان اليشع من اهل المدايين
ومال اليه قباد لمعرفته بصناعة الطب وزوجه
لاجل ذلك شيلا بابنته ووصّى ان يعقد له
الجثلقة بعده . وصار معه قوم من الابا وعقدوا
له الغطركة باسفانير وهذا بخلاف العادة . وسمى
به بيروى متطبب الملك . وخوف نرسى ان يتم
اليشع : حظى فى بيعة المدايين وجمع من اجتمع
له من الابا وصار كل منهم يسيم الى كل بلد
اعتقد وكان فى كل بيعة مدبرين وتفرق الناس
وصاروا فضيحة عند المخالفين . واغتم بذلك
الابرار . وطاف اليشع البلاد وصار يسيم
الاساقفة ولم يقبل احد كشكر الاسقف من قبله
وجرت فتن عظيمة . ومات نرسى . وحرم الابا
اليشع . وكانت مدة الخصومات المتصلة خمسة عشر
سنة . وفى هذه الايام اجتمع الابا اليونانيون فى
كل صقع وحرموا ساورى وشيعته . واميامبد
نرسى كان فى الجمعة التى يعمل فيها الشعانين
الصغير . والمعنى باليشع كان بيروى المتطبب .
واسقط اسمهما لتجاديهما فى الرياسة
واضمادهما البيعة .

Narſetis & Eliſæi, qui ambo Catholici Cathedram occuparunt, merito nomina ex Catholicorum albo expuncta fuere. Sila quippe extincto, illis auctoribus ingens diſſidium inter Chriſtianos conflatum eſt: qua in re ſuas egit partes Jozachus Huzitarum Epiſcopus. Erat autem Jozachus medicæ artis peritus, Regiſque uxorem ex difficili morbo liberaverat. Narſetem ille elegit, ejuſdem doctrinam, eruditionem, orandi ſtudium, abſtinentiam, multamque lectionem admiratus. Jozachi ſuffragium complures ſequuti, electionem Narſetis in Eccleſia Spaniræ (in urbe Cteſiphonte) *interpoſito Evangeliorum Codice confirmarunt, quum Jozachus* Cavadis Perſarum *Regis conſenſum Halavanæ obtinuiſſet. Porrò adversùs Narſetem inſurrexere non pauci laici & ſacerdotes, ad eam dignitatem provehere conati Eliſæum ex urbe Seleucia oriundum, cui etiam favebat Cavades ob ejus in medendo peritiam: quam ob cauſam Silas filiam ſuam eidem ducendam tradiderat, mandaveratque, ut poſt ipſius obitum Catholicus crearetur. Eliſæi factionem ſuſtinuere non pauci ex Patribus, à quibus in prædicta Eccleſia Spaniræ Patriarcha conſecratus eſt, quod attento veteri more haudquaquam licuit. Eliſæi inſuper partes acriter tutatus eſt Beroës medicus regius. Veritus itaque Narſes, ne Eliſæus omnia occuparet, ipſe Seleucienſem Eccleſiam primus invaſit, & ex Patribus non paucos, quos nempe ſibi obſequuturos ſperabat, collegit. Inde factum eſt, ut ſuæ factionis Epiſcopum quiſque ſubjectis locis præficeret, & in quavis Eccleſia duo conſurgerent altaria; Chriſtianique in duas ſectas funeſto ſchiſmate diſciſſi, adverſariis quidem riſum, juſtis verò lacrymas cierent. Eliſæus intereà provincias circumluſtrans, Epiſcopos ubique inſtituebat. Caſcarenſibus tamen ut Epiſcopum ab ipſo datum acciperent, perſuadere non potuit: quod ingentium malorum cauſa fuit. Demùm Narſes extinctus eſt, & Eliſæus à Patribus à fidelium cœtu expulſus fuit. Tenuit porrò prædictum diſſidium annos quindecim. Sub hæc fermè tempora Patres Græci coactâ œcumenicâ Synodo Severum ejuſque Symmyſtas & gregales condemnarunt. Narſetis ordinatio incidit in feriam ſextam, qua feſtum parvum Hoſannarum celebrari ſolet. Præcipuus Eliſæi fautor Beroës medicus fuit. Amborum poſteà nomina ex Catholicorum tabulis deleta ſunt ob Primatus ambitum, & inductas in Eccleſiam diſſenſiones & ſchiſmata.*

1 *In tres ſequentes Epiſtolas.* Nimirùm, ad Galatas, ad Epheſios, & ad Philippenſes.

2 *De cauſa ſeſſionum, & martyrum*: hoc eſt, de cauſa commemorationis martyrum, & de cauſa ſeſſionum in Pſalmodia. Vox Syriaca ܡܥܡܪ̈ܬܐ *Maurbe*, idem valet ac Græca Καθίσματα. Significat autem, ut benè obſervat Ducangius, diviſiones ſeu ſectiones Pſalmorum, tùm etiam Cantica illa, quæ ſedendo recitari ſolent. Vide ſuprà pag. 71. Ecchell. minus rectè, *de cauſa judiciorum & teſtium*.

3 *Gratiarum actiones*, quæ in fine Liturgiæ recitari ſolent: cujuſmodi preces à Mara Archidiacono, ab Aria Bar-Oteli Presbytero, ab utroque Ebedjeſu Epiſcopo, Sobenſi ſcilicet & Gazartenſi, compoſitæ exſtant in Cod. Syr. Amiden. XI. Vide tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 583.

CAPUT XCI.

Simeon Garmæus.

2 Simeon 1 Garmæus interpretatus est Chronicon Eusebii.

ܫܡܥܘܢ ܓܪܡܝܐ ܦܫܩ
ܠܟܬܒܐ ܕܐܘܣܒܝܘܣ .

CAPUT XCII.

Surinus Patriarcha.

2 Surinus 2 Commentator 3 scripsit So-

ܣܘܪܝܢܘܣ ܦܫܩܘܦܐ ܘܦܫܩ
ܠܗܘ

ܫܡܥܘܢ ܘܟܬܒ ܐܝܟ ܡܛܪܢܬ ܒܨܪܬ .

NOTÆ.

1 *Simeon Garmæus* (*Giarmachitam* Ecchellensis reddit,) hoc est, ex Mahuza Ariuni Garmæorum urbe oriundus, incertæ ætatis scriptor, Chronicon Eusebii è Græco in Syriacum convertit.

2 *Surinus* Seleucienſis, ex Nisibis Episcopatu, quem malis artibus occupaverat, ad Ecclesiam Halavanæ translatus, post Abæ II. obitum Sedem Patriarchalem operâ Abani Seleuciæ Præfecti invasit anno Græcorum, ut inquit Barhebræus, millesimo sexagesimo quinto, hoc est, Christi 754. quam sex suprà quinquaginta diebus tenuit, Jacobo in ejus locum ordinato, ut refert Amrus in hæc verba. صورين المقدس بدل لابان امير المدائن حتى وكل بالناس يوم جمعيس الفصح والزمهم امياميثا فتقرب بعضهم وافطر بعضهم ووكل ممن بقى واخدهم اصحاب ابان وهم على باب المدبح بالسلاح قهرًا حتى اسلموه وهم يبكون وبعقوب مطران جنديسابور ثنى عليه ويبث الى العما يسل ان لا يصلح له شان واستعفاء الابا الى السفاح وعرفوه الحال . فضرب ابان وردّهم الى اختيارهم فقترعوا بالحيرة فى الاحد الذى بعد الصلاق وانصرفوا الى المدائن مع عيسى بن ابراهيم المقدم واساموا يعقوب . وواصل صورين واهله النصر صاحب الجيش عليه حتى حبسه المنصور فلما اطلق ماله المومنون ان ينفذ صورين الى البصره لان مطرانها مات ففعل ولشدة بغض اهل البصره قبله نفر منهم وكرهه البعض وتقدم المنصور بحبسه لما تحقق امره وهرب به عيسى ابن شهلافا وظفر به امير المدائن فحبسه ومات ودفن فى دير

Surinus exauctoratus. Hic Abanum Seleuciæ Præfectum induxit, ut Christianos feria quinta Paschatis ex inopinato adortus compelleret, ut ipsum per manus impositionem consecrarent. Quumque in eo tumultu alii cessissent annuissentque, alii contrà sacrilegum facinus aversati diffugissent; quicumque in Ecclesia remansere, à satellitibus Abani nudo ferro instantibus & ipsas Altaris fores occupantibus, coacti sunt Surinum ordinare: quod non sine lacrymis fecerunt, quos inter Jacobus Gandisaporensis Metropolita aderat, qui consecratorias preces super eum recitans, manibus interim in cœlum sublatis orabat, ne id quod agebatur, Surino usquam bene cederet. Tùm verò Patres Saphahum Christianæ disciplinæ jura & illius causæ statum edocuerunt: qui cæso Abano, pro arbitrio decernendi facultatem Episcopis concessit. Surinum itaque exauctorarunt in urbe Hirta Dominica post Ascensionem Domini. Postea cum Jabia Abrahami Mokledi filio Seleuciam profecti, Jacobum consecrarunt: adversùs quem Surinus & ejus cognati Nasrum Archistrategum instigarunt, eorumque insidiis Jacobus ab Al-Mansore Chalipha *captus, in arctam custodiam conjectus est* (unàcum Patriarchis Jacobitarum & Melchitarum, ut ex Barhebræo retuli tom. 2. pag. 432. quod & Amrus infrà in vita Jacobi fusiùs narrat.) *Inde demùm* post novem annos *ereptus, & à fidelibus rogatus, Surinum Bassoram dimisit, Episcopo dudum defuncto successorem futurum. Dum verò Bassorenses de novi Episcopi electione inter se digladiantur, ecce Al-Mansorem adesse nunciatur, ut hominem caperet. Tùm verò Surinus ab Isa* medico *Sciaclaphæ filio eo periculo subita fuga ereptus, à Præfecto Seleuciæ demùm captus & custodiæ mancipatus, interiit, & in cœnobio Simeonis conditus est. Ejus nomen in Catalogum Metropolitanorum Bassoræ relatum fuit.*

3 *Commentator*. Inter eos, qui operum Aristotelicorum è Græca in Arabicam, vel Syriacam linguam interpretes fuere, recensetur

Solutionem opinionis Hæreticorum,
1 Græci ſermonis 1 ſtructurâ
Et demonſtrationibus & quæſtionibus.

CAPUT XCIII.

Barhadbeſciaba Arabs.

2 Barhadbeſciaba 2 Arabs 3
3 Scripſit librum Theſaurorum
In tres tomos diſtributum: Et diſputationes
Adversùs omnes ſectas, earumque confutationem.
4 Eccleſiaſticam 4 prætereà *Hiſtoriam*; nec non de cauſa
Sectatorum Mar Diodori;
Commentarium denique in Marcum
Evangeliſtam, & Davidem.

CAPUT XCIV.

Michæas.

5 Michæas 5 Doctor confecit Quin-

ſetur Surinus à Mohammad filio Iſaac apud Hottingerum in Bibliotheca Orientali pag. 241. ubi loquens *de libro Elementali ſeù Metaphyſicorum*, hæc ait: ونقل اسحق بن حنين عدة مقالات وفسّر صوريانوس مقالة الباء وخرجت عودى راتها مكتوبة بخط يحيى بن عدى فى فهرسة كتابه.

Sed & Iſaac Honaini filius aliquot libros transtulit. Surianus verò (lege, *Surinus*, quem Hottingerus in eadem Bibl. Orient. pag 236. *Severinum* malè appellat,) *interpretatus eſt librum B, qui & Arabicè prodiit, prout vidi ſcriptum manu Jabiæ filii Adi in indice libri ſui.* Surinus, ſeù Baraz-Surinus monachus laudatur à Margenſi lib.2. hiſt. monaſt. cap.9. Vide tom.2. pag.492. & hoc tom. pag.126.

1 *Græci ſermonis ſtructurâ*. Ecchell. pro ܡܸܠܬ̈ܐ ܕܝܘܢܝܐ legit ܡܸܠܬ̈ܐ ܕܝܘܢܝܐ, quod ita interpretatur, *tàm collatione Græci ſermonis, quàm demonſtrationibus inveſtigatis*. Hottingerus, *cum collatione Scholaſticorum Græcorum, & demonſtrationibus examinis*.

2 *Bar-hadbeſciaba*: nomen compoſitum ex *Bar*, *Had*, & *Beſciaba*, hoc eſt, *filius unius in Sabbato*, ſeù filius diei Dominicæ, quem Cyriacum Græcè, Dominicum Latinè dixeris. Qui enim die Dominico naſcuntur, eos Syri Barhadbeſciabas appellare ſolent, ſicut eos qui in jejunio quadrageſimali, Barſumas, teſte Barhebræo in libro Splendorum.

3 *Arabs*. Nimirùm, ex ܒܝܬ ܥܪܒܝܐ *Beth-Arbaje*, ſeù *Ba-Arbaja* pago apud Niſibin, ex quo Jeſujabus Arzunita ortum duxit, ut ſuprà dictum eſt pag. 109. Diverſus proinde ab eo Barhadbeſciaba videtur, qui Jacobo Beth-Abenſis cœnobii fundatori æqualis fuit, teſte Margenſi lib.1. hiſt. monaſt. cap.15. & 21. Vide tom.2. pag.490.

4 *Eccleſiaſticam hiſtoriam*. Hinc liquet, Barhadbeſciabam hunc poſt annum Chriſti 660. floruiſſe; Eccleſiaſtica enim apud Syros Neſtorianos hiſtoria conſcribi cœpta eſt ſub Jeſujabo Adjabeno Patriarcha, qui anno Chriſti 660. obiit, ut ex Amro obſervatum hoc tom. pag.148.

5 *Michæas* Barſumæ Niſibeni, Acacii, Narſetis, aliorumque Neſtorianorum in Schola Edeſſena ſocius & æqualis, poſtquam

Quinque cauſas Seſſionum:
1 Et Orationem de 1 Cantropo:
2 Et de Mar Sabarjeſu 2 Laſciumæ.

Nec non commentarium in librum Regum filiorum Iſraël.

CAPUT XCV.

Cyrus.

3 Cyrus 3 habet cauſas,
Expoſitiones, & interpretationes.

CAPUT XCVI.

Paulonas.

4 Paulonas 4 compoſuit Hymnos,
Et diſputationes adversùs ſcrutatores:
Et diſceptationes adversùs Marcionem,
Nec non de fidelibus, ac fide.

inde ejectus fuiſſet, in Aſſyriam commigravit, & Laſciumæ Garmæorum urbis Epiſcopatum obtinuit, circa ſæculi quinti finem, teſte Simeone Beth-Arſamenſi, quem vide tom. 1. à pag. 352.

1 *De Cantropo*. Utrumque Michæas oratione laudavit, Cantropum ſcilicet & Sabarjeſum. Hottingerus ex duobus unum facit in Bibl. Orient. pag. 235. quem & à Michæa rejectum, non laudatum affirmat, inquiens: *Michæas confecit ſermonem contra Kontropium Sebarjeſu Dalſum*.

2 *De Sabarjeſu Laſciumæ*, quæ aliàs *Dakuka* dicitur, ut ſuprà pag. 156. Ecchell. perperàm, *Sbarjeſu Dalſum*, literam ? *Daleth*, quæ genitivi caſus nota eſt, non animadvertens. Hujus *Sabarjeſu* geſta narrantur à Gabriele Moſulano in carmine Syriaco, quod exſtat Cod. 7. ad calcem tom. 2. p. 488. In eundem Sabarjeſum & in Hormiſdam Perſam habetur carmen anonymi tom. 1. p. 582. Fuit & alter Sabarjeſu Laſciumæ Epiſcopus, quem Amrus ſub Jeſujabo Arzunita claruiſſe teſtatur, ut ſuprà dixi hoc tom. pag. 110. Carmen Michææ, quod de laudibus cujuſdam, fortaſsè *Cantropi*, aut *Sabarjeſu* compoſitum fuerat, in cœnobio Beth-Abenſi in commemoratione Jacobi illius cœnobii fundatoris cani ſolitum fuiſſe affirmat Margenſis lib. 2. hiſtor. Monaſtic. cap. 33. donec Gabriel Rakoda aliud proprium de Jacobo edidit.

3 *Cyrus*, ſeù *Kajura*, cognomento *Doctor*, Mar Abæ Patriarchæ diſcipulus, claruit circa annum Chriſti 550. de quo vide Amrum citatum tom. 2. pag 412.

4 *Paulonas*, (Ecchell. *Paulinus*) Sancti Ephræmi diſcipulus, ab eodem Sancto Doctore tamquam à recta fide deficiens rejicitur in Teſtamento: ... *Paulona*, inquit, *maledicta mater tua: væ ventri, qui te portavit: quoniam ſectas omnes ſectaris, & quæſtiones omnes inveſtigas. Operam omnem perdes, quemadmodum vir ille* (in alio exemplari Syriaco, *Judas*, nimirùm Iſca-

CAPUT XCVII.

Sergius.

1 Sergius [1] commentarium ... ܦܫܩܘܢܐ ܕܥܒܕ ܫܪܓܝܣ
In Hieremiam compoſuit confecitque, ... ܐܝܪܡܝܐ ܥܠ ܐܟܬܒ ܘܫܠܡ
Necnon in Ezechielem, & Danielem, ... ܘܐܝܬܝܐܝܠ ܘܕܢܝܐܝܠ
Juxta traditionem Antiquorum. ... ܥܡ ܡܫܘܚܬܐ ܕܩܕܡܝܐ .

CAPUT XCVIII.

Mares Perſa.

2 Mares [2] Perſa habet Commentarium in Danielem: ... ܡܪܝ ܦܪܣܝܐ ܐܝܬ ܠܗ ܦܫܩܘܢ ܥܠ ܕܢܝܐܝܠ .
Et ... ܘ

Iſcariotes) *negotiationes ſuas perdidit, Columna, quam dereliquiſti, prodigium in tuo corpore oſtendet: confiſus quippe es in arundine conquaſſata, baculum Crucis derelinquens.* Quæ verba ex Græca verſione, ſeù potius paraphraſi, Ger. Voſſius tom. 3. operum S. Ephræmi pag. 296. latinè ſic reddit. *Væ tibi Paullona: cujus mater ex mulieribus maledicta. Væ ventri, qui te peperit: quoniam perditionis omnium hæreſum particeps factus es, & prædonum janua ingrederis.* (In alio exemplari, *& prædonum omnem prædam cogis.*) *Opera enim tua omni nequitia atque flagitio plena ſunt. Denudatus, projectus es à gratia: & tamquam Judas Iſcariotes proditor factus; & ex cunctis tuis ſtudiis confuſus. Columna enim hujus, ſedes eſt, quam tu dereliquiſti: horribile verò prodigium ipſe in tuo oſtendet corpore,* (in alio exemplari, *Columna enim ſedis hujus, quam tu deſeruiſti, prodigium oſtendet in corpore tua,*) *qui cœlum ſuſtinet, & in quo omnis creaturæ natura conſtituta eſt atque firmata: quoniam quælibet in ipſo creatura fundata eſt, mare & plenitudo ejus. Confiſus quippe es in arundine fracta, derelinquens Chriſti baculum, atque armatus am; quæ infirmos conſolidat, & omnem paſſionem ac morbum tùm animi, tùm corporis curat ſanatque.*

Ejuſdem Paulonæ meminere Sozom. lib. 3. cap. 15. Nicephorus lib. 9. cap. 16. & Gennadius de viris illuſtribus cap. 3. ubi eum *Paulinum* appellat: *Paulinus*, inquit, *Preſbyter, diſcipulus beati Ephræm Diaconi, homo deris valdè ingenii, & in divinis doctus valdè Scripturis: ſed vivente magiſtro clarus in doctoribus Eccleſiaſticis fuit, & maximè ex tempore declamator. Poſt illius autem obitum, amore primatus & nominis, ſeparans ſe ab Eccleſia, ſcripſit contraria fidei multa. Huic moriturus beatus Ephræm aſtanti ſibi dixiſſe fertur: vide, Paulline, ne te ſubmittas cogitationibus tuis, & eleveris: ſed quum te ad purum comprehendiſſe Deum putaveris, crede nec intellexiſſe. Præſenſerat enim illum ex ſtudiis vel ſermonibus nova inveſtigare, & in immenſum intellectum hæreſeon tendere: unde & frequenter Bardeſanem novellum eum vocabat.*

Hanc Gennadii auctoritatem idem Voſſius in notis ad laudatum Ephræmitici Teſtamenti locum ideò recitat, ut Paulonam à Paulino alium fuiſſe oſtendat. Quum enim ex Sozomeno, & Nicephoro, Ephræmi diſcipulos Abam, Zenobium, Maram, Abraham, Simeonem, Paulonam, & Aranad recenſuiſſet, ſubjungit: *Addit porrò jam dictis diſcipulis adhuc alium S. Patris Ephræm diſcipulum Gennadius, etiam in tranſverſum à doctrina Magiſtri actum, nimirùm Paulinum.* Et paulò poſt. *Ita de illo Gennadius in lib. de viris illuſtribus cap. 3. Cujus tamen Paulini in ſuo hîc Teſtamento ipſe Ephræm non meminit: fortè quod meliora de illo ſperaret, licet ſecius poſt obitum ſuum de illo acciderit, quando Magiſtri jugo ac fræno liberatus, jam virus, quod mente dudum conceperat, evomere liberius cœpit.* Hæc ille. Verùm ſi Gennadii verba attentè penſentur, eum ad Ephræmi Teſtamentum alludere palàm fit; adeoque Paulinum cum Paulona unum eundemque eſſe.

1 *Sergius*, Scholæ Hazenſis, ſeù Adjabenicæ Doctor, ſub Mar-Aba Patriarcha innotuit circa annum Chriſti 550. cujus & diſcipulus fuit, teſte Amro. Vide tom. 2. pag. 412.

2 *Mares Perſa*, in urbe Perſidis Harda-

1 Et expositionem in Epistolas [1] Acacii,
2 Et *librum* adversùs Magos[2] Nisibenos.

ومفسقه كحسبا وزاهص
وكحصحا هي سقما وحدنحم .

CAPUT XCIX.

Abraham ex Mahuza.

Abraham [3] ex Mahuza
3 Edidit sermones [4] Paracleticos,
4 & Epistolas,
Et causas festorum omnium,
5 Et librum [5] Interpretationum.

ابحنوهم وهي مسقما
حجو خقسا ولحسبا :
مقلكما وحاوا فحوهم :
معحصحنبا واهوحصا .

CAPUT C.

Paulus Anbaræ Episcopus.

Paulus [6] Anbaræ Episcopus
6 Complures edidit Epistolas,
Et sermones Paracleticos cum [7]
7 Interpretationibus:
Et Disputationem adversùs quosdam.

قملوهص هه سهبا وزابحن
ابه كحه كحسبا هصحا
مخقسا كحم لهتوحصا
موونها وكحصحا لمقع .

CAPUT CI.

Gabriel Catarensis.

Gabriel [8] Catarensis confecit
8 Ora-

كحنبا مهنبا حجو
مدهنا

sciro (ab Artasiro, seù Artaxerse Rege sic appellata) natus, ejusdemque Episcopus, temporibus Concilii Ephesini primi claruit, ad quem exstat famosa Ibæ Edesseni Epistola, de qua vide tom. 1. Bibl. Orient. p. 203. & 350.

1 *Acacii*. Fuit is Amidæ Episcopus sub Honorio & Theodosio Impp. circa annum Christi 422. Vide tom. 1. pag. 195. & hoc tom. pag 51.

2 *Magos Nisibenos*. De Magorum nomine & origine differit Ecchell. in Notis ad hunc locum pag. 265.

3 *Abraham ex Mahuza*. Chosroës Anuscervanus Persarum Rex anno regni octavo quum Antiochiam Syriæ vastasset, ejus incolas captivos in Persidem abducens, urbem *Mahuzam* in provincia Garmæorum condidit, teste Barhebræo in Chronico Syriaco. Vide tom. 2. Bibliothecæ Orientalis pag. 410. Id factum vergente anno Christi 539. vel saltem ineunte anno 540. nam Chosroës regnare cœpit anno 531. ut probat Pagius ad ann. 530. num. XI. In ea urbe celebrem habuere Scholam Hebræi, ut in Præfatione ad 1. Tom. observavi.

4 *Sermones Paracleticos, & Epistolas*. Ita Codex noster. At Ecchellensis legit حسبا وحصحا *Epistolas consolatorias*.

5 *Librum Interpretationum*, idest homiliarum in Evangelicas lectiones. Ecchell. malè interpretatur, *de ratione interpretandi*.

6 *Paulus* Anbaræ quæ & Pheroz-Sapor dicitur, Episcopus, sub Phetione Patriarcha claruit circa annum Christi 740. ut ex Amro notavi tom. 2. pag. 431. Hunc Scriptorem nescio qua ratione ex Catalogo suo Ecchellensis expunxit.

7 *Interpretationibus*. Exstat Homilia Pauli *de Pentecoste* tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 583. & tom. 2. pag. 486.

8 *Gabriel* Catarensis Episcopus sub eodem Phetione Patriarcha vixit circa ann. Christi 740.

Orationem de unione: Et ſolutionem quæſtionum De re fidei.

CAPUT CII.

Jacobus Calatenſis.

1 Jacobus 1 Calatenſis habet Commentarium in Proverbia:
2 Et hymnos 2 in Diodoritas,
Et de fide Eccleſiæ.

CAPUT CIII.

Barſumas Charchenſis.

3 Barſumas 3 Charchæ habet
4 Librum nuncupatum 4 de Hepate:
Et complures gratiarum actiones:
Et ſermones Paracleticos, cum Interpretationibus.

CAPUT CIV.

Ebedjeſu Aſſyriæ Epiſcopus.

5 Ebedjeſu 5 Bahrizi filius Me-

NOTÆ.

1 *Jacobus*, cognomento *Arabs*, Chalatenſium Epiſcopus, ſub eodem Phetione Patriarcha claruiſſe refertur apud Amrum. Vide tom. 2. pag. 431. Eſt autem *Chalata* urbs Armeniæ, quam Abulpheda in Tabulis geographicis num. 409. & 410. ad occaſum Argiſæ poſitam, ab ejuſque urbis lacu itinere diei abeſſe teſtatur. Ecchell. & Hottingerus pro Calatenſi *Cletiam* reddunt.

2 *Hymnos*. Ecchell. *Exercitationes Diodoritarum*. Hottingerus, *diſputationes ſimiliæ Diodori*, *ideſt*, *contra Diodorum*, haud reſtè. De voce Syriaca مدرشا *Madraſce*, recole quæ ſuprà dixi hoc tom. pag. 62.

3 *Barſumas Charchæ* Epiſcopus ejuſdem Jacobi ſynchronus. Eſt autem Charcha urbs apud Seleuciam & Ctefiphontem in Aſſyria, quam pleno nomine كرخا دبيت سلوقيا *Charcham*, ſeù oppidum *Beth-Seleuciæ* appellant. Aliam in finibus Arabiæ & Syriæ *Charcam* nominat Abulpheda num. 172. quæ in ſacro Francorum bello apud Gulielmum Tyrium alioſque Scriptores occurrit.

4 *Librum nuncupatum de hepate*. Ecchell. legit, كتابا دسمه على الكبد *librum nuncupatum de Regimine*, contra metri heptaſyllabi rationem, quæ lectionem Codicis noſtri confirmat.

5 *Ebedjeſu Metropolita Athur*, hoc eſt, *Aſſyriæ*, Ninives nimirùm, & Moſuli, ut ex Amro liquet tom. 2. pag. 458. Ejuſdem Ebedjeſu

Metropolita Athur
1 Scripsit de divisione 1 hæreditatum,
2 Et expositionem 2 Officiorum.

CAPUT CV.

Daniel Episcopus Tahal.

3 Daniel 3 Tobonitæ 4
4 Episcopus Tahal 5
5 Composuit librum Florum,
Et sermones Paracleticos & Interpretationes.

Et solutionem quæstionum Textus (*Scripturæ*,)
Et variorum ænigmatum.
Habet etiam gratiarum actiones:
Et orationes metricas.

Prætereà edidit solutionem quæstionum
Quinti divini tomi
Sancti Isaac Ninivitæ:
6 Et explicationem 6 capitum scientiæ.

CA-

jesu meminit infrà Sobensis, ubi de Synodis Orientalium. Amrus in vita Eliæ I. Patriarchæ, eum monachum fuisse affirmat cœnobii Eliæ, quod Saidi appellatur, deinde ad metropolim Athur, hoc est, Mosuli promotum circa annum Christi 1028.

1 *De divisone hæreditatum*. Ecchell. habet ... *divisiones hæreditatum*.

2 *Expositionem officiorum*. Hunc titulum præfert liber anonymus, de quo tom. 2. pag. 489. & hoc tom. pag. 166. Ecchell. pro ... *Declaratione seu expositione Officiorum*, legit ... *Distinctiones Officiorum*.

3 *Daniel* Episcopus Tahalensis, Mosulano Metropolitæ Ebedjesu, cujus cap. præced. facta est mentio, si bene conjicio, synchronus: nam Ebedjesu librum suum *Declarationis Officiorum* inscriptum, Danieli nuncupavit, ut liquet ex Cod. Syr. XI. tom. 2. pag. 489.

4 *Tobonitæ*. Patria Danielis, per quam ab altero Daniele cognomento ... *Bar-Mariam*, hoc est, Mariæ filio, & à Daniele Rhesinensi distinguitur, de quibus Sobensis in hoc catalogo.

5 *Tahal*. Ita habet Sobensis, & auctor vitæ Xenajæ tom. 2. pag. 10. Ecchell. legit ... *Talah*. Est autem Tahal urbs Garmæorum in finibus Persidis sita, unde Xenajas, seù Philoxenus, famosus Monophysitarum antesignanus prodiit.

6 *Capitum scientiæ*, hoc est, capitum gnosticorum Evagrii, de quibus suprà. Ecchell. malè *principiorum scientiæ*.

CAPUT CVI.

Abraham Episcopus Bassoræ.

1 Abraham 1 Metropolita 2 Bassoræ
2 Composuit Epistolas, & librum
3 Expositionis verborum 3 præstantium
Theodori Commentatoris.

ܐܒܪܗܡ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܒܛܪܗ ܕ
ܗܘ ܕܟܬܒ ܐܓܪ̈ܬܐ : ܘܦܫܩܐ
ܘܦܫܩܐ ܕܡܦܫܩܢܐ ܕ
ܘܠ ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܡܦܫܩܢܐ .

CAPUT CVII.

Job Catarensis.

4 Job 4 Catarensis elaboravit
Elucidationem totius novi *Testamenti*,
Necnon Legis (*idest*, *Pentateuchi*,) & omnium Prophetarum,
Præter elucidationem Judicum.

ܐܝܘܒ ܩܛܪܝܢܝܐ ܥܒܕ
ܦܫܩܐ ܕܟܠ ܥܬܝܩܐ : ܘܟܬܒ
ܘܢܒܝ̈ܐ ܡܦܫܩܢܐ ܒܪ
ܡܢ ܦܫܩܐ ܕܕܝ̈ܢ ܕܡ̈ܕܝܢܬܐ .

CAPUT CVIII.

Ibas.

5 Ibas 5 composuit elucidationem
Psalmorum totius Davidis:
Sermones Paracleticos, aliosque tractatus
De Judiciis Ecclesiasticis.

Habet prætereà elucidationem tomorum
Duorum Gregorii (*Nazianzeni*)
Et

ܐܝܒܐ ܐܦ ܗܘ ܦܫܩ
ܠܟܠ ܡܙܡܘܪ̈ܐ ܕܕܘܝܕ :
ܘܡܡܪ̈ܐ ܦܪܩܠܛ̈ܐ ܘܫܪ
ܫ̈ܐܠ̈ܬܐ ܕܕܝ̈ܢ ܕܥܕܬܐ .

ܐܝܬ ܠܗ ܐܦ ܦܫܩܐ ܕ
ܬܪ̈ܝܢ ܡܪ̈ܐ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ
ܘ

NOTÆ.

1 *Abraham* ex Episcopo Schiaharzur post Josephi obitum ad Bassoræ metropolim à Mari Bar-Tobi Patriarcha promotus, vivebat anno Christi 990. Vide tom. 2. p. 443.

2 *Metropolita*. Syriacè ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ *Mitran*, quæ vox ex Græca μητροπολίτης, & Syriaca ܡܛܪܢܐ diminuta, Arabibus familiaris est.

3 *Verborum præstantium*. Ecchell. legit ܡܠ̈ܐ ܕ verborum obscuriorum.

4 *Job Catarensis*. Ecchell. ܐܝܘܒ *Abub*, litera - *Jod*, in - *Het* permutata. Sub eodem Mari Patriarcha vixit circa annum Christi 990.

5 *Ibas*. Ita in nostro Codice. At Ecchell. & ex eo Hottingerus habent, ܕܢܚܐ *Denha*: quorum fidem sequutus, dixi suprà pag. 24. Denham duos Tomos S. Gregorii Nazianzeni dilucidasse. Sub Phetione Patriarcha circa annum Christi 740. claruit, Paulo Anbaræ, Jacobo Arabi, & Abæ, qui postmodum ad Patriarchalem dignitatem evectus fuit, synchronus.

Et commentarium in Dialecticam Magni Ariſtotelis.

CAPUT CIX.

Scialita Epiſcopus Rheſinæ.

1 Scialita 1 Epiſcopus
2 Rheſinæ compoſuit 2 Interpretationes,
Paracleticos ſermones, Preces,
Canones, & de cauſis.

Edidit etiam metrica capita, quæ canuntur
3 Ad portam 3 cancellorum:
Nec non capita ſoluta oratione:
4 Et expoſitionem 4 duorum canticorum.

CAPUT CX.

Babæus Perſa.

5 Babæus 5 Perſa, qui fuit
Epiſcopus Rivardſciri,
Compoſuit librum, quo continetur ſolutio
Variarum quæſtionum.

CA-

NOTÆ.

1 *Scialita* Rheſinæ in Meſopotamia urbis Epiſcopus, Paulo Anbaræ Præſuli æqualis, anno Chriſti 740. apud Syros Neſtorianos innotuit.

2 *Interpretationes*. Homiliæ duæ *de Beata Maria*, & altera *de Feria tertia Rogationum*, exſtant Codd. Amid. 1. 8. & 10. tom. 1. Bibl. Orient. pag. 581. & 583. & Cod. Syr. 1. tom. 2. pag. 486.

3 *Ad portam cancellorum*. Perſoluto Miſſæ ſacrificio Syrus Neſtorianus Sacerdos ad portam cancellorum Altaris deſcendens, converſa ad populum facie, Benedictiones quaſdam metricas, vel ſine metro canere ſolet, quarum exemplar vide Cod. Syr. Amiden. XI. tom. 1. pag. 583.

4 *Duorum Canticorum*: quorum alterum incipit, سمحا سبه *cognitor cogitationum*, alterum, هكسقص *quamquam exuatis*: utrumque autem S. Simeoni Barſaboë Seleucienſium Archiepiſcopo & martyri inſcribitur, ut dixi tom. 1. pag. 12.

5 *Babæus* Perſa, Rivardſciri Perſarum metropoleos Epiſcopus; ſub Ananjeſu ſecundo Patriarcha claruit circa annum Chriſti 780.

CAPUT CXI.

Sciaadoſtus Tirhanæ Epiſcopus.

1 Sciaadoſtus 1 Tirhanæ Epiſcopus compoſuit
Orationem Synodicam:
Necnon Epiſtolas, Canones,
Oratiunculas, & Interpretationes.

ܫܥܕܘܣܛܘܣ ܬܪܗܢܝ ܦܝܫܩܘܦܐ ܗܘ
ܕܥܒܕ ܣܘܢܗܕܝܩܝܢ :
ܘܐܓܪܬܐ ܘܩܢܘܢܐ :
ܘܡܦܫܩܢܘܬܐ ܕܫܪܝ ܘܦܫܪܢܐ .

CAPUT CXII.

Abibus Monachus.

2 Abibus 2 Monachus compoſuit
Meditationes de regimine (*monaſtico.*)
3 Et Capita 3 Scientiæ: & Cantus 4
4 Hymnoſque.

ܐܒܝܒܘܣ ܢܣܝܒܝܐ ܗܘ
ܕܥܒܕ ܬܪܥܝܬܐ ܕܡܢܗܓܘܬܐ .
ܘܪܝܫܐ ܕܝܕܥܬܐ : ܘܙܡܪܐ
ܘܫܒܚܬܐ ܕܩܕܡ ܡܪܝܐ .

CAPUT CXIII.

Babæus Niſibenus.

5 Babæus 5 Niſibenorum filius Edi-

ܒܒܝ ܒܪ ܐܢܫ ܢܨܝܒܝܢ

ܐܕ

NOTÆ.

1 *Sciaadoſtus* Tirhanæ Epiſcopus unàcum Milleſio Zuabiæ Antiſtite, quum Abas ſecundus Patriarcha Seleuciam reliquiſſet, Sedem Patriarchalem Vicaria poteſtate rexit anno Chriſti 748. ut ex Amro notavi tom. 2. pag. 431.

2 *Abibus* monachus in monte Janan unàcum Jacobo fratre claruit ſub Timotheo Patriarcha, Jeſujabo Adjabenorum Metropolita, & Salomone Hadathæ Epiſcopo, circa annum Chriſti 800. ut refert Thomas Margenſis lib. 6. hiſt. monaſt. cap. 8. in vita Gabrielis Abbatis, ubi quædam ejuſdem Abibi geſta perſtringit.

3 *Capita Scientiæ*: hoc eſt, gnoſtica, ad imitationem eorum, quæ Evagrius olim compoſuerat. Ecchell. & Hottingerus, *de principiis ſcientiarum*. Vide ſuprà cap. 105.

4 *Cantus Hymnoſque*. In textu ad verbum, *& voces cantuum hymnorumque*. Sed vox ܙܡܪܐ, quæ alibi *vocem* ſignificat, quum canticis hymniſque conjungitur, pro cantus modulatione uſurpatur, ut ex libris Eccleſiaſticis Syrorum patet. Ecchell & Hottinger. perperàm vertunt, *de componendis hymnis & canticis*, perinde acſi Abibus tractatum de modo componendi hymnos & cantica ediderit, quod à Sobenſis mente alienum eſt.

5 *Babæus* Niſibenus, ſub Salibazacha Patriarcha innotuit circa annum Chriſti 720. Ejus geſta & ſcripta refert Margenſis lib. 3. hiſtor. monaſtic. cap. 1. 2. & 3. his verbis.

ܒܒܝ ܒܪ ܐܢܫ ܢܨܝܒܝܢ ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܒܫ
ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ ܡܪܝ ; ܒܫ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ
ܡܪܝ ; ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ ܡܪܝ . ܘܒܫ ܒܝܬ
ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ ܡܪܝ ; ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ
ܡܪܝ ; ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ ܡܪܝ ; ܐܝܬ ܠܗ
ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ ܡܪܝ : ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ
ܕܡܪ ܡܪܝ ; ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ ܡܪܝ ; ܐܝܬ
ܠܗ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ ܡܪܝ ; ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ
ܕܡܪ ܡܪܝ : ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ ܡܪܝ ;
ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ ܡܪܝ ; ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ
ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ ܡܪܝ ; ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ
ܡܪܝ ; ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ ܡܪܝ ; ܐܝܬ ܠܗ
ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ ܡܪܝ ; ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܡܕܪܫܐ
ܕܡܪ ܡܪܝ ;

ﻣﺎﺭﻱ ﺍﻟﻤﺸﻴﺦ ﺍﻟﺠﻠﻴﻞ ﺍﻟﻤﺤﺪﺙ ﺍﻟﻤﻔﺴﺮ ﺍﻟﻤﺘﻘﻦ ﺍﻟﻤﺤﻘﻖ ﺍﻟﻤﺪﻗﻖ ﺍﻟﻤﺘﺒﺤﺮ ﺍﻟﻤﺘﻔﻨﻦ ﺍﻟﻤﺘﻮﺳﻊ

Sanctus Magiſter noſter Babæus Doctor, vir fuit multa eruditione inſignis, complexione robuſtus, corpore & membrorum ſtructura validus. Habebat, ut ferunt, ſuavem & ſonoram vocem, velut tubæ. Has præter naturæ dotes inerat illi caſtitas, & puritas, atque charitas, ſuavitaſque morum, animi demiſſio, multaque comitas & urbanitas: quas ob virtutes noviſſimis biſce temporibus eâ, qua Doctores priorum ſæculorum, famâ inclaruit. Sed præ cæteris nomen ejus illuſtre reddidere excellentia facta, & omnes leges & ſtatuta Scholarum, quæ ob

ſegnitiem & neglectum exoleverant, & ab eo reſtituta atque ad priſtinum vigorem nitoremque revocata fuere. Babæus urbem Gabiltham in provincia Tirhana patriam habuit, in qua ſpiritualis operis prima fundamenta jecit, filioſque procreavit præſtantes, qui parentis ſui veſtigiis inſiſtentes, ſapientiſſimi patris hæredes ſeſe probavere. Compertum autem eſt, Babæum floruiſſe ſub Catholico Patriarcha Saliba-Zacha: id enim teſtantur ejuſdem Babæi ad Saliba-Zacham quæſtiones diverſæ. Quemadmodum verò Iſraeliticus populus Babylonico ſub jugo gemens, divinarum laudum oblitus fuiſſe viſus eſt, quoniam, ut Scriptura loquitur, haudquaquam illis fas erat in terra aliena cantare cantica Domini: ita pariter temporibus Sancti Magiſtri noſtri Babæi confuſi fuiſſe videbantur ritus Eccleſiaſtici ſacrarum proceſſionum, & Cantus, modi, & hirmi, & pſalmodia univerſa ea, quæ ad Pſalmum, Domine clamavi ad te, peragi ſolet: necnon & clauſulæ precum, & pſalmorum modulationes, & ſtationes, & cantiones, & hymni, qui alta voce recitantur; ita ut unaquæque regio, urbs, cœnobium, & ſchola ſuos haberet canendi modos, & ſacrarum ſupplicationum ritus. Quamobrem factum fuerat, ut externus quiſque, literis licet excultus & in ſcholis exercitatus, extra propriam Scholam manere velut imperitus & rudis cogeretur. Et quemadmodum quum Judæi in urbem Hieruſalem poſtliminio rediiſſent, univerſa pſalmodia reſtituta eſt, & priſtinam gloriam recuperavit: & quemadmodum ante Mar Jeſujabum Catholicum Adjabenum ſacrarum ordinationum ritus confuſi fuerant, illius autem operâ & auctoritate conveniens omnibus Eccleſiis ritus & communis factus eſt: ſimiliter Spiritus ſanctus beatum hunc neceſſariâ ſapientiâ inſtruxit, docuitque modos ſuaves, & compoſitiones jucundas Eccleſiaſticæ muſicæ, ſuiſque chariſmatibus implevit, & ſuis theſauris locupletatum, ſuæ doctrinæ organum & ſpiritualem cytharam fecit. Quapropter factus eſt pater doctorum, & magiſter ſapientum, poſtquam ejus cor ſuſcitavit Dominus eo ardore, quo Zorobabelis animum inflammavit. Ita demùm Gabiltham & ſcholam ibidem erectam, quam excellentibus diſcipulis commiſit, deſerens, ad hanc Adjabi provinciam venit; & primùm quidem magnam ac celebrem Scholam fundavit in oppido nobilium piorumque incolarum, Chaphar-Uzel nuncupato, operâ uſus venerabilis Zadanphruchi, qui pater fuit Phruczadi nobilis patris bonæ memoriæ Lavarſaphi, & Maſalmæ, eam ſedem tenente Sancto Mar Joanne Epiſcopo Metropolita (cujus geſta vide apud eundem Margenſem lib. 2. à cap. 30. tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 494.) Poſtquam verò in ea Schola ad plures annos idem beatus magiſter noſter Babæus moram produxiſſet, inde ad terras Margæ profectus, ibidem quatuor & viginti Scholas ex parte reſtituit, & ex parte à fundamentis erexit. Et quoniam quidam fortaſſe illa, quæ ſcribimus legentes, falſa & commenticia eſſe exiſtimare poſſent, prædictarum Scholarum nomina hìc ſubtexere non incongruum arbitramur, etſi prolixa & inſulſa inde fieri oratio noſtra videri poſſit.

Provinciam itaque Margenſem ingreſſus beatus, Scholares primùm congregavit, conſtructoque gymnaſio, codicum lectionem emendavit & reſtituit in oppido Saphſaphæ, quod Baſoſam vocant. Mox etiam in monaſterio Baſeli in Caſtro Gherino: deinde aliam Scholam condidit in monaſterio . . . . & aliam in monaſterio Cyri, aliamque in Akra, & aliam in Hardaſo, ac aliam in Salmata: item aliam in Beth-Edre: aliamque in Chatra, & aliam in Makabta: ac aliam in Nirema paſtorum: aliam ſimiliter in Kuph: aliam quoque in Niyabrazaja, atque aliam in Gubis, & aliam in monaſterio Sancti Achæ, aliamque in monaſterio Sancti Ephræm: aliam itidem in Maja Karire (ſeù Aquis Frigidis:) aliam ſimiliter in Beth-Aſa: atque aliam in Beth-Sati. Item aliam in Beth-Kardag: aliam itidem in Haneſo: aliam ſimiliter in Beth-Roſtako: aliam etiam in Beth-Narko: aliam denique in Beth-Tarmeſa. Omnes has Scholas ſapiens Paradiſi cultor plantavit, vel reſtituit in Provincia Margenſi. Proditum eſt autem, è Babæi Schola ſexaginta prodiiſſe doctos diſcipulos, & ab eodem totidem gymnaſia fundata fuiſſe, ſuumque ab illo datum habuiſſe Rectorem, & proprios reditus & prædia, operâ & ſtudio fidelium Dei amantium, quibus videlicet curæ erat divina doctrina. Poſtremò ad oppidum Caphar-Uzelum regreſſus, inde quotannis Scholas univerſas bis viſitabat: ne videlicet quæ optimè ſtatuta & decreta ab ipſo fuerant ſuiſque diſcipulis tradita, aliorum incuria intervirent. Ab auctore itaque, Babæi conſtitutio nuncupata fuit. (Nimirùm ܩܘܢܛܪܣ Cantus, ſeù Muſica Babæi.)

Ne verò quis credat Babæum in muſica tantummodo verſatum, Scripturarum verò atque literarum ſcientia caruiſſe, addo, ab illo varios & multiplices tractatus nobis relictos fuiſſe. Edidit ſiquidem Orationes, & Inſtitutiones quamplures, quas quum lector percurrerit, comperiet profectò illum in ſcientiis, quæ circa ſpeculationem verſantur, admodum fuiſſe exercitatum. Inter cæteras ejus lucubrationes ſunt duæ & viginti Interpretationes (hoc eſt, Homiliæ) ordine alphabetico digeſtæ, quæ à pueris in Feſto Hoſannarum cantantur. Paracleticæ prætereà, & Benedictiones eodem ſimiliter Alphabeti ordine conſcriptæ: & liber variarum ad varios epiſtolarum: prolixæ inſuper ſuper ſponſos ſponſaſque benedictiones. Sed & quum ad memoriam ſancti Mar Jacobi in Beth-Abe frequenter adire ſoleret, de eodem ſancto Jacobo cantiones magnis myſteriis refertas juxta elementarem ſeriem diſpoſitas conſcripſit duas & viginti. Et cantus mutationem adjecit hymno, cujus initium, Ecce avolarunt dies mei. Et ad hymnum, qui incipit, Ecce mortuis, cautiones duodecim. Et de Mar Neſtorio cantionem adjecit, quæ incipit, In ſemita juſtorum. Alias prætereà beatus Doctor lucubrationes edidit, quas ſicui quærere libuerit, eas in ſancto Beth-Abenſi cœnobio reperiet.

Poſt univerſa hæc præclarè geſta, dum videlicet plantaret & irrigaret, procrearet atque educaret, produceret ad juventam, & ad ſenium deduceret; has demùm terras reliquit, & in urbem ſuam ſe recepit, ibique in profunda ſenectute à laboribus ſuis & divinis

curis

1 Edidit 1 Orationes, Epistolas,
2 Cantica, Historias 2,
3 Adhortationes, & institutiones 3.

ܐܒܕ ܟܗ ܡܐܡܪܐ ܘܐܓܪܬܐ :
ܡܠܦܢܐ ܘܬܫܒܚܬܐ :
ܡܘܥܛܐ ܘܬܫܡܫܬܐ .

CAPUT CXIV.

Simeon Taibutha.

4 Simeon 4 Taibutha edidit
5 Librum 5 de regimine;
Et alterum de medicina:
Necnon expositionem mysteriorum Cellæ.

ܫܡܥܘܢ ܕܒܝܬܐ ܐܒܕ ܟܗ
ܡܐܡܪ ܕܣܝܡ .
ܘܐܚܪܢܐ ܕܐܣܝܘܬܐ .
ܘܦܫܪ ܣܘܕ ܪܙܐ .

CA-

euris Domino suo gratissimis requiem accepit, & in pulvere patrum suorum conquievit. Ejus castum sanctumque cadaver conditum fuit in Ecclesia, in qua didicerat & docuerat, repositam expectans gloriosam in revelatione Domini retributionem, socius effectus Cyri, Narsetis, Joannis, & Abrahæ, (de quibus suprà cap. 53. 55. 56. & 95.) à quorum videlicet doctrina lumen accepit, aliisque tradidit, & quorum gesta moresque imitatus fuit.

Ferunt, quum Babæus in Caphar-Uzel commoraretur, Mar Abrahami cognomento Claudi matrem ex Beth-Sajada filium ad eum adduxisse, atque cum lacrimis ab eo petiisse, ut puero benediceret. En, ajebat, dimidium hominis tibi sisto. Cui Babæus, puerum manu utraque complexus: non hic dimidium hominis est; imò verò scias hunc patrem patrum; & doctorum principem futurum, atque per universum Orientem nomen ipsius eruditionemque celebratum iri. Vera Babæum nunciasse exitus demonstravit. Nec illud prætereundum, quod cæteroquin omnibus notum compertumque est, Babæum, quum jam senex ad urbem suam rediisset, & quæstionem quandam in frequente discipulorum suorum conventu proposuisset, cui ex præsentibus nemo respondere, nodumque solvere sufficit, flere cœpisse, genas palmis incessere, & capillos vellere, quum diceret: Væ mihi ob mea scelera obcæcato: quoniam quum putarem hæredes in Ecclesia doctos me relicturum, simile quid mihi accidit, ac illi, qui serit, & ad messem non pervenit. Ita profectò mihi infelici & imperito contigit, quia non sum lætatus in opere meo. Aderat inter alios puer perspicacissimi ingenii, quem Guriam vocabant. Et quoniam divina gratia suos prævenire solet, & spiritualem sapientiam quærentes sibi secernere, eâdem gratia excitante puer magistro nostro, num fortasse, respondit, quæstionis propositæ nodus hac ratione solvitur? subjecitque solutionem. Ad hæc senex gaudio exiliens. Obe, inquit, ecquisnam hic est? cui adstantes: Gurias. Quem quum accedere jussisset, manum osque capiti pueri applicans, cum magna animi lætitia, bene, ait, huic puero precamini. Hic enim Gurias (ideſt, catulus) in magnum molossum evadet. Quod & factum est juxta verbum benedicti senis: adeo ut post magistri nostri obitum, Raban Gurias doctor evaserit, suamque ob doctrinam & mores præceptoris sui imitator fuerit. Uterque autem in illa sancta Ecclesia conditus jacet. Hæc Margensis.

1 *Orationes, Epistolas, Cantica &c.* De quibus suprà Margensis loco mox citato.

2 *Historias.* Fortassè carmina de rebus gestis Nestorii hæresiarchæ, & Jacobi fundatoris cœnobii Beth-Abensis, quorum mentio apud eundem Margensem.

3 *Institutiones*, seù præceptiones morales. Ecchell. *de bonis moribus.* Hottinger. *moralia.*

4 *Simeon*, cognomento *Taibutha*, sub Ananjesu primo Patriarcha vixit circa annum Christi 690. ut de ipso scribit Barhebræus in Chronico Syriaco citatus tom. 2. pag. 425. in hæc verba. *Ejus* (hoc est, Ananjesu Patriarchæ) *temporibus vivebat Simeon Taibutha. Hic medicus egregius erat, & monasticam professionem adamavit. Ex libri verò ab ipso editi titulo, TAIBUTHA* (hoc est, Gratia) *appellatus fuit.* Laudatur ab eodem Barhebræo Syros inter medicos tom. cit. pag. 315.

5 *Librum de regimine*, vel corporis, hoc est, de re medica, vel potiùs animi, seù de monastico instituto, ut de Abibo monachi scriptis suprà dictum est pag. 177.

CAPUT CXV.

Joannes Azrak, Hirtæ Episcopus.

1 Joannes [1] Azrak, Hirtæ (*Episcopus*)
Composuit librum adhortationum,
Et alterum de directione,
Et ducentas octoginta Epistolas.

ܡܪܝ ܐܙܪܩ ܘܣܝܡ
ܣܦܪ ܡܠܦܢܐ ܘܡܕܒܪܢܐ .
ܘܣܦܪ ܐܓܘܓܐ ܘܡܫܚܠܦܬܐ :
ܘܡܐܬܬ ܫܡܢܝܢ ܐܓܪܬ .

CAPUT CXVI.

Joannes Dilumita.

2 Joannes [2] Dilumita

ܡܪܝ ܕܝܠܡܝܬܐ

Octo

ثمانية

NOTÆ.

1 *Joannes*, cognomento *Azrak*, hoc est, cæruleus, Hirtensium Episcopus, ejusdem Simeonis Taibuthæ æqualis, sub eodem Ananjesu primo Patriarcha claruit, sub quo Jejunium, quod Syri Nestoriani *Virginum* appellant, instituisse dicitur apud Barhebræum citatum tom. 2. pag. 425. idque à Joanne Patriarcha confirmatur in Responsione Canonica apud Eliam Damascenum ejusdem sectæ Episcopum cit. tom. 2. pag. 429. Vixit usque ad tempora Phetionis, & Abæ secundi Patriarcharum, ut refert Amrus in vita ejusdem Phetionis in hæc verba. فثيون من اهل باجرمى امامه صليبازخا اسقفا على الطيرهان . . . . ولما امتناح صليبا زخا حضر مارابا اسقف كشكر وبوحنا الازرق اسقف الحيرة . فقال يوحنا الازرق فى وسط الجمع بتواضعه لمار ابا سلمت اليك . فامتنع عبدالمسيح الحيرى من ذلك واتصلت الخصومات وانتهى الامر الى السلطان . فعمل الناس صلوة وشرعوا فى مداراة اهل الحيرة . وفى اليوم الثانى انفذ امير المومنين يامر بنصب فثيوب جاثليقا فامتثلوا امره واسامه فى الوقت .

Phetionem Ba-Germensem Salibazacha Patriarcha *Episcopum Tirbanæ creavit: cujus post obitum quum indicto pro successoris electione Concilio Abas Cascaræ Episcopus inter alios, & Joannes Azyachus Hirtæ adfuissent, & hic audiente universa Synodo, Abæ se accedere humiliter professus fuisset, dicto restitit Abdalmessias Hirtensis. Unde exorto inter electores dissidio, ad Soltanum totum illud negotium devolutum est. Interim habito altero conventu, Christiani causam Hirtensibus adjudicarunt. Sed altera die Emir-al-mumeninus* (hoc est, Imperator fidelium, seù Soltanus) *Phetionem Catholicum creari mandavit. Principis jussioni paruere universi, simulque Phetionem Catholicum proclamarunt.* Et in vita Abæ: *Cuphan*, inquit, *Aba profectus, Josephum Assyriæ præfectum adiit, à quo benignè exceptus, postquam propositis quæstionibus satisfecisset, Hirtam perrexit, ubi Joannes Azyak undecum fidelibus cum pompa & honore ei occurrit: quandoquidem ordinationi ipsius nequaquam interfuerat, sed eam subscripto dumtaxat libello ratam habuerat.* Reliqua suprà p. 158. Hinc Joannem in vivis fuisse necesse est anno Christi 748. quo Abas secundus Cuphan, ut suprà dixi, profectus est, teste Amro cit. tom. 2. pag. 431. Ananjesus autem Patriarcha, sub quo Jejunium Virginum ab eodem Joanne institutum fuit, obiit, eodem Amro teste, anno Græcorum millesimo decimo, hoc est, Christi 699. Vide cit. tom. 2. pag. 424.

2 *Joannes* patria *Hadathensis*, monachus cœnobii Jesu-Zachæ, quod Beth-Raban appellatur, *Dilumitæ* cognomen adeptus est, quod à Dilumitis in captivitatem ductus, apud eam gentem dies clausit. Sunt autem *Dilumitæ* populi in litore Hyrcani, seù Caspii maris in Media magna, ad occasum habentes Adorbiganam, ad austrum Cazuinum urbem, ad ortum Rajam & Tabrestanam, ad boream Caspium mare, teste Abulpheda in Tabulis geographicis num. 163 qui regionem eorum ديلم *Dailam* Arabicè vocat, eosque cum Galanitis conjungit: ipsos verò Galanitas, nunc provinciæ *Cheilan* incolas, Arabicè جيل *Gil*, & جيلان *Gilan*, seù كيل *Chil* & كيلان *Chilan* appellari affirmat.

Sunt

Sunt autem antiqui *Gelæ*, de quibus Plinius lib. XI. Vide Cellarium lib. 3. Geograph. antiqu. cap. 20. pag. 816. Porrò Joannes claruit temporibus Ananjesu primi Patriarchæ circa annum Christi 690 ut ex Amro dixi tom. 2. pag. 425. Ejus gesta ex Abu-Noë celebri apud Nestorianos auctore descripta, in suam monasticam historiam transtulit Margensis lib. 2. cap. 22. 23. 24. & 25.

ܐ ܐ ܐ

Tandem verò, inquit, *beatus Georgius Patriarcha ex Persarum & Catarorum terris rediit*, ut suprà dictum est pag. 153. *Nam & ibidem diu fuerat commoratus. Quæ ei evenere omnia, ex parte gaudium, & ex parte dolorem huic sancto cœtui attulerunt. Porrò quum ejus ad paternam Sedem, quæ apud Aramæos erat, adventum omnes sancti senes accepissent, mittendos esse idoneos viros ad consalutandum Patrem patrum decrevere. Caput itaque illud venerabile Patrem Simeonem* (cognomento Sanutam, cujus gesta idem Margensis cap. præcedenti descripserat,) *rogarunt omnes, ut communi nomine debitum illius Paternitati honorem sancto illi Antistiti exhiberet. Quod & facturum se sanctus senex pro sua charitate spopondit. Quamobrem cum quibusdam aliis ad Patriarchæ curiam perrexit. Accidit interea, ut Hadatham urbem ingressus, hospitio excipe-retur à quodam viro pio & religioso, qui unà cum uxore sterili hactenus vixerat sine liberis, sicut olim Sulamitis illa pia femina cum viro suo, qui Elisæum Prophetam hospitio susceperunt, ejusque precibus filium à Domino impetrarunt. Rogante autem Abbate Simeone, quomodo res eorum se haberent, respondérunt senes, se hactenus caruisse suæ senectutis hærede. Ad hæc Simeon cruce, quam ferebat, in aquam immissâ, eâdemque hoc ritu consecratâ eos uti jussit, subdens futurum ut Deus ipsis propediem filium daret, quem Joannem appellarent. Hæc fatus, ad curiam Patris patrum profectus est.*

Divina enimverò virtus, quæ se timentes prosequitur, atque per omnes generationes admiranda per servos suos patravit, sed & nunc patrare non desinit, sicut olim circa Saram, & Rebeccam, Annam & Sulamitidem, ita & erga pios illos conjuges opus suum cœpit, & ad exitum perduxit: adeo ut recurrente anno juxta orationem & vaticinium sancti senis, filium senes susceperint, quem secundùm magistri nostri jussionem Joannem nominarunt &c. Parentes itaque pii & veritatis amatores, qui puerum tamquam vitalem sui pectoris spiritum diligebant, & ex eo maximam capiebant & jucundissimam voluptatem, ut quem unicam vitæ suæ lucem & solamen haberent; simul ac per ætatem licuit, filium suum literarum studiis addicere sategerunt.

runt. Et quoniam novit Dominus qui sunt ejus, utque à suis agnoscatur, ad perfectionem consummationemque opus perducit; exiguo temporis spatio Psalterium & reliqua puerorum propria rudimenta didicit. Per hunc itaque vitæ ordinem ad eam ætatem perductus, quando nec dum corporis pravas impressiones, nec turpium affectionum impetus sentire experat, abdicatis omnibus, nec non senibus illis bona memoria dignis, sanctum hoc cœnobium ingressus est.

Et quoniam de hoc beato viro multi, & præ cæteris Abu Noë, qui cum justis requievit, scripserunt, pauca ego subjiciam. Verisimile videtur, Joannem Sancto Abrahamo cœnobii Zachajesu (seù Jesuzachæ, ut habetur apud Margensem lib. 2. cap. 17.) *præfecto supparem fuisse, & ejus sub præfectura ad cœnobium venisse, sicut in fine ostendam.* (De hoc Abrahamo agit idem Margensis citato lib. 2. cap. 19.) *Divina verò gratia, quæ illum sancti patris Simeonis precibus donavit, ad ejusdem cellæ limen post deduxit, ut ille qui pueri ortûs fuerat interecessor, idem ipsi adolescenti rector & præceptor ad sublime perfectionis monasticæ fastigium contingeret. Postquam ergo à puero ipsius conditionem, & causam sui ad monasterium adventus intellexisset, enimverò in ejus amorem exarsit, & intimo animi sui sensu eum complexus est, sicut olim Jacob quum primùm dilectum suum Joseph revisit. Quæ quum sancti senes audiissent, & pueri conditionem modumque ejusdem nativitatis intellexissent, sancti senis auctoritatem atque testimonium reveriti, quin statim tonderetur, haudquaquam prohibuerunt, etsi ob defectum ætatis id minimè liceve videretur. Exacto demùm tyrocinio quum discipulatum accepisset,* (hoc est, monasticum habitum tonsus induisset,) *in communi illo vitæ genere, communis vineæ apud Doram pagum in valle Regis cura illi demandata est: quam & multo tempore excoluit, magnos in virtute progressus faciens, ut senibus in monastica disciplina à puero exercitatis comparandus videretur. In eadem vinea casam parvulam sibi adornavit, in qua Deo inserviebat, vigiliasque & alios monasticos labores exercebat longo quo ibi commoratus est tempore: ubi ad hanc diem ejusdem sancti viri precibus virtutes fieri ægrorumque curationes, tradunt pagi illius incolæ Fideles Dei amantes.*

(Subjungit duo miracula: alterum, quod Eliæum quendam monachum, qui eidem vineæ custodiendæ præfectus fuerat, latrones Cartuæi noctu aggressi, ab eodem Joanne, qui Eliæo videndum se præbuerat, repulsi sunt: Alterum de nuce, quam idem Joannes plantaverat, fructus admirabiles proferente. Quæ omnia ex vulgo nimis credulo, & miracula virtutesque suis tribuere solito, Margensis in sectæ suæ laudem, absque ullo examine accepisse censendus est: neque enim ab exosis Deo Nestorianis hæreticis vera miracula patrari queunt. Eâdem censurâ notandæ sunt laudes, quæ eidem Joanni Dilumitæ aliisque illius sectæ Scriptoribus, à Margensi, aut Amro tribuitæ hic, vel alibi occurrunt.)

In eo libro, quem religiosissimus David composuit, & Paradisum parvum nuncupavit, cujus primum caput gesta continet magistri nostri Georgii Bar-Sajadæ Abbatis, in ea libri parte, in qua Abbatis Salibæ Aramæi acta congessit, tradit hanc provinciam gravissima fame aliquando vexatam fuisse. Hinc ergo vero propius apparet beatum Joannem à Mar Abrahamo tonsuram accepisse. Illo enim famis tempore beatus Abrahamus interierat. Quum verò fames invaluisset, nec ullum remedium alicunde appareret, Abbas Simeon, qui ternos eo tempore habebat discipulos, quos inter beatum illum Joannem numerabat, eosdem sic est alloquutus. Eja, filii, migremus hinc, & ad loca montana pergamus, ubi arborum foliis vitam sustentare facile erit. Hæc præfatus ad Nirbam Beth-Gaze undecum iis profectus est, etsi alii eum ad terras Seleucianas profugisse tradant. Per hunc modum dum in iis locis arborum pomis vescuntur, & à sene benedicto in viam salutis diriguntur, magni Simeonis migrationis tempus advenit. Quamobrem convocatis ad se discipulis, velut olim Jacob filiis suis, ita loquutus est. Accedite ad me, discipuli mei, & dicam vobis quæ singulis vestrum eventura sunt post meum à vobis discessum. Quumque primus accessisset, dixit ei: te quidem lupus rapiet. Et alteri: tuam verò, fili, viam nemo visurus est, aut cogniturus, qua de seculo exibis. Et te, fili mi Joannes, te, inquam, magnificabit Dominus virtutibus & signis, caput te ac principem faciet in disciplina gentium barbararum, & in congregationibus fratrum monachorum. Quæ omnia secundùm sancti viri vaticinium singulis evenere, sicut ejus Acta testantur.

Nam post obitum sancti illius senis, quum tres ipsius discipuli in ejus antro remansissent, alter quidem codices à beato magistro descriptos distracturus in vicinos pagos descendit, cogitans pecuniâ inde collectâ aliquid pro communi fratrum victu mercari. Sed mundi illecebris captus, ad nuptias cum femina quadam convolavit: & hic est, quem lupus rapuit. Quem quum alii duo aliquandiu frustra expectassent, descendit socius alter, amissum fratrem requisiturus: sed nec iste est reversus, nec aliquando rescitum fuit quo tandem abiisset. Ferunt illum Lugentis habitu (Anachoretas Syri ܐܒܠ Abile, *hoc est*, Lugentes appellant; quod nomen tùm in historia monastica, tùm in Ecclesiasticis officiis passim occurrit) *ad interiores montes secessisse. Bonus itaque Joannes à duobus sociis derelictus, ipse quoque fratres consequi se posse ratus, deserto excessit, exploraturus quidnam tandem illis evenisset. Sed casu, aut potiùs ex divina providentiâ factum est, ut complerentur quæ de eo prædicta fuerant. Quum enim eodem tempore Dilumitæ grassatores in ea loca, ubi beatus morabatur, irrupissent, ipsum quoque ceperunt, & ad suas terras abduxere. Et hæc de Sancto Joanne dicta sufficiant: quandoquidem ab aliis multa & magnifica de illo prodita literisque consignata fuerunt.* Hucusque Margensis.

1 Octo [1] orationes confecit. . ܕܥܒܕ ܬܡܢܝܐ ܡܐܡܪ̈ܐ ܚܕ̈ܝܡ ܟܬܒ

CAPUT CXVII.

Marjabus, & Aphnimaranus monachi.

2 Marjabus [2] ſcripſit Epiſtolam, Quam ܡܪܝܐܒ ܐܣ ܟܬܒ ܐܓܪܬܐ ܕ ܠܐܦܢܝܡܪܢ

NOTÆ.

1 *Octo orationes*. Ecchell. legit ܬܡܢܝܐ ܡܐܡܪ̈ܐ *novem orationes*.

2 *Marjabus* (vox compoſita ex ܡܪ *Dominus*, & ܝܗܒ *dedit*) Jacobo cœnobii Beth-Abenſis fundatori æqualis, floruit circa annum Chriſti 590. de quo hæc Margenſis lib. 1. hiſtor. monaſtic. cap. 18. & 19. ܗܘ ܒܗ ܒܝܬ ܡܢܙܚܐ ܕ ܒܝܬ ܐܒܝ ܕܝܘܚܢܢ ܕ ܒܝܬ ܐܒܝ ܗܘ ܕܐܬܐ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܝ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕ ܒܝܬ ܐܒܝ ܐܬܐ ܠܡܕܝܢܬܐ

1 Quam Aphnimaranus [1] expoſuit. ... ...

CA-

grata converſatione vitam clauſit, divinamque illam prolem pietatis & virtutis ſuæ hæredem reliquit. Beatam hanc fœminam, velut matrem ejus, identidem ixviſere ſanctus Marjabus ſolebat, de qua quum aliquando ſermo incidiſſet, hæc ajebat. Enimverò in mundo degens, extra mundum agere videbatur. Equidem penitus ignoro, an unquam oculos ſuſtulerit, aut faciem cujuſpiam ſpectaverit. Dei quippe contemplatione mens illius continuo tenebatur. Quum autem rogarem, num à me ipſa, ut olim mater ejus, viſitari vellet? Ut placet, reſpondit.

Subjungit, admonitum ab ea Virgine Jacobum, qui è cœnobio Izlenſi ejectus, in montana ſeceſſerat, ad cœnobium Beth-Abenſe relictâ eremo ſe recepiſſe: idque factum anno quinto Choſroæ Perſarum Regis Græcorum 906. (*Chriſti* 595.) ut idem Margenſis ex monaſticis hiſtoriis Jeſuzachæ & Baritæ demonſtrat eodem lib. 1. cap. 20. 21. 22. & 23.

1 *Aphnimaranus* (vox compoſita ex ... *convertit*, & ... *Dominus noſter*) monachus, diſcipulus Kamjeſu Abbatis, qui cœnobio Beth-Abenſi quartus à Jacobo illius fundatore præfuit, præter commentarium in Epiſtolam Marjabi, cujus hic in Sobenſis Catalogo fit mentio, ſcripſit *vitam ejuſdem Jacobi Beth-Abenſis, ejuſque diſcipulorum Joſephi & Abrahami*, teſte Margenſi lib. 1. hiſt. monaſt. cap. 24. & 32. Vixit ſub Jeſujabo Gadalenſi Patriarcha circa annum Chriſti 630. eumque ab æmulis in crimen Meſſalianiſmi vocatum fuiſſe, idem Margenſis refert lib. 2. cap. 3. in hæc verba. ...

E Schola prædicti Kamjeſu magiſter noſter ſanctæ memoriæ Aphnimaranus prodiit ex oppido Beth-Seleucia in provincia Beth-Garmenſi oriundus. Is à puero ſanctorum Patrum in hoc cœnobio filius & hæres factus, virtutem plene perfecteque excoluit, ad regnum cœlorum ejuſque felicitatem à magiſtro noſtro Kamjeſu eruditus & directus: ejus enim proprius & prædilectus diſcipulus fuit. Dedit autem illi Deus ſapientiam, & intimam ſacrarum Scripturarum intelligentiam. Eapropter complures Tractatus, & doctos commentarios, omniſque generis Cantica, velut ſpiritualis Philoſophus, compoſuit ſcripſitque diſertiſſimè, ut ex ejus ventre, ſecundùm Domini oraculum, aquarum viventium flumina profluere viderentur. Quare columnæ lucis Hebræorum caſtris prælucenti in hac parte ſimilis effectus eſt, Deoque in eo complacuit, ut & ipſe refugium fieret multorum fratrum uno in loco converſantium. Inſurrexere nihilominus in eum invidi homines, illumque in lectulo mortuorum poſuere, & veluti Meſſalianiſmi convictum reum infami hoc nomine è mundo cum defunctorum canticis eduxerunt, eòque provecti ſunt, ut aſinis accenſerent, & aſinorum more tractarent. Interea tamen Aphnimaranus ſanctum hoc cœnobium, quod hoc tempore ejus nomen memoriamque retinet, conſtruxit exornavitque.

Amrus eundem Aphnimaranum ſub Georgio Patriarcha circa annum Chriſti 662. claruiſſe teſtatur, conditoremque cœnobii Zapharanenſis in ditione Moſulana appellat, ut tom. 2. pag. 422. obſervavi. Margenſis verò lib. 6. cap. 8. Bardairam laudat Abbatem cœnobii Aphnimarani, & lib. 2. cap. 41. Maranzacham affirmat ex monacho Bethabenſi Hadathæ Epiſcopum, ejuſdem Aphnimarani diſcipulum fuiſſe. Denique Jeſujabus Adjabenus, in epiſtola, quam monachis cœnobii Beth-Abenſis ſcripſit, Aphnimaranum diſertè nominat. Vide ſuprà pag. 141.

CAPUT CXVIII.

Jesuphana Catarensis.

1 Jesuphana 1 Catarensis
Fecit orationes paræneticas:
2 Et expositionem 2 Centuriarum:
3 Et librum de Philosophia 3 spirituali.

Habet præterea Orationes, Interpretationes,
4 Epistolas 4 cum Paracleticis sermonibus;
5 Et flebilia 5 cantica
Ordine alphabetico digesta.

ܝܫܘܦܢܐ ܩܛܪܝܢܝܣ ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܦܪܩܢ̈ܐ ܘܡܬܢ̈ܝ̈ܬܐ . ܕܡܐܐ ܘܬܫܥ ܣܗ̈ܕܘ̈ܬܐ . ܕܡܐ ܟܬܒ ܚܟ̈ܡ̈ܬܐ ܕܪ̈ܘ̈ܚܢ̈ܝ̈ܐ . ܘܟܬܒ ܫܐܠ̈ܬ̈ܐ ܘܦ̈ܘ̈ܫ̈ܩ̈ܐ : ܕܡܐ ܟܬܒ ܡܐܡܪ̈ܐ ܡܦ̈ܫ̈ܩ̈ܢ̈ܐ : ܣ̈ܦ̈ܪ̈ܐ ܕܡ̈ܫ̈ܠ̈ܝ̈ܐ ܥ̈ܡ ܩ̈ܛ̈ܝ̈ܪ̈ܐ ܕ̈ܡ̈ܪ̈ܝ̈ܪ̈ܐ ܘ̈ܒ̈ܟ̈ܝ̈ܐ ܣ̈ܕ̈ܪ̈ܝ̈ܢ̈ܐ ܒ̈ܐ̈ܠ̈ܦ̈ܐ ܒ̈ܝ̈ܬ̈ܐ .

CAPUT CXIX.

Babæus Maarensis, Interpres Turcarum.

6 Babæus 6 scriba Maaræ
Librum *edidit* de distinctione præceptorum.
7 Interpres 7 Turcarum composuit
8 Librum Horti 8 deliciarum.

ܒ̈ܒ̈ܝ ܣ̈ܦ̈ܪ̈ܐ ܘ̈ܡ̈ܥ̈ܪ̈ܬ̈ܐ ܣ̈ܦ̈ܪ̈ܐ ܕ̈ܚ̈ܠ̈ܩ̈ܐ ܘ̈ܣ̈ܡ̈ܝ̈ܢ̈ܐ : ܡ̈ܦ̈ܫ̈ܩ̈ܢ̈ܐ ܘ̈ܠ̈ܗ̈ܘ̈ܢ̈ܐ ܣ̈ܡ̈ܪ̈ ܣ̈ܦ̈ܪ̈ܐ ܕ̈ܓ̈ܢ̈ܬ̈ܐ ܕ̈ܣ̈ܥ̈ܕ̈ܐ .

CA-

NOTÆ.

1 *Jesuphana* (ideſt, *Jesu exaudi eam*) patria Catarensis, ejusdem Aphnimarani, de quo proximè dictum est, æqualis, sub Jesujabo Adjabeno & Georgio Patriarchis claruit. Pro Jesuphana *Jazdephanam* legit Amrus, eundemque ad Cæsaræ Episcopatum evectum fuisse testatur, & unàcum Elia Maruensi, Isaaco Nisibeno, Sergio Hirtensi, & Moyse Ninivita post obitum Jesujabi Adjabeni vixisse. Vide tom. 2. pag. 420.

2 *Expositionem Centuriarum*. Ecchellensmalè, *Centenariorum*.

3 *De Philosophia spirituali*. Perperàm Ecchell. & Hottinger. *de Philosopho spirituali*.

4 *Epistolas cum Paracleticis sermonibus*. ܐ̈ܓ̈ܪ̈ܬ̈ܐ ܥ̈ܡ ܦ̈ܪ̈ܩ̈ܠ̈ܛ̈ܝ̈ܣ̈ Minùs rectè Ecchell. ܐ̈ܓ̈ܪ̈ܬ̈ܐ ܚ̈ܡ̈ܪ̈ܬ̈ܐ *Epistolas consolatorias*, quod reddere debuisset, *Epistolas cum Rogationibus* (seù, *Epistolas & Preces*, ut habet Hottingerus, lectionem ipsius sequutus.

5 *Flebilia cantica*, seù carmina Elegiaca.

6 *Babæus scriba Maaræ*, quod oppidum apud Nisibin situm est, prædicto Jesuphanæ, & Aphnimarano æqualis, circa annum Christi 600. claruit. Hunc Hottingerus omittit.

7 *Interpres Turcarum*. Ita Ecchell. & Hottingerus, qui hunc anonymum faciunt auctorem *libri Horti deliciarum*, à Babæo Maarensi cæterisque in hoc Catalogo recensitis Scriptoribus diversum: idque ex Sobensis textu colligunt. Quis autem fuerit, aut qua ætate vixerit, ex Nestorianorum Syrorum monumentis nondum apparet. Verùm Sobensis verba hunc etiam sensum patiuntur, *Babæus scriba Maaræ librum de distinctione præceptorum, Interpretem Turcarum composuit, librum Horti deliciarum*, ita ut ad unum eundemque auctorem tria hæc opera referantur, nimirùm *liber de distinctione præceptorum, liber nuncupatus Interpres Turcarum*, hoc est vocabularium Turcico-Syriacum, & *liber horti deliciarum*. Turcarum autem nomine Scytas Orientales intelligunt Syri Nestoriani, quos vicinos habebant, & à quibus frequentes irruptiones à quinto usque Christiano sæculo patiebantur.

8 *Librum Horti deliciarum*. Exstant Cod. Syr.

CAPUT CXX.

Sciubchalmaranus Seleucienſis.

1 Mar Sciubchalmaranus 1 Seleuciæ 2
2 Compoſuit librum 3 Centuria-
3 rum,
4 Et definita capita 4 ſcientiæ,
Et perutiles Epiſtolas.

مُدنب هُوصلاحُمْنِ وُهكُمر
هُمِر حكُحا وِمْدَاوُلا
هُوْمِعا مدهْطا وِمُبْحكُا
هُلِحْمِلا هُمادُنْكُا .

CAPUT CXXI.

Joannes Bar-Phincaje.

5 Joannes 5 Bar-Phincaje

مُهسلح حُنْ هُنْصا

Se-

هحد

Syr. 4. ad calcem tom. 2. Bibl. Orient. p. 487. *Excerpta expoſitionis locorum obſcuriorum Evangelii ex libro, cui titulus Paradiſus voluptatis*, quem eundem cum هُدا حمهد libro *Horti deliciarum* eſſe, ſuſpicor.

1 *Sciubchalmaranus* (vox compoſita ex هُحصا *Sciubcha* gloria, & حُمْن *Lmaran* Domino noſtro: quam Syri occidentales ſic proferunt, *Sciubbolmoran*, ut habent Ecchell. & Hottinger.) ſub Georgio Patriarcha vixit circa annum Chriſti 661. ut ex Amro notavi tom. 2. pag. 422. Aphnimarano monacho æqualis. Alius proinde à Sciubchalmarano Caſcaræ Epiſcopo, Mar Abæ Patriarchæ diſcipulo, de quo ex eodem Amro tom. cit. pag. 412. Ex titulo autem *Mar* (hoc eſt, *Dominus meus*) quo hic à Sobenſi decoratur, & ex adjecto *Seleuciæ* nomine conjici poteſt, eum ex monacho Epiſcopum illius urbis fuiſſe. Etſi enim in hoc catalogo idem titulus *Mar* monacho Atkeno præfixus legatur, non tamen urbis nomen adjicitur, ſed potius hæc vox ههسما *monachus* ſeù ſolitarius, ut infrà videbimus.

2 *Seleuciæ* هكحم: non quidem illius, quæ metropolis Babyloniæ eſt, Sedeſque olim Primatis Orientis, quam Syri هكحم *Selik* appellant, Cteſiphonti proximam; ſed alterius in eadem regione poſiti oppidi, quod pleno nomine هكحم حمه *Beth-Seluc* dicitur, & hoc tomo frequenter occurrit. Ecchell. & Hottinger. pro Seleucienſi *Saluchitam* reddunt.

3 *Librum centuriarum* هُعِبرُ حمدا. Ita emendavi Codicem noſtrum, in quo legitur هُعِبرُ حمدا *librum partium*, literâ *Nun* ن pro ا *Aleph* perperàm ſubſtitutâ: quam lectionem Ecchell. & Hottingerus ſequuti, ſic habent, *librum de partibus*. Plures autem in hoc Catalogo occurrunt, qui *Centurias*, Evagrium Ponticum æmulati, ſcripſere, ut Jeſuphana Catarenſis, & Babæus archimandrita, de quibus ſuprà.

4 *Capita ſcientiæ*. Ecchell. & Hottinger. *de determinatis ſcientiarum principiis*, minus rectè. Nam Sciubchalmaranus *definita capita ſcientiæ*, hoc eſt, capita gnoſtica definitionibus rerum aſceticarum comprehenſa, inſtar Evagrii Pontici, edidit, non librum de determinatis ſcientiarum principiis.

5 *Joannes* monachus, cognomento *Bar-Phincaje*, hoc eſt, *filius fgulorum*, ſeù *urcearium*, incertæ ætatis ſcriptor. Ecchell. pro حُ هُنْصا *Bar-Phincaje*, legit حُ هُنْجا *Bar-Frangoje*, hoc eſt, *Francorum filius*: quo nomine Stephanus Edenenſis citatus tom. 1. pag. 510. Joannem Maronem intelligit, qui primus fuit Syrorum Maronitarum Patriarcha, cui & recenſita hoc loco à Sobenſi opera ſupponit. Verùm ex dictis tom. 2. p. 283. 306. & 350. liquet Joannem hunc Maronem tùm à Joanne Bar-Phincaje, cujus hic mentio, tùm ab altero Joanne Marone, quem Gregorius Barhebræus circa annum Chriſti 1017. in Meſopotamia obiiſſe refert, diverſum fuiſſe. Quod autem Joannes Bar-Phincaje monachus Neſtorianus fuerit, teſtatur idem Barhebræus in libro Ethicorum Par. 1. cap. 9. de ſacra peregrinatione in urbem Hieroſolymam, ubi fragmentum Epiſtolæ ex eodem profert in hæc verba:

هُمسلح حُنْ هُنْصا ههسما هُعِبرُ

1 Septem [1] tomos compoſuit;
2 De [2] puerorum *ſcilicet* diſciplina,
3 Progymnaſmata 3 in voces: Epiſtolas 4:
5 Librum adverſùs [5] ſectas:
De ſeptem oculis Domini:
6 De vinculis [6], & de perfectione.
Habet prætereà librum quæſtionum,

هٰذا قَسَّمَهُ أَوَّلًا وَجَعَلَهُ ثَمَانِيَةَ :
مِنْهَا وَاحِدٌ فِي تَدْبِيرِ الصِّبْيَانِ :
وَاثْنَانِ فِي الْمَعَانِي .
وَثَلَاثَةٌ فِي الرَّسَائِلِ :
وَوَاحِدٌ فِي الْمَذَاهِبِ وَالْبِدَعِ :
وَوَاحِدٌ فِي الْمَسَائِلِ وَالْأَجْوِبَةِ :
وَوَاحِدٌ فِي الْحَلِّ وَالرَّبْطِ .

CA-

[1] *Joannis Bar-Phincaje monachi Orientalis* (hoc eſt, Chaldæi, ſeù Neſtoriani) *ad quemdam monachum amicum*. Ejuſdem meminit & Sobenſis in libro Margaritarum Par. 3. cap. 5. ubi ſententiam ex ipſo adducit ad probandum, duas Chriſto Domino hypoſtaſes perſonaſque ineſſe.

1 *Septem tomos*. Edenenſis cit. tom. 1. pag. 510. octo libros Joanni adſcribit, ex uno *de vinculis & de perfectione* libro duos faciens.

2 *De puerorum diſciplina* ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܛܠܝܐ, Ecchell. ܡܕܒܪܢܘܬܐ *de erudiendis pueris*, ſeù de puerorum regimine.

3 *Progymnaſmata*, ſeù exercitationes *in voces*. Hottingerus interpretatur, *progymnaſmata Rhetoro-Logica, vel Grammatica*. Edenenſis *expoſitionem vocum Sacræ Scripturæ, cujus meminit Barhebræus in Horreo myſteriorum*. Verùm Barhebræus loc. cit. non Joannis Bar-Phincaje meminit, ſed Joannis Maronis ſæculi undecimi ſcriptoris, cujus expoſitionem in librum Sapientiæ laudat.

4 *Epiſtolas*. In Cod. noſtro pro ܐܓܪܬܐ *Epiſtolis*, mendosè legitur ܐܓܪܝܐ *mercator*. Unam ex epiſtolis Joannis laudat Barhebræus, ut mox dixi. Edenenſis binas hic Joannis epiſtolas deſignari putat, alteram de duabus Domini naturis, alteram de duabus ejuſdem voluntatibus. Verùm, ut modo ajebam, hæc de Joanne Marone, non de Bar-Phincaje intelligi queunt.

5 *Librum adverſùs ſectas*. Ecchell. *& quem compoſuit contra falſos cultus*. Hottinger. *contra falſa numina, ſeù falſam religionem*. Vox ܕܚܠܬܐ, *cultum, timorem, ſuperſtitionem, numen*, & ſectam quamcumque ſignificat. Hunc Joannis adverſùs ſectas ſeù hæreſes librum citat Sobenſis in lib. Margaritarum, in quo Neſtorianum dogma adſtruit. Edenenſis Bar-Phincaje cum Marone confundens, per hæc Catalogi verba librum intelligit *de ſectis adverſùs hæreſim Neſtorii duas in Chriſto Domino perſonas ſtatuentis, nec non contra blaſphemiam Petri Fullonis de Triſagio*. Atqui ſuprà vidimus, Joannem Bar-Phincaje pro Neſtoriana potiùs hæreſi ſcripſiſſe.

6 *De vinculis & de perfectione*. Hottingerus librum de perfectione memorat, de vinculis non item. Ecchellenſis pro libro de vinculis, habet *de cingulis*. Edenenſis ex uno duos libros facit, alterum *de obligationibus ſeù interdictis*, alterum *de perfectione*, qua voce Miſſam ſignificari arbitratur, & Chirotoniam, quarum meminit Abraham Ecchellenſis in ſuis libris. Verùm qui de Miſſa, & Chirotonia tractatus ab Ecchellenſi memorantur, ii Joanni Maroni, non Joanni Bar-Phincaje tribuuntur: & quidem illos non Maronis, ſed Darenſis Joannis & Barſalibæi Dionyſii genuinum fœtum eſſe, demonſtravi tom. 2. pag. 123. & 176. Itaque hoc loco per vocem ܣܝܡܐ intelligi exiſtimo vel tractatum *de vinculis*, hoc eſt, de interdictis Eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, quibus reus innodari ſolet; vel *de particulis orationis*, quas Grammatici Syri ea voce deſignant, quum partes orationis dividunt in ܫܡܐ *nomen*, ܦܥܠܐ *verbum*, & ܣܝܡܐ *ligamen ſeù conjunctionem*, hoc eſt, cæteras particulas, quæ neque nomen ſunt, neque verbum. Sed primum magis ad rem facere videtur. Per vocem autem ܡܫܚܬܐ, vel deſignari tractatum moralem *de perfectione*, vel *de abſolutione à vinculis*, deque collatione poteſtatis Eccleſiaſticæ, quæ antea reſtricta erat & limitata. Solent enim Syri Neſtoriani Epiſcopos à Metropolitanis ſuis ordinatos, ad Patriarcham poſtremò remittere, ut eos ܫܡܫ *perficiat*, quemadmodum in Synodica legitur à nobis ſuprà relata hoc tomo pag 55. Vel demùm *de ſacra ordinatione*: nam ſicuti Dionyſius & alii Græci Patres ſacram ordinationem, ſeù Chirotoniam paſſim Τελείωσιν, hoc eſt, conſummationem perfectionemque appellant; ita Græcam vocem Syri auctores, qui de ſacris ordinationibus ſcripſere, prædicto nomine ܫܠܡܐ à themate ܫܠܡ, quod *perfectionem conſummationemque* ſignificat, exprimere interpretarique ſolent, ut rectè obſervat Morinus in notis ad ſacras Syrorum ordinationes num. 1. pag. 489.

CAPUT CXXII.

Abraham Netpharenus.

1 Abraham [1] Netpharenus
2 Varias [2] habet compoſitiones.

ܐܒܪܗܡ ܕܢܛܦܪܢܝܐ
ܠܗ ܟܡܐ ܣܓܝܐ ܕܡܥܪܟ̈ܐ .

CAPUT CXXIII.

Gregorius Abbas.

3 Gregorius [3] monachus
4 Unum librum [4] compoſuit, & epiſtolas.

ܓܪܓܘܪܝܘܣ ܝܢܩܐ
ܣܒ ܚܕܐ ܣܦܪܐ ܘܐܓ̈ܪܬܐ .

CAPUT CXXIV.

Ebedjeſu Monachus.

5 Ebedjeſu [5] Adhortationem

ܥܒܕܝܫܘܥ ܡܢܗܪܬܐ

Com-

ܣܡ

NOTÆ.

1 *Abraham Netpharenus*, aliis Nephtarenus, vel Nephratenus monachus orthodoxus, fortaſſe ante exortas Neſtorianorum & Monophyſitarum hæreſes in Oriente floruit: colitur enim tùm à Jacobitis, ut dixi tom. 1. pag. 463. tùm à Neſtorianis, ut ex hiſtoria monaſtica Margenſis liquet, in qua lib. 2. cap. 17. veluti Sanctus à Sabarjeſu Roſtamo laudatur: quo certè cultu apud utramque ſectam caruiſſet, ſive is Monophyſita, ſive Neſtorianus fuiſſet. Si geſta ejus ab eodem Sabarjeſu Roſtamo deſcripta, ut Margenſis loc. cit. teſtatur, exſtarent, ad ſtatuendum, quo ille ſæculo claruerit, nullis opus eſſet conjecturis. Illud autem ex ejuſdem Margenſis auctoritate conſtat, Abrahamum Netpharenum ante annum Chriſti 630. vixiſſe: Ananjeſus enim, qui anno Chriſti 645. vivebat, nonnullos tractatus ex eodem Abrahamo in librum ſuum, Paradiſum inſcriptum tranſtulit, ut ſuprà dixi pag. 146. & Roſtamus ipſe Narſetis Babæi Archimandritæ diſcipuli auditor, poſt Jeſujabi Adjabeni obitum, rogante Kardago ejuſdem Jeſujabi ſyncello, res geſtas Jeſu-Zachæ, Abrahæ, Jeſujabi, Abrahæ Netphareni, Job Perſiæ, & Sabarjeſu, hoc eſt, circa annum 661. publicavit. Vide tom. 2. pag. 493.

2 *Varias compoſitiones*. Exſtant octo tractatus aſcetici, de quibus vide tom. 1. p. 464.

3 *Gregorius* Palæſtinus, monachorum in inſula Cypro Abbas, S. Epiphanii æqualis, circa annum Chriſti 390. claruit: de quo vide tom 1. pag. 170.

4 *Unum librum, & Epiſtolas*. Codex Sobenſis, quo utimur, ſic habet: ܚܕ ܣܦܪܐ *Fecit librum, compoſuit & Epiſtolas*.

5 *Ebedjeſu* monachus cœnobii *Kuni*, quod Syris dicitur ܕܝܪܐ ܕܩܘܢܝ *Daira-d-Kuni*, Arabicè دير قوني *Dur* (ſeù potiùs *Dair*) *Koni*, aliàs *Badraja*, haud procul ab urbe Seleucia, ubi Schola fuit, & locus ſepulturæ Epiſcoporum Seleuciæ, ut ex Amro dixi tom. 2. pag. 394. Vixit ſub Emmanuele Neſtorianorum Patriarcha circa annum Chriſti 940. ut ex eodem Amro tom. cit. pag. 442. Pro ܥܒܕܝܫܘܥ Ebedjeſu, Ecchellenſis mendosè legit ܐܟܒܫܥܡܐ *Akebſcema*; quem Hottingerus ſequutus, hæc ejus ſcripta enumerat in Bibliothecar. quadripartito pag. 230. *Epiſtolæ, gloſſæ, ænigmata, Proverbia, methodo problematico*. Sed in textu Sobenſis & *Ebedjeſu* dicitur, & *Epiſtolarum* ejus nulla fit mentio.

Compoſuit, & Paracleticos ſermones, & Interpretationes:
1 Et Capita, & 1 Ænigmata, & 2 Verba
Modo allegorico.

هُو مَحْمَلا مَلْوِحْدا :
مَوْمَا هُرْمَبْلا مَعْلا
حَرْنا هَلْلَنْلا .

CAPUT CXXV.

Achudemes Metropolita.

3 Achudemes 3 compoſuit librum Unum adversùs Philoſophos:
Et

3 سُوْدَه هُو حَدْا
سُو كَمَحْلا هَلْهَمْا :
مَحْدا

NOTÆ.

1 *Ænigmata*. Exſtant anonymi ænigmata Cod. Syr. 3. ad calcem tom. 2. pag. 487.

2 *Verba* ... Ecchell. legit ... *proverbia*.

3 *Achudemes* (hoc eſt, frater matris ſuæ, quem Ecchell. appellat ... *Abuemeh*, Hottingerus *Achubideemeh*,) ſub Choſroë Anuſcervano Perſarum Rege Epiſcopus Syrorum Orientalium fuit, qui à Neſtorianis ſeparati hæreſim Monophyſitarum tenebant, à Jacobo Baradæo ſeù Zanzalo ordinatus, Barhebræo teſte, qui geſta ejus in Chronico Syriaco deſcribit in hæc verba. ...

Eodem tempore (hoc eſt, temporibus Choſroæ Perſarum Regis, & Abæ, Joſephi, & Ezechielis Patriarcharum Neſtorianorum) *claruit Jacobus cognomento Baradæus, ſic appellatus propter veſtimentorum ejus ſimplicitatem*, (laceris enim pannis utebatur, ut dixi tom. 2. pag. 67.) *Ab exulibus autem Patriarchis, qui in carceribus regiæ urbis* (Conſtantinopoleos) *incluſi erant*, (Severum intelligit Barhebræus alioſque Monophyſitas Epiſcopos, qui à Juſtino Imperatore ſedibus deturbati fuerant) *Metropolita œcumenicus ordinatus eſt pro omnibus orthodoxis tàm in Occidente, quàm in Oriente conſtitutis* (Monophyſitis ſcilicet, quos Barhebræus & ipſe Monophyſita orthodoxos conſequentèr appellat. Vide tom. 2. p. 63. Ubi commentitiam hanc Jacobi Baradæi dignitatem Dionyſio accurato rerum Syriacarum ſcriptori repugnare oſtenſum eſt, eumque hominem non Patriarcham, non Metropolitam Œcumenicum, ſed Edeſſenum dumtaxat Archiepiſcopum fuiſſe.) *Qui quum in Orientem veniſſet, ſanctum Achudemem ei regioni Metropoli-*

1 Et librum adversùs 1 Magos:
2 Et definitiones 2 rerum omnium.

Necnon librum de Logica,
3 Et orationes 3 de compositione personarum.

Et,

ܘܟܬܒܐ ܥܠ ܡܓܘܣ ܐ :
ܘܡܠܦܢܐ ܕܟܠ ܒܪܝܬܐ .
ܘܟܬܒܐ ܥܠ ܢܛܘܪܝܐ :
ܘܡܐܡܪܐ ܕܒܛܠ ܙܘܓܐ :

ooo

polita instituit. Post Orthodoxorum Orientis persecutionem (ideſt, poſtquam Monophyſitæ Orientales Epiſcopi è Sedibus ſuis ſub Juſtino, & Juſtiniano Imperatoribus ejecti eſſent, de quibus vide tom. 2. pag. 327.) *Achudemes Orientis Metropolita claruit, ab eodem Jacobo anno Græcorum 870. ordinatus. Ferunt, eum à Chriſtophoro Armenorum Catholico* (de quo vide Galanum in Conciliat. Eccl. Arm. cum Romana tom. 1. cap. 10. pag. 85.) *Epiſcopum Arabum anteà initiatum fuiſſe; à Jacobo autem Metropolitæ Orientis dignitatem accepiſſe. Quum autem ipſe Mar Achudemes ad populos Tajos* (Arabas) *Scenitas perrexiſſet, plurimos eorum ſacra doctrina imbuit, miraculis & virtutibus à Deo per ipſum patratis, multoſque ſacerdotes & monachos inſtituit*, (nota verbum Syriacum ܐܦܪ *Aphri*, quod idem eſt, ac producere, fœcunditatem tribuere, inſtituere, & ordinare; unde Primates Orientis dicti ſunt Maphriani. Vide præfixam Tomo 2. diſſertationem de Monophyſitis num. 8.) *quibus duo condidit cœnobia: alterum appellatum In-Kena, apud Tagritum urbem alterum Gavicatha nuncupatum. Sed & in ipſa Tagrito plures Magos convertit, nec non puerum quendam ex regia Perſarum ſtirpe, quem baptiſmatis ſacro fonte tinctum, Georgium appellavit. Quamobrem indignatus Rex, ſancti Achudemæ caput amputari juſſit feria ſexta die 2. Auguſti anno Græcorum 886.* (Chriſti 575.) *Cadaver à fidelibus conquiſitum, ſindone involutum, & in Eccleſia Mahuzæ ſepultum fuit. Quum autem ſanctus Pater & martyr Achudemes martyrio coronatus eſſet, manſerunt orthodoxi* (hæretici Monophyſitæ Orientales) *tres annos abſque capite* (Metropolita), *donec Choſroës Anuſcervanus, qui ſanctum Achudemem interfecit, è vivis deceſſit anno Græcorum octingenteſimo octogeſimo nono*, Chriſti 578.

Hæc Barhebræus. Subjungit ſuſſectum Achudemæ metropolitam Kamjeſu, deinde Samuelem, poſtremò Marutham, qui primus Primatialem Orientis dignitatem (Maphrianum Jacobitæ Syri appellant) in urbe Tagrito fixit, quum reliqui ejus præceſſores nullam certam Sedem habuerint, ſed diſperſis per totum Orientem ſectariis Primatiali jure præfuerint. Vide to. 2. à pag. 414. & in Diſſertatione de Monophyſitis à num. 8.

Achudemæ velut martyris meminit Dionyſius in chronico, eumque ſub Juſtiniano Imp. & Choſroë Perſarum Rege vixiſſe teſtatur his verbis. ܐ ܒܝܬ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣ ܘܐ ܒܝܬ ܡܠܟܐ ܕܪܘܡ ܘܐ ܒܝܬ ܡܠܟܐ ܕܬܐܓܪ ܘܐ ܒܝܬ ܡܠܟܐ ܕܚܡܝܪ ܘܐ ܒܝܬ ܡܠܟܐ ܕܐܬܝܘܦܝܐ ܘܐ ܒܝܬ ܡܠܟܐ ܕܐܒܓ ܘܐ ܒܝܬ ܡܠܟܐ ܕܐܒܪܗܡ ܘܐ ܒܝܬ ܡܠܟܐ ܕܐܪܬܐ ܘܐ ܒܝܬ ܡܠܟܐ ܕܐܒܪ

1 Et, an voluntas 1 poteſtatem habeat
In naturam, Orationes duas.
Et librum unum de anima,
Et homine microcoſmo.
Habet præterea varia documenta
Eleganti & claro ſtylo.

ܘܗܘ ܒܝ ܨܒܝܢܐ ܠܡܫܠܛ
ܠܐ ܒܬܪ ܡܐ ܕܡܗܝܡܢ ܡܕܡ .
ܣܦܪܐ ܚܕ ܥܠ ܢܦܫܐ
ܘܒܪ ܐܢܫ ܙܥܘܪ ܥܠܡܐ .
ܘܚܙܝ ܠܗ ܫܓܝܐ ܕܡܠܦܢܐ
ܒܠܫܢ ܣܦܪ ܘܨܦܝܪ .
ܗܘ ܒܗ ܡܕܪܫܢܐ
ܕܡܬܟܢ ܡܢ ܟܠ ܡܕ .

CAPUT CXXVI.

Abraham Bardaſcendad.

2 Abrahamus 2 Bardaſcendad
Compoſuit librum Adhortationis:
Et expoſitionem Abbatis Marci,
Et diſputationem cum Judæis.

ܐܒܪܗܡ ܒܪ ܨܒܝܢܐ
ܗܘ ܕܟܬܒ ܡܐ ܕܡܘܥܛܐ :
ܘܦܫܪܢܐ ܕܐܒܐ ܡܪܩܘܣ :
ܘܡܓܕܠܐ ܥܡ ܝܗܘܕܝܐ .

Et librum de via Regia:
Item Orationes 3 de Pœnitentia,
Et Epiſtolas varias
Variis de rebus ſcripſit.

ܘܟܬܒ ܐܘܪܚܐ ܡܠܟܐ :
ܘܡܐ ܕܡܗܝܡܢ ܥܠ ܬܒܬܐ :
ܘܐܓܪܬܐ ܫܬܝ
ܒܫܬܝ ܡܠܬܐ ܟܬܒ .

CAPUT CXXVII.

Jeſubocht.

4 Jeſubocht 4 compoſuit librum

ܝܫܘܥܒܘܟܬ ܗܘ ܟܬܒ

Qui

ſurpari ſcio. At Neſtoriani nihil frequentius habent in ore, quàm Chriſtum Dominum *eſſe compoſitum ex duabus naturis & duabus perſonis*. Jacobitæ verò etſi à duabus perſonis duabuſque naturis abhorrent, dicunt tamen Chriſtum Dominum *unam habere perſonam ex duabus perſonis compoſitam*, *unamque naturam ex duabus naturis*. Ita diſertè loquutos fuiſſe notavi Patriarchas eorum Theodoſium, Joannem, & Athanaſium to. 2. pag. 125. & 137. Atque in eundem ſenſum ſcripſiſſe Achudemem Orationes ſuas *de compoſitione perſonarum*, probabile eſt, quum Monophyſita fuerit, ut ex Barhebræo ſuprà demonſtravi.

1 *An voluntas poteſtatem habeat in naturam*: hoc eſt, de libero hominis arbitrio, ejuſque uſu.

2 *Abrahamus Bardaſcendad*, cognomento *Claudus*, ex Beth-Saiada pago oriundus, Babæo Niſibeno æqualis vivebat circa annum Chriſti 720 de quo vide Margenſem in vita ejuſdem Babæi lib. 3. hiſt. monaſt. cap. 3. citatum ſuprà pag. 181.

3 *De pœnitentia*. Codex noſter mendosè habet ܡܐ ܕܡܗܝܡܢ *Orationes de deſiderio*, pro ܡܐ ܕܡܬܟܢ *de pœnitentia*, literâ ܠ *lamed* in ܬ *tau* & *Aleph* permutatâ.

4 *Jeſubocht* (quem Ecchell. & Hottingerus *Jeſuſ-Buchat* appellant) Perſidis metro-

1 Qui nuncupatur 1 de hoc omni.
2 Nec non librum 2 de judiciis Ecclesiasticis:
3 Et tractatum 3 de signis aëris.

ﻫﻮ ﻭﻣﺤﻤﺮﻫﺎ ﻭﻻ ﻫﻮﻧﺎ ﺧﻼ .
ﻭﻛﺘﺎﺑﺎ ﺩﺩﻳﻨﺎ ﺩﺑﻴﻌﺎﺗﺎ :
ﻭﻣﻘﺪﻣﻮﻧﺎ ﻭﻣﻔﻮﻗﺎ ﺩﺭﻭﻣﻰ .

CAPUT CXXVIII.

Jesudenha Episcopus Kosræ.

4 Mar Jesudenah 4 Kosræ composuit Tomos tres Ecclesiasticæ *historiæ*:
Expositionem Logicæ:
Paracleticos sermones, & Interpretationes.

ﻣﺎﺭ ﻳﺸﻮﻋﺪﻧﺎ ﻫﻮ ﻛﺘﺐ ﻭﻗﺮﻯ ﻫﻮ
ﻟﻜﻪ ﻓﻠﺴﻔﻮ ﻣﻜﻤﻠﻴﻨﺎ :
ﻭﻣﻔﺴﺮﻧﺎ ﻭﻣﻠﻜﻠﻠﻰ :
ﻭﻣﻔﻨﻴﺎﻧﺎ ﺩﻣﻦ ﺍﻟﻬﻮﻯ .

Ha-

tropolita fuit, ut Sobensis infrà testatur, ubi de Synodis & Statutis Orientalium. Quo autem anno vixerit, mihi non liquet. Id solùm ex eodem Sobensi colligitur, ipsum Simeone Persarum itidem metropolita posteriorem fuisse. Fuit autem Simeon Jesujabi Adiabeni æqualis, ut dixi hoc tom. pag. 127. vel certè sub Timotheo Patriarcha claruit circa annum Christi 800. ut ex Barhebræo notavi tom. 2. pag. 433. & hoc tom. pag. 127. & 162. Laudantur ab Amro quatuor celebres apud Nestorianos viri, qui nomen *Bochtjesu*, seù *Jesubocht* gessere. Alter monachus & cœnobii apud Hadatham urbem fundator, qui sub Saliba-Zacha Patriarcha circa annum Christi 720. claruit. Alter medicus filius Georgii, tertius item medicus Gabrielis filius, quos Abulpharagii interpres latinus in historia Dynastiarum *Bachtisua* appellat. Quartus Tirhanæ Episcopus sub Joanne Isa Patriarcha anno Christi 900. de quibus vide tom. 2. Biblioth. nostræ pag. 311. 315. 430. & 440. Denique floruit apud Syros Jacobitas *Sabochtes* seù *Jesubocht*, qui ad Episcopatum Kennesrinensem evectus, Severi nomen assumpsisse dicitur, & circa annum Christi 640. vixisse, teste Barhebræo, qui ipsum à philosophicis, mathematicis, & Ecclesiasticis studiis commendat. Vide tom. 2. pag. 335.

1 *De hoc omni*, hoc est, de Universo, seù de mundo & cœlo. Tractatus, ut videtur, philosophicus; non concionatorius, ut perperàm existimat Hottingerus pag. 234. inquiens, *Jeschubuchat dedit tractatum concionum* ﻫﻮ ﻫﻮ *de hoc omni*.

2 *De judiciis Ecclesiasticis* ﺩﺩﻳﻨﺎ ﺩﺑﻴﻌﺎﺗﺎ. Sobensis infrà, ubi de statutis Orientalium, hæc de eodem Jesubocht. ﻭﻣﻘﺪﻣﻮﻧﺎ ﻭﻣﻔﻮﻗﺎ ﺩﺭﻭﻣﻰ

ﻣﻔﻨﻴﺎﻧﺎ *Judicia quoque* (seù Statuta) *Simeonis*, & *Jesubocht* &c. Ecchell. pro ﻣﻘﺪﻣﻮﻧﺎ quæ vox *judicia* significat, in Syriaco Sobensis textu habet ﻣﻔﻮﻗﺎ, hoc est, *capita*, quam vocem latinè *judicia* perperàm interpretatur. Hottingerus corruptum Ecchellensis textum, non versionem sequutus, reddit, *de capitibus Ecclesiasticis*.

3 *Tractatum de signis aëris*, hoc est *de internoscendis aëris significationibus*. Arabes opus hujusmodi appellant تقويم *Takuim*, hoc est, directionem, cujusmodi Tractatus sermone Persico exstat tom. 1. pag. 591.

4 *Jesudenah* (hoc est, Jesus exortus est,) Kosræ Episcopus, post annum Christi 700. vixit: nam in sua Ecclesiastica historia, quæ à Barhebræo laudatur, meminit Ananiæ Mardæ & Caphartutæ Episcopi, qui à Cyriaco Jacobitarum Patriarcha anno Græcorum 1104. Christi 695. ordinatus fuit.

ﻣﻔﺴﺮﻧﺎ ﻫﻮ ﻣﻔﺴﺮﻧﺎ ﺩﻣﻦ ﻛﻞ ﻣﻔﺴﺮﻳﻪ ﺩﻛﺘﺒﻰ ﻣﻔﺴﺮﻳﻪ ﺩﻣﻦ ﺍﻟﻬﻮﻯ ﻭﻣﻦ ﺍﻟﻜﻞ ﻭﻣﻦ ﺍﻟﻜﻞ ﻭﻣﻦ ﺍﻟﻬﻮﻯ . ﻭﻣﻦ ﺍﻟﻜﻞ ﻭﻣﻦ ﺍﻟﻬﻮﻯ

Habet prætereà Orationes metricas :
1 Et librum 1 de caſtitate, In quo hiſtorias congeſſit Omnium Sanctorum, & fundatorum.

: ܡܐܡܪ ܕܗ ܡܠܡܕܢܐ ܘܡܕܡܫܒܚܢܐ
ܡܚܒܘܫܐ ܗܘ ܘܒܢܝܐ
ܘܒܬܒ ܕܗ ܠܩܕܝܫܐ
ܘܠܐ ܡܒܝܢܐ ܡܢܝܚܐ .

CAPUT CXXIX.

Abraham Bar-Liphe.

2 Abraham 2 Bar-Liphe confecit Ex-

ܐܒܪܗܡ ܕܒܪ ܟܦܐ ܕܩ
ܡܡܡܐ

ſtatim atque Mar Cyriacus Patriarcha inſtitutus fuit, (inquit Barhebræus in Chronico Syriaco citatus tom. 2. pag. 342. hoc eſt, anno quo ſuprà,) *Ananiam quendam ex cœnobio Sancti Matthæi in monte Elphephio Epiſcopum Mardæ & Caphartutæ ordinavit, de quo hæc ſcribit Jeſudenah Neſtorianus. Ananias Jacobita Severianorum Epiſcopus quum juxta Marden, caſtrum quoddam è ſectis lapidibus tempore Romanorum conſtructum reperiſſet, pretio illud ſibi comparavit, cœnobiumque in eo fecit, in quo vineam olivaſque plantavit, poſtquam ingentem auri ſummam præfectis regionis dediſſet, ſuorumque inimicorum indignationem ſapientiâ ſuâ compoſcuiſſet. Eccleſiam quoque ibidem, & altare erexit, & complures monachos congregavit, quorum diligentem curam gerebat. Id quod ab illo non propter inanem fallacemque gloriam, ſed propter ſupernam retributionem factum eſt.* Hæc Barhebræus ex Jeſudenah. Ecchellenſis & Hottingerus nomen Jeſudenhæ ſic corrumpunt ܝܫܘܥ ܕܢܚܠܝܐܒܗ ; *Jeſus Dnahliabbeſra*, ſeù, ut legit Hottingerus pag. 234. *Jeſchu denah leiabeb de beſro*. Ubi vox quidem ܠܝܐܒ *Leiab*, omninò redundat, eamque in textum Sobenſis perperàm intruſam fuiſſe vel ipſa metri heptaſyllabi ratio demonſtrat. Vox autem ܒܗ *Dbeſra*, vel Ecchellenſis hallucinatione, vel typographorum oſcitantia in locum ܕ *D-Koſre*, obrepſit. Eſt autem *Koſra* Epiſcopalis Syrorum Neſtorianorum urbs inter eas, quæ ad Patriarchalem diœceſim peculiariter ſpectant, ut tom. 2. pag. 459. tùm ex Pontificali, tùm ex Tabula Eliæ obſervavi: cujus loci Epiſcopos laudat Amrus Joannem, & Jeſujabum Ezechielis filium, qui ad Patriarchalem dignitatem poſtmodùm evectus eſt. Vide cit. tom. 2. pag. 446. & 449.

1 *Librum de caſtitate, in quo hiſtorias congeſſit omnium Sanctorum & Fundatorum*, ſeù Plantatorum, ut vertit Hottingerus: hoc eſt, eorum, qui monaſteria plantarunt. Hunc librum deſignare videtur Barhebræus, quum Jeſudenhæ verba de Anania Mardæ Epiſcopo refert. Is enim cœnobium apud Marden ædificavit, ut mox dixi.

2 *Abraham* cognomento *Bar-Liphe*, Timothei Patriarchæ, de quo ſuprà, præceptor fuit, ut Margenſis teſtatur in hiſt. monaſt. lib. 4. cap. 3. his verbis. ܐܒܪܗܡ ܕܒܪ ܟܦܐ

Erat in hoc cœnobio (Iacobi in Beth-Abe) *quidam monachus provectæ ætatis ſenex, cujus mihi nomen haud conſtat. Timotheus autem patruum habebat Georgium nomine, qui regionis Beth Bagas Epiſcopatum tenebat; puerum autem Timotheum inde ad Raban Mar Abrahamum commentatorem, qui in Baſoſa Saphſaphæ pago morabatur, ſtudiorum cauſa miſit.* Et infrà, quum in cœnobio Beth-Abenſi

puer

1 Expositionem 1 Officiorum. ܦܫܩܐ ܕܫܡܫܐ .

CAPUT CXXX.

Alexander Episcopus Hierapolis.

2 Alexander 2 composuit librum
3 Solutionis 3 nugarum Juliani.

ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܐܡܪ ܥܒܕ
ܫܪܝܪܐ ܕܚܘܠܡܗ ܕܝܘܠܝܢܘܣ .

CAPUT CXXXI.

Proclus Episcopus Constantinopolitanus.

4 Proclus 4 duos composuit libros 5
5 De Sacro commemorationis.

ܦܪܘܩܠܘܣ ܐܡܪ ܥܒܕ ܬܪܝܢ
ܡܐܡܪܐ ܕܦܘܠܚܢܐ .

puer Timotheus diversatus fuisset, interrogatus ab illo sene, de quo suprà dictum est, quisnam esset, & quo pergeret, sic respondisse dicitur: ... *Ego filius sum fratris Georgii Episcopi Beth-Bagas, qui me ad Scholam misit ad magistrum nostrum Abrahamum in Basosa pago.* Itaque Abraham in Schola Basosæ ludimagistrum agebat circa annum Christi 750. nam Timotheus in Patriarcham electus fuit anno Christi 778. ut suprà dixi pag. 158.

1 *Expositionem Officiorum;* Ecclesiasticorum scilicet: unde Abrahamo cognomentum ... *Commentatoris*, seù *Expositoris*, inditum fuit, ut ex Margensi mox dictum est.

2 *Alexander* Hierapolis in Provincia Euphratensi Episcopus, Nestorii amicus integerrimus, Cyrilli verò hostis infensissimus, adeo ut Joannis Antiocheni aliorumque Orientalium ob pacem cum S. Cyrillo initam communioni renunciaverit, claruit anno Christi 431. De ejus Scriptis vide Caveum in hist. liter. tom. 1. pag. 233. Sobensis tàm Alexandrum, quàm Andream & Proclum, de quibus mox sermo erit, loco non suo, (inter Syros scilicet Scriptores, qui Syriacè scripserunt) refert: idque eo factum opinor, quod ipse, quinam ii fuerint, ignoravit, scriptaque eorum, quæ è Græco in Syriacum conversa sunt, Syriacè primùm exarata fuisse existimavit.

3 *Librum solutionis nugarum Juliani.* Ecchell. pro ... *nugarum*, perperàm legit ...

CA-

erroris. Alexander S. Cyrillum, ut videtur, æmulatus, hunc librum, cujus nulla apud Caveum aliosque literariæ historiæ Scriptores mentio, adversùs Julianum Apostatam composuit. Simile opus scripsit & Theodoritus, alter S. Cyrilli æmulus, de quo vide Caveum tom. 1. pag. 226. In idem argumentum Orationes aliquot à Chrysostomo habitas laudat Damascenus lib. 3 de Imagin. de quibus Caveus tom. cit pag. 187. Ephræm quoque Syrus impium Julianum scriptis suis exagitavit, ut suprà dixi pag. 63. Quid? Si libros X. S Cyrilli Alexandrini adversùs Julianum è Græco in Syriacum conversos, Nestoriani ejusdem S Doctoris hostes infensissimi, Alexandro suo suppositos fuerunt?

4 *Proclus*, qui tàm in nostro Codice, quàm apud Ecchellensem ex facili Syriacorum elementorum permutatione ... *Puplius* perperàm dicitur, S. Joannis Chrysostomi in Ecclesia Constantinopolitana Lector, Attici Diaconus, à Sisinio Episcopus Cyzici ordinatus, tandem anno Christi 434. in Maximiani locum Patriarcha Constantinopolitanus creatus, obiit anno 446.

5 *Libros duos de Sacro commemorationis*. Ecchell. ... *de Sacrificio missæ, & commemoratione*. Hottingerus pag. 236. *Publius duos scripsit Tractatus* περὶ τῆ ἁγίᾳ (*Cœnam Domini intelligit*) *& commemoratione*. Sed lectio Codicis nostri omninò retinenda, qua ad verbum significatur ... *Sacrum*, seù consecratio *commemorationis*, hoc est, *sacra commemoratio*, seù divina liturgia. Proclum autem præter cætera, quæ Caveus tom. 1. pag. 237. enumerat, scripsisse quoque *Tra-*

Ela-

CAPUT CXXXII.

Ebedmeſſias Hirtenſis.

1 Ebedmeſſias 1 Hirtenſis edidit
2 Librum 2 multæ eruditionis.

حدبعفس سنالما هُبر
دهُحا كحُنة هُعدُلا.

CAPUT CXXXIII.

Theodorus Bar-Choni.

3 Theodorus 3 Bar-Choni 4
4 Confecit librum Scholiorum.
Habet prætereà Eccleſiaſticam *hiſtoriam*:

لمُوهُوهُ حدُهُنُ
حدُب دهُحا وُلهقُكُم.
هُلمُ كهُ هُ حدُهقُعا:

Et معلعنما

Elatum de traditionibus miſſæ divinæ, quem hoc loco Sobenſis intelligit, nemo eſt qui neſciat. Ejuſdem Procli *epiſtolam ad Armenios* laudat Barhebræus in ſua Theologia tom. 2. pag. 295. *Liturgiam* Gabriel Sionita in epiſt. ad Nihuſium, Edenenſis in expoſitione miſſæ Syriacæ cap. 2. de orthodoxis Anaphorarum auctoribus num. 21. & Auctor Catalogi Anaphorarum Syriacarum apud Cornelium Schultingium tom. 3. pag. 106. num. 20. Denique Jacobus Edeſſenus in epiſt. ad Adæum Presbyterum meminit *Procli cujuſdam urbis Cypri inſulæ Epiſcopi*, quem auctorem facit Orationis Benedictionis aquæ, cujus initium, *magnus es Domine*. Ubi probabile eſt amanuenſem pro سعمصم *Cyzico*, صعفنمص *Cyprum inſulam* oſcitanter poſuiſſe. Vide tom. 1. pag. 487.

1 *Ebedmeſſias* (hoc eſt, ſervus Chriſti, Arabicè عبدالمسيح *Abdalmeſſias*) ex Hirta urbe ortus, claruit ſub Mar Aba magno Patriarcha circa annum Chriſti 540. ut ex Amro liquet in Vita S. Maris, qui poſt S. Adæum Sedi Seleucienſi præfuit: ubi Mar Abas dicitur Eccleſiam Cochenſem ab eodem Mari fundatam, ſumptibus *Ebedmeſſiæ Hirtenſis* ampliaſſe. Idem Amrus in Vita S. Barbaſemini, qui Saadoſto, ſeù Jeſudoſto martyri ſucceſſit, teſtatur, Ebedmeſſiam hunc in cœnobio Jonæ, quod ipſe apud Anbaram urbem inſtauraverat, in ſacello ad lævam altaris templi conditum fuiſſe. Duo alii Ebedmeſſiæ apud eundem Amrum occurrunt. Alter ſub Phetione Patriarcha circa annum Chriſti 732. ut ſuprà notavi pag. 182. ubi is Joanni Azracho Hirtæ Epiſcopo reſtitiſſe dicitur, Patriarchalem dignitatem Abæ Caſcarenſium Præſuli offerenti. Alter ab Emmanuele Patriarcha circa annum Chriſti 950. ex Hirtæ Epiſcopatu ad Baſſorenſem Eccleſiam translatus.

2 *Librum multæ eruditionis*. Ecchellen. *omni eruditione refertiſſimum*. Hottingerus pag. 232. *profundæ & multiplicis eruditionis*. Exſtat ms. in Cod. Syr. 12. Vide tom. 2. Biblioth. noſtræ pag. 489. ubi ſingula ejus libri capita recenſui. Ejuſdem Ebedmeſſiæ *Epiſtola ad Bochtjeſum doctorem* habetur Cod. Syr. 3. tom. cit. pag. 487. Quæ verò inter aſceticos ipſius tractatus inſertæ ſunt Epiſtolæ. I. *ad Domitium*. II. *ad Stephanum*. III. *ad Simeonem Presbyterum*. IV *ad Bacchum*. V. *ad Buzaidum*. VI *ad Sergium monachum*. VII. *ad Abraham monachum*. VIII. *ad Xyſtum*. Denique in poſtremis citati libri tractatibus laudat. 1. *hiſtoriam Moyſis Beth-Sajade, & Abrahæ magni*, qui ſcilicet Izlenſe cœnobium fundavit. 2. *Librum cui titulus Margarita, de re aſcetica*. 3. Caput integrum profert ex Joanne Daliathenſi de vitando puerorum, hominumque diſſolutorum conſortio.

3 *Theodorus filius Choni*, fratris Joannis Patriarchæ, à patruo Epiſcopus Laſciumæ ordinatus fuit circa annum Chriſti 893. Vide tom. 2. pag. 440.

4 *Bar-Choni*. Codex noſter, ميعوصلا *Theodorus Mephaskana*, ideſt, commentator: ita dictus tamquàm alter Theodorus Nopſuenſenus, quem vulgò commentatorem vocant Neſtoriani; ob edita ſcilicet in Scripturam commentaria ſeù *ſcholia*, quæ hic à Sobenſi laudantur.

Do-

1 Et Documenua [1], & Paracleticos Sermones. ܘܡܕܟܢܘܬܐ ܘܡܥܡܪܝܬܐ .

CAPUT CXXXIV.

Ebedjesu I. Patriarcha.

2 Ebedjesu [2] Bar-Akre fecit In- ܥܒܕܝܫܘܥ ܕܢ ܒܪ ܥܩܪ ܥܒܕ ܠܡܘܕܥܐ

NOTÆ.

1 *Documenta, & Paracleticos sermones.* Ecchell. *Documenta & Epistolas consolatorias.* Hottingerus διδασκαλικὰ καὶ παρακλητικά: hoc est, Sermones ascetícos de re monastica, & Paracleticos de defunctis.

1 *Ebedjesu*, cognomento *Bar-Akre*, hoc est, filius sterilium, hujus nominis primus Nestorianorum Patriarcha, Israeli successit anno Christi 963. Obiit anno 986. Vide tomo 2. pag. 442.

Ejus gesta ex Chronico Syriaco Barhebræi accipe. ܥܒܕܝܫܘܥ ܡܢ ܒܝܬ ܒܐܪ ܥܩܪ ܐܬܝܠܝܕ ܒܬܪ ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ ܒܪ ܐܝܠܝܐ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܠܬ ܠܡܪܝܐ ܘܐܬܝܠܝܕ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܬܫܥܝܢ

ferretur. *Interpositis autem Episcopos inter & præsidem scribarum officiis, illi centum ac triginta millium denariorum ex cella Patriarchali erogandorum pacta summa obtinuerunt, ut eum quem vellent, quique dignus foret, Catholicum præficerent. Ferunt centum millia denariorum, quum Emmanuel Catholicus obiit, in cella relicta fuisse*, (Amrus, وقيل ان تركة عمنوايل كان مقدارها مبعون الف دينار وسمايه الف درم.

Ferunt, inquit, ab Emmanuele relictos fuisse denariorum septuaginta millia, & drachmarum sexcenta millia:) *Ut verò hæc summa occultaretur, acceperunt præfecti ex cimeliarchio Ecclesiarum vasa aurea & argentea, iisque confractis venditisque, pactam præfidi pecuniam solverunt*. (Amrus صاحب جنديسابور استدعى الناس الى مجلس الوزير لاقامة العوض عمّا بدله فثبتوا وتقرر الامر علىماية الف درم والوزير ثلثمين الف درم.

Gandisaporis Episcopus convocata populi concione, communi sententia causam ad Viziri tribunal detulit, à quo decretum fuit, ut pro summa à Phetione promissâ, denarii centies mille Soltano Moezzaddaulæ solverentur, Vizirо verò denariorum tricena millia.) *Tùm verò convenere, ut sortes jacerent. Quumque Episcoporum quatuor nomina in schedulis scripsissent, nomen Ebedjesu Episcopi Maaltajæ extractum fuit. Hunc itaque ab omnibus approbatum, reluctantem licet, eamque dignitatem serio recusantem, per vim ordinarunt anno Arabum tercentesimo quinquagesimo secundo*, (Christi 963.) *Erat autem in lectione librorum apprimè versatus, & Ecclesiasticis doctrinis imbutus: præceptoremque in Dialectica habuerat Naschamm religiosissimi Mosis Barcephæ discipulum, quorum uterque* (Naschа scilicet & Barcepha) *è nostra secta* (hoc est, Jacobitica, ex qua & ipse Barhebræus,) *fuerat. Porrò ad ejus usque Catholici tempora qui intra altare erant, in divina Liturgia versum ex symbolo Fidei recitabant, & qui extra* altare *in templo, versum alterum. Similique versuum alternatione orationem Dominicam pronunciabant. Ipse verò constituit, ut omnes simul recitarent, quemadmodum & nostri* (idest, Jacobitæ) *faciunt. Quumque annos viginti tres sedisset, obiit octoginta octo annos natus, die 2. Junii anno Arabum tercentesimo septuagesimo sexto* (Christi 986.) *quum Episcopos centum triginta quatuor ordinasset.*

Hæc Barhebræus. Amrus Ebedjesum sedisse affirmat ثلثة وعشرون سنة وعشرة اشهر قمرية

annos viginti tres, mensesque lunares decem: hoc est, annos 23. cum mense diebusque undecim; nam die 22. Aprilis anni Christi 963. ordinatus fuit, obiitque die 2. Junii anni 986. ut dixi tom. 2. pag. 442.

Idem Amrus de patria, parentibus, studiis, dignitate, doctrinaque Ebedjesu, hæc scribit. هبديشوع من اهل كرخ جدان من ناحية بانيما وهرب ابواه وهو صغير الى الموصل بسبب الحرب وماتا وربته خالته وتعلم فى اسكول الدير الاعلى وتعلم المنطق على ابن ناصيحا تلميذ ابن كافا وترهب واسم قسا وخدم فى بيعة البوازى بالموصل وكان محمود الطرايق واسم اسقفا على معلثايا من اعمال مطران الموصل وهمه عمنوايل الجاثليق واستحسن الناس ما سمعوه من ترجمته وكلامه.

Ebedjesu ex oppido Gedan ditionis Baniſæ (quæ in regione Garmæorum est, ut in alio Cod. Amri legitur,) *quum adhuc puer esset, parentibus ad urbem Mosul Arabum metu profugientibus ibique defunctis orbatus fuit, & à sua matertera educatus. Literis operam dedit in Schola superioris monasterii*, (quod sanctorum Gabrielis & Abrahæ appellatur;) *Dialecticam verò hausit à Ben-Naschcha Barcephæ discipulo; deinde monasticum habitum induit, ac Presbyter ordinatus, in Ecclesia, quam Buariam appellant, in urbe Mosul sacro ministerio functus est. Quumque honestis moribus esset, Episcopus Maaltajæ* (& Nuhadræ, ut in alio Cod. legitur,) *ab Israele Mosulensi Metropolita institutus est, eumque Emmanuel Catholicus perfecit:* (de perfectione Episcoporum per Catholicos recole quæ suprà dicta sunt pag. 190.) *Auditoribus verò ob suas interpretationes sermonesque peregratus erat.*

De ejusdem per sortem electione.

واشار ابوعمرو على المطران بان يدخل مع اخوته فى البنادق وقبل راى هو وجيورجيس مطران الموصل وايشوعزخا مطران باجرمى وجبريل مطران فارس. واعترض فى باب جبريل انسان بان له اخ مسلم. فقال اخر مات واسقط اسمه. وذكر ابو الحسن ابن البهلول اسقف معلثايا وانه من القوم الذين يصلحون للرياسة وشهد كلامه عمنوايل الشهار. وكتب اسمه وجعلت البنادق فى حق وخطت على احوط ما يكون واقيمت الصلاة الاثنين والثلاثة والاربعة اول ايام الصوم الكبير وتقرب الناس فيها من المذبح الصغير. والقس حضور مطران جنديسابور وكان فى دار ابى عمرو وابن ادى لجرح هو البنادق فابى ورضى بابرهيم اسقف همدان الذى نقله عبديشوع الى كشكر وقدسه ثم ردّه الى همدان وكان قديما فاخرج الحق واظهرها وتناول بندقة. فصاح الناس قبل فكها اسقف معلثايا واخرجت فكانت اسمه.

Metropolitam verò, inquit, (Georgium scilicet Gandisaporensem, non Abdelmessiam Bassorensem, ut in textu Amri perperàm ha-

1 Interpretationes 1 & causas. لهُ مُحدارهِ تكُمُا .

habetur,) *Abu-Amrus monuit, ut unàcum fratribus suis* Episcopis *per schedularum sortem rem definiri juberet. Placuit Abu-Amri consilium. Quamobrem suum Metropolita nomen, unâque Georgii Metropolitæ Mosulani, atque Jesuzachæ Metropolitæ Beth-Garmensis* (in alio Cod. ms. Jesu-Rachme appellatur, Vide tom. 2. pag. 442.) *& Perfidis Metropolitæ Gabrielis nomina in schedulas retulit. Quum verò Gabrieli à quodam objecta fuisset fratris à Christiana fide ad Mahometanam sectam apostasia; etsi alius hunc jam è vivis decessisse affirmaret; Gabrielis nihilominus nomen expunctum fuit.* (Barhebræus quæ de Gabriele hìc narrantur, in electione Israëlis Patriarchæ, non Ebedjesu contigisse affirmat, ut ex suprà dictis liquet.) *Accidit interea ut Abulbasanus Bahluli filius de Maaltajæ Episcopo Ebedjesu sermonem injiceret, illumque præfectura dignum affirmaret: cujus suffragium sequutus Emmanuel Sciabarus effecit, ut ejus nomen conscriberetur. Schedulæ itaque in urnam relatæ, maxima cum diligentia obsignantur. Canonica interim psalmodia agi cœpta à feria secunda, ad tertiam & quartam ineuntis quadragesimalis jejunii continuata est. Tùm demùm quum populus ad minorem aram Eucharistiam sumpsisset, Metropolita Gandisaporensis ut accederet rogatus, (diverterat enim in ædes Abu-Amri, & Ben-Adæi) atque ipse schedulas resignaret; minimè assensus est, simulque probavit, ut id fieret ab Abrahamo Episcopo Hamdanita, quem Ebedjesu ad Episcopatum Cascaræ postea transtulit, mox ejecit, tùm demùm Ecclesiæ suæ restituit: eratque vir pius & religiosus. Is porrò urnam extractam populo ostendit, dumque unam ex schedulis resignandam manu teneret, Episcopi Maaltajæ nomen inclamavit turba. Resignata tandem schedula relectaque, ejusdem Episcopi nomen prodidit.*

Subjungit, Ebedjesum nihil tale cogitantem, imò Episcopatum suum dimittere volentem, à Denha Viziri Secretario unàcum Metropolita (utique Gandisaporensi) cæterisque Episcopis in ædibus suis detentum fuisse, donec de ipsius electione Soltanique mandato certior factus est. Tùm verò arreptâ clam fugâ, mutato etiam habitu delituisse usque ad feriam quartam diei 6. Rabii prioris anni Arabum 352. qua Catholicus ordinatus fuit: nimirùm die 22. Aprilis anni Græcorum 1274. ut in alio Cod. ms. ejusdem Amri legitur.

Denique de ejusdem Ebedjesu constitutionibus, publicisque operibus hæc addit.

ورسم ان توضع جنايز الكهنة والشمامسة بباب المذبح دون دكة الصليب لان ابتدا درجاتهم من هم . وان تقال الامانة فى ذكارين ساير الناس وكانت لا تقال الا فى ذكارين الكهنة والشمامسة . وان يقول الناس تسبحة الامانة كلهم لا حرفا وحرفا . ورسم عمل الموتى فى ثوالث الدفن . وفى

ايامه تقلد ابو الفضل الشيرازى الوزير وصادره دفعه على مايتى الف درهم . وجدد بيعة شمالى وسّعها . وعمل بصلوت فى الدار الكبيرة . وعمل موسى الصيدلانى وجه المذبح الساج الذهب الذى فى صدره . ووسّع هيكل النصارى وعمل صفه فى غربى الدار الصغيرة . وعمل عبدايشوع الغرفة التى قدام وجه المذبح وعلق عليها مترين تمنع مشاهدة المذبح ايام الرموش . واسام عبدايشوع حنة مطارنة واساقفة ويقال مائة واربعة وثلثون اسقفا ومطرانا . ولم يبق كرسى لم يسم اليه سوى كرسى البصرة والموصل ومرو على ان عبدالمسيح مطران البصرة مات قبل موته بشهرين .

Constituit, ut Sacerdotum Diaconorumque feretra ad portam Altaris sub crucis Sedem collocarentur: ibi scilicet, unde suorum graduum originem traxere. Utque Fidei Symbolum recitaretur in exequiis omnium promiscuè fidelium, quod antea in funeribus Sacerdotum Diaconorumque dumtaxat legebatur. Utque omnes Symbolum fidei simul & una voce, non alternatim & per versus recitarent. Decrevit præterea, ut sessio fieret in tertia die defunctorum. Ejus autem tempore Abulphadlus Scirazensis Vizirus præfecturam obtinuit, à quo vexatus, vexationem pensione biscentum millium denariorum deprecatus est. Instauravitque Ecclesiam ad boream positam, eamque ampliavit. Fecit etiam Oratorium in atrio majori, cujus altaris faciem Moses Saidalensis velis auro textis obtexit. Sed & mulierum templum ampliavit, & aliud ipsi simile ad Occidentalem partem atrii minoris exstruxit. Prominentes denique cancellos Altari obversantes fecit, duoque vela ex iis pendere jussit, ut ab altaris aspectu, vesperarum feriis, (vespertinis scilicet horis dierum ferialium,) populum arcerent. Metropolitas autem & Episcopos, quos ordinavit, centum ac triginta quatuor fuisse ferunt, ita ut nulla sedes fuerit, quæ novum ab ipso Antistitem non acceperit, præter Bassorensem, Mosulanam, & Maruensem: Nam Abdelmessias Bassoræ Metropolita duobus ante ipsius obitum mensibus decesserat.

1 *Interpretationes & causas.* Ecchell. & Hottinger. *fecit glossas scripsitque de causis.* Interpretationes sunt *Homiliæ in Evangelium* ad populum habitæ, de quibus Amrus loco suprà cit. Opus autem *de causis*, id est, de judiciis. In Epitome Canonum Synodalium, quam Sobensis congessit, Canon Ebedjesu secundi, cognomento filii Aredi, *de exemptione & privilegiis monasteriorum* producitur, in quo Ebedjesu noster *cœnobio Beth-Sajade* concessisse dicitur, ut ab Episcopi potestate exemptum, Patriarchali dumtaxat jurisdictioni subjaceret.

CAPUT CXXXV.

Andreas Episcopus Samosatæ.

1 Andreas 1 composuit Interpretationes,
2 Et librum 2 antirrheticum,

ابوذاؤهد هُمر لهُوحدا
هدهدا وقُمسُمر هسُمدا.

CAPUT CXXXVI.

Gabriel Episcopus Baßoræ.

3 Gabriel 3 Bassoræ congessit

حذالا وحرؤا هنه
حمنمدا

Ca-

من قداى البيعة سنة احدى وميعين وماتين للعرب وقرا الانجيل يوم الاسيامسيد جبريل مطران البصرة وتكلم فاحسن.

Post Enos obitum, Abdon Mochalladi filius, & Salama Ben-Saidi, Joannem Narsetis Anbaræ Episcopum Patriarcham constituere deliberabant. Ista molientes ambo, in Sarmanraja degebant, auctoritate, quam apud Soltanum habebant, freti: ibidemque electionem fieri postularunt. Patres igitur ad Synodum in Matæra convenere. Aderat inter alios in cœnobio, ubi Patriarchæ residere solent, monachus eximiæ religionis atque probitatis, Abdoni affinis: & hic ob eam cum Abdone affinitatem à quibusdam Patriarcha designabatur. Utriusque itaque, Joannis scilicet & monachi illius, necnon aliorum candidatorum nomina in schedulas retulere. Peractis mox vigiliis, celebratisque divinis mysteriis, apertæ in publico Patrum & procerum conventu schedulæ, Joannis nomen prodidere: qui Dominica consecrationis Ecclesiæ tertiâ (quatuor Dominicas consecrationis seù dedicationis Ecclesiæ nuncupatas ante Adventum celebrant Nestoriani, ut ex Officio liquet, cujus mentio tom. 1. pag. 581.) Patriarcha inauguratus fuit anno Arabum 271. (Christi 884.) Evangelium die ordinationis à Gabriele Metropolita Baßoræ lectum, & homilia ad populum habita fuit, quæ omnium approbatione plausuque excepta est.

In vivis erat anno Christi 893. quo Joannem Patriarcham Theodosii ex fratre nepotem, qui Joannem Narsetis excepit, ordinasse dicitur eodem Amro teste his verbis:

واتفق عيد الغنطيقوسطى وترجم يوانيس مطران الموصل بعد سواله ذلك بمياصر ثماولوغوس واستحسن الناس ما اورده وكتب له بالرضا

واسم

NOTÆ.

1 *Andreas* Samosatæ Episcopus, Joannis Antiocheni mandato causam Nestorii adversùs S. Cyrillum propugnavit circa annum Christi 429. Epistolas ejus octo vulgavit Lupus inter Epistolas Concilii Ephesini. Fragmenta 1. & 2. libri contra Cyrilli anathematismos exstant apud eundem Cyrillum apologetico pro 12. anathematismis adversùs Orientalium objectiones sive Andreæ librum, & apud Anastasium in Hodegi cap. 22. A Sobensi inter Syros Scriptores laudatur ea, quam suprà dixi ratione, ubi de Alexandro Hierapolitano. Vide pag. 197.

2 *Librum antirrheticum*, seù *librum comparationis*, sive collationis, hoc est, examinis *compositionum*: nimirùm quo Andreas compositiones, idest, opera, sive anathematismos Cyrilli confutavit. Ecchell. & Hottinger. perperàm, *librum de ratione punctandi*.

3 *Gabriel Bassoræ*, sive Bostrorum in Arabia Episcopus anno Græcorum 1195. Christi 884. in ordinatione Joannis Narsetis Patriarchæ, munus Diaconi exercuit, Amro teste in hæc verba. وبعد موت انوش وقع فى قلب عبدون ابن مجلد وسلمه ابن سعيد اجلاسه اى اجلاس يوحنا بن نرس اسقف الانبار وكانا مقيمين بسرمن راى ومتمكنين من السلطان واختارا ان يكون الاجتماع للاختيار عندهما. فاجتمع الابا بالمطيره. وكان فى عمر الكرس راهب فاضل ينسب عبدون فاختاره قوم بسبب عبدون وكتب اسمهما وغيرهما فى بنادق وعمل السهر ومع الفراغ من الرازين حضر الابا وروسا المومنين فخرج اسم يوحنا واسم الاحد الثالث

1 Canones 1 Synodicos
Omnes in duos tomos,
2 Additis 2 ipsius quæstionibus.

CAPUT CXXXVII.

Joannes Garmachita.

3 Joannes 3 Garmachita composuit Ca-

واميم يوم فطر صابوع الصليبين وهو النصف من تموز سنة ثمنين وماتين واسامه جبريل مطران البصرة وعمل له فرحا .

Interea Pentecostes adfuit dies, in qua Joannes Mosuli Metropolita rogatus, ad populum verba fecit ex Theologi orationibus; ejusque sermo omnium plausum approbationemque promeruit. Quapropter communi electorum suffragio creatus est Patriarcha ipso die solutionis Jejunii hebdomadæ Apostolorum, hoc est, medio mense Julio, anni Arabum *octogesimi supra ducentesimum* (Christi 893.) *à Metropolita Bassorensi Gabriele magna cum celebritate consecratus fuit.*

1 *Canones Synodicos*. Ejusdem operis meminit Sobensis infrà, ubi de Synodis & Statutis Orientalium.

2 *Additis ipsius quæstionibus*, sive observationibus. Ecchell. *addita ipsius investigatione*. Hottingerus, *addito examine*.

3 *Joannes Garmachita*, seù Garmachæus, hoc est, ex regione Garmæorum oriundus, cognomento *Senior*, Jacobi Beth-Abensis discipulus, & in præfectura cœnobii per aliquot menses successor, claruit circa annum Christi 650. de quo Margensis lib. 1. histor. monast. cap. 31. hæc scribit.

1 Capita [1] quæ de ſcientia appellantur.
Habet prætereà inſtitutionem tyronum,
Et breve Chronicon.
2 Nec non hiſtoriam [2] Mar Chodavæ, Cum

وهما وعنى وبحكما .
ولمه كره لهدص همما :
ودنهنعم حدنكما .
ولمكما وبذب هوراهم :

حمر

حسما صنكا : لك مح هدا سر بحصدا بحما
سلمل : مر حنعصب لحصلاب هنلا هصه
هلحدا همر حنعصب هؤسنعاا وصبعا هنب
لحنمر هلمحصا هؤسنعص . ولنؤ سعدا
. مه صا حكه بحكما بصا مه حنعصسا مه
مح لهصا ولحصب هنر لا هنصب هنما :
هنب لهنا مه لسا مهر حسلحا معلح حلهم
هؤلحكه بحكما بصب معؤلحكه بصبعا هنب
. حنعصب : حبا معصب مح لمر لمكصب مه

Cæterùm ſub magiſtri noſtri Mar Jacobi diſciplina adolevere eruditique ſunt viri complures, ut ejus Acta produnt. Octoginta fuiſſe ferunt, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ. Eorum primus, ſicut nobis compertum eſt, exſtitit ſanctus Abbas Joannes ſenex, laboris in primis patiens, è provincia Beth-Garmenſi oriundus, æqualis ejuſdemque cum patre ſuo ſancto Abbate Jacobo inſtituti ſectator. Qui univerſo laudatiſſimæ vitæ curſu peracto, omnibus ſui temporis hominibus omnium virtutum exemplar evaſit. Illum idcircò ſibi ſucceſſorem ſanctus Mar Jacobus deſignavit, cujus ſuffragium monachi ſequuti, eumdem invitum ſerioque reluctantem coëgere demum, ut monaſterii hujus gubernationem ſuſciperet; eiſdemque cœnobitis ſuffragaturus Mar Jeſujabus Ninives tunc temporis Epiſcopus, pro laudati Joannis electione literas dedit, quum à quibuſdam monachis ejuſdem propoſitum intuentibus alius pro eo cœnobio præfectus poſtularetur. De hoc Joanne Sabadunas ſecundam ſcripſit Homiliam, quæ incipit, Quum pridem patris noſtri deceſſum proſequuti ſimus. Cæterùm evolutis ſex ferè menſibus, ſicut à ſemioribus accepi, quos adhuc ſuperſtites in hoc loco reperi, Joannes monaſterium iſtud reliquit, & elanculum ad provinciam Beth-Garmenſem aufugit, montemque ortum inter & auſtrum urbis Dakukæ poſitum tenuit: locum nempe quieti maximè accommodatum, in quo poſteà cœnobium conſtructum fuit, quod Ezechielis monaſterium appellant, accepto ab Ezechiele ejus fundatore nomine, qui Magiſtri noſtri Chodavæ Beth-Halenſis diſcipulus fuit, atque Abbatem Joannem jam ſenem aſſequutus eſt, multumque ejuſdem doctrina, probitate, converſatione, aſpectuque profecit, adeo ut operâ magiſtri noſtri Ezechielis, & Joannis Abbatis precibus ſanctum illud cœnobium ædificatum fuerit, in quo magiſter noſter Joannes poſtremum vitæ ſuæ diem clauſit, & in pace deceſſit. Ipſe autem magiſter noſter Ezechiel literas ad hoc cœnobium (Beth-Abenſe) *dedit, quibus optare ſe ajebat, ut duo iſta monaſteria mutuam inter ſe charitatem ſocietatemque uſque ad ultimum mundi diem excolerent ac tuerentur. Id verò coram Deo affirmo teſtorque, hoc ipſum accepiſſe me à Narſete ſene, qui Bar-Dadjeſu cognominabatur ex oppido Ain-Barke: itemque à ſene altero monaſterii Ezechielis, quam puer literas exararem ad ſolium Patriarchale ſancti Mar Abrahæ Catholici Patriarchæ* (qui ſcilicet ab anno Hegiræ 222. ad annum 238. ſedit.) *Verùm inſtituta eo ſub tempore inter amplo illa monaſteria ſocietas permanſit adeo, ut Fratres ſuæ regionis proprios in ſuo ſolo tantùm naſcentes fructus aliaque ſimilia donaria inter ſe invicem tranſmittere in mutuæ charitatis argumentum ſolerent: in gratiam videlicet Abbatis Joannis, & ſancti Mar Jacobi, quoniam uterque ex eo loco originem traxerat.*

Ex Epiſtola Jeſujabi Adjabeni ad monachos cœnobii Beth-Abenſis, cujus & Margenſis mox citatus meminit, conſtat, Jacobum illius cœnobii fundatorem, tàm Jeſujabo ipſi, quàm cæteris fratribus, quum morti proximus eſſet, præcepiſſe, ut Joannem hunc ſibi in præfectum cœnobii ſubrogarent, quem idem Jeſujabus teſtatur, ſeptuaginta annos ad eum uſque diem monachum egiſſe. Vide ſuprà pag. 141.

Alius ab hoc Joannes Garmachita in epiſtola Simeonis Beth-Arſamenſis memoratur, Barſumæ Niſibeno, Acacio, Narſeti, aliiſque Scholæ Perſarum Edeſſenæ alumnis ſynchronus, qui poſteà Epiſcopus Beth-Sori in regione Garmæorum fuit: ille enim circa annum Chriſti 500. vivebat: noſter verò Joannes Jeſujabo Adjabeno & Georgio Patriarchis æqualis uſque ad annum 660. vitam produxit. Vide tom. 1. pag. 352.

1 *Capita quæ de ſcientia appellantur.* Ecchell. perperàm, *capita de lectione ſcientiarum*; vocem هنعص *Dkerion*, quæ *lectionem* ſignificat, pro هنكص *Dakren*, hoc eſt, *quæ appellantur*, interpretatus.

2 *Hiſtoriam Mar Chodavæ.* Ecchell *hiſtoriam D. Cudæ Hovoi.* Hottinger. *Hiſtoriam Mor-Coudæ. Chodaves* هؤلحا vox Perſica eſt, *Divinumque* ſignificat, à themate خداى *Chodai* Deus. Fuit autem Chodaves celeberrimus in Aſſyria monachus, cœnobii Beth-Halenſis fundator, cujus operâ uſus eſt Georgius Patriarcha, ut Georgium Baſſorenſem Metropolitam ſibi conciliaret, Margenſi teſte, cujus verba ſuprà protuli pag. 152.

Unde

1 Cum oratione 1 ejus & hymnis. . كمر مُدامدنه لمُحَ معدِوُهما

CAPUT CXXXVIII.

Abraham Beth-Halenſis.

2 Abraham quoque 2 ex Beth-Hale
3 Diſputationem 3 adversùs Tajos. . وؤُهما وكمعكلا هُسُلا

CAPUT CXXXIX.

Salomon Epiſcopus Hadathæ.

4 Mar Salomon 4 Epiſcopus Ha- وسبلا

Unde liquet Joannem, qui vitam Chodavæ ſcripſit, uſque ad initium Patriarchatus Georgii, hoc eſt, uſque ad annum Chriſti 660. vixiſſe. Jam verò quum Jacobus cœnobii Beth-Abenſis fundator obiit, & Jeſujabus Adjabenus Georgii ipſius præceſſor Epiſcopatum Ninives adhuc teneret, Joannes noſter annos ſeptuaginta in monaſtica vita egerat, eodem Jeſujabo teſte in epiſt. ad monachos Beth-Abenſes, cujus ſuprà memini. Præterea inter epiſtolas, quas idem Jeſujabus adhuc Epiſcopus ſcripſiſſe fertur, decima octava eſt ad Kamjeſum Abbatem, qui Paulo ipſius Joannis ſucceſſori in præfectura illius cœnobii ſubſtitutus fuit. Ieſujabus verò per annos ſaltem tres, quo Maremes Patriarcha ipſius præceſſor ſedit, Metropolita Moſulanus fuit; Eccleſiam autem Patriarchalem novem annos cum menſibus tribus rexit. Quum igitur Chodavæ hiſtoriam Joannes ſcripſerit, qui anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo ſub Georgio Patriarcha Jeſujabi Adjabeni ſucceſſore, ut mox dixi, vivebat; ſi annis ſeptuaginta, quibus idem Joannes monachum egerat, antequam Jeſujabus ex Ninivenſi Epiſcopo Moſulanus Metropolita fieret, adiiciantur tres anni, quibus idem Jeſujabus Moſulenſibus præfuit, novemque alii, quos in Patriarchatu egit, vixiſſe eum neceſſe eſt annos ſaltem duos ſuprà octoginta, ex quo monaſticum inſtitutum amplexus fuerat, adeoque ferè centenarium obiiſſe. Hinc *Senioris* cognomentum ipſi inditum fuiſſe exiſtimo. Amrus in vita Ananjeſu I. Patriarchæ, qui Joannem Georgii ſucceſſorem excepit, quum vexationes retuliſſet, quas idem Ananjeſus à Joanne Leproſo ſibi illatas ſubiit, eas à *Chodave* Abbate eidem Ananjeſu antea prædictas fuiſſe obſervat.

1 *Cum oratione ejus*, hoc eſt, Joannis de Chodave Abbate; *& hymnis*, de eodem Chodave. Exſtat Cod. Syr. Amiden. 7. *Carmen de S. Chodave in monte Izla, cujus cœnobium ſitum eſt in Maare vico*, opus fortaſsè Joannis Garmachitæ. Vide tom. 1. pag. 582.

2 *Abraham* cœnobii Beth-Halenſis, quod apud Haditham urbem haud procul à Moſulo ſitum eſt, monachus, Chodavæ ejuſdem loci Archimandritæ, cujus ſuprà memini, diſcipulus, circa annum Chriſti 670. claruit. Id verò cœnobium, quod Syris هُسُلا بيت *Beth-Hale* dicitur, Arabicè دير الطين *Dair-Al-Tin*, hoc eſt, cœnobium luti appellari, ex Amro ſuprà obſervavi pag. 160.

3 *Diſputationem adversùs Tajos*, hoc eſt, Arabas: non *Mahometanos*, ut Ecchell. & Hottinger. perperàm interpretantur. Etſi enim Taji, ſeù Arabes, iidem poſteà cum Mahometanis fuerint; vox tamen illa gentem, non ſectam ſignificat; & fortaſsè Abrahamus Arabas Ethnicos, quales ante Mahometem & longo poſt tempore fuere, non Mahometanos confutavit. Idem Hottingerus pro voce ؤُهما, quæ apud Syros cum duplici ـ Jod ſcribitur, שוה hebraicis elementis cum ـ Het habet, nullo ſenſu.

4 *Salomon Epiſcopus Hadathæ*, quam Arabes حديثة *Haditham*, hoc eſt, *novam urbem* appellant, claruit ſub Patriarchis Jacobo, Ananjeſu, & Timotheo ab anno Chriſti 760. ad annum 780. de quo hæc Amrus in vita Jacobi Patriarchæ, qui Surino deturbato ſubſtitutus fuit. واعتل المنصور علة عظيمة واحضر اليه جورجيس الجنديسابورى فانتفع واسنى جوايزه واقام ببغداد سنتين واعتل واستأذن بعد ان خلف ثلمة عيسى عنه وكان ماهرًا . فامتحنه المنصور فوجده كما ينبغى . فطالب المنصور بزيادة فى الخراج ورد ما يتعلق بروسا البيع الى عيسى . وكان عماسًا . وحضره يعقوب ومعه ستة وثلثون اسقفا ولم يفكر بهم وكان يعظيهم بيا حتى يقبلونها . فلما تكرر

هذا :

ودُفن فيه ونقل من بعد الى عمورّية افنهر ان .

Gravissimo morbo correptus aliquando Al-Mansores Chalipha, *Georgium Gandisaporensem Episcopum medicum adhibuit : cujus operam utilem expertus, honorarium eidem in aula liberaliter constituit. Eo munere per biennium Georgius Bagdadi perfunctus, postmodum & ipse morbo tentatus, missionem à Principe petiit, utque ipsius discipulus Isa eodem in officio sibi substitueretur, impetravit. Erat Isa sua in arte in paucis peritus. Ejusque peritiam Al-Mansores exploravi jussit, factoque examine patuit eum talem esse, qualem oportebat esse Principis medicum. Christianos nihilominus Al-Mansores gravissimis exactionibus tributisque vexavit : quodque ad Episcopos pertinebat, prædicto Isæ, qui Diaconus erat, tradidit. Is verò potestate abusus, Jacobum* Patriarcham, *qui cum Episcopis sex & triginta ipsum salutatum advenerat, ne suo quidem conspectu dignatus, accedentibus ad se Pontificibus manum deosculandam porrigere ausus est. Compertam hominis superbiam Salomon Haditheæ Episcopus divini judicii comminatione compescere tentavit, rem indignam esse inquiens, Episcopos à Diacono ita tractari. Quumque ab insolentissimo Isa indignis modis repulsus fuisset, additis insuper ni linguam contineret minis ; Episcopus, obe alter Judas, reposuit, sequuturam propediem pœnam ipse experieris. Causam interim ad Ben-Tabbachum Cascarensem ærarii præfectum Episcopi detulere : qui Almansori de rebus Christianorum percontanti suggessit, Jacobum & Surinum primatum inter suos ambire. Quamobrem mandavit, ut uterque in carcerem truderetur. Et Jacobus quidem captus, arctæ custodiæ mancipatus fuit ; Surinus verò lictorum manus fugâ prævenit. Isa deinceps Scialaphæ filius genti suæ summa cum potestate præfectus fuit, qui eo insolentiæ dementiæque provectus est, ut Episcopos publico decreto cogeret Ecclesiasticas benedictiones* (decimas) *sibi solvere, & Jacobi nomen è sacris Diptychis expungere. Quidquod & non paucos Episcopos ipsius molitionibus obsistentes è propriis sedibus amovit : reliqui ejus superbiæ succubuere. Adeò supremi Numinis metum insanus homo exuerat. Inde itaque arrepta occasione Mahometani locorum Rectores, Christianos vexare cœperunt, ut complures à fide desciverint religionemque mutare coacti fuerint. Sub eos dies Abrahamus Jahiæ filius Haditheæ gubernator iniquis vectigalibus miseros cives exhausit. Cujus insolentissimam avaritiam quum Salomon ejusdem urbis Episcopus ægerrimè ferret eamque frænare conaretur, Gubernator veritus, ne crimen ad Principis aures ejus operâ manaret, Episcopum rapi ad custodiam jussit : mox fustibus subjecit, producta ad duas supra quadraginta plagas fustigatione. Capillos insuper barbamque hominis rasit. Paulò post facti Gubernatorem pœnituit : & Episcopo reconciliatus, Christianos ejusdem subditos injunctis vectigalibus absolvit. Alia post aliunde Salomoni molestia accersita fuit. Nam quum Hadithensium quosdam à fidelium communione jure segregasset, sceleste homines ab ejus judicio ad Isam Scialaphæ filium appellavere, & Episcopo gravissimum crimen impe-*

هذا : خوّفه سلمون امقف الحديثة بالله وقال انه تماس ويصنع هذا بالذبا . فزره وتوعده بالمكروه . فقال له سلمون . يايهودا الثاني سترى ما يلحقك . فانهوا حالم الى ابن الطبّاخ الكشكرى صاحب بيت المال . ومال المنصور قما بين النصارى واعلمه ان يعقوب وسورين متجادلان الرياسة . فامر بحبسهما . فحبس يعقوب وهرب سورين وسلط المنصور عيسى بن شهلافا على اهل ملته واطلق يده . فحمله جهله حتى انه كلف الاساقفة بحمل البرك اليه وان يقطعوا كاروزة يعقوب وازال جماعة عن كراسيهم بمخالفتهم له والباقون يحملون اليه ولا يخاف الله جل اسمه . وانبسطت ايدى العمال على النصارى وفارق بعضهم دينه . وطالب ابرهم ابن يحيى عامل الحديثة اهلها بكل ظلم وقلق مار سلمون الاسقف لذلك وعزم على التظلم منه . فقبض عليه خوفا من شكايته وضربه اثنين واربعين سوطا وحلق راسه ولحيته وندم على ما فعله وصالحه وازال ما طالب به اهل الحديثة .

وكان سلمون حرم بعض اهل الحديثة لاسباب اوجبت ذلك . ومضوا الى عيسى بن شهلافا وذكروا عنه العظايم وادّعوا ان مروان بن محمد لما هرب من بين يدى السفّاح خلّف امواله فى معسكره على الزاب وان الاسقف اخذ حملين دنانير وانهى ذلك الى المنصور عيسى واغراه واحضر الاسقف وساله فانكر وقال ان المسيح امر ان لا تقتنى ذهبا ولا فضة ولا اواني فلماذا اعمل بالمال . فلم يصدّقه . فضرب بالسياط فى عُرمار شعون بالسن بتوصّل عيسى ابن شهلافا المتطبب وحمد الله على ما لحقه . ولما اجتمع المنصور عنه اجتيازه بعمر باجالا بالرهبان تعجّب من حسن صبرهم واستحسن تدبيرهم ورفع عنهم الخراج وامر بمعاونتهم لضعفهم لانهم يضعفون المجتازين من المسلمين . فاجتمع الى المنصور الروروسا والاساقفة يسلونه فى امر يعقوب واطلاقه واعاظه اذ راى فيهم سلمون اسقف الحديثة فامر باعتقاله وفطرق اليعقوبية والملكية . وبقى سلمون محبوسا ثم امر باطلاقه واخراجه وان يقيم فى عمر باجالا واقام ثلث سنين ولما سال ابرهم المتطبب فيهم : امر المنصور بردهم يعنى الاساقفة الى كراسيهم . وعاد سلمون الى كرسيه . ثم قصد عمر ايّا مارون بيله . فاقام سبع سنين ومات

impegerunt ; quod, ſcilicet, præteritis annis quum Meruanus Mahometis filius è Sapphabi Chaliphæ manibus evaſiſſet, ingentes opes in caſtris apud Zabam (fluvium in Adjabene, de quo Cellarius Geograph. antiq. tom. 2. pag. 766. & oppidum ejuſdem nominis, de quo vide tom. 2. Biblioth. noſtræ pag. 459.) *depoſuiſſet, è quibus Epiſcopus duo jumenta pecuniis onuſta ad ædes ſuas abduxiſſet. Enimverò Iſa hujuſmodi occaſionem nactus, nihil prætermiſit, quo Al-Manſorem adversùs hominem ſibi infeſtiſſimum concitaret. Quocirca Epiſcopum Chalipha arceſſit, quæſtionique ſubjici jubet. Negavit ille id à ſe committi potuiſſe, ut qui à Chriſto mandatum accepiſſet, ne quidquam haberet, & auro argentoque & quovis divitiarum genere abſtinere juberetur : nihil enim in his fortunæ bonis utilitatis commodive ſibi eſſe ajebat. Chalipha his minimè perſuaſus, Epiſcopum in monaſterio ſancti Simeonis fuſtibus cædi juſſit eodem Iſa medico Scialaphæ filio auctore atque inſtigatore. Epiſcopus tamen hæc paſſus, Deo gratias egit. Cæterùm quum aliquando Al-Manſores ad monaſterium Ba-Halenſe divertiſſet, monachorum ibidem degentium patientiam non parùm demiratus collaudatis eorumdem moribus, vectigalia quibus premebantur, non modo ſuſtulit, ſed & reditus ex publico ærario ad eorum inopiam ſublevandam ipſis aſſignari juſſit, eò quod Moslemanos* (Mahometicæ ſectæ profeſſores) *illac prætereuntes hoſpitio recipere ſolerent. Quum verò Al-Manſorem Pontifices & Epiſcopi adiiſſent, Jacobo abſolutionem libertatemque petituri, Chalipha Salomonem Epiſcopum Hadithenſem unàcum aliis præſentem conſpicatus, hominis temeritate commotus, illum unàcum Jacobitarum & Melchitarum Patriarchis ad carceres rapi juſſit :* (vide ſuprà p. 112. ubi de Cypriano Niſibis Epiſcopo, qui Jacobum Neſtorianorum, Georgium Jacobitarum, & Theodoritum Melchitarum Patriarchas è carcere dimitti curavit.) *ibidemque tandiu detentus fuit, donec eodem Chalipha jubente dimiſſus, & in monaſterium Ba-Halenſe relegatus eſt : indeque evoluto triennio, Abrahamo medico apud Chalipham agente, tùm ipſe, tùm reliqui Epiſcopi ad ſuas ſinguli Eccleſias poſtliminio rediere. Poſtremo ad cœnobium Abbatis Aaronis apud Baladam profectus, ibidem poſt ſeptennium vivere deſiit, ibique conditus, poſteà ad monaſterium Raban Aphnimarani translatus fuit.*

Eadem quoad ſeceſſum Salomonis in cœnobium Aaronis refert Margenſis lib. 4. hiſt. monaſt. cap. 5. 6. & 7. idque ſub Timotheo Patriarcha, non ſub Jacobo contigiſſe teſtatur : quod & Amrus ipſe confirmat in vita ejuſdem Timothei citatus ſuprà pag. 160. ubi Salomonem ſcribit cum Ephræmo Gandiſaporis, Sergio Maaltajæ, & Joſepho Maruenſi Epiſcopis Roſtamum Adjabenum metropolitam ordinaſſe. Sed Margenſem audiamus.

Sciabriganus itaque ex caſtro Uzel, inquit, *oppidique Bet-Arughenſis accolæ quum intellexiſſent, ipſis inconſultis, perinde ac ſi in rerum natura non exiſterent, à Patriarcha proprium Epiſcopum Metropolitam inauguratum fuiſſe; jurarunt univerſi, ſe Jeſujabo nunquam obtemperaturos, ut qui ipſis minimè rogatis datus fuiſſet Epiſcopus. Eapropter Hadatham ad Mar Salomonem ejuſdem urbis Epiſcopum venere: adfuitque unàcum illis Joſephus Maris filius, nequiſſimus Maru Metropolita. Et quoniam Salomon devexam in ſenium ætatem cauſatus ad Synodum minimè acceſſerat, credidit Joſephus Maris filius illum facilè adversùs Timotheum concitatum iri: proferebatque exemplum Ephræmi Elamitæ, qui Epiſcopos & Metropolitas ſuos, qui Timothei electioni minimè interfuerant, ad depoſitionem electi Patriarchæ in plena Synodo ſollicitabat. Prædictorum itaque Epiſcoporum auctoritate Sciabriganus ad ſuam nequitiam abuſus, ſanctum Mar Salomonem ſeduxit, quemadmodum olim Sibas Davidem, & mendax propheta Prophetam Dei, qui ex Judæa in Bethel venerat, decepere. Roſtamum ergo Honitæ Epiſcopum ambo adorti, ſuadent, ut Metropoleos Arbelæ Epiſcopatum occupet: quod factum eſt in cœnobio ad Tigrim poſito ſub caſtro, quod Hebræum dicunt, in tractu Ninivitico. Novum Epiſcopum Sciabriganus honorificè deductum, in cathedra Pontificali ſancti Kardagi collocavit, & in ejuſdem Eccleſiæ ejuſque proventuum & redituum poſſeſſionem propria auctoritate immiſit. Roſtamus Eccleſiæ opibus in omnem licentiam luxumque abuſus, compotationibus conviviiſque indulgere, & vitam quammaximè voluptuoſam agere inſtituit. Nec enim noverat infelix plagam capiti ſuo imminere nullo pharmaco ſanandam. Quum verò per eos dies Jeſujabus ad pagum Haiglam, mox Streniam profectus, Roſtami facinus didiciſſet, ad Timotheum ſcripſit in hæc verba. Hiccine, ajebat, tuus in amicum tuum amor, ut me hunc in modum deciperes, atque illuderes? A Cathedra quippe Ninivitica, quam tenebam, me eduxiſti: & iſta, quam mihi deſtinaveras, ex privatus ſum. Quod reliquum*

Hadathæ [1] apud Mosul, Hi- لهذا وهذا حدث هدرا

liquum est, sacerdotium à te mihi traditum recipito; ego verò ad monasterium meum, finem ibidem vitæ meæ positurus, regredior. Respondit ad hæc Timotheus. Vide, ne animo concidas, neve paveas à facie duarum istarum caudarum titionum fumigantium, qui inconsulto Patriarcha Metropolitam instituerunt. Adjabum interim pergito, & quæcumque te susceperint, loca ingredere, ibique habitato. Siqua tibi obsliterint, fac, ne tu cum illis contendas. Nec enim longe abest dies contritionis impiorum, sed superventurum ipsis malum festinat: quia judicabit Dominus populum suum, & in servis suis consolabitur. Hæc quum legisset beatus Mar Jesujabus, animo confirmatus est, & ad provinciam suam perrexit. Quum verò nec Sciabriganus ipsi occurrisset, nec Arughithæ, juxta quod inter eos convenerat, ad Banichitas ascendit, à quibus summo cum honore & lætitia pro merito ac dignitate susceptus est: nec modo ab istis, sed etiam ab omnibus Christianis, qui montes Adjabenos incolunt, & à Chophtonitis eandem charitatem expertus, inde Margam progressus est; ibique mansit, Christianos illic degentes identidem visitans, ab iisdem vicissim cum lætitia exceptus & honorificè tractatus. Interea Rostamus commessationibus operam dabat, convivas & compotatores adhibens primores pagi Uzel, crebroque ad eorum pagum ab ædibus suis ventitans, ubi mutuo se conspectu colloquioque recreabant, constitutasque compotationes ad omnem luxum instruebant. Inter hæc deliberabant, ut beatum Mar Jesujabum ab iis, quæ tenebat, locis abigerent, ignari, se propediem ab ea spe atque destinatione maximo suo malo dejectum iri. Quum ergo Dei circa se longanimitate Rostamus ad duritiem cordis abuteretur, neque cogitaret dicens: quanam tandem lege mihi fas esse putem Metropolitæ dignitatem obtinere, quum à Catholico ipse minimè fuerim institutus, aut ab eodem perfectus? quod autem à me per summam audaciam usurpatum fuit, quo jure retineam? sed velut alter Absalom ausus est consurgere adversùs patrem suum Orientis Primatem, confisusque consiliis Achitophelis, Davidem perdere cogitabat. At enim dum hæc Rostamus molitur, excitatus est tamquam dormiens Dominus, & percussit inimicos suos in posteriora, & elegit Jesujabum servum suum, & constituit eum præpositum super universam domum suam. Accidit enim, ut Rostamus per eos dies dum superbo sui fastus mulo vectus ab obscœno secessu, epulisque impudicitiam redolentibus exsaturatus, domum suam repetit, ad ædes sancti Kardagi diverteret. Hic verò adventantis hospitis conspectu exciti undique vicinæ canes, hominem adoriuntur, unoque impetu è jumento deturbatum prostratumque agmine facto invadunt, morsibus petunt, lacerant, & tautum non perimunt. Sic nempe olim Jezabelem impiissimam Prophetarum persecutricem canes itidem dilaniarunt. Quod Rostami infortunium longè lateque diffamatum admiratione metuque complevit universos: fautoresque ejus inprimis confudit, consiliaque & conspirationem impiorum dissipavit, qui cadis vino plenis assidentes, interim de nece justi consultabant. Sed & Mar Salomon causam scripsit, & Episcopatum dimisit, & in cœnobium Raban Aaronis secedens, ibidem usque ad finem vitæ permansit. Josephus verò Maris filius, impius Christianæ religionis desortor factus, ad ethnicos transfugit. Per hunc modum completa sunt, quæ illis dudum fuerat comminatus religiosissimus Mar Timotheus: diem nempe contritionis illorum haud procul abesse, pœnamque commeritam eos minimè claudo sequi pede.

Pergit Margensis referre, Sciahriganum & Arughenses ex iis quæ Rostamo acciderant, pœnitentiâ ductos, post hujus interitum ad Jesujabum simul perrexisse, eumque ad Metropolitanam Adjabenicam Sedem ingenti cum pompa reduxisse.

Quæ verò Margensis hic Salomoni Hadathensi, & Josepho Maruensi contigisse scribit; ob prædictum scilicet Rostami infortunium eorum alterum dignitatem Episcopalem, alterum Christianam fidem abdicasse; id, inquam, Amro repugnat, qui in vita quidem Jacobi Patriarchæ aliam causam refert, propter quam Salomon Al-Mansoris Chaliphæ jussu primum in cœnobio Beth-Halensi triennium, deinde in monasterio Aaronis septennium exegit, donec mortuus est; in vita autem Timothei affirmat Josephum propter quasdam cum eodem Timotheo simultates ipsiusque Timothei acerbitatem, eò scilicet quod Episcopatu à Timotheo dejectus fuisset, à Christiana religione defecisse. Vide suprà pag. 160. & pag. 207.

1 *Hadathæ apud Mosul*, nimirùm ad Tigrim fluvium; de qua Abulpheda in Tabul. geograph. num. 262. Alteram ejusdem nominis urbem ad Euphratem idem Abulpheda memorat num. 258. & de priori quidem hæc scribit. وهذه الحديثة يقال لها حديثة الموصل وهى بلية على شاطى دجلة بالجانب الشرقى قرب الزاب الاعلى وقيل انها كانت قاعدة بلاد الموصل ... قال العزيزى ومن عمل حديثة الموصل يصب الزاب الاكبر الى دجلة وبينهما وبين الموصل اربعة عشر فرسخا.

Hæc porrò Haditha ad Mosul appellatur: est enim urbecula ad ripas Tigris Ortum solis versùs propè Zabam superiorem. Ferunt, priscis temporibus Mosulanæ provinciæ eam caput fuisse. Scribit Azizius, sub Haditha Mosulana Zabam majorem in Tigrim influere: eamque à Mosul urbe quatuordecim parasangis distare. De Haditha verò ad Euphratem. والحديثة موضعان احدهما هذه الحديثة التى من بلاد الجزيرة ويقال لها الحديثة على الفراة. والثانية

Hiſtorias edidit,
1 Et de monaſtico 1 inſtituto.

CAPUT CXL.

Jeſudadus Epiſcopus Hadathæ.

2 Jeſudadus 2 ejuſdem 3 loci
3 Com-

الرازين وحمله تلميذه الى عمرانيا هارون ومكث اربع سنين ومات وكان يقول طول علته . واختير بعده ميخايل اسقف الاهواز وكان من كشكر عالم حسن الفهم . فلما حضر لحقته علة فى حلقه ومات . واختار ابراهيم بن نوح الانبارى وعثمان ابن سعيد صاحب بيت المال ابرهيم اسقف تمر وكان عالما وانفذ الرسل لاحضاره وقبل وصولهم لحقته علة فى حلقه ومات . وعجب الناس من ذلك . وطالت المدة وردّت الجماعة الاختيار الى ابراهيم بن نوح . فاختار ايشوعداذ اسقف الحديثة . فسال يختيشوع المتوكل بسبب ثاذاميوس فامر بتقليده . وسرّ النصارى بانعطاف المتوكل . واجتهد ابراهيم بن نوح فى ازالة المتوكل عن ذلك فلم يمكن . وامتنع من كان راضيا بايشوعداذ من المساعدة فبرم يختيشوع ورفق بهم واسلم فى السنة الخامسة من خلافة المتوكل وهى سنة ثمان وثلثين ومائتين للهجرة فى يوم الاحد الثانى من سابوع الصيف واقام ابراهيم بن نوح وشيعته على الكراهة وشكوا الى المتوكل حاله وحيله يختيشوع فى بابه فبغضه المتوكل وامر بالاستبدال به وانفذ الى بغداذ بعد شهر من تقلده وحبسه وجدّ فى هدم البيع والدير بسرّمَنْرَاى وهامل النصارى باقبح معاملة ومنع من استعمالهم فى الاعمال السلطانية وصبروا على ذلك . وقيل ان السبب فى ذلك امتناع يختيشوع من ايشوعداذ مع فضله ان ثاذاميوس وضع فى نفسه انه يحرمه لتسرّيه . وحضر اسيامين ثاذاميوس يوما مطران باجرمى ومطران حلوان . ولما جلس رفق بدانيال مطران البصرة وسرجيس مطران نصيبين ويعقوب مطران الرى واخذ خطوطهم ولم

يرق

والثانية حديثة الموصل . والحديثة بلد على فراسخ من الانبار فى وسط الفراة والما محيط بها ويقال لها حديثة النورة .

*Haditha*s, inquit, *duas eſſe comperio: alteram, de qua hic ſermo, quæ ad Geziram* (hoc eſt, Meſopotamiam) *ſpectat, dicitur que Haditha ad Euphratem: alteram ad Moſul. Porrò Haditha oppidum eſt aliquot paraſangis ab Anbara diſtans, in medio Euphratis alveo poſitum, aquis circùm alluentibus cinctum. Haditham Nuræ appellant.*

1 *De monaſtico inſtituto* ; ad verbum, *de via monachatus*. Ecchellenſis perperàm legit , literas ﻝ Tau, & ﻭ Vau pro ﺍ Aleph, & ﻱ Reſc ſubſtituens: idque interpretatur *de pœnitentia monachali*. Hottingerus eandem vocem ex Ecchellenſi quidem deſcribit, ſed interpretari non audet: ſic enim de Salomone pag. 236. *Mor Schalomon Epiſcopus Hadethenſis* (*urbis novæ*) *ad latus Mauzolæ, hiſtoriam conſcripſit*, , *monachatus*.

2 *Jeſudadus* (hoc eſt, Jeſus dedit) Hadathæ Epiſcopus, ſub Theodoſio Patriarcha anno Chriſti 852. innotuit, cujus & in Patriarchatu competitor fuit, teſte Amro in Vita ejuſdem Theodoſii in hæc verba: ثاذاميوس من باجرمى واسامه صبريشوع اسقفا على الانبار ونقله الى مطرنة جنديسابور ابرام تغيير كرخهم ولم يساعدوه ووقع بينهم وانصرف الى باجرمى . فلما مات ابراهيم حضر بادى اسقف كشكر للحفظ على الرسم فحضر ثاذاميوس وقال انا احق منك وتنازعا وابطل القوانين قول ثاذاميوس فعاد الى باجرمى واجتمع الناس على الرسم لاختيار جاثليق . فاختار يختيشوع وابن ماسوية وابن الطيفورى يوحنا مطران دمشق وكان شيخا عالما ولما حضر فلح يوم احد القيامة فى

4 Composuit elucidationem 4 novi *Testamenti*, هُمر ثَمهُوُا وَبَسِبلًا .

Et مصحا

يبق الا ايشوعداذ . وتصور انه يمتصلح ابن ابو نوح وابراهيم بن نوح وشيعتهما مع الزمان

Theodosius Ba-Germæ natus est, qui quum à Sabarjesu Episcopatum Anbaræ obtinuisset, mox ad Gandisaporensem Cathedram translatus fuit. Hic verò Cellam eorum (hoc est, Sedem) *mutare adorsus, reclamantibus ejus loci christianis & resistentibus, exorta seditione Ba Germam profugere coactus est. Interea Abrahamus* (Patriarcha) *moritur, cujus vices quum Babæus Cascaræ Episcopus secundùm canones deposceret, obstitit Theodosius ejusdem dignitatis competitor. Coorta inde inter utrumque pugna, Theodosius causâ cecidit, sacrorum canonum auctoritate convictus. Illo itaque Ba-Germam reverso, coacta est Synodus secundùm canones pro electione Catholici. Joannem Damasci Metropolitam Bochtjesus, & Joannes Mesvæ filius, atque Israël Tiphurensis elegere, virum senem & doctum. Adfuit ille constituto die dignitatem initurus, quum repente inter divina mysteria apoplexiâ correptus concidit ipso Dominicæ Resurrectionis die. Inde à discipulo ad monasterium Abbatis Aaronis deportatus, ibidem quadriennium cum morbo luctatus est, inter ægritudinis labores illud frequenter ingeminans, Justus es Domine, & recta judicia tua valdè. Eo sublato, Michaël Huzitarum Episcopus Cascarâ oriundus electus fuit; vir doctrinâ & ingenii acumine atque perspicaciâ spectabilis: qui quum ad inaugurationem venisset, schirantiâ extemplo suffocatus interiit: successoremque habuit Abrahamum Tesræ Epi-*

scopum (in al. cod. *pro* تسر Tesra, legitur كشكر Cascara: sed retinenda hæc lectio: nam Babæus, non Abraham Cascarensem Ecclesiam tunc regebat, quum hæc contigere, ut ex supradictis liquet) *virum doctum & eruditum, ejus electionem procurantibus Abrahamo filio Noë Anbarensi, & Othmano Saidi filio ærarii præfecto. Sed & hunc mox schirantiæ morbus sustulit, antequam missi ad eum novæ dignitatis nuncii pervenissent. Res omnibus portento similis visa est. Inde metus ac trepidatio. Diu propterea novi Patriarchæ electio dilata. Demùm communi omnium Christianorum suffragio Abrahamo filio Noë commissa fuit, ut quem vellet, nominaret. Nominavit ille Jesudadum Hadithæ Episcopum*: (ex al. codice وكان من اهل مرو لعلمه وفهمه ايضا وحسن صورته *ejusdem eruditionem, sapientiam, & egregiam corporis formam admiratus: erat is ex Maru urbe oriundus.*) *Huic tamen electioni restitit Bochtjesus, effecitque pro ea, qua valebat apud Chalipham Motuacchelum gratiâ, ut ad eam dignitatem Theodosius regio mandato proveheretur. Quæ res christianis gratissima accidit, quod sibi reconciliatum Chalipham arbitrarentur. Uni Abrahamo filio Noë minimè placuit, qui Motuacchelum à sententia dimovere frustra conatus est: quin & ab ipsis suæ factionis hominibus, qui Jesudadi electioni faverant, adnitente in primis Bochtjesu, desertus fuit. Theodosius itaque ordinatus est Patriarcha anno quinto Motuacchelî Chaliphæ; Hegiræ scilicet trigesimo octavo supra ducentesimum* (ex al. cod. *Græcorum anno centesimo sexagesimo quinto post millesimum*, hoc est, Christi 854. Verùm annus Hegiræ 238. anno Christi 852. non 854. respondet.) *Die dominica secunda Hebdomadæ Æstatis* (hoc est, octava post Pentecosten.) *Hæc tamen Abrahamum ejusque factionem haudquaquam fregere, sed per fas nefasque adversarios opprimere cogitarunt. Causa ad Chalipham devoluta, Bochtjesum falsi insimulant, quasi dolo & falsis delationibus eam electionem extorsisset. Confictis deinde criminibus Principis animum adversùs Theodosium adeò immutarunt, ut è vestigio jusserit hominem amoveri, & post unum à sua electione mensem Bagdadum adduci, ibique publicæ custodiæ mancipari. Edicta insuper adversùs Christianos promulgavit, quibus Ecclesias cœnobiaque in Sarmanraja excindi mandabat: eosdemque summa cum acerbitate tractavit, & ab officiis publicis amoveri jussit. Quod Christiani moderatè patienterque pertulerunt. Tanti mali causam fuisse existimatum est Bochtjesu adversùs Jesudadum, virum cæteroqui probum, odium; quodvè Theodosius ipse illum* (Bochtjesum) *christianorum communione tamquam concubinarium privare cogitabat. Cæterùm ordinationi Theodosii interfuere Thomas Ba-Germensis Metropolita, & Metropolita Halavanæ; postquam autem cathedram tenere cœpit, sibi adjunxit Danielem Metropolitam Basoræ, & Sergium metropolitam Nisibis, atque Jacobum metropolitam Rajæ, utque ipsius electioni subscriberent, obtinuit. Unus Jesudadus supererat; sperabatque Theodosius, filium Abu Noë, & Abrahamum Noë filium temporis beneficio unàcum illorum factione, concepta odia simultatesque esse deposituros.* Reliqua ex Barhebræo retuli tom. 2. pag. 436 Quæ verò de Bochtjesu hìc narrantur ab Amro, in alio codice ad tempora Abrahæ Patriarchæ perperàm rejecta fuisse ibidem observavi.

3 *Ejusdem loci*, idest Hadathæ Episcopus, cujus urbis mentio in capite præcedenti habita fuerat, ubi de Salomone. Codex noster pro ﻟﺪﻟﻮ *Diloh-d-ducto*, perperàm habet ﻟﺪﻟﻮ *D-dileh radiuto*, nullo sensu. Ecchell. & Hottingerus, perinde ac si Jesudadi id cognomentum, vel patria fuerit, latinè reddunt, *Diladructa*, seù *Deleb-dructa*.

4 *Elucidationem novi Testamenti*. Gabriel

1 Et librum 1 ſeſſionum
Brevi & conciſo ſermone.

ܘܥܒܕ ܠܗ ܒܟܬܒ ܣܝܢܝ ܘܒܡܠܬ ܩܨܝܪܬ ܘܡܫܠܡܬ .

CAPUT CXLI.

Abu Noë.

2 Abu-Noë 2 ſolutionem Corani 3
3 Fecit 4 tempore ſuo: necnon diſ-
4 putationem
Adverſùs Hæreticos:
5 Aliaſque 5 perutiles lucubratio-
nes.

ܐܒܘ ܢܘܚ ܦܫܪ ܩܪܝܢܐ ܘܥܒܕ
ܒܙܒܢܗ : ܘܡܪܝ ܡܘܡܪ
ܥܠ ܗܪܛܝܩܐ ܘܫܪܝ ܐܬܪ
ܡܫܬܐ ܠܗ ܫܡܗ ܡܫܠܡ .

CA-

Sionita Præfat. in Pſalterium Syriacum ab ipſo typis vulgatum hanc Jeſudadi, ſeù, ut ipſe vocat, Soadedi, auctoritatem de Syriaca Bibliorum verſione refert. ܐܝܟ ܕܟܬܒ ܩܕܝܫܐ ܕܥܬܝܩ ܐܬܦܫܩ ܠܣܘܪܝܝܬ ܘܐܬܬܪܓܡ ܒܙܒܢ ܫܠܝܡܘܢ ܡܠܟܐ ܕܝܫܪܝܠ ܒܠܫܢ ܚܝܪܡ ܡܠܟ ܨܘܪ ܕܚܒܪ ܠܗ ܘܐܬܬܪܓܡ ܒܙܒܢ ܝܗܘܕܐ ܒܪ ܢܘܢ ܘܫܦܛܝܢ ܘܪܘܬ ܘܫܡܘܐܝܠ ܘܕܘܝܕ ܘܡܫܠ ܘܩܘܗܠܬ ܘܫܝܪ ܫܝܪܝܢ ܘܝܘܒ ܘܐܣܬܪ ܘܕܢܝܐܝܠ ܘܥܙܪ ܘܢܚܡܝܐ ܘܕܒܪܝ ܐܝܬܝܡܝܢ ܘܦܫܩ ܒܙܒܢ ܫܠܝܡܘܢ ܒܥܘܬ ܚܝܪܡ ܡܠܟ ܨܘܪ ܕܚܒܪ ܠܗ ܘܫܐܪ ܟܬܒܐ ܕܥܬܝܩ ܒܥܕܬܐ ܕܣܘܪܝܝܬ ܐܬܦܫܩ ܒܙܒܢ ܐܒܓܪ ܡܠܟ ܐܕܣܐ ܒܥܕܬ ܬܕܝ ܫܠܝܚܐ ܘܫܠܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ .

Sacrorum Voluminum in Syriacum ſermonem *translatio hunc ordinem eſt adepta Pentateuchus*, & *Joſue Bar nun*, & *Judices*, & *Ruth*, & *Samuel*, & *David*, & *Proverbia*, & *Eccleſiaſtes*, & *Canticum Canticorum*, & *Job*, *translati fuerunt tempore Salomonis rogatu Hirami Regis Tyri ejus amici. Reliqui verò libri Veteris pariter, ac novi Teſtamenti, tempore Abgari Regis Edeſſæ, curâ ac ſollicitudine Thaddæi, aliorumque Apoſtolorum.* Vide Barhebræum citatum tom. 2. pag. 279. & Waltonum in Prolegomenis ad Biblia Polyglotta pag. 89. ubi hanc Syrorum opinionem examinat.

1 *Librum ſeſſionum*. Eechell. & Hottinger. perperàm, *Libros de judiciis*. Ex dictis ſuprà pag. 201. liquet, Patriarcham Ebedjeſum inſtituiſſe, *ut in tertia Defunctorum die ſeſſio fieret*; hoc eſt, preces unâ ſeſſione comprehenſæ recitarentur.

2 *Abu-Noë* diſcipulus Abrahæ claudi, de quo ſuprà dictum eſt pag 194. Timothei & Joſue Patriarcharum æqualis, claruit anno Chriſti 810. ab eodem Timotheo in epiſt. Synodica de librorum receptione laudatus his verbis: *Et hæc ſanè fuit antiquorum regula, quæ noſtris quoque temporibus obtinet. Nam Ephræmus qui cathedram & thronum Flamitarum tenet, & ille alter pudicus caſtuſque Raban Moſes Presbyter & Doctor, tertius etiam doctus & acutus Abu-Noë lucubrationes ab ipſis elaboratas, antequam a quopiam viderentur, ad nos tranſmiſere.* Reliqua vide ſuprà pag. 82. & 164.

3 *Solutionem Corani*. Arabibus cum articulo القران *Al-coran* appellatur: impura ſcilicet Mahometanorum Lex, furis ſeù capitibus quatuordecim ſuprà centum comprehenſa, quem librum ex Arabico ſermone in Latinum accuratè convertit doctiſque confutationibus impugnavit vir clariſſimus Marraccius, qui hoc in opere omnes tàm antiquos quàm recentiores Scriptores meo judicio ſuperavit.

4 *Tempore ſuo*. Eccheil. *eodem quoque tempore*, nimirùm eadem ætate qua vivebat Jeſudadus, cujus mentio proximè habita fuerat. Ita & Hottingerus: utrumque autem ſenſum textus Sobenſis patitur. Nam ex ſuprà dictis, Jeſudadus anno Chriſti 852. quo Theodoſius Patriarcha inauguratus fuit, Hadathenſem Eccleſiam tenebat. Abu-Noë verò, qui Timothei & Joſue Patriarcharum, ut mox dicebam, æqualis erat, Theodoſii tempora attigiſſe potuit; quum ab initio Patriarchatus Timothei ad Theodoſium anni ferè ſeptuaginta duo effluxerint; Timothei ſcilicet anni 43. cum menſibus 7. Joſue 4. Georgii 7. Sabarjeſu 4. & Abraham 12. cum menſibus 10. Præterea ut Abu-Noë Jeſudado ſynchronus dicatur, ſatis erat, ut unacum ipſo ſub præfatis Abraham, vel Sabarjeſu, aut Georgio Patriarchis vixerit; non neceſſum eſt, ut idem ad Theodoſii uſque tempora, quibus Jeſudadus ſenex erat, pervenerit. Nam ex iis, quæ ex Amro ſuprà retuli, veroſimilius videtur, Abu-Noë è vivis ante deceſſiſſe, quàm Theodoſius in Patriarcham inauguraretur, quum in hujus inauguratione *filius Abu-Noë*, non Abu-Noë ipſe memoretur.

5 *Aliaſque perutiles lucubrationes*. Inter quas *Geſta Joannis Dilumitæ* ab hoc Auctore ſcripta teſtatur Margenſis lib. 2. hiſt monaſt. cap. 23. cujus verba ſuprà retuli pag. 185.

CAPUT CXLII.

Candius.

1 Candius [1] fecit ingens volumen
2 Diſputationis [2] & Fidei.

ڈبوب حجب ڈڈحلاوحلا
ووووڈھلا : ووڈمڈنڈلا.

CAPUT CXLIII.

Joannes Ninivita.

3 Joannes [3] Ninivita edidit
Tomum unum Diſputationum.

ڈڈسلم وبسنڈلا ابڈ حڈہ
ڈلحڈلا سبلا ووووڈھلا.

CA-

NOTÆ.

1 *Candius*, qui & Amro ابن كـــنـــدا *Ebn-Canda*, hoc eſt, *Candæ filius*, ſub Joanne IV. Neſtorianorum Patriarcha Theodoſii nepote claruit anno Chriſti 893. Alius à *Candiis*, ſeù *Chindæis* duobus; Jacobo ſcilicet, & Mohammad, de quibus Abulpharagius in hiſt. Dynaſtiarum pag. 179. & Gelaleddinus Aſiutenſis in chronico Ægypti. Nam Jacobus quidem, qui pleno nomine appellatur ابو يوسى يعقوب بن اسحـــق الكندى *Jacob pater Joſeph, Iſaaci filius, Chindæus*, ſeù *Al-Cendi*, ut vertit Pocockius, Mahometanus fuit, Abulpharagio teſte in hæc verba: *Jacobus Medicinæ, Philoſophiæ, Arithmeticæ, Dialecticæ, Muſicæ, Geometriæ, & Aſtronomiæ peritus fuit, ac in pleriſque harum ſcientiarum libros celebres & tractatus longos compoſuit:* (Hottingerus in Biblioth Orient. à pag. 221. ad pag. 232. ex Mohammad Iſacide refert ejuſdem Jacobi, quem Chindæum vocat, commentaria in Ariſtotelis Categorias, Perihermenias, Analytica priora & poſteriora, Sophiſtica & Poëtica: & pag. 240. Euſtathium ſcribit, quædam ex libro metaphyſicorum in gratiam ejuſdem Chindæi tranſtuliſſe.) *nec fuit inter Mohammedanos qui Philoſophiæ ſtudio apud homines adeò claruerit, ut Philoſophus nominaretur, præter Jacobum iſtum.* Mohammad verò, quem Aſiutenſis inter Hiſtoricos, qui in Ægypto claruere, memorat, ejuſdem Jacobi fuit ex filio nepos, Joſephi ſcilicet filius. Utrique autem *Chindæi* ſeù *Al-cendi* cognomentum inditum eſt ex كندة *Chenda* vel *Chinda* Cuphæ vico, de quo idem Hottingerus in Bibliothecar. Quadripart. pag. 293. *Chendæ* Reges memorantur & in chronico Iſmaëlis Sciahinſchia, ex quo Abraham Ecchellenſis catalogum eorum in ſuum chronicon Orientale tranſtulit: ubi initium regni ipſorum paulò ante tempora Cavadis Perſarum Regis, Pherozis filii, fuiſſe fertur. At verò *Candius*, cujus hic meminit Sobenſis, Neſtorianus, non Mahometanus fuit, nec Arabicè, ſed Syriacè ſcripſit.

2 *Ingens volumen diſputationis & Fidei*: nimirùm, quæſtionum de re fidei. Ecchell. *ingens volumen Diſputationum, & Profeſſionem Fidei*, haud rectè. Non enim Fidei Profeſſionem, ſed tractatum de Fide ſcripſit Candius. Fortaſſe litera Vau, ◦ pro : Daleth irrepſit.

3 *Joannes*, patre Bochtjeſu medico natus, Ninives & Moſul Epiſcopus creatus fuit à Patriarcha Joanne IV. Theodoſii nepote, anno Græcorum 1204. Chriſti 893. ut ex Amro retuli tom. 2. pag. 440. De ejus natalibus, hæc Barhebræus in chronico Syriaco fol. 77.



Hic verò Bochtjeſu Gabrielis filius Eccleſiaſticis legibus conculcatis, duas ſimul ancillas ſibi copulavit, ex quibus duos itidem filios ſuſcepit; alterum Gabrielem, (de quo vide to. 1. p. 315.) *Joannem alterum, qui Moſulanus Metropolita*

fuit

CAPUT CXLIV.

Dadjesu Patriarcha.

1 Dadjesû 1 fecit in Danielem Commentarium admirabilem,

Et

fuit. Joannis mentionem facit & Amrus in Vita Joannis V. cognomento Bar-Abgare, & Abrahami, quorum prior ab anno Christi 900. ad annum 905. sedit; posterior verò obiit anno Hegiræ 325. hoc est, Christi 936.

1 *Dadjesu* Patriarcha Babuæl præcessor, ab anno Christi 430. ad annum 465. Seleucienſem Ecclesiam rexit, de quo hæc breviter Barhebræus in chronico Syriaco Par. 3. ubi de Primatibus Orientis.

Dadjesu Catholicus, inquit. *Postquam Marabochtus dejectus fuisset, Samuel Tusæ Episcopus Beheramum* (seù Vararanem Jezdegerdis filium Persarum Regem) *rogavit, ut Christianis Catholicum instituendi potestatem faceret. Hunc autem Episcopum Beheramus diligebat.* (causam in al. Cod. idem Amrus hanc reddit:

Quoniam, inquit, *prudentia consilioque suo fines regionum Tusæ & Chorasanæ ab incursionibus hostium defenderat, eosque ne Persidem invaderent, prohibuerat.*) *Congregati igitur Episcopi & fideles, Dadjesum elegerunt: qui ordinatus est* (in al. Cod. *anno Græcorum* 741. *Beherami* 4. Christi scilicet 430.) *optimique Rectoris partes in gubernanda Ecclesia implevit. Nihilominus Episcopi quidam ab ipso sedibus dejecti & à fidelium communione segregati*, (propter schisma scilicet, quod in Ecclesiam unàcum Marabochto induxerant) *gravissimum ei crimen apud Beheramum impegere: qui illum in carcerem detrudi fustibusque subjici jussit. Pace tandem Beheramum inter & Theodosium Romanorum Imperatorem factâ*, legato ejusdem Theodosii apud Beheramum agente, *è carcere* Dadjesu *dimissus, in cœnobium Chibotæ*, hoc est, *Arcæ se recepit*: (monasterium Arcæ in summitate montis Cardoi seù Ararat ubi Arca Noë consederat, à Syris Nestorianis inhabitatum, memorat Dionysius in chronico

Post Marabochtum Dadjesu. (*Quod nomen Chaldaicum est, & Amicum Salvatoris significat.*) *Hic autem vir erat justus & sanctus: quem congregati Episcopi, in Spiritu sancto electum de more in urbe Seleucia ordinarunt. Paulò post apud Regem accusatus, in carcere aliquamdiu detrusus jacuit, donec Theodosii Græcorum Imperatoris legatus Regem Persarum pro ipso deprecatus, eundem dimitti curavit. Quumque Episcopos rogasset, ut sibi potestatem facerent dignitatem abdicandi, illi votis ejus minimè acquieverunt, sed summis precibus exoravere, ne Ecclesiæ regimen dimitteret. Annuit ille, & Ecclesiam usque ad obitum gubernavit.*

Eadem fusius narrantur apud Amrum.

1 Et librum Regum, & Siracidæ Tribus [1] tomis expoſuit.

ܘܐܦ ܣܦܪܐ ܕܡܠܟܐ ܘܕܒܪ ܣܝܪܐ ܬܠܬ ܡܐ̈ܡ̈ܪ̈ܐ ܐܫܬܡܗ ܒܚܕ ܡܐ̈ܡ̈ܪ̈ܐ ܐܝܟ ܕܐܫܬܡܗ ܒܚܕ ܡܐ̈ܡ̈ܪ̈ܐ .

CAPUT CXLV.

Cyriacus Epiſcopus Niſibis.

2 Cyriacus [2] fecit expoſitionem
3 Fidei [3], & Sacramentorum.
4 Et cauſam Nativitatis & Epiphaniæ [4].
Et Commentarium in Paulum.

ܥܒܕ ܦܘܫܩܢܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܘܕܪܙ̈ܐ ܘܥܠ ܣܒܬ ܝܠܕܐ ܘܐܬܝܠܕ ܘܦܫܩ ܦܘܠܘܣ .

CAPUT CXLVI.

Simeon Caſcarenſis.

5 Simeon [5] Bar-Tabache fecit Librum Eccleſiaſticæ *hiſtoriæ*.

ܥܒܕ ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܛܒܚܐ ܣܦܪ ܥܕܬܐ ܕܣܝܪܐ .

CA-

nico ad annum Græcorum 1077. Vide tom. 2. pag. 113.) *& dignitatem abdicare omninò conſtituit. Verùm à fidelibus exoratus, ægrè tandem paſſus eſt ad ſuam Sedem redire, omnibus qui ipſum vexaverant, data erroris venia: præter Epiſcopos olim dejectos, in quos ſententiam anathematis confirmavit, & ſacrorum canonum robur firmum manere juſſit. Quumque reliquos vitæ dies tranquillè egiſſet, deceſſit* (al. Cod *anno Græcorum* 776. Chriſti 465.) *Hirtæ conditus, quemadmodum præceperat. Sedit annos quinque ſuprà triginta.* Hæc Amrus.

Synodum à Dadjeſu habitam refert Elias in Nomocanone, cujus memini tom. 2. pag. 508. Ejuſdem Synodi Canones è Syriaco in Arabicum converſi exſtant inter Orientalium Synodos tom. cit. pag. 507 de quibus infrà ſermo erit.

1 *Tribus tomis*: quorum altero Danielem, altero librum Regum, tertio Siracidem, hoc eſt, Eccleſiaſticum, expoſuit.

2 *Cyriacus* Niſibis Epiſcopus, mortuo Gregorio Patriarcha, auctor fuit Babæo archimandritæ, ut Eccleſiam regeret, donec novus Præſul eligeretur, ut ex Margenſi retuli ſuprà pag. 92. Idem circa annum 630. unàcum Jeſujabo Gadalenſi Patriarcha aliiſque Epiſcopis à Siroé Perſarum Rege pro pace cum Romanis facienda allegatus fuit, eodem Margenſi teſte, cujus verba protuli pag. 106. Alter Cyriacus cœnobii Beth-Abenſis archimandrita, à Timotheo Patriarcha Epiſcopus Baladæ creatus fuit, de quo vide Margenſem lib. 4. hiſt. monaſt. à cap. 15. ad cap. 25.

3 *Expoſitionem Fidei*, hoc eſt, Symboli. Exſtat anonymo auctore (Neſtoriano tamen) Cod. Syr. 15. Vide tom. 2 pag. 497.

4 *Cauſam Nativitatis & Epiphaniæ*. In idem argumentum ſcripſit ante Cyriacum Thomas Edeſſenus, de quo Sobenſis in hoc catalogo. Vide ſuprà pag. 86.

5 *Simeon Caſcarenſis*, cognomento *Bar-Tabache*, ſeù ut Ecchell. legit, *Bar Tabobe*, (malè Hottinger. pag. 236. *Bar-Zaboho*,) hoc eſt, *filius laniorum*, ſivè *coquorum*, ut vertit Amrus, qui ejuſdem Simeonis meminit in Vita Jacobi Patriarchæ, publico ærario præfectus erat ſub Al-Manſore Chalipha anno Chriſti 754 ut dixi ſuprà pag. 206. Nam Babylonii Chaliphæ ſeù Mahometanorum in Aſſyria Imperatores, ut ex Amro aliiſque Scriptoribus liquet, Chriſtianos cujuſcumque gentis & ſectæ, ſed Neſtorianos potiſſimùm, medicos, ſecretarios, & præfectos tàm publico ærario regiiſque ædibus, quàm civitatibus totique etiam regno adhibebant. Unum pro exemplo affero quod de Motadedo Calipha ſcribit idem Amrus in Vita Joannis IV. Patriarchæ وظهر من نعم الله على النصارى بحسن راى المعتضد فيهم ما شكروه

CAPUT CXLVII.

Messias-Zacha, seù Jesu-Zacha.

1 Messias-Zacha 1 composuit similiter

2 Exactam *Historiam* 2 Ecclesiasticam.

مشيحا زخا صنف كذلك

تاريخا بيعيا

CAPUT CXLVIII.

Mar-Atkenus monachus.

3 Mar-Atkenus 3 monachus

مار اثنا مشمشايا

Dis-

وذكر

شكروه فان جماعة من المسلمين كتبوا سعاية فى عبدالله ابن سليمين الى المعتضد واغروا به وحكوا ميله الى النصارى . واتصل الخبر بعبدالله فجزع ودخل على المعتضد فدفع اليه الرقعة . فاعتذر وقال . ما ولين نصرانيا سوى عمر ابن يوسف للانبار والجهابذة يهود ومجوس واعتمدت عليهم لتقتهم لا ميلا اليهم لكن لتقق بهم . فقال له المعتضد . اذا وجدت نصرانيا يصلح لك فاستخدمه . فهو امن من اليهود لان اليهود يتوقعون عود الملك اليهم . وامن من المسلم لانه بموافقته لك فى الدين يروم الاحتيال على منزلتك وموضعك . وامن من المجوس لان الملكة كانت فيهم . ووصاه بالاحسان اليهم وخرج معويرا .

quidem regnum ad ipsos deventurum præstolantur; Moslemi verò quum in eadem tecum religione sint, locum tuum dignitatemque usurpare satagent: Magi denique regnum ad ipsos olim pertinuisse ajunt. Præcepit itaque Abdallæ Motadedus, ut Christianis benevolum se præberet, eumque pro confecto negotio lætum dimisit. Hęc Amrus. Eadem fuit & Soltanorum Ægypti cum christianis illius Regni consuetudo, quos à Proceribus & Soltano ipso in aulico ministerio adhibitos fuisse colligitur ex Historia Patriarcharum Alexandriæ, & ex Mahometanis ipsis Scriptoribus.

1 *Messias-Zacha* (Hottingero *Mesicho-Zacho*,) hoc est, *Christus vicit*, monachus fuit cœnobii Izlensis, qui quum sub Babæo archimandrita circa annum Christi 590. ejus monasterii cœnobitę in diversas Assyriæ partes dispersi fuissent, in locum quem Dasen ديسن dicunt, unàcum Abrahamo perrexit, ibique cœnobium condidit, quod ex ejus nomine

بيت رابان زخا يشوع

cœnobium Rabon Zacha-Jesu, vel absolutè

بيت رابان

cœnobium Beth-Raban, hoc est, *magistri nostri*, appellatum fuit. Ejus meminit Margensis lib. 1. hist. monast. cap. 14. & lib. 2. cap. 19. Gesta ejusdem scripsit Sabarjesu cognomento Rostamus rogatu Abbatis Kardagi Syncelli Jesujabi Adiabeni Patriarchæ, eodem Margensi teste lib. 2. cap. 17. ubi modò زخا يشوع *Zacha-Jesus*, modò يشوع زخا *Jesu-Zacha*, appellatur.

2 *Historiam Ecclesiasticam:* cujus meminit Margensis lib. 1. cap. 23. ubi ex eâdem Jesu-Zachæ historia narrat, Jacobum cœnobii Beth-Abensis fundatorem, qui unàcum Jesu-Zacha in Izlensi monasterio vixerat, anno Græcorum 906. Chosroæ Persarum Regis 5. ex Izla in Beth-Abe advenisse.

3 *Mar-Atkenus* (idest, *Dominus dispo-*

suit

1 Disputationem [1] Fratris sapientis,
2 Pluresque [2] Epistolas
Composuit de regimine: aliaque [3].
3

وَنَعْمَا وَاسْمَا سَعْمَدْا :
هُلَاحْمَا هَجِيمَا
هُمِ كَا وَهَدْنَا هَهْمَ .

CAPUT CXLIX.

Georgius Nesræus.

4 Georgius [4] Nesræus composuit
Librum de obedientia.

حَمَّوْحُمَ نَعْنَا هُمِ
حَهْدَا وَهَهْمَدْنَهْا .

CA-

1 *Disputationem Fratris sapientis*. hoc est, titulo *Fratris sapientis* inscriptam.

2 *Epistolas de regimine*: idest, de institutione monastica.

3 *Aliaque*; nimirùm *Ecclesiasticam historiam*, & *Vitam Josephi Abbatis*, de quibus suprà. Ecchell & Hottinger. perperàm legunt, *Epistolas de regimine aliisque*.

4 *Georgius Nesræus* (Ecchell. *Nasraia*: Hottinger. *Nescbraita*,) ex vico Adiabenes, quam *Nesram* ܢܨܪ, hoc est, *Aquilam* appellant, cognomento ܒܪ ܣܥܕܐ *Bar-Saiade*, hoc est, *filius piscatorum*, sub Ananjesu Patriarcha, de quo suprà pag 154. circa annum Christi 690. cœnobio Beth-Abensi præfuit: de quo hæc Margensis lib. 2. hist. monast. cap. 20. ܗܘ ܕܗܘܐ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝ ܥܒܕ ܝܫܘܥ ܩܕܡ ܗܘ ܐܝܟ ܕܐܫܬܟܚ ܠܗ ܒܟܬܒ̈ܐ ܩܕ̈ܝܫ̈ܐ ܘܒܬܫܒ̈ܚ̈ܬܐ ܕܐܠܗܝ̈ܐ ܘܒܬ̈ܪ̈ܥܝ̈ܬܐ ܕܐܠ̈ܗ̈ܝ ܒܫ̈ܢ̈ܝ ܣ̈ܓ̈ܝ̈ܐ ܘܒ̈ܣ̈ܝ̈ܒ̈ܘ̈ܬ̈ܐ ܘܒ̈ܚ̈ܟ̈ܡ̈ܬ̈ܐ ܘܒ̈ܢ̈ܣ̈ܝ̈ܢ̈ܐ ܘܒ̈ܫ̈ܠ̈ܡ̈ܐ ܘܒ̈ܪ̈ܒ

(Beth-Abenſi) *præfuere. His, quæ hactenus ſcripta ſunt, ſubjungere volebam præclarè geſta ſanctorum Patrum, qui eos in hoc ſacro cœnobio exceperunt: Raban, inquam, Georgii Adiabeni, cognomento Bar-Sajadæ, & Samæ ejuſdem fratris, & Abbatis Natanaëlis, & Abbatis Salibæ, & Raban Gabrielis cognomento Sephrunæ; quorum ſacra corpora in trielinio condita ſunt. Verùm quum ante nos Mar-David Epiſcopus, ejuſdem cœnobii olim monachus, de iis aliiſque rogatu Cuznahiri fidelis ex Baſoſa pago jam ſcripſerit, ad reliquos accedo, quorum hiſtoriæ nondum literarum monumentis conſignatæ ſunt.* Idem Margenſis conſcriptum à Davide Epiſcopo de Georgio cæteriſque monachis librum, titulo *Paradiſi* prænotatum fuiſſe teſtatur, in eoque primum locum hiſtoriam ipſius Georgii tenere.



In eo libro, inquit cap. 24. *quem religioſiſſimus David compoſuit & Paradiſum parvum nuncupavit, cujus primum caput geſta continet magiſtri noſtri Georgii Bar-Sajadæ Abbatis.* Reliqua vide ſuprà pag. 185. In vita verò Babæi Archimandritæ, quum lib. 1. cap. 27. narraſſet, Cyriacum Niſibenum, Jonadabum Adiabenum, & Gabrielem Beth-Seleucienſem Epiſcopos eidem Babæo præcepiſſe, ut Diœceſim Patriarchalem viſitaret regeretque, donec novus Patriarcha eligi poſſet, quem Choſroës Perſarum Rex fieri vetabat; ſubjungens cauſam, cur id munus ab iis Epiſcopis Babæo commiſſum fuerit, hæc de Georgio Abbate ſcribit cap. 28.



Idem contigit & in ſacro cœnobio Raban Salibæ, quod apud Haiglam pagum ad fluvium Deglatam (Tigrin) *ſitum eſt. Nam quum cœnobii illius fratres monachi, & aſcetæ Abas, Tòomas atque Barita apud ſanctum Mar Ananjeſum Catholicum* (Patriarcham) *in cœnobio ſancti Jonæ Prophetæ apud Niniven commorantem ab æmulis quibuſdam, qui ipſis morum probitatem aſceticumque in clauſtris vivendi genus invidebant, falsò delati fuiſſent, quòd Meſſalianorum errores tenerent; Ananjeſus rem hujuſmodi maturo examine perpendendam ratus, per literas illos arceſſit: quumque adfuiſſent, quoniam, inquit, iis, fratres, quæ ad Aſcetarum regimen ſpectant, me immiſcere haud conſuevi, ideo comperta mihi minimè ſunt, de quibus arguimini; ſed ea ad ſodales veſtros ejuſdem inſtituti ſectatores referri oportet. Eos itaque ad noſtrum hoc Beth-Abenſe cœnobium miſit; datis etiam hac de re ad cœnobitas literis. Erat autem ejus cœnobii Archimandrita ſanctus Mar Georgius Bar-Sajade; cœnobitarum verò ſenior Abbas Natanaël, & Abbas Saliba, & Abarues, & Gabriel cognomento Sephruna, aliique complures: qui quum illos benignè examinaſſent, operationeſque divinæ gratiæ quibus agebantur ab omni errore alienas deprehendiſſent, abſolutos ad Mar Catholicum remiſere. Ita tandem ejuſdem Catholici juſſu ad cellas ſuas, tamquam à pravis opinionibus immunes, beati illi rediérunt.* Hæc Margenſis.

CAPUT CL.

Enos Episcopus Anbaræ.

1 Enos [1] quoque Pheroz-Sapor (*edidit*)
Orationes Paracleticas, aliaque id genus.

ܐܢܘܫ ܐܦ ܘܦܝܪܘܙ ܫܘܪ ܥܒܕ
ܡܐܡܪܐ ܕܦܪܩܠܛ ܘܫܢܝܐ ܡܢܗ .

CAPUT CLI.

Bud Periodevtes.

2 Bud [2] Periodevtes edidit
Orationes de fide:
Et adversùs Manichæos, 3
3 Et adversùs Marcionistas:

ܒܘܕ ܦܝܪܝܘܕܐ ܥܒܕ ܟܬܒ
ܡܐܡܪܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ :
ܘܟܢܓܐ ܕܡܢܝ ܙܢܝܩ :
ܘܟܢܓܐ ܕܡܪܩܝܘܢ .

Item

NOTÆ

1 *Enos* Episcopus *Pheroz-sapor*, seù *Anbaræ* (de qua vide differt. de Monophysitis præfixam tom. 2.) sub Joanne Narsetis filio Patriarcha claruit circa annum Christi 890. Alius fuit ejus nominis *Enos* Patriarcha, Joannis Narsetis præcessor, de quo vide tom. 2. pag. 439.

2 *Bud*, sivè Buddas, *Periodevtes*, hoc est, *Presbyter Circuitor* seù *Visitator* (Ecchell. & Hottinger. malè reddunt, *Periodita*,) sub Ezechiele Patriarcha circa annum Christi 570. vivebat: Christianorum in Persida finitimisque Indiarum regionibus curam gerens. Hinc sermonem Indicum calluisse dicitur, ex quo librum Calilagh & Damnagh Syriacè reddidit. Christianos autem in Persida & India ab antiquis temporibus viguisse, docent Chaldæorum historiæ. Munus verò *Periodevtarum* in Ecclesia Syriaca ad hanc usque diem vigere, liquet ex ejus gentis Pontificali. Morinus in lib. de sacris Ordinationibus Par. 2. de Ordinationibus Syrorum Maronitarum, nomen ܦܝܪܝܘܕܐ *Periodevtæ*, cujus ordinationis ritus à pag. 410. describitur, ubique *Archipresbyterum* interpretatur, & pag. 497. hanc adnotationem subjicit. *Dictio* ܦܝܪܝܘܕܐ, aut ܦܝܪܝܣܒܐ, *Syris Archipresbyterum significat: significatio petita videtur à* ܦܪܫ, *quod vigilantem significat, quia ipsius munus est Presbyteris invigilare. Archipresbyterum significare, ex verbis ritus lector facilè colliget.* Hæc ille. Verùm non advertit vir doctus vocem esse Græcam, non Syriacam: quod enim Græcis est Περιοδευτης, hoc est, *Circuitor*, id Syris ܣܘܪܐ *Saura*, seù *Visitator*. Sed de his alibi.

Tres alii *Buddæ* à nostro diversi occurrunt. Primus *Buttas* sivè *Buddas*, cujus meminit Clemens Alexandrinus Strom. lib. 1. Philosophorum Indiæ præceptor, quem propter insignem virtutem ut Deum honorarunt. Alter *Budda* seù *Terbinthus*, Scythiani discipulus, & Cubri sivè Manetis præceptor, qui in Persida periit, postquam scripta magistri sui, tamquam à se composita, in vulgus emisisset: Evangelium scilicet, Mysteria, Thesauros, & Capita, de quibus S. Epiphanius, Theodoritus, & Socrates. Tertius denique *Buddas*, seù *Baddas*, vel *Addas*, Manetis discipulus, in Syriam à præceptore missus ad inficiendos Manichæorum erroribus populos. Vide Caveum in histor. liter. tom. 2. pag. 34. & seqq.

3 *Adversùs Manichæos & Marcionistas*: in Assyria, Persida, & India frequentes olim hæreticos. Nam *Scythianus* quidem Manichæorum pater ex Arabia in Indiam profectus, ibi venenum doctrinæ suæ propinavit, antequam in Ægyptum regrederetur. *Buddas* verò seù Terbinthus ejusdem Scythiani servus, discipulus, & hæres, mortuo Hierosolymæ præceptore, in Persidem abiit, ubi periisse fertur. *Manes* denique Buddæ di-

Item quæstiones Græcas
1 Nuncupatas Aleph 1 Mighin,
Ipsè quoque interpretatus est ex
Indico *sermone*.
2 Librum Calilagh 2, & Damnagh,

CA-

discipulus, genere Persa, in Assyriam & Mesopotamiam se recepit, ubi celeberrimam cum Archelao Episcopo disputationem habuit. Hinc adversùs eam sectam (præter Græcos & Latinos Patres) Syri complures scripsere, ut S. Ephræm, Paulonas, Daniel Rhesinæ, Natanaël, & Bud Periodeutes, de quibus Sobensis in hoc Catalogo. Manichæorum causa in Christianos persecutio aliquando efferbuit, ut narrat Amrus in Vita Papæ, qui S. Simeoni Barsaböæ martyri præcessit. وكان فى ايام هذا الاب هدة من الملاذنة يقاومون اهل سيمون ومرقيون ومانى وغيرهم. والملك فلما شامد الجثالقة والاساقفة لا يتزوجون والمانوية على مذهب مانى لا يتزوجون ايضا: امر بقتل المانوية وتعدى الامر الى النصارى ولحق مار فافا الفطريرك اذية عظيمة. وتظلم النصارى الى الملك. واوجب ان يعرف الفرق فاجاب مار فافا بان المانوية يعتقدون الاصلين والارض ذات حياة والانفس تنتقل من جسم الى اخر ويرون ان التزويج نجس. والنصارى يعترفون باله واحد ويرون التزويج. وانما يمتنع الروسا سياسة ليواظبوا على الصلوات ولا يكون لهم شى يشغلهم. فامتحن الملك الجواب وكف عنهم.

Sub hoc autem Patre, inquit, *plures erant Doctores, qui asseclas Simonis, Marcionis, & Manetis aliosque impugnabant. Rex verò* (Persarum Beheramus, ut in hoc Codice adnotatur; vel certè Sapores, ut ex antecedentibus & consequentibus colligitur:) *quum vidisset tam Catholicos & Episcopos, quàm Manicheos Manetis sectarios à nuptiis abstinere; in Manichæos quidem sententiam mortis tulit; ad Christianos verò idem edictum manavit, ejusque causa sanctus Papas Patriarcha multa passus est. Quum igitur Christiani ad Regem confugissent, jussit ille discrimen, quale inter utrosque esset, sibi exponi. Tùm verò sanctus Papas: Manichæi, inquit, duos Deos credunt, terramque vita præditam, & animas ex uno corpore in aliud migrare; nuptias denique aversantur. Contra Christiani unum Deum credunt, & nuptias probant, etsi eorum Præsules ab iis religionis causa abstinent, ut scilicet precibus vacare possint, nec habeant quod ipsos distrahat. Quod Papæ responsum quum Rex probasset, præcepit, nequid molestiæ iis deinceps crearetur.*

1 *Quæstiones Græcas, nuncupatas Aleph mighin.* Ecchell. & Hottinger. *Alpha mighin.* Puto pro litera ﻍ substituendam literam ﻉ, legendumque sic: ـــــ ـُـ ـُـ *Aleph milin*, hoc est, mille milliaria: vel potius dempto priori -, ـــــ ـُـ *Aleph melin*, idest, mille verba; totidem fortasse quæstiones.

2 *Librum Calilag & Damnagh ex Indico sermone interpretatus est.* Ecchell. *Calaileg. & Damneg:* & in notis ad hunc locum pag. 269. *Clilah & Damnah.* Hottingerus p 231. *Kalileh & Damneh.* Titulus in Arabico est كليله ودمنة *Colaila & Damna*, quem alii aliàs proferunt. Fabricius tom. 2 Biblioth. Græc. pag. 461. *Culila & Dimna.* Saphadius commentar. ad carmen Tograi apud Hydeum de ludis Oriental. *Culeila & Dimna.* Christianus Ravius in spolio Orient. centur. 1. nu 20. *Clila & Dimna.* Herbelotius in Biblioth. Orient. *Calilah*, seù *Kalilah*, & *Damnah*. Versio Italica impressa Venetiis anno 1552. *Doni*, suppresso Calilæ nomine. Altera versio Italica edita Ferrariæ anno 1583. *Lelo Demno.* Sunt autem *Colaila & Damna*, ut inquit Fabricius pag. 461. *duo Thoum nomina, quæ sect. 1. & 2. loquentes inducuntur. Thum genus animalis vulpi simile, & in Asia atque Africa non infrequens, de quo Bochartus III. 8. & 12. Hieroz. pag. 794. 801. seq. 804.*

Liber ethicus & politicus, per fabulas lepidè & ingeniosè compositas humanos mores instituens; malitiam scilicet, fraudes & stultitiam hominum in vita communi, & in aula potissimùm ad vivum exprimens; lingua Indica primùm compositus; deinde in Persicam, Syriacam, Arabicam, Turcicam, Græcam, Latinam, Hebraicam, Italicam, Gallicam, Hispanicam, & Germanicam translatus. Dialogum continet *Gymnosophistam inter & Dabschelimum Indiæ Regem*, quem Abessalomum, Absalonem, & Isamum alii appellant. In Capita XV. (al. XIV.) dividitur, quæ Possinus *Dissertationes Parabolicas*, Simeon Sethus Τάξεις, hoc est, sectiones vocat; singula autem capita plures fabulas comprehendunt miro artificio contextas. Tercentum & quadraginta in ms.

Co-

Codice noſtro Arabico numerantur, cujus mentio tom. 1. pag. 629. ubi liber in Capita XVI. diſtributus dicitur; Præfationem ſcilicet Interpretis Perſæ inter capita recenſendo.

Ecchellenſis loco ſuprà cit. ſcribit, Iſamum Regem hujus libri auctorem, trecentis ante Alexandrum annis floruiſſe. *Liber iſte*, inquit, *tribuitur Iſamo quinto Indorum Regi, de quo ſic Iſmael Sciahinſciah in hiſtor gentium.*

يسام وهو الذى وضع كتاب كليله ودمنه

Iſamus, & *eſt ille, qui compoſuit librum Clilah & Lamnah. Idem affirmat alibi, librum hunc Arabici juris factum fuiſſe trecentis ante Alexandrum Macedonem annis.* Eadem ex Ecchellenſis teſtimonio tradunt Hottingerus & Fabricius. Verùm tantùm abeſt, ut verſio Arabica ejus libri ante Alexandri tempora elaborata fuerit, ut nec autographum Indicum ante Alexandri mortem compoſitum eſſe teſtetur idem Iſmaël Sciahinſciah, qui quum tres primum Indorum Reges numeraſſet, *Brachmanum* ſcilicet

البرهمن, & *Lasbum* ſeu *Babajor* لصب وهو البامبور, & *Ramanum* رامان; de Poro Iſami præceſſore, qui Ramanum excepit, hæc ſcribit: فور وهو الذى قتله الاسكندر ملك مايه واربعين سنة:

Porus (Phur Arabes vocant) *is nimirùm, quem Alexander interfecit: regnavit annos quadraginta ſupra centum.* Deinde ſubjungit de Iſamo Pori ſucceſſore. ولما مات ملك بعده يسام وهو الذى وضع كتاب كليله ودمنه ونقله بن المقنع وملك مايه وعشر سنين:

Quum autem Porus *mortuus eſſet, regnavit poſt eum Iſamus, qui librum Colaila & Damna compoſuit, quem Ben Mokuaa tranſtulit. Regnavit autem annos decem ſuprà centum.* Quidquid ſit de cæde Pori, quem accurati ſcriptores ab Alexandro non interfectum, ſed bello victum & regno poſteà reſtitutum affirmant, deque eorum Regum ſerie & annis; certè ex allatis Iſmaëlis verbis, quæ ipſe Ecchellenſis legerat deſcripſeratque, liquet librum illum poſt Alexandrum compoſitum fuiſſe. Et quidem non ab Iſamo ſeù Abeſſalomo Rege, cujus nomine in vulgus prodiit, ſed à Philoſopho بيدبا *Baidba*, ſeù *Bidpai*, quem Regis ipſius Vizirum, hoc eſt, conſiliarium vocat Herbelotius in Bibl. Orient. pag. 206. Verſio Italica edita Venetiis anno 1552. *Sendebare* id opus tribuit. At Sendebarus non ſub Iſamo claruit, ſed ſub Chuſo, qui ſæculo integro poſterior eſt, ut ex Iſmaële conſtat, qui loc. cit. inter Iſamum & Chuſum ponit جلهيت *Jalbitum* Regem eumque annos octoginta vel centum ac triginta regnaſſe refert; Sendebari autem, quem Sendebadum appellat, ſcripta recenſens, nullam libri Colailæ & Damnæ mentionem facit. ولما ملك احدث للهند ارا كوهى فى الديانات على ما راى وخرج عن مذهب من سلف. وكان فى ايامه سندباد الحكيم وله كتاب الوزراء السبعة والمعلم والغلام وامراة الملك وهو الكتاب المعروف بكتاب السندباد وعمل الكتاب الاعظم فى معرفة العلل والادوا والعلاجات واشكال الحشايش وصفتها ومنافعها ومضارها.

Chus, inquit, *quum regnare cœpiſſet, novas pro libitu ſuo opiniones Indis excogitavit, antiqua præceſſorum religione contemptâ. Ejus autem temporibus floruit Sendebadus ſapiens, auctor libri de ſeptem Conſiliariis, & magiſtro, & doctore, & matre Regis, qui liber Sendebadi appellatur. Fecit præterea librum ingentis molis de cognitione cauſarum, deque morbis, & remediis, & figuris herbarum earumque qualitatibus, & utilitate & damnis.*

Herbelotius pag. 206. quorundam opinionem refert, qui Huſcengum primum monarchiæ primæ Perſarum Regem libri ejus auctorem faciunt, idque ex eo colligunt, quod idem liber وصية اوشهنج *Teſtamentum Huſcengi* appellatur. At idem Herbelotius pag. 465. tantam antiquitatem meritò explodit his verbis. *Il eſt encore auſſi peu vraiſemblable, que ce Prince* (Huſchenk ipſe vocat, & ſecundum Perſarum Regem primæ monarchiæ; ſed Iſmaël Sciahinſciah cap de Regibus Perſarum, primum monarchiæ primæ Huſcengum ſcribit eumque ducenteſimo poſt Diluvium anno regnaſſe,) *ſoit l'auteur d'un livre intitulé* Giavidan Kird, *la ſageſſe eternelle ou de tous tems, au quel on a donné auſſi le nom de Teſtament de Huſcenk; mais l'ancienneté & la reputation de ce monarque ont fait emprunter ſon nom pour donner plus d'autorité à cet ouvrage, qui eſt d'ailleurs fort eſtimable, & le quel eſt parvenu juſqu'à nous ſous le titre de Humajon Nameh.* Adde librum hunc Indico primùm ſermone, non Perſico publicatum fuiſſe: idque centum ferè poſt Alexandrum annis, ſi Iſmaëli credendum eſt.

Ad verſiones quod ſpectat, prima omnium *Perſicè* elaborata eſt, linguâ quam پهلويان *Pehelevianam*, hoc eſt, antiquam Perſicam vocant, à برزويه *Barzua*, ſeù Barzuæo medico ſub Choſroë Anuſeervano, Cavadis filio, Perſarum Rege, qui ab anno Chriſti 531. ad annum 579. regnavit. *Perozem* alii, *Perzoëm*, & *Buzrovieh* appellant: alii *Stephanum Edeſſenum* interpretem faciunt. Sed in verſionibus, quæ exſtant, Barzuæ nomen, non Stephani legitur. Quin & Barzuas ipſe duas Prælationes bene longas libro præmittit; alteram *de hiſtoria deportationis ejus libri ex India in Perſidem*, quæ Pertzetzemchari regio ſcribæ tribuitur; alteram *de proprio ipſius Barzuæ genere, ortu, educatione, & ſtudiis*. Utraque prodiit per Poſſinum poſt adnotationes ad tomum I. Pa-

chy-

chymeræ pag. 547. & 555. Sed tàm in Græca, quàm in Latina earum Præfationum verſione mendum in Choſroïs nomine obrepſit, qui *Davidis filius* pro Cavade dicitur. *Choſroës*, inquit interpres pag. 547. *Perſarum Rex, qui & Anaſuranus* (Anuſcirvanus ſeù Nuſcirvanus,) *nominatus eſt, Davidis filius* (imò Cavadis ſeù Cabadis) *quum audiſſet de quodam libro conſcripto in regione Indiæ ab eruditis & ſapientibus illarum gentium, continente fabulas valdè utiles omni hominum generi &c.* Binæ aliæ Perſicæ verſiones eæque recentiores circumferuntur. Altera, quam Naſerus Saidus Abulhaſanus Achmetis filius, è Samanidarum ſtirpe, Choraſanæ Soltanus

السعيد نصر ابو الحسن ابن احمد السامانى صاحب خراسان

ex Arabico in recentiorem Perſarum ſermonem transferri juſſit circa annum Hegiræ 320. quam poſteà ipſius Soltani celeberrimus Poëta *Rudekius* (in catalogo Scriptorum, verbo كليله ودمنه *Colaila & Damna*, quem Haphidus publicavit, appellatur دوركى حسن *Durkius Haſanus:*) metro alligavit: altera item ex Arabico ſub Beheramo Soltano Maſudi filio, Gaznevidarum Regum penultimo prodiit auctore *Neſralla Abulmaali ben Mohammad ben Abdal-Hamid*

ابوالمعالى نصراله بن محمد بن عبد الحميد

quæ poſtrema editio omnium terſiſſima cenſetur.

Syriacam verſionem proximè poſt primam Perſicam fecit *Bud Periodevtes*: & quidem ex fonte Indico ſub eodem Choſroë Perſarum Rege, ut ſuprà dictum eſt.

Arabica prodiit per *Abdallam Abulhaſanum Ben Mokna* عبداله ابوالحسن بن المقنع, quem Mocannam Herbelotius vocat, ſub Almanſore Abugiapharo Chalipha, Abbaſidarum ſecundo, qui ab anno Hegiræ 136. ad annum 158 regnavit. Ejus exemplar habemus in Bibl. Vat Vide tom 2. Bibl. noſtræ pag. 629 Alteram recentiorem eamdemque elegantiorem memorat Herbelotius, quam ſub titulo انوار سهيلى *Anuar Sohaili*, id eſt, *Lumina aſtri Sohaili ſive Canopi*, publicaſſe refert *Hoſainum Ben Ali cognomento Caſcephium Concionatorem* المولى حسين بن على الواعظ الكاشفى, quem ipſe *Hoſainum Vaëz Kaſcephium* appellat: idque in gratiam *Sohaili* ſupremi Ducis exercitus Hoſaini filii Manſur filii Baicra Soltani Choraſanæ ex ſtirpe Tamerlani circa finem ſæculi noni Hegiræ. Verùm circa hanc editionem Herbelotius ſibi non conſtat: nam pag. 118 ait, *Haſanum Ben Sohail Vizirum Chaliphæ Al-Mamonis* ex Perſico eam traduxiſſe: pagina verò 456. verbo *Homajun Nameh*, ejuſdem auctorem facit *Hoſainum Caſcephium* rogatu Sohaili Ducis ſub Hoſaino Rege Choraſanæ. Præterea Haphidus in Catalogo Scriptorum Arabum, Turcarum & Perſarum, qui ex apographo Bibliothecæ Inſtituti Scientiarum Bononiæ pro noſtra Vaticana deſcriptus eſt, verbo *Colaila & Damna*, dicitur Hoſainus Caſcephius non ex Perſico Arabicam, ſed ex Arabico Perſicam verſionem adornaſſe. Verba ejus hæc ſunt: ثم امر ابو الحسن نصر بن احمد السامانى لواحد من علما عصره. فنقله من العربية الى الفارسية ونظمه شاعره دوركى حسن بالفارسية. ثم امر ابو المظفر بهرام شاه بن مسعود الغزنوى الى ابى المعالى نصراله بن محمد بن عبد الحميد فنقله ثانيًا من نسخة ابن المقنع وهذه الترجمة هى المشهورة بكليله ودمنه فى هذا الزمان لكنه اطنب وامهى بايراد الفاظ المغلقه. ثم جدد هذه الترجمه ولخصها ومدبها المولى حسين بن على الواعظ الكاشفى للامير سهيلى حسين من امرا السلطان بيقرا وسماه انوار السهيلى.

Rurſus Abu-Haſanus Naſerus Achmetis filius Samanides cuidam ſui temporis Doctori eam verſionem commiſit, qui librum ex Arabico in Perſicum ſermonem tranſtulit. Perſicam verò editionem Durchius Haſanus ad Perſici carminis metrum compegit. Ea nihilominus verſione minimè contentus Abu-Modhaffarus Beheramus Rex Maſudi filius Gaznevides, eandem recudere juſſit Abumaali Neſrallam filium Mahometis filii Abdal-Hamid. Is verò alteram verſionem ex autographo Ben Moknai adornavit, quæ hoc tempore omnium manibus teritur, titulumque Calilæ & Damnæ præfert, eademque reliquis elegantia & exoticarum vocum perſpicua expoſitione merito antefertur: quam recenſuit, auxit, & coordinavit Mula-Hoſainus Ali filius, concionator Caſcephius, in gratiam Ducis Sohaili Hoſaini ex Ducibus Imperatoris Baikræ, titulumque adjecit, Lumina Sohaili, ideſt, *Canopi*. Denique Herbelotius ipſe fatetur Caſcephium Perſicæ verſioni à Neſralla Abulmaali elaboratæ ultimam manum impoſuiſſe: ſic enim ait pag 118. *Aboul Mauli mit cette traduction* (primam ſcilicet quam Barzuas fecerat) *en langue Perſienne moderne: mais ſon travail fut retouché & enrichi par Houſſain Kaſchefi*. Non igitur Caſcephius novam verſionem Arabicam fecit, ſed Perſicam ab aliis publicatam emendavit.

Turcicas duas ex Perſica edidere *Ali Ben Saleb*, & *Gemaleddinus Ben Mohammad Cazuinenſis*, quas *Jabia* commentatus eſt, ut idem Haphidus ſcribit loco ſuprà citato.

ثم ترجم المولى على بن صالح انوار السهيل من الفارسى الى التركى باسم لطيف سماه همايون نامه. وترجم جمال الدين بن محمد البك القزوينى بلغة التركى. وملخص همايون نامه للمولى يحيى افندى المغنى.

Lumina Sohaili ex Perſica editione Turcicè vertit

CAPUT CLII.

Daniel Rheſinæ.

1 Daniel [1] Rheſinæ edidit
Orationes adversùs Marcioniſtas,
2 Et adversùs Manichæos [2]
Hæreticos, & Chaldæos.

ܕܢܐܠ ܪܘܫܝܢܝܐ ܚܒܝܪ
ܟܬܒ̈ܐ ܥܠ ܡܪܩܝܘܢ̈ܝܐ :
ܘܥܠ ܡܢܝ̈ܟܝܐ
ܘܥܠ ܟܠ ܗܪ̈ܛܩܝ̈ܐ .

CAPUT CLIII.

Abraham Bar-Kardache.

3 Abraham [3] Bar-Kardache Com-

ܐܒܪܗܡ ܒܪ ܩܪܕܘܣܝ
ܗܝܪ

vertit elegantiſſimè Mula Ali Salechi filius, titulum verſioni præfigens, Homajun Nameh, ideſt, Regius liber. Alteram itidem Turcicam ſub eodem titulo Homajun Nameh Gemaleddinus Mahometis Bechi filius Cazuinenſis publicavit, quam Mula Jahia Afandi Almoſti interpretatus eſt. Herbelotius binas quoque verſiones Turcicas memorat pag. 118. & 456. alteram ſoluta oratione in gratiam Solimani Turcarum Imperatoris; alteram metro alligatam à Gemali oblatamque Bajazeto hujus nominis ſecundo.

De *Græca*, *Latina*, *Italica*, *Hebraica*, *Gallica*, *Hiſpanica*, & *Germanica* verſionibus, conſule Fabricium cit. tom. 6. pag. 460. & ſeqq.

Ex tot diverſarum linguarum verſionibus, quindecim titulos idem liber ſortitus eſt. Inprimis *Colaila* & *Damna* dictus fuit, quem titulum præferunt verſiones *Arabica* Mocnæ, *Syriaca* Buddæ, *Perſica* Neſrallæ Abulmaali. II. Στεφανίτης, ὁ Γ'χνηλάτης, ideſt, *Coronatus*, & *Inveſtigator*. Ita verſio *Græca* Simeonis Sethi: qui vocem Arabicam كليلة *Colaila*, à themate اكليل *Eclil*, quod coronam ſignificat, accerſivit, & دمنة *Damnah* à verbo دمن *Damana*, quod frequentem eſſe in aliqua re denotat. Ex Græco Στεφανίτης deceptos puto, qui *Stephanum Edeſſenum* ſcripſere ejus verſionis interpretem. III. همايون نامه *Homajun Nameh*, ideſt, *liber Auguſtus*, ſeù *regius*. Verſio *Perſica* Barzuæ, & *Turcica* Ali Ben Saleh, & Gemaleddini. IV. انوار سهيلى *Anuar Sohaili*, hoc eſt, *lumina aſtri Sohaili*, quod Canopum dicunt; *Perſica* Hoſaini Caſcephii, & *Gallica* Paris. 1644. *Livre de lumieres, ou la conduite des Roys*. Herbelot. pag. 399. V. *Teſtamentum Huſcengi* وصية اوشهنج, Herbelot. pag. 206. VI. جويدان كرد *Giavidan Kerd*, ideſt, *Sapientia æterna*. Idem. VII. *Specimen ſapientiæ Indorum veterum*. Latina Poſſini. VIII. *Directorium humanæ vitæ*. Latina Joannis de Capua. IX. *Les Fables de Pilpay*. Galli. a Gilb. Gaulmini Paris. 1698. X. *La Moral Filoſofia del Doni tratta dagli antichi Scrittori, ò vero la Filoſofia de Sapienti antichi ſcritta da Sendebar moraliſſimo Filoſofo*. Italica Venet. 1552. XI. *Lelo Demno del governo de regni*. Italica Ferrar. 1583. XII. *Exemplæ veterum Sapientum de familia in familiam*. Germanica Ulm. 1483. XIII. *Liber Sapientiæ, ubi oſtenditur curſus mundi*. Eadem Argentor. 1525. XIV. *Veterum Sapientum exempla, dicta, & inſtructiones*. Eadem an 1548. XV. *Liber Sapientiæ veterum Sapientum ab initio mundi de familia in familiam*. Eadem Francof. 1565. Vide Fabricium cit. tom. 6. pag 465.

1 *Daniel* Rheſinæ Epiſcopus, ſub Mar-Aba I. Patriarcha circa annum Chriſti 550. innotuit, Scialita ejuſdem urbis Epiſcopo, de quo ſuprà pag. 176. dictum eſt, prior.

2 *Adversùs Marcioniſtas & Manichæos hæreticos, & adversùs Chaldæos*. Ita Codex noſter. At Ecchell. & Hottinger. *adversùs Marcioniſtas, & Manichæos, & Hæreticos, & Chaldæos*. Chaldæorum nomine Aſtrologos intelligit, quos & ſanctus Ephræm unàcum Marcioniſtis & Manichæis confutavit. Vide tom. 1. pag. 118. & 122.

3 *Abraham Bar-Kardache*, ideſt, filius fabrorum ferrariorum, quem Amrus Arabicè ابن الحداد *Ebn-Alcheddad* eodem ſenſu appellat, (malè Ecchell. *Barcadadhe*, & Hottinger. *Bar-Kadhba*,) ſub Ezechiele Patriarcha circa annum Chriſti 570. in Schola Niſibena præceptorem agebat, eodem Amro teſte,

Composuit Homilias, & Sermones paracleticos,
Et Orationes, & documenta,
Et Epistolam adversùs Scisbanum.

هُمِ لمُوحُمْا وحُمْلا :
مُمْامِمْا حُمِ مُحْفُمْلا :
مُلِمْلا وكُمْحْلا هُنْمِحْ .

CAPUT CLIV.

Natanaël.

1 Natanaël 1 fecit disputationem
2 Adversùs 2 Severianos,
3 Et Manichæos, 3 & Canathæos,
Et Monderæos: & expositionem Davidis.

نَمْنُلا حَجِ كُوُمْا
وَه وكُمْحْلا هُمُومْلا :
مُحْنُمْلا : مُحْنُلا :
مُحْدِوُمْلا : مُنْهُوْ وُمُمِ .

CAPUT CLV.

Elisæus Bar-Saphanin.

4 Elisæus 4 Bar-Saphanin Com-

كُمُعْا حَنْ هُمْعِس
مُحْكَمِمْلا

teste, cujus verba suprà retuli pag. 81. ubi de Hanano Adjabeno ejusdem Abrahæ synchrono.

1 *Natanaël* Cœnobii Beth-Abensis monachus ab Ananjesu I. Patriarcha circa annum Christi 690. unàcum Georgio ejusdem cœnobii Archimandrita aliisque monachis, in Abam, Thomam, & Baritam Messalianismi accusatos inquirere jussus fuit, teste Margensi lib. 1. hist. monast. cap. 28. Vide suprà pag. 218. ubi de Georgio Netræo.

2 *Adversùs Severianos*. Ecchell. & Hottinger. perperàm legunt, حُمُومْا *Surianos*, *idest*, *Jacobitas*. Severiani certè iidem cum Jacobitis erant, quos & *Surianos*, hoc est, Syros hodieque appellamus: sed textus Sobensis *Severianos* habet, à Severo famoso Monophysitarum antesignano & Jacobi Zanzali præceptore dictos. Gabriel cognomento Tauratha, monachus cœnobii Abrahæ in monte Izlensi, Severianos cœnobii Cartaminensis monachos edita disputatione & ipse confutavit, Margensi teste lib. 2. hist. monast. cap. 18.

3 *Et Manichæos, & Canathæos, & Monderæos*. Ecchellensis & Hottinger. *Mandaræos*. In Codice nostro vitiosè legitur, مُحْنُمْلا مُحْدُوُمْلا مُحْدُوُمْلا *& Manichæos, & Scribas, & Maadrenos* (hoc est, auxiliatores.) Fortasse legendum, مُحْدُوُمْلا pro مُحْدُوُمْلا *Cothbe*, seù مُحْدُوُمْلا *Chothube*, Scribis, مُحْدُوُمْلا *Candæi*; & pro مُحْدُوُمْلا *Maadrone* auxiliatoribus, مُحْدُوُمْلا *Maadoje*, *Maaddeni*, seù, ut habet Ecchell. مُحْدُوُمْلا *Mondroje*, *Monderæi*. Sunt autem *Candæi*, *Maaddeni*, & *Monderæi*, sive *Mandaræi*, Arabum gentes; Candæi quidem regionis Candæ incolæ; Maaddeni verò juxta Sinum Arabicum sub ditione Homeritarum positi; Monderæi denique sub Hirtensium regum dominio, quibus *Monderi*, seù Al-Monderi (Alamundarum alii scribunt,) nomen impositum. Videatur de Maaddenis Procop. lib. 1. de bell. Persic. cap. 19. De Candæis & Monderæis Ismael Sciahinsciah in Chronico cap. *de initio regni Lachemitarum Hirtæ regum*, فى ذكر ابتدا ملك اللخميين ملوك الحيرة : & cap. فى ذكر ملوك كندة *de regibus Candæ*.

4 *Elisæus*, cognomento *Bar-Saphanin*, (vitiosè in Codice nostro, حُمْعِس *Bar-Saphinin*) idest, filius nautarum, sub Mar Aba magno Patriarcha Abrahamum Cæsarensem unàcum Jobo & Esaia in monte Izlensi vitæ monasticæ institutorem habuit, teste Amro in vita ejusdem Mar-Abæ.

Alius

Commentarium in Davidem
1 Compoſuit, & varias 1 ſententias,
2 Et capita 2 Ænigmatum.

CAPUT CLVI.

Abraham Katina.

3 Abraham 3 Katina compoſuit
4 Sententias 4 & quæſtiones.

CAPUT CLVII.

Simeon Abbas.

5 Simeon 5 Cardelianenſis 6 compoſuit Ora-

Alius ejuſdem nominis Epiſcopus Niſibenus Barſumæ ſucceſſor, Barhebræo *Hoſee* appellatus, apud eundem Amrum occurrit, qui librum de fide ſcripſiſſe dicitur, rogatu Acacii Patriarchæ, Cavadi Perſarum Regi oblatum, quum ille de Chriſtianæ religionis doctrina ejuſque à Magorum Manichæorumque ſectis diſcrimine edoceri voluit. Ecchellenſis pro *Bar-Saphanin* legit

Barſabitam: Hottingerus *Barſalitam*.

1 *Varias ſententias*. Ecchell. & Hottinger. malè, *de variis opinionibus*.

2 *Capita ænigmatum*. Ecchell. & Hottinger. *Ænigmata, & Parabolas*, minus rectè.

3 *Abraham*, cognomento *Katina*, ideſt, ſubtilis, Jeſujabi Arzunitæ Patriarchæ præceptor fuit, ut dictum eſt ſuprà pag. 109.

4 *Sententias & quæſtiones*. Ecchell. perperàm, *de opinionibus variiſque quæſtionibus*.

5 *Simeon* ex Cardeliabed ſeù Sena urbe oriundus, apud eandem urbem celebre monaſterium condidit, cujus meminit Margenſis lib. 5. hiſt. monaſt. cap. 12. & ſeqq. in vita Narſetis Epiſcopi. Obierat, antequam idem Narſes à Timotheo Patriarcha Epiſcopus Senæ ordinatus fuiſſet: hoc eſt, ante annum Chriſti 790. Nam Timotheus quidem Patriarchalem Neſtorianorum Sedem ab anno Chriſti 780. ad annum 823. rexit: Margenſis autem quum res Narſetis geſtas narrat, de Simeone Abbate tamquam pridem defuncto loquitur. Sic enim ait cap. 12. ſe vitam Narſetis didiciſſe ab Euſtathio Abrahæ Patriarchæ Archidiacono,

& *à monachis ſacri cœnobii Abbatis Simeonis, quod in eadem urbe Sena poſitum eſt*: & cap. 15. quædam ſibi de eodem Narſete relata refert à Mari monacho ejuſdem cœnobii:

Erat, inquit, *in cœnobio ſancti Abbatis Simeonis in eadem Sena urbe ſenex quidam, Mares nomine, qui hæc mihi de eodem ſancto Narſete narrabat*. Denique cap. 16. cœnobio Simeonis ſub eodem Narſete præfuiſſe teſtatur Subchalmaranum, quem à latrone quodam interfectum ſcribit:

Hic verò hominum nequiſſimus latro, inquit, *cœnobium ſancti Abbatis Simeonis ingreſſus, in cellam magiſtri noſtri Subchalmarani Archimandritæ clanculùm ſe propipuit, eumque interfecit: cujus cædem beatus Mar Narſes ex divina revelatione cognovit*. Cœnobium autem illud inter, & Senam urbem Tigrim fluvium poſitum fuiſſe, liquet ex eodem Margenſi cit. lib. 5. cap. 16. ubi quemdam Arabem de eodem Narſete Epiſcopo ſic lo-

7 Orationes 7 simul & Interpretationes. . ܕܕܡܬܐ ܕܫܒܘ ܡܐܡܪ̈ܐ

CAPUT CLVIII.

Jazidades Abbas.

8 Abbas Jazidades 8 edidit Librum, cui titulus, Collectanea. ܐܒܐ ܝܙܕܐ ܥܒܕ ܟܬܒ ܟܘܠܐ ܘܡܓܡܥܐ ܘܟܢܫܐ .

CA-

وبينها وبين الحديثة عشرة فراسخ .

Sena oppidulum est apud Tigrim suprà Tacritum. Alia Sena est locus in regione Rajæ. Alia quoque est urbecula Edessam inter & Amidam, aquis hortisque abundans, quæ arcem habebat, ab Asrapho Adeli filio postea destructam. De priori Sena *hæc in Azizio referuntur: Sena urbs ad ripas Tigris posita, civibus frequens, apud quam Zaba minor in Tigrim influit. Abest ab Haditha decem parasangis.*

7 *Orationes.* Exstat *Simeonis Carmen Paracleticum pro secunda die à depositione defuncti recitandum*, è Syriaco in Arabicum sermonem conversum, Tom. 2. Bibliot. nostræ pag. 486. Eodem tomo pag. 487. habetur *Simeonis Sancalabarensis Carmen morale, quod Ebedjesu Sobensis rogante Abrahamo Presbytero commentariis illustravit*: & pag. 498. *Simeonis*, ut falsò inscribitur, *Cephæ quæsita de Sacramentis, & de Baptismo per modum interrogationis & responsionis.* An hujus Simeonis Abbatis Senensis sint, haud liquet.

8 *Jazidades* Abbas è Schola Edessena Nisibin profectus, unàcum Barsuma & Narsete hæresim Nestorianam propagavit; teste Anonymo in Catalogo Patriarcharum Chaldæorum Cod. Syr. XI. Tom. 1. Biblioth. nostræ pag. 612. his verbis: ܗܘ ܕܐܬܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܘܐܬܝܒ ܒܪ̈ܫ ܥܕܬܐ ܕܡܕܝܢܚ ܒܫܢܬ ܬܫܥ̈ ܘܫܬ̈ܝܢ ܠܓܪ̈ܓܣ ܕܡܠܟܐ ܕܦܪ̈ܣ ܘܐܬܝ ܥܡ ܒܪܣܘܡܐ ܘܢܪܣܝ ܬܠܡ̈ܝܕܘܗܝ ܕܐܦ ܗܢܘܢ ܐܬܝܒ ܒܪ̈ܫ ܥܕܬܐ ܕܡܕܝܢܚ ܘܐܬܝ ܠܗ ܡܢ ܒܝܬ ܐܕܡ ܟܬܒ ܟܘܠܐ ܘܡܓܡܥܐ ܘܟܢܫܐ ܘܐܬܝ ܠܗ ܡܢ ܒܝܬ ܐܕܡ ܟܬܒ ܟܘܠܐ ܘܡܓܡܥܐ ܘܟܢܫܐ ܘܐܬܝ ܠܗ ܡܢ ܒܝܬ ܐܕܡ ܟܬܒ ܟܘܠܐ ܘܡܓܡܥܐ ܘܟܢܫܐ

Barsumas, qui fuit Episcopus Nisibis, & doctrinam impii Nestorii in Persarum regionem invexit: & Narses doctor, & JAZIDADES: qui unàcum Barsuma ex Edessena Schola, Rabulæ Episcopi Edesseni operâ expulsi, libros impii Nestorii ac Theodori, diebus Pherozis Regis, secum tulere. Vide quæ suprà de Narsete pag. 63. & de Barsuma pag. 66.

quentem inducit. ܥܡ ܕܐܙܠ ܐܢܐ ܥܡ ܒܪ̈ܝ ܠܬܪ̈ܥ ܢܚܙ ܠܗ ܒܝ ܒܝ ܐܒ ܒܝ ܒܝ ܐܒ ܒܝ ܒܝ ܐܒ

CAPUT CLIX.

Bar-Jacob.

1 Bar-Jacob 1 composuit librum: . ܕܥܒܕ ܣܦܪܐ ܒܪ ܝܥܩܘܒ ܗܘ

CAPUT CLX.

Domnius.

2 Domnius 2 habet orationes. . ܐܝܬ ܠܗ ܠܕܡܢܘܣ ܡܐܡܪܐ

CAPUT CLXI.

Susæus Susensis.

3 Susæus 3 Susensis composuit ܣܘܣܝ ܣܘܣܢܝ ܥܒܕ
4 Librum 4 gratiarum actionum. ܣܦܪܐ ܕܒܘܕܝ ܘܫܘܒܚܐ .

CAPUT CLXII.

Abraham Saba.

5 Abraham 5 Saba habet ܐܒܪܗܡ ܣܒܐ ܐܝܬ ܠܗ
Librum variarum quæstionum. ܣܦܪܐ ܕܫܐܠܬܐ ܘܦܫܩܢܐ .

CA-

NOTÆ.

1 *Bar-Jacob*, ideſt, filius Jacobi. Auctor obſcurus & incertæ ætatis, ſi Codicis noſtri lectionem ſequamur. At Ecchellenſis pro ܒܪ ܝܥܩܘܒ *Bar-Jacob*, legit ܒܪ ܣܥܕ *Bar-Sahak*; quod nomen ex ܒܪ ܐܝܣܥ *Bar-Iſaac* corruptum videtur. Fuit autem *Bar-Iſaac*, ſeù filius Iſaaci, ſcriba inſignis apud Neſtorianos ſub Joanne Patriarcha Maris Bar Tobi ſucceſſore circa annum Chriſti 1002. ut ex Amro liquet in vita ejuſdem Joannis.

2 *Domnius*. Ecchell. & Hottinger. *Damnes*; quod tamen metri ratio non patitur. Auctor mihi ignotus.

3 *Susæus Susensis*, hoc eſt, ex Suſa urbe, quæ *Suſan* in Scriptura appellatur. Ecchell. ܣܘܣܝ ܣܘܣܢܝ *Suſai Sciuſciania*. Hottinger. *Suſai Schuſchanita*.

4 *Librum gratiarum actionum*, quæ nimirùm in fine Liturgiæ recitantur. Ecchell. & Hottinger. malè, *librum de gratiarum actionibus*.

5 *Abraham Saba*, hoc eſt, ſenex, diſcipulus Jacobi fundatoris cœnobii Beth-Abenſis, de quo hæc Margenſis lib. 1. hiſt. monaſt. cap. 32. ... ܐܒܪܗܡ ܣܒܐ ...

CAPUT CLXIII.

Gregorius Suſtrenſis.

1 Gregorius [1] Suſtræ compoſuit librum.

2 Adversùs omnes [2] ſectas, Et

ܩܛܝܪ ܒܡܡܪ ܗܘ ܥܠ ܬܪܝܢ ܘܟܢܫ ܠܗ ܫܘܒܚܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ :

ܐܡܝܢ

De magiſtris noſtris Joſepho, & Abrahamo ejus fratre. Par fratrum iſtorum benedictum, quorum par eſt gloria, quibus laudibus proſequemur? Iſtas lucis columnas ſolaribus radiis ſplendidiores quis digna meritis corona donaverit? Ambos ex uno patre unaque matre progenitos ille fortaſsè pro merito laudaverit, qui ab eiſdem, velut à filiis beatæ Samonæ, fuerit colluſtratus. Simul educati, pari cura enutriti, eandem Spiritus doctrinam hauſere. Beati porrò iſti viri ex oppido Gophita originem traxere, quod ad boream hujus monaſterii poſitum, ab eodem quatuor mille paſſuum ſpatio diſtat. Ab ipſa verò pueritia ſub divini Jacobi diſciplina in hoc cœnobio adolevere, atque ab eodem beato viro univerſam philoſophiam, & ſcientias cum illa conjunctas edocti fuerunt. Sanctus verò pater Joſephus ſimul ac è cœnobio deceſſit, ad hæc loca venit, atque in iis ſolitariam vitam egit, adeò ut nec ipſo ſacræ ſynaxeos die ad Eccleſiam conveniret. Sub veſperam verò, & profunda nocte, ut hominum notitiam fugeret, veniebat: clam Sabbaticum intrabat per magnam quandam feneſtram, quam ego quoque poſt vidi in Sabbatico veteri. (Sabbaticum, ſeu domum Sabbati, locum refectionis, hoc eſt triclinium vocabant Syri monachi.) *Narrabant mihi etiam ejuſdem loci ſeniores, reliquias & nigra panis fruſtula ex vicino furno illuc conjecta, Joſephum colligere quantum ad neceſſarium victum ſufficere credebat, indeque in ſuam ſpeluncam ſe referre, conſuevisſe. Quum autem beatus Mar Jacobus è vivis exceſſiſſet; fratrem ſuum Joſephus ſecum aſſumpſit, & ambo in montem Zinæum ſeceſſere, ibique laborioſam vitam & naturæ vires ſuperantem egerunt. Et quoniam illorum geſta viri ſancti, magiſter nempe noſter Aphnimaranus, & magiſter noſter Sabarjeſus cognomento Reſtamus, literis prodiderunt; ſupervacaneum mihi viſum eſt, de illis prolixiùs ſcribere: tantùm precor lecturos eorum certamina ac triumphos, ut pro me orent. Quare ab illorum hiſtoria tranſitum facio.* Hucuſque Margenſis.

1 *Gregorius Suſtræ*, Perſarum urbis Epiſcopus, ſub Jacobo Patriarcha claruit circa annum Chriſti 770. Ecchell. Suſtram urbem appellat *Suſaſtram*, Hottinger. *Schuſchaſtram*. Fallitur autem Caſtaldus, qui Suſam Suſianæ metropolim hodie Suſtram appellari ſcribit. Suſam enim à Suſtra differre, liquet ex Geographis Orientalibus.

2 *Adversùs omnes ſectas*. Ecchell. *adversùs omnes falſas religiones*. Hottinger. minus rectè, *contra omnia falſa numina*.

1 Et Demonſtrationes [1] phyſicas,
Et ſermones paracleticos cum Interpretationibus.
Et hiſtoriam Abrahæ Suſtrenſis:
Et librum unum hiſtoriæ Eccleſiaſticæ:
Et de cauſis Feſtorum: & Canti-
2 cum [2]
Quod incipit, Parati eſtote in operibus veſtris.

ܡܠܫܢܐ ܕܝܘܢܐ :
ܡܡܪܐ ܕܚܘܪ ܠܐܘܪܗܡ .
ܡܢܗܕܣ ܕܐܒܪܗܡ ܣܘܣܬܪܝ :
ܣܦܪ ܚܕ ܕܗܣܛܘܪܝܐ :
ܡܟܠܠ ܘܟܪܝ . ܡܠ
ܘܠܝܬ ܚܕܝܬܘܗܝ .

CAPUT CLXIV.

Bar-Sohedes Charchæus.

3 Bar-Sohedes [3] Charchæus compoſuit
Librum Eccleſiaſticæ *hiſtoriæ*:
Et librum adverſùs Magos
Sectatores doctrinæ Zaradoſti, *hoc eſt, Zoroaſtri*.

ܚܙܗܘ ܒܪ ܣܗܕܐ ܟܪܟܝ
ܣܦܪ ܕܗܣܛܘܪܝܐ :
ܘܣܦܪ ܕܟܬ ܡܓܘܣ
ܕܬܒ ܣܟܝܢ ܙܪܕܘܫܬ .

CAPUT CLXV.

Jacobus Edeſſenus.

4 Jacobus [4] Orrhoënſis ſcripſit
5 Annales [5] & Chronicon.

ܝܥܩܘܒ ܐܘܪܗܝ ܟܬܒ
ܫܢܝ ܘܬܘܫܒܚܐ .

CA-

NOTÆ.

1 *Demonſtrationes phyſicas*. Ecchell. & Hottinger. malè, *geometricas*.

2 *Canticum, quod incipit, Parati eſtote*. Ecchell. & Hottinger. pluraliter *Cantica*, minus rectè.

3 *Bar-Sohedes*, ideſt, filius martyrum, Charchæ Epiſcopus, Phetioni Patriarchæ ſynchronus anno Chriſti 735. innotuit. Alter Barſohedes Epiſcopus Ninives fuit, quem à Barſuma Niſibeno interfectum fuiſſe narrat Bar-hebræus. Vide tom. 2. pag. 403.

4 *Jacobus Orrhoënſis*, hoc eſt, Edeſſenus Epiſcopus, obiit anno Chriſti 710. juxta Dionyſium, vel 708. juxta Barhebræum. Vide tom. 1. p. 426. & 488. & tom. 2. p. 336. & ſeq. Hic, etſi Neſtorianus non fuerit, à Sobenſi tamen Scriptoribus Syris in Catalogo accenſetur, quemadmodum & de Achudeme Monophyſita aliiſque factum ſuprà obſervavi.

5 *Annales & Chronicon*. Barhebræus tàm in Chronico Arabico, quàm in Syriaco laudat hoc Jacobi opus. Vide tom. 2. pag. 310. & 313.

CAPUT CLXVI.

Simeon Charchæus.

1 Simeon 1 Charchæus & ipſe Annales confecit.

ܫܡܥܘܢ ܟܪܟܝܐ ܐܦ ܗܘ
ܕܟܬܒ ܫܢܝܢ ܒܝܥܘܬܐ .

CAPUT CLXVII.

Ara, & Pacorus.

2 Ara 2 compoſuit adversùs Magos Librum: & *alterum* adversùs Bardeſanem,
3 Cui titulus, 3 Scarabæi:
4 Et librum, quem compoſuit 4 Pacorus.

ܐܪܐ ܗܘ ܕܟܬܒ ܠܡܓܘܣ ܣܦܪܐ
ܕܐܝܟܐ : ܘܠܒܪܕܝܣܢ ܐܚܪܢܐ :
ܘܗܘ ܕܣܡ ܠܗ ܣܟܪܒܝ ܐ :
ܘܣܦܪܐ ܕܟܬܒ ܦܩܘܪ .

CAPUT CLXVIII.

Bar-Koſinus, ſeù Bar-Koſra.

5 Bar-Koſinus 5 compoſuit adversùs Chaldæos duos tomos

ܒܪ ܟܘܣܝܢ ܗܘ ܐܦ ܟܬܒ
ܟܘܠܗܘܢ ܐܝܓܪܬܐ ܠܟܠܕܝܐ

In

NOTÆ.

1 *Simeon* Charchæ Epiſcopus, Timothei Patriarchæ temporibus circa annum Chriſti 800. claruit. Ecchell. pro ـــــــ perperàm legit ـــــــ *Barachia*, Hottinger. *Barukia*.

2 *Ara* incertæ ætatis ſcriptor; antiquus tamen, ut ex libris adversùs Bardeſanitas compoſitis liquet: nam Bardeſanis ſecta ante ſextum Chriſti ſæculum extincta videtur.

3 *Scarabæi*. Hic Ecchellenſis ſuas in Sobenſis Catalogum obſervationes claudit.

4 *Librum quem compoſuit Pacorus*. Hæc apud Hottingerum deſiderantur. Ecchellenſis legit, *& librum quem compoſuerat Phakur*. At Codex Sobenſis, quo idem Ecchellenſis uſus eſt, habet ܦܩܘܕ *Pakud* cum litera ; Daleth, non ܪ *Pachur*. Pacori tamen frequentius eſt apud Syros nomen, quàm Pacodi. Vide tom. 1. pag. 419. ubi de Pacoro Edeſſæ Rege. Quis autem is fuerit Pacorus, quem Ara confutaſſe dicitur, non liquet. Sed neque conſtat, Aram adversùs Pacorum ſcripſiſſe: imò Sobenſis verba hunc ſenſum commodiùs reddunt, ـــــــ *Exſtat quoque Liber, quem Pacorus compoſuit*.

5 *Bar-Koſinus*, (Ecchell. & Hottinger. *Bardukſin*) aliàs, ـــــــ *Bar-Koſra*, cœnobii Moſulenſis fundator, ſub Ezechiele Patriarcha circa annum Chriſti 570. vixit.

Jeſu-

In unum librum digestos: nec non alterum *librum* adversùs
1 Parpharonem [1] hæreticum.

شو هُدُا : هُسنُم كُمصُا
فَنْقُنُم وُنُهُطُا .

CAPUT CLXIX.

Daniel Mariæ filius.

2 Daniel [2] Bar-Mariam composuit
Ecclesiasticam *historiam*
Quatuor tomis comprehensam :
& librum
Expositionis Chronici.

وُبُلا حَذ هُنُمر هُم
هُدهُهُطُا وُهُنُهُطُا
حَاوُحَ فُلِحُم : هُهُدُا
وِهُهُطُا وُحَنُهُنُطُم .

CAPUT CLXX.

Zachæus Surensis.

3 Zachæus [3] Surensis composuit

أَحَب وُهُوُا وُحَ

Ad- لسعدا

Jesujabum Bar-Kosram appellat Amrus, qui in Vita ejusdem Ezechielis hæc de ipso narrat. وفى هذه الايام ظهر رين بر قوصرا راصله من نينوى ولازم القراة وتزهد وتقشف . وقيل انه اجتاز على رعاه ياكلون لحما مع راهبين . فلما وصل الشط خلفوه الرعاه بالمسيح ان ياكل . فاكل ثلثة لقم . فانكر ذلك الراهبان . فطرح كساه على الما وعبر عليه وعبر الراهبين فلما راه الحرس الذين على باب المدينه تصوّروه بصورة اله . وبنا هيكلا حسنا بالحصينة وجدب عليه احد العرب فى طريق سيفا فجفف يده واستشفى القديس فشفاه . وكان فى الصوم لا ياكل الا البقل حسب وامتناح ودفن فى ديره ويسمى دير رين برقوصرا وهو كرسى مطران الموصل .

Per hæc tempora innotuit magister noster Bar-Kosra (al. Cod. *Jesujabus cognomento Bar-Kosra*. Vide tom. 2. pag. 414.) *ex Ninive oriundus, qui quum literis operam dedisset, monasticam demùm eamque religiosam rigidamque vitam adamavit. Hic, ut fama est, una cum duobus monachis aliquando iter faciens, quum in pastores ad ripam præterfluentis amnis considentes casu incidisset, perque Christi nomen adjuratus fuisset, ut carnes comederet,* (*carnibus enim mensam instruxerant,*) *ternos bolos sumpsit. Sociis factum improperantibus, pallium flumini imposuit, eoque velut navigio usus una cum illis ad alteram ripam appulit. Quod milites ad urbis portam excubantes conspicati, illum pro Deo habuere. Templumque pulcherrimum in Hosaina construxit. Sed quum alibi iter ageret, Arabs quidam nudato ferro illum fuisset aggressus, latronis dexteram narrant extemplo arefactam, ab eodem exoratum* Bar-Kosram *restituisse. Quotidianus ejus victus parcissimus ex modica olerum quantitate constabat. Post obitum in suo monasterio conditus est, quod magistri nostri Bar-Kosræ cœnobium appellatur, estque Sedes Metropolitæ Mosulensis.* Hæc Amrus. Porrò tàm in Bar-Kosræ seù Bar-Kosini, quàm in Bar-Kainæi, (de quo infrà cap. CLXXI.) nomine, litera ; *Daleth* signum genitivi casus est, etsi nomen حذ *Bar* contractum sit, ut Syri Grammatici ajunt. Quamobrem *Bar-Kosinus & Bar-Kainæus* latinè reddidi; non Bar-d-Kosinus, aut Bar-d-Kainæus.

1 *Adversùs Parpharonem hæreticum.* Ecchell. حفرنم *Phaphronem*. Fortasse legendum, حذ افرنم *Bar-Zaphron*, cujusmodi nomen apud Syros occurrit. Vide tom. 1. pag. 419.

2 *Daniel Bar-Mariam*, hoc est, Mariæ filius, Jesujabi Adiabeni Patriarchæ temporibus claruit, ut ex Amro notavi tom. 2. pag 420.

3 *Zachæus Surensis*, ideſt, ex Sura Ba-

1 Admirabilem 1 demonſtrationem mundi. اسقمدا لمحمدا وبحدها

CAPUT CLXXI.

Joannes Bar-Kainæus.

3 Bar-Kainæus 2 compoſuit Orationes Metricas ad ſolatium mœrentium. حذوقسنا هعر هداهدا وقحقسها لحقولب معمدا .

CAPUT CLXXII.

Joannes Bar-Abgari Patriarcha.

3 Joannes 3 Bar-Abgari Com- شعلى حذ لحجدا هعر

byloniæ urbe Bagdadum inter & Cuphambـ poſita, de qua Abulpheda in deſcriptione Arak. Ecchell. perperàm legit زقصـا *Supania*: nec melius Hottingerus pag. 237.

1 *Demonſtrationem mundi*, hoc eſt, Coſmographiam.

2 *Bar-Kainæus*, hoc eſt, filius fuſorum, (malè apud Ecchell. & Hottinger. حذوقسنا *Bardaknana*,) Amro in Vita Machichæ & Eliæ Patriarcharum appellatur يوحنا ابن الحداد *Joannes ebn-al-Cheddad*, ideſt, filius fabrorum ferrariorum; Moſulanam autem Neſtorianorum Eccleſiam Metropolita regebat anno Chriſti 1111. ut ex eodem Amro liquet.

3 *Joannes* Syrorum ſermone nuncupatus حذ لحجدا *Bar-Abgari*, ſeù حذ سعـا *Bar-Hagbiri*, Arabicè ابن الاعرج *Ebn-al-Aarag*, hoc eſt, filius claudi, aliàs *Bar-Iſa*, ex Epiſcopo Zuabiæ in Patriarcham Neſtorianorum electus fuit anno Chriſti 900. ut dixi tom. 2. pag. 440. De ejus conſecratione & geſtis hæc Amrus. يوحنا ابن عيسى ترشى فى قطيعة النصارى ببغداد على يدى اخيه خدامى الاعرج قس البيعة وصار فيها واسامه ابن نرس اسقفا على الزوابى يعنى النعمانيـة وورد بعـد

بوانيس لحفظ الكرمى لان واسط لم يكـن لهـا اسقف واستعمل مداراة النـاس ليتم له الامـر ورضى به جماعة الابا والمومنين ورامـوا تقـديم تسليم الامر اليه قبل موافاة يوحنا ابن بختيشوع وكان ثادورس مطران جنديسابور يطلبها واجتمـع الناس على الجمـع بين اسميهما فى رقعتـين وتراضيا بذلك لطهارتهمـا وخرج امر يوحنـا . فقال المطران ان حيله تمت وخالف وتعصب على يوحنا قوم من قطيعة النصارى ودرب القراطيس كانوا يعرفون منشاه وتربى بينهم فـالـنـبى فى مدينته لا يكرم . وانضم اليهم غيرهم . ووافـا يوحنا بن بختيشوع ومعه اساقفته من الموصل ولا يشك ان الجثلقة له . واجتمع ثـادورس مطـران جنديسابور ويوسـف مطـران مرو وكان يظهـر العقش ليشهد له الـنـاس بالصـلاح واجتمع معهم جماعة وحرّضوا على الكـلام وخـاطبـوه بالجثلقة وقبل ذلك منهم وخرّب النـاس وتعزز ابن بختيشوع بالسلطان وكتب رقعة الى الخليفـة وله حق خدمة عليه يشرح الحال فتقدم الى بدر بالنظر فى الامر وكان بدر خيّرا فتقدم الى مالك بن الوليد كاتبه وابنى اسلم طبيبه بالنظر فى ذلك فاجتمع النـاس فى الاحـد السـابع من ماىوع

السليحين

ذلك تندموا . فقال ابن بختيشوع لبدر يسعوني
في مجلسك ولو كانوا في غيره لقابلتهم . فقال
هولاكتاب الخليفة واطباؤه وهم اخوتك فان
كانوا قالوا حقا فالخلفا من آمن ولا عيب عليك
وان كانوا قالوا باطلا فقد اساوا الا اننا نطلقهم
مع منتهم . وتقدم اليهم بالمقام في داره لينهى
الحال واعد لهم الطعام وكان شهر رمضان .
فاحتجوا بالصيام وانهم ياكلون وقت الفطار .
فلما ادرك المسا صلوا ودعوا لامير المومنين وله
وقدم لهم الطعام ومن غد تقدم بحملهم الى دار
الخليفة مكرمين وكاتب وشرح للمعتضد الحال
فقال هذا باب سافط الفكر فيه عنا لانه لا
يتعلق بالمملكة . فقال المعتضد بل يجب علينا
ان نصلح احوالهم لانهم خدمنا . واطلق الناس
ان يختاروا ربسا من يحبون . وعرف بدر الجماعة
الحال وسكن يوحنا في دار لبني اسلم في
الرصفرانية وسال بدر لمالك كاتبه عما يحتاج اليه
الجاثليق ليقوم به واعلمه اعدادهم هذا والقس
منه ثوب ديباج لاكرامه وعكازه ومعفر فضاعف
بدر وحمل الجميع على يد مالك مع ماية دينار
وبغلة مختارة .

والمحدر يوحنا ليلة الاربعه وابن بختيشوع في
حواقة واساقفته ووصلوا على ساعتين من يوم
الاربعا واتوا الى الجاثليق من كان تقدم
بالاكرام والتبجيل وحمل الرازيين وصعد الى
الموتب واخذ الدواه وكتب خطا بالسريانية
يضمن فيه ان يسير بحسب الانجيل وثوانين
الرسل ويحفظ الامانه الصحيحة والسونهدسات
المشرقية والغربية والابا الثلثة ديودوروس
وثادوروس ونسطوريوس وان لا يتناول الرشا على
الكهنوت والاحكام ويستعمل الطهارة والتقى
ولايسيم بمال ولا يسلك الطريقة السمونية ولا
يثقل على المرعيت والبيع ويودي الجوالي ويراعي
من يموت من الغربا وما يمهله الله تعالى يوزعه
على المساكين والايتام والمحتاجين ويعمر البيع
ولايقفل البيع بل يسلمها الى الاتقيا ولا يسيم
قسا ولا شماسا الا على القانون القس بعد قراة
الاحدا والشماس بعد قراة الداود ولايسيم غنيا
لا يصلح ولا يطرح مسكينا يصلح وانه ان عدل
عن ذلك فلا حظ له في الرياسة ولا النصرانيه .
وسلم الخط الى الناس وقال لست محتاجا الى هذا
الشرط على نفسي لكن ليصير سنة لمن ياتي بعدي .
واستراح

الملجين وحضر من عند يوحنا ابن عيسى ومن
معه من المطارنة والاساقفة والمومنين وحضر من
عند يوحنا ابن بختيشوع وعند حضور يوحنا
ابن عيسى اذن له في الدخول على بدر ومن
معه . فدعوا للامير وله واعلمهم ما تقدم به من
النظر في امرهم فقالوا نحن عبيد هذه المملكة .
وسالهم عن المنازعة وعلتها . فقالوا رضينا
بيوحنا ابن عيسى وابن بختيشوع يطرح الشر بيننا
والخصومات واستغاثوا اليه منه . وعاتب يوحنا
ابن بختيشوع على ذلك وقال انت من اولاد
النعمة والروسا ويجب ان تحرص على مصلحة
دينك لا مفسدته وهو احسن بك عند الله وعند
امير المومنين وعندي وما اشبه ذلك . فقال
للنصارى سنة وهو ان يجتمعوا على الاختيار وانا
واصابي ما اجتمعنا على اختيار هذا وفي اختياره
نقص للسنن . فقال اصحاب يوحنا هذا الكلام
مما يشاكلنا من ان الاختيار قد صح على واجبه .
واحتج بدر بمطران جنديسابور وهو رئيس
المطارنة . فقال اصحاب يوحنا الاختيار للمطارنة
والاساقفة يسهون ولو حضر ثلثة منهم تم
الامر ولو تاخر صاحب جنديسابور على اننا قد
علمنا انه معتقل عند بن بختيشوع . وقام ابن
اخي يوسف مطران بردعه وسط الجمع وحكى
اعتقال عمه وهو شيخ يصوم الدهر ولا يذوق
الدسم عند ابن بختيشوع وكان غرضه صفات عمه
للمختار . وحضر مطران مرو وجندیسابور وجرى
كلام طويل اشار بدر فيه على بن بختيشوع بقطع
الكلام ومساعدة القوم على يوحنا . وكان القس
ابن عبيد الله حاضرا فقال لابن بختيشوع صفات
الجاثليق ماذا ينبغي ان تكون . فابتدا وقال
عالما . فقال مالك ابن الوليد وداود بن قلم .
فهو اعلم منك . فامسك . فركبته الحجه . ورفع
صوته ايشوعزخا اسقف هكبرا وقال لا يصلح لنا
جاثليقا يلعب بالكلاب والقرود . وشرح بعد
حال الرقاع المكتتبة اولا وخروج امر يوحنا .
فقال لهم اخاف ان تدعنوا لابن بختيشوع كرها .
فقالوا نحن عبيد امير المومنين وهو لا يغير
علينا سنتنا . فقال اي شي تكرهون منه . فقال
ولادته من مرية على سبيل الزنا ومثل هذا لا
يومن على الصلوات والقرابين . فقال لهم القس
بن عبيدالله فلم جعلتموه على الموصل مطرانا .
فقال اختاره اهل الموصل وهم لا يعلمون ولما علم

المية واقفا يبكى فى البدياقن ومات على ظهر الطريق نسال الله ستره جميلا .

وتدبر يوحنا الجثلقة احسن تدبير ورحم المساكين والضعفا واعان المحتاجين ولم ياخذ على الاسيامين رشوة ومات لثمان خلون من رجب سنة اثنين وتسعين ومائتين ودفن فى بيعة دار الروم بالجانب الشرقى بجنب يوانيس الجاثليق وكانت مدته خمس سنين .

Joannes Iſæ filius in ea urbis Bagdadi parte, quæ regio Chriſtianorum dicitur, educatus fuit à germano fratre ſuo Chodahe Claudo Eccleſiæ Presbytero, cui ipſe quoque poſtea præfuit. Inde a Joanne Patriarcha *Narſetis filio Zuabiæ, hoc eſt Naamaniæ urbi Epiſcopus eſt datus. Unde poſt* eundem *Joannem ad cuſtodiam Sedis vocatus fuit, eò quod Vaſeta tunc temporis Epiſcopo careret :* (id munus ad Caſcarenſem Epiſcopum ſpectabat, ut ſæpè dictum eſt : ſed Caſcarenſis Eccleſia cum Vaſetenſi per id tempus conjuncta erat .) *Eam dignitatem adeptus, populi benevolentiam ſibi conciliare ſtuduit, ut ſibi quod moliebatur, pro voto ſuccederet : quod & evenit. Nam ex populo & Patribus non pauci illum Patriarcham deſignarunt ; idque ad exitum perducere ſatagebant ante Joannis filii Bochtjeſu* Metropolitæ Moſulani *adventum. Sed quum Theodorus Gandiſaporenſis Metropolita eam ſimul dignitatem ambiret, communi omnium electorum ſuffragio decretum fuit, ut quoniam amborum par & æquale meritum credebatur, eorum nomina in ſchedulis deſcripta in urnam referrentur. Sors Joannis nomen extulit? Sorti reſtitit Metropolita* Theodorus, *fraude & dolo factum incuſans ; Joanniſque electionem reſcindere cogitavit, eique ſuffragati ſunt non pauci ex regione Chriſtianorum, & ex via Chartariorum, ut qui hominis originem educationemque perſpectam haberent, utpote qui apud eos adoleviſſet. Nullus autem Propheta acceptus eſt in patria ſua : pluresque alios in ſuam factionem contraxere. Poſtremo Joannes Bochtjeſu filius à Moſul unàcum ſuis Epiſcopis advenit, ratus Catholici dignitatem ſibi facile tutoque obventuram. Quum ergo Theodorus Metropolita Gandiſaporenſis, & Maruæ Metropolita Joſephus conveniſſent* (*Joſephus autem ut ſibi populum conciliaret, religioſam auſterioremque vitæ rationem affectabat :*) *convocata Patrum populique concione, communi decreto Joannem Bochtjeſu Catholicum proclamarunt : qui ut novam ſibi dignitatem adversùs æmulum conſtabiliret, Chaliphæ ſupplicem libellum porrexit, in quo exhibitam ipſi à ſe &* Bochtjeſu patre *ſervitutem referebat. Sed antea Badrum de toto hoc negotio conſulendum judicavit. Erat Badrus vir probus in paucis. Quare antequam quidquam ſtatueret, Malechum Validi filium ſuum à ſecretis, & filios Aslami medici ſui convenire juſſit, & inter ſe de ea cauſa deliberare. Quod quum ad vulgus manaſſet, convenere Dominica ſeptima hebdomadæ Apoſtolorum ambæ factiones, Joannes ſcilicet Iſæ filius unàcum ſuis Metropolitis, Epiſcopis, & Chri-*

واستراح الابا فى ذلك اليوم وعملوا الرمش للاسيامين ليلة الخميس . ولم يحضر ابن بختيشوع الرمش ولاصعد الدير . فلما كان من غد وحضر الاسيامين وهو ليلة عشر ليلة خلت من شهر رمضان سنة مبع وثمانين ومائتين . وقدم ابراهيم ثلثة ليصيمه على الروابى فلم يحضر يوحنا بن بختيشوع وتقرب وانصرف وقرا الانجيل وتكلم وقدس واكل الناس الفاتور وحصل الاسيامين عشرون من الابا بالمطارنة والاساقفة منهم تادورس مطران جنديسابور ويوحنا بن بختيشوع مطران الموصل ورتب معهم منهودس فى كل شى من الامور الدينية والعالمية وقارب فى ما فرضه من المواريث فرايض المسلمين لكوننا بينهم وخوفا من عدوله اليهم .

وشكا بن بختيشوع امر عبديشوع اسقف الحديثة وخلعه الطاعة . فكتب كتابا جامعا انه لا يجوز لاسقف ترك طاعة مطرانه ويجب عليهم طاعتهم وان اسقف الحديثة متى خالف وجب قثرسته .

وتادورس مطران باجرمى كان ابن اخى يوانيس الجاثليق وابى ان يجعله مطرانا وانما فعل ذلك بعد الحاج ايشوعبرنون اخيه واحق ابن دليل وقال ممتثلا بقول حزقيال قد نصبت ولكن ايشوعبرنون يفلح . واتصل بيوحنا اخبار فضايحه وانه يهوى مغنية وانها وابنتها عنده على سبيل قبيح فاحضره وبخه وقال له ان رجعت عن هذه الحصال فانت الجاثليق وخرج ولم ينتبه وعاود امره واستغاث المومنون منه . فلما راى داه لا دوا له قطعه من جسم البيعة وكتب اليه القاناراميس . وقيل انه دخل بغداذ فى السفعتين وكانت الملعونة معه وشعر بها الجيران وحملوها الى السلطان واستغاث بوقاحته بالحسن ابن وهب فى تخليصها وغرم جملة كثيرة ولم يقلع وقيل انه راى فى منامه كانه قايما على شاطى نهر وكان بيده اليمنى قد قطعت ووقعت فى النهر وطفت فوق الما وهو يصيح ويطلبها وهذا هو فقد الكهنوت . وقربت القاناراميس ببغداذ فى البيع وحملت الى باجرمى وبقى حتى حله ابراهيم الجاثليق وانتهى امره من بعد الى الاسلام ويقال انه كان حسن الوجه والفهم والعلم والصوت . وذكر لنا اسقف الانبار انه شاهد بعد اسلامه يعمل الطب بباب النوبى وانه شاهد فى بيعة

Christianis ipsi consentientibus ; ex altera parte Joannes filius Bochtjesu cum suis. Quum verò venisset Joannes Isæ, permissum est ei, ad Badrum intrare cum suis. Qui Imperatori (Chaliphæ scilicet, quem Arabes Amir-al-Mumenin, hoc est, Imperatorem fidelium appellant :) *ipsique Badro bene precati conticuere. Badrus è contrario quæ in eorum causa acta fuerant, exposuit. Cui filii Isæ fautores responderunt : Nos hujus Imperii servi sumus. Rogati rursus, ut statum & causas retexerent intentatæ litis : Joannem Isæ, responderunt, elegimus. Infestus contrà Bochtjesu filius causas dissensionum & discordiarum severe inter nos orsus est. Badrique opem adversùs eundem implorare perrexerunt. Quare Badrus Joannem Bochtjesu incusare cœpit : at tu quidem, inquiens, ex filiis gratiæ & è numero præsulum es, oppidoque consentaneum officio tuo erat, ut religionis tuæ negotium ageres, providereseque, ne illud contrario quovis assultu pessumdaretur. Et hoc quidem non parùm tua interest non modò apud Deum, sed & apud fidelium Imperatorem, & apud me. Hæc & hujusmodi Badrus. Cui ille. Christianis sancta lex est, ut ad electionem conveniant universi. Nunc verò nec ego, nec meæ ditionis Episcopi hominis istius electioni interfuimus. Quare jure merito clamamus in illius electione sacros Canones fuisse violatos. Joannis Isæ fautores contra hæc & hujusmodi ajebant : objecta commenta sunt & nugæ : constat enim electionem Canonicam fuisse. Quum verò Badrus absentiam objiceret Metropolitæ Gandisaporensis, ut qui Metropolitanorum esset primus ; quare nec eo absente electionem constare potuisse ; Joannis fautores responderunt : electionem ad Metropolitas & Episcopos pertinere, & hanc constare atque legitimam fore, quando vel tres dumtaxat Episcopos adesse contigerit : neque Metropolitæ Gandisaporensis præsentiam requiri.* (Vide tom. 2. pag. 459.) *Compertum prætered fuisse illum apud Bochtjesu filium detineri. Hìc Josephi Metropolitæ Bardaensis* (& Maruensis, ut suprà dictum est) *nepos in mediam concionem prodiens, patruum quoque suum eadem de causa apud Bochtjesu filium impeditum fuisse narrabat : orsusque est prædicare illius abstinentiam, adeò ut jam devexa in senium ætate condimentum quodlibet ad mensam recusaret : quæ omnia eò tendere visa sunt, ut bonus senex in Catholicum promoveretur. Postremum præsentibus Metropolitis Maruæ, & Gandisaporis Badrus disertè & graviter filium Bochtjesu admonuit, ut in posterum linguæ parceret, nevè populum adversùs Joannem concitare pergeret. Aderat inter alios Casemus Obaidallæ filius, qui ad filium Bochtjesu conversus, edissere nobis, inquit, quasnam putes eligendi in Catholicum dotes esse oportere ? Cui ille dicere orsus, doctum, ait, eum in primis esse oportet. Plura dicere cogitantem interpellavere Malechus Validi filius, & David Phalemi.* (ابن الدلمي Dailami filium vocat Barhebræus in chronico Syriaco Par. 3. in vita Athanasii Maphriani) *At ille, ajunt, te doctior est. Ad hæc ille manifesta veritate convictus conticuit, plura biscere baudquaquam ausus. Hìc verò Jesu-Zacha Ocbaræ Episcopus sibi temperare non potuit, quin altâ voce inclamaret : At enimverò haudquaquam nos decet habere Catholicum, quem canibus similisque colludere non pudet : adjecitque schedularum scriptionem, quam suprà factam retulimus, & Joannis per eas designationem. Ad hæc Badrus* conventum interpellans, *vereor, inquit, ne vel inviti electionem filii Bochtjesu ratam habituri sitis. Cui quum illi contra reposuissent, Imperatoris se esse servos, sperareque leges suas ab eo haudquaquam mutatum iri ; Badrus, ecquidnam tandem, ait, in eo vobis non placet ? Id potissimùm, responderunt, quod ex concubina spurius natus est : cujusmodi hominum genus neque precibus, neque oblationibus præfici solet. Intercessit Casemus filius Obaidallæ : Eccur ergo, inquiens, Mosuli Metropolitam eum creastis ? Cui illi : illum nempè, ajunt, Mosulani optavant imprudentes. Admonitos, factæ electionis pœnituit serò. Hìc filius Bochtjesu ad Badrum conversus, hæc isti quidem adversùs me, te præsente, effatiunt. Ast ego si eadem alio in loco deblateravent, utique confutare ac revincere satagerem. Cui Badrus ; isti, inquit, ut bene nosti, Imperatoris à secretis sunt, ejusque medici, iidemque tui sunt fratres. Qui si quidem vera protulerint, scito Chaliphas ancillarum esse filios, neque hujus stirpis te pudere decet. Si verò falsa, iniqui ut sint, attamen eos suis vivere legibus sinamus oportet. Badrus interim dum litem definire parat, utramque factionem, ut ad suas ædes divertevet, humanissimè invitat : prandiumque universis apparari jussit. Contigere hæc mense Romadano. At illi jejunii* (Saracenici) *legem causarti, sibi ante constitutam cœnæ horam comedere nefas esse dixere. Ad vesperam itaque preces* (Canonicas) *recitarunt, & Fidelium Imperatori* (Chaliphæ Mahometanorum) *atque Badro bene precati sunt. Deinde ad cœnam ab eodem Badro apparatam accubuere. Postero die ad Chaliphæ ædes secum venire cum honore jussit : causamque Motadedo Chaliphæ exposuit, adjecitque, negotium hujusmodi ad Imperium minimè pertinere. Sapienter tamen Chalipha, At nostri, inquit, officii est, res eorum componere, quoniam nobis serviunt. Tu verò sine istos, quem voluerint, sibi præsulem præficere. Chaliphæ responsa Badrus conventui quum retulisset, Joannes in ædes filiorum Aslami in ea parte urbis, quæ Zapharania dicitur, secessit. Badrus verò Malechum suum à secretis familiarem rogavit, ecquam Catholico supellectilem necessariam esse putaret. Quum autem necessarii instrumenti apparatum Malechus indicasset, vestemque insuper auro textam, utpote dignitati convenientem petiisset, & Pastorale pedum, atque pallium ; Badrus dupla omnia ad Catholicum per eundem Malechum, adjectis insuper centum denariis, transmisit. Selectam ex suo stabulo mulam præterea duci jussit.*

Rebus ita pro voto compositis Joannes Isæ, ejusque fautores, Joanne Bochtjesu & Episcopis ejus nequidquam frementibus, feria quarta sub noctem recessere, atque hora secunda ejusdem feriæ ad locum functioni destinatum pervenere. Congregatis porrò ibidem viris primariis Christianorum proceribus, mysteria Catholicus celebravit, cathedram conscendit, postu-

Postulatoque atramento syngraphum Syriacè exaravit, in qua professus est, se juxta Evangelium, & canones Apostolorum mores suos compositurum, suamque orthodoxam fidem, & Synodos Orientales atque Occidentales, Patresque ternos, Diodorum nempe, Theodorum, & Nestorium, observaturum: item nec pro sacrorum Ordinum collatione, neque pro ferendis in judicio sententiis mercedem ullam acceptu-rum: castitatem & pietatem culturum: pecuniam in manus impositione neutiquam exactu-rum, simoniamque proscripturum; Christianum gregem, aut Ecclesias contributionibus nullatenus gravaturum: tributa Christianis impo-sita religionis profitendæ causa *soluturum: peregrinis morientibus adfuturum: & ex iis, quæ Deus ipsi elargiri dignatus fuisset, eleemo-synas in pauperes orphanos atque inopes erogaturum: sacras ædes sartas tectas servaturum; easdemque claudi minimè permissurum, sed piis viris traditurum: nec Presbyterum, aut Diaconum præter canones ad sacros ordines promoturum, sed Presbyterum quidem post lectionem novi Testamenti, Diaconum verò post lectionem Davidis: neque in Clerum cooptatu-rum locupletes eo gradu indignos, neque pau-peres dignos neglecturum. Quod si à regula ista unquam declinasset, professus est nullam sibi fore partem in Episcopatu, aut in Christiana religione. His verbis scriptum chirographum conventui tradidit, adjecitque: equidem hoc ego pacto convento haudquaquam indigeo; sed syngraphum istam scribo, ut successoribus meis pro regula ac lege maneat.*

Hac ergo, *quam retuli, via Patribus restitu-ta eo die pace, ad vespertinas preces conse-crationi præmittendas convenere universi nocte præcedente feriam quintam, Joanne Bochtjesu excepto, qui neque officium vespertinum cele-bravit, neque ad monasterium accessit. Poste-ro die decima nocte mensis Romadani anni* Hegiræ *ducentesimi octogesimi septimi* (Chri-sti 900. die 8. Septembris) *consecrationi in-terfuit, eaque peracta Catholicus Abrahamum discipulum suum Zuabiæ Episcopum designavit, Joanne Bochtjesu absente,* (*nam post commu-nionem recesserat,*) *legitque Evangelium, ver-ba ad populum fecit, & Missam celebravit: qua finita populus ad mensam accubuit. Ca-tholici porrò consecrationi interfuere Patres viginti, Metropolitæ & Episcopi, atque inter cæteros Theodorus Metropolita Gandisaporen-sis, & Joannes Bochtjesu Mosulanus itidem Metropolita* (in alio Codice adfuisse præterea dicuntur Emmanuel Metropolita Halavanæ, Theodorus Bagermæ, Joseph Bardaæ, Jesu-zacha Ocbaræ, & Bochtjesu Tirhanæ) *quo-rum interventu Synodum celebravit de rebus tùm ad religionem, tùm ad civilem guberna-tionem pertinentibus: & in ea quidem parte, quæ hæreditates spectat, Mosulmanorum* (Maho-metanorum) *legibus canones accommodavit: quandoquidem inter eos vivimus, verebatur-que, ne apud eos violatæ legis arcesseretur.* (De hac Synodo infrà sermo erit; celebrata autem fuit non eo die, quo Joannes conse-cratus est, sed mense Octobri ejusdem anni Christi 900. quo annus Alexandræus 1212. inchoatus, ut ex Sobensi colligitur.)

Quum verò Joannes Bochtjesu Episcopum Hadithæ Ebedjesum negatæ obedientiæ accu-sasset, Catholicus canonem generalem condidit, non licere Episcopo obedientiam Metropolitæ negare, quum ea ex jure Metropolitis debeatur. Episcopum itaque Haditbensem si in posterum id minimè præstitisset, depositione plectendum dixit.

Theodorus Metropolita Bagermensis nepos ex fratre Joannis Catholici (qui Joannem Isæ præcessit,) *fuit, quem quum patruus ad Epi-scopatum provehere omninò recusaret, insta-ntibus Jesubarnun fratre, & Isaaco Dalili filio, eorum importunitate victus, postremò Theodo-rum ad Metropolitanam dignitatem promove-rat, factum Ezechielis Prophetæ verbis usus excusans, quum diceret, se quidem plantasse, Jesubarnun verò plantam in posterum excolen-dam susceperum. Theodorus post patrui obi-tum propudiosorum flagitiorum apud Joan-nem Isæ accusatus fuit, quod mimam amaret, eamque undecum filia apud se turpiter commo-rari permitteret. Quocirca hominem Catholi-cus ad causam dicendam arcessitum acriter ob-jurgavit: deinde adjecit: Ast si tu quidem ab hoc flagitio respueris moresque tuos composue-ris, Catholicum te futurum scito. Abiit ille, nec respuit. Hinc novæ adversùs eum querelæ: rursus Christiani contra proprium Episco-pum Catholicum interpellant, qui pertinaci morbo præscripta remedia minimè profuisse animadvertens, ægrotum ab Ecclesiæ corpore abscidit, misso ad eundem depositionis chiro-grapho. Fama est Theodorum bis Bagdadum intrasse undecum illa maledicta. Quum verò vicini fœminam agnovissent eamque ad Chali-phæ tribunal appellassent, Theodorum non pu-duisse cum Hasano Vehebi filio pro ejus libera-tione agere, magnamque in eo negotio pecunia-rum summam consumpsisse, operam tamen per-didisse amissa causa. Ferunt præterea somnium ejusmodi ipsi dormienti olim objectum fuisse: velut si ipsi stanti ad ripam fluminis dextera manus simul abscissa in profluentem decidisset, quam aquis supernatantem idem sublato cla-more requireret. Somnium scilicet Sacerdotii amissionem præmonstrabat. Depositionis porrò libellus in urbe Bagdado in Ecclesiis lectus, ad Bagermenses transmissus fuit. Mansitque in eo statu Theodorus, donec ab Abrahamo Catholico* (Joannis Isæ successore) *absolutionem impe-travit. Postremo tamen in Mahometismum prolapsus est. Proditum est, Theodorum for-ma, voce, ingenio, & doctrina excelluisse. Elias porrò Episcopus Anbarensis narrat se vidisse Theodorum post Mahometismi profes-sionem medicinæ operam dare apud portam Nu-biam: postea eundem offendisse in Diaconio Ec-clesiæ Dominæ* (Beatæ Virginis) *stantem, & flentem. Periit medio in itinere. Nos inte-rim Dei opem & protectionem piè imploremus.*

Cæterùm Joannes Ecclesiam optimè guber-navit, pauperum & ægrotorum curam gessit, egenos sublevavit, & pro ordinatione merce-dem accipere prorsùs recusavit: decessitque octavo die mensis Regebi anni Hegiræ ducente-simi nonagesimi secundi (Christi 905.) *& con-ditus fuit in Ecclesia ædium Romæorum ad orientalem partem ad latus Joannis Catholici* (ejus præcessoris,) *rexitque Ecclesiam ad quinquennium.*

Huc-

وتجاسرت على مخالفته فانا معرض للحكم والانتقام والتوبيخ بالعدل وان بدلت فى ايمان البيعة شيا او زدت او نقصت فليكن ذلك زلة لى وانا مخلوع من الفطركة ولست بنصراني بالجملة . وضمنت القيام بجميع ما عاد بعمارة البيع ودفع الشرور عنها وتكميل الوصايا الحسنة واذا الحوالى عن الطعفا والاجتهاد فى تخليصهم بالقول والعمل متى حصلوا فى الحبوس كما يجب على الاخوة والمسيحيين واعنى بامر من هوت من الغربا بالقيام بتجهيزه ودفنه اذ كان عضو من اعضا المسيح . ولا اجوز فى تقبيل البيع طالبًا للزيادات بل اسلمها الى الاتقيا الذين يخافون الله جل اسمه وازيل العار بالاسيامينات السمونية الذى يوخذ عليها الرشى ويقاطع بسببها ولا اقبل على ذلك رغبة من احد ولا اسلم رتبة الكهنوت الا الى مستحقها بعد البحث والاستقصا فى امره . ولا اسيم قسًا ولا شماسًا الا على موجب القانون اما القماس فبعد قراته المزامير والمضاف اليها فى كتاب الداود والقس فبعد قراته الحديثة . ولا اسيم غنيا لا يصلح ولا اطرح مسكينا اذا صلح . وهذه صورة ماكتب به خطه بيده وكتب على طرفه هذا يتعين احد نسخته من كل فطرك ينتصب لكرسى المشرق ويشهد عليه المسيحيون له ولا يموح فى كباش المسيح فالحكم صعب شديد والتحرير خطر .

Ego Joannes cognomento Bar-Abgari, seù Ebn-Araei, profiteor coram Synodo Patrum Metropolitarum, Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, & fidelium commorantium in urbe pacis Bagdado, qui me elegerunt, ut ipsos regerem, & super eorum sedem, ideſt, thronum Patriarchalem sederem: postquam scilicet ab iis rogatus, Deo ipsique obtemperandum duxi, & ministerium Ecclesiæ suscepi: profiteor, inquam, & promitto, me juxta canones Apostolicos mores meos compositurum, rectamque fidem, quam Patres trecenti decem & octo definierunt, cordis assensu orisque confessione illibatam observaturum, Synodosque omnes tùm Orientales tùm Occidentales susceptorum, quas Patres Patriarchæ verique doctores in Perside sequuti sunt: item amplexurum commentaria sapientissimi Doctoris sancti Theodori, ejusque Liturgiam, necnon alteram Mar Nestorii, ejusque sententiam circa Unionem Filii & substantias atque personas. Præterea firmiter propono, nec munera me acceptorum, nec Deum, aut Ecclesiam ejus populumve ulla ratione decepturum, sed meipsum coram omnibus verbo & opere & in judiciis Ecclesiasticis Paulo Apostolo pietate & castitate conformaturum: subditos, aut Ecclesias nullatenus gravaturum, nihilque præter debitum

Hucusque Amrus: quem Barhebræus videtur exscripsisse; eadem enim nullo ferè mutato apice de Joannis electione tradit, additque de ejus obitu :

Fama est, Joannem nullam prorsus ex manus impositione mercedem accepisse, vitamque admodum parcam egisse: quumque moriturus esset, discipulo dixisse; en tibi ducentos & sexaginta argenteos in loco tali repositos, qui mihi ex parentum hæreditate obtigere: sume illos, & in meo funere expende.

Porrò exemplar Syngraphæ, quam Joannes fertur in sua ordinatione Episcopis & populo tradidisse, è Syriaco sermone Arabicè redditum, ab eodem Amro refertur in hæc verba. (*Cod. ms. 41. Tom. 2. Bibl. nostræ pag. 509.*)

اقررت انا يوحنا المعروف بابن الاعرج بين جماعة الابا المطارنة والاساقفة والقسان والشمامسة والمومنين المقيمين بمدينة السلم الذين اختاروني لتدبير امورهم والجلوس على كرسيهم الذى هو منبر الفطركة بعد ان سالوني ذلك فاجبتهم بالطاعة لامر الله جل وعز وانقدت للخدمة فى بيعته وضمنت على نفسى لهم انى اسير بحسب قوانين الرسل بعد حفظى الايمان الصحيح الذى لفظ به الثلثمايه والثمانية عشر وعقدى عليه زادى واعترافى بلساني من غير تحريف . وقبول جميع السنهودسات المشرقية والمغربية التى عمل عليها الابا الفطاركة والمعلمون المحققون فى ارض الفرس . وبعد اقرارى بصحة تفاسير الماهر فى المعلمين مار تادورس وقبول قداسه وقداس مار نسطوريوس وقوله فى الاعتماد البنوى والجواهر والاقانيم . وقطعت على نفسى ان لا احظى بتناول رشوة ولا اداجى فى الله ولا استعمل الغش فى بيعة الله وشعبه بل اصور نفسى عند كل انسان فى الطهارة والنقى قولًا وفعلًا وفى الاحكام البيعية بصورة مار فولوس . ولا اثقل على الرعية والبيع ولا اتناول شيًا اكثر من الواجبات المعهودة ولا اتعرض لجمع المال ولا اضطهد ابنا البيعة فى خدمتى . واذا سهل الله شيًا وزعته على المساكين والمحتاجين والمضطرين والايتام والارامل كما يلزمنى . فان والعياذ بالله لم افى بشى مما بذلته باختيارى

Compoſuit Canones [1], & Admonitiones [2], Et

tum & conſuetum accepturum : pecuniæ corrogandæ operam non daturum, neque filios Eccleſiæ in meo miniſterio perſequuturum ; ex iis quæ Deus largiri dignatus fuerit, eleemoſynas in pauperes, inopes, afflictos, orphanos viduaſque, ut decet, erogaturum. Si pactum ſponte conventum (quod Deus avertat,) minimè obſervavero, reus ero judicii, vindictæ juſtæque reprehenſionis. Si verò quidquam à fide Eccleſiæ mutavero, aut adjecero, aut detraxero, id mihi in crimen vertatur, dignitatiſque Patriarchalis, ſed & Chriſtianæ religionis prorsùs expers ero. Inſuper promitto, me daturum operam, ut Eccleſiæ ædificentur, malaque ab iis avertantur, ut pia legata perficiam, tributa pro infirmis ſolvam, in carceribus detentos verbo & opere inde extrahi curem, quemadmodum fratres Chriſtianoſque decet : peregrinorum morientium curam geram, ut ſcilicet exequiæ iis celebrentur, eorumque cadavera tumulo mandentur, quum membrum ſint ex membris Chriſti. In tradendis autem Eccleſiis non plus offerentium rationem habebo, ſed eas viris probis Deumque timentibus commendabo, & in manus impoſitione ſimoniacum crimen, quod in munerum acceptatione dignitatumque ſacrarum pro certo pretio oblatione conſiſtit, omninò proſcribam, neque interventionem cujuſquam hac ſuper re admittam, nec niſi dignis gradum Sacerdotii conferam, idque prævio examine & diligenti inquiſitione. Preſbyterum, aut Diaconum non ordinabo niſi juxta canonem : Diaconum quidem poſt lectionem Pſalmorum eorumque quæ ad Pſalmos in libro Davidis referuntur ; Presbyterum verò poſt lectionem novi Teſtamenti : neque in clerum cooptabo locupletes indignos, neque dignos pauperes repellam. Hoc eſt exemplar chirographi ab eo ſcripti, cujus ad calcem hæc adjecit. Exemplar hujuſmodi exigi debet ab unoquoque Patriarcha, quum ad Sedem Orientis promovetur : teſteſque ſuper eum advocandi ſunt ordinantes ipſum, ne oves Chriſti negligat : nam judicium quidem diſtrictum eſt ; periculoſa autem ſubſcriptio.

1 *Canones* conditi in Synodo, de qua ſuprà ex Amro. Sobenſis in epitome Canonum Synodalium Par. 4. cap. 1. eam Synodum coactam ſcribit anno Græcorum 1212. hoc eſt, exeunte anno Chriſti 900. ut ſuprà dictum eſt. Idem Sobenſis Par. 5. cap. 6. 7. 10. 15. 16. 22. 24. & Par. 6. cap. 6. novem canones ejuſdem Synodi profert. Sunt autem univerſim *Canones XXVIII.* quos è Syriaco in Arabicum translatos habemus in Cod. ms. Arabico, de quo tom. 2. Bibl. noſtræ p. 507. De his infrà ſermo erit, quum de Synodis Orientalium diſſeram.

2 *Admonitiones*. Exſtant à pag. 96. in Codice Syriaco 3. ad calcem tom. 2. Bibliothecæ noſtræ pag. 5. hoc titulo prænotatæ

Canones miniſterii Altaris. Sunt autem XXVIII. quorum quintus canon Syriacè deſideratur : Arabicè verò tres ſuprà viginti habentur in laudata Canonum collectione, de qua tom 2. cit. pag. 507. cæteri uno avulſo folio exciderunt. Diſſerit hic Joannes de Altari, & de Euchariſtia : de materia ſcilicet utriuſque, de uſu, munditie, adminiſtratione, & cæteris hujuſmodi. Quum autem ex hoc Tractatu fides illorum Chriſtianorum, praxis & diſciplina circa auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum cognoſcatur, haud inutile viſum eſt eos Canones in medium proferre, & ſubjectis obſervationibus illuſtrare.

Canones Joannis Patriarchæ
De Altari, & Euchariſtia.

Canon I.

Quod non decet ligneo Altari uti. Placuit Spiritui ſancto, præcepitque, ut in urbibus, caſtellis, & locis, in quibus perfecta pax obtinet, nec barbarorum perſecutio obeſt, & diligenter cuſtodiri queunt, Altaria fixa habeantur. Super ligneis autem non permittit Spiritus ſanctus Liturgiam celebrari, neque ea permittit fieri, aut nominari. Et hæc in verbo Domini Patres noſtri definivere. Ex hoc Canone colligitur promiſcuum fuiſſe apud Chaldæos ad decimum uſque ſæculum Altarium tàm ex lapide, quàm ex ligno uſum. Id & in Eccleſiis Syrorum tùm Maronitarum, tùm Jacobitarum hodieque cernere eſt. Græcis eandem conſuetudinem placuiſſe, refert cl. Edmundus Martene de antiquis Eccleſiæ Ritibus lib. 1. cap. 3. art. 6. ubi & de antiqua, ac recenti Eccleſiæ Romanæ circa Altarium materiam diſciplina diſſerit.

Canon II.



Quod non decet Altare nudari. Placuit Spiritui ſancto & præcepit, ut quod ſacro oleo delibutum eſt Altare, aqua nullatenus abluatur, quum figitur, niſi forte id poſtulet neceſſitas inſtaurationis. Quod ſi qui voluerint illud aromatibus honorare ad typum aromatum, quæ mulieres ad Domini ſepulcrum attulere, id præcipimus, ne Altare ſuo tegumento omninò nudetur. Illud tantummodò licebit, ut altare proprio apparatu ornatum, aqua roſacea aſpergatur, atque aliorum odoramentorum ſuffitus eidem adhibeatur, & præter hæc aliud non licet. Alia eſt Syrorum Maronitarum & Jacobitarum diſciplina, qui Altare nudant feria ſexta majoris hebdomadæ, illudque vel ſimplici aqua, vel aqua roſacea ſolent abluere. Notus eſt Græcorum Ritus *in ablutione ſanctæ menſæ* feria 5. quem Latinè & Græcè publicavit Goar à pag. 623. ubi ſacra menſa denudari dicitur, ſpongiis abſtergi, aquâ fervente ablui, mappulis lineis perfricari, aquâ roſacea aſpergi, ſpongiis detergi, operimentis demùm ornari.

Canon III.



Quod qui Xatham (ideſt, Panem Euchariſticum) *miſcent* (hoc eſt, qui farinam in panis conſecrandi uſum aqua ſubigunt,) *laici non ſint, ſed Sacerdotes. Placuit Spiritui ſancto & præcepit per manus ſanctorum Patrum noſtrorum, ut qui Xatham miſcent, Sacerdotes ſint, aut Diaconi. Ad illam autem accedere ne cuiquam liceat, qui vel Sacerdos, vel Diaconus non ſit, nec ſeculari, nec monacho ſimplici. Si ſecùs fecerit, ſubjectus eſto anathemati verbi Domini etiam Amen.* Ritus ſubigendæ in Euchariſtici panis uſum farinæ appellatur Syris Neſtorianis *Innovatio*, ſeù conſecratio *fermenti ſancti*. Seù *Innovatio Malchæ*, hoc eſt, Regis, panis nimirùm convertendi in corpus Chriſti Regis. Ex eorundem Miſſali eundem deſcripſit Martene lib. 1. de antiquis Eccleſiæ Ritibus pag. 321. ubi ad Sacerdotem id munus ſpectare dicitur. Idem Martene eodem lib. 1. pag. 315. obſervat, conficiendæ à Presbyteris aut Diaconis Oblatæ conſuetudinem tùm apud Græcos, tùm apud Latinos aliquando viguiſſe. Honorius lib. 1. de Gemma animæ cap. 66. ait: *Fertur, quod olim Sacerdotes à ſingulis domibus & familiis farinam accipiebant, quod adhuc Græci ſervant, & inde Dominicum panem faciebant, quem pro populo offerebant, & hunc conſecratum eis diſtribuebant.* Sed in hoc varia fuit gentium, temporum, & locorum praxis, quam idem Martene pag. 315. & 316. deſcribit. Syris & Ægyptiis conſtans diſciplina placuit à ſolis Presbyteris aut Clericis Panis Euchariſtici formandi. Apud Græcos verò hodieque viget conſuetudo, ut Hoſtia *manibus virgineis, vel Sacerdotum conjugibus, modo ſint à muliebri profluvio mundæ, paretur*, ut notat Goar pag. 116. etſi Gabriel Philadelphienſis in Apologia pro Eccleſia Orientali nil aliud in ſubigendo & fermentando pane exigat, quàm *ut quis id cum magna reverentia faciat, ut cum aliis nihil habeat commercii, ut Græcus quidem origine ſit, gratia autem Chriſtianus orthodoxus.*

Canon IV.

Placuit Spiritui ſancto, & præcepit, ut præter farinam frumenti electi, & aquam puram, atque oleum ex oliva expreſſum, ac ſalem, nemini eorum qui Xatham miſcent (hoc eſt, qui farinam in uſum ſacrandi panis ſpiſſant,) *liceat quidquam addere, aut demere. Et hæc in Canone verbi Domini.* In ritu *Innovationis ſacri fermenti*, de quo in canone præcedenti dictum eſt, præſcribitur Sacerdoti, ut adhibeat *ſimilam puram, & ſalem, & oleum olivæ, & tres guttas aquæ: deinde commiſceat iſta ſuper tabulæ ad id ornatæ extremitatem: mox oret ſuper maſſam, eamque cruce ſignet; demùm abſolutis precibus lectoque Evangelio, ſumat ex vetere fermento, eoque maſſam conſpergat, inquiens: Conſignatur hæc maſſa fermento hoc ſancto, quod traditione accepimus à Patribus noſtris ſanctis Mar Adæo, & Mar Mari, & Mar Thoma beatis Apoſtolis, doctoribus regionis hujuſce Orientalis, in confeſſione vera omnium Apoſtolorum beatorum, Patrumque noſtrorum ſanctorum Doctorum verorum Græcorum & Syrorum, in nomine Patris &c.* Hinc liquet, Indos Caranganoram incolentes (Chaldæos ſcilicet Neſtorianos in partibus Indiarum commorantes,) quos Joſephus Indus Navigat. in novo orbe cap. 134. apud Martene lib. 1. de antiq. Eccleſ. Ritibus p. 314. ſcribit *in Azymis, hoc eſt, in pane non fermentato conſecrare*, ab antiquo Eccleſiæ ſuæ ritu receſſiſſe. Nimirùm Latini Epiſcopi, in

Sy-

Synodo præſertim Diamperenſi, hoc & multa alia à Chriſtianis illis exegerunt, ut Romano Ritui magis conformes eſſent. Sale fermentatum panem condiunt & Græci, & Ægyptii, hoc eſt, Chriſtiani Monophyſitæ, vulgò Copti, qui Alexandrinæ Eccleſiæ ritum ſequuntur, quidquid dicat Leo Bulgariæ Archiepiſcopus apud Allatium lib. 3. de conſenſu utriuſque Eccleſiæ cap. 14. qui Ægyptios Armenis Azyma probantibus adjungit. Oleum verò Oblatæ, præter Neſtorianos & Jacobitas Syros, nulla Chriſtiana gens admiſcet. Quamobrem gravis quæſtio inter Syros & Ægyptios Monophyſitas, erroribus cæteroqui conjunctiſſimos, exarſit, de qua vide tom. 2. Biblioth. noſtræ pag. 144. & 153. & Renaudot. tom. 2. Liturg. Orient. pag 64.

Canon V.

القس او الشماس الذى يخبز القربان يراعى
نظافة الله ويكون له مصفى للما والزيت ولا
يمسه علباني ويكون مشدود الوسط وفى رجله
خفك ووجهه الى المشرق وقد لفّ على وجهه
المنديل ويشمس بالمراوح وذلك بكلمة الرب.

Presbyter, aut Diaconus, qui oblationis panem præparat, ſui inſtrumenti munditiem curet, habeatque vas ad ſecernendas aquæ & olei fæces: caveatque, ne à laico contingatur. Habeat præterea lumbos ſuccinctos, & calceamenta in pedibus ſuis, faciem ad Orientem, & amictu velatam. Miniſtret autem cum Pſalmis. Et hoc in verbo Domini. Hic Canon in Syriaco exemplari deſideratur. Ex Arabico tamen illum ſupplevimus. Nota, quod Arabicus Interpres Canones Joannis Patriarchæ in compendium redigit, & verba illa potiſſimùm, *placuit Spiritui ſancto & præcepit*, quibus Canones omnes incipiunt, brevitatis cauſa reſecat. Ritus autem præparandi panis, quem hìc Joannes præſcribit, ei ferè conſonat, qui à Cardinali Humberto in Reſponſ. ad Michaëlem Cerularium exponitur. *Diaconi*, inquit, *cum Subdiaconis, ſeù ipſi Sacerdotes ſacris amicti veſtibus cum melodia Pſalmorum, azyma conſperſum, & in ferro paratum ex Secretario proferebant.* Et Anſelmus Havelbergenſis lib. 3. Dial. cap. 18. *Apud religioſos Latinos*, inquit, *per manus Diaconorum, & ex electis granis, & ex munditſima ſimila, in ſacrario ad futuram hoſtiam cum decantatione pſalmodiæ reverenter præparantur.*

Canon VI.

ܗܳܟܢܳܐ ܡܶܢ ܚܕ̈ܳܐ ܕܡܰܕܒܚܳܐ ܘܡܰܩܕ̈ܶܫܳܐ ܕܩܳ
ܒܥ̈ܶܠ ܡܕ̈ܰܒܚܳܐ ܠܳܐ ܢܶܫܬܰܩܠ ܡܶܕ̈ܺܝ ܠܳܐ ܒܥ̈ܶܠ
ܐ ܢܶܫܬܰܩܠ ܡܶܢ ܗܳܟ ܕܡܶܕ̈ܺܝ ܒܗ ܡܶܕ̈ܺܝ ܕܡܶܢ
ܗܳܟ ܕܡܶܕ̈ܺܝ ܒܗ ܡܶܕ̈ܺܝ ܕܡܶܢ ܗܳܟ ܕܡܶܕ̈ܺܝ ܒܗ ܡ
ܕ̈ܺܝ ܕܡܶܢ ܗܳܟ ܕܡܶܕ̈ܺܝ ܒܗ ܡܶܕ̈ܺܝ ܕܡܶܢ ܗܳܟ ܕ

ܗܢܐ ܡܢ ܟܬܫܐ ܕܡܗܝܡܢ ܠܐ ܢܫܬܘ ܟܗܢܐ ܕܡܫܡܫ ܒܗ ܒܬܪ ܗܘ ܕܡܠܟܐ ܕܡܥܒܕ ܠܗ ܚܡܝܪܐ ܕܡܬܩܪܝ ܟܠܕܝܐ ܕܡܢ ܚܕܬܐ ܕܡܬ

nes quod à Sacerdote precibus in Rituali assignatis benedictum est: commune verò, quod benedictione caret. Et hoc quidem nonnulli conficiebant ad usum puerorum & infidelium, quibus nefas erat sacrum, hoc est, benedictum fermentum tradere, ut ex sequenti Canone colligitur.

Canon XIII.

ܗܢܐ ܡܢ ܟܬܒܐ ܕܡܫܠܝܐ ܕܩܢܘܢܐ ܕܫܪܝ ܠܗ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܢܗܘܐ ܡܫܬܪܐ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܘܢܬܪܒܐ ܡܢ ܫܡܫܐ ܕܢܘܗܪܐ ܒܟܠ ܝܘܡ ܒܝܘܡܗ ܘܒܠܝܠܝܐ ܘܢܗܘܐ ܡܬܛܪ ܕܠܐ ܢܬܒܛܠ ܐܦ ܐܢ ܠܐ ܢܗܘܐ ܩܘܪܒܢܐ ܐܦ ܐܢ ܠܐ ܢܗܘܐ ܐܠܐ ܚܕ ܒܠܚܘܕܗ ܘܐܢ ܐܝܬ ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܒܗ ܬܪܝܢ ܡܕܒܚܐ ܒܬܪ ܬܪܝܢ ܡܫܬܪܐ

Barhebræus notam hanc ſubjicit. ܡ

Totam farinam, quæ à fidelibus ad Eccleſiam defertur, ſimul miſceri oportet, & ex miſto oblatam coqui. Id verò, quod ex ea maſſa remanet, ut in ſuum cibum convertant Sacerdotes, convenientius judico, quàm ut illud vendant.

Canon XVI.

Placuit Spiritui ſancto & præcepit, ne Panis ſacrificio deſtinatus ad duos dies coquatur, neve ex pane eodem quidpiam ſervetur in craſtinum diem, & conſecretur pro hoc & pro altero die ſequenti, neve conſecratio agatur ad biduum. Qui bis temerè contravenerit, à gradu ſuo arceatur in verbo Domini. Syri quoque, & Ægyptii & Armenii nonniſi recentem panem in Euchariſtia adhibent, ut tom. 2 pag. 183. obſervavi. Quod verò Euchariſtia in craſtinum non ſervetur, antiqua fuit Eccleſiæ Orientalis conſuetudo, cujus veſtigium exſtat lib. 8. Conſtitutionum, quæ Apoſtolis tribuuntur, cap. 31. idemque tradit Evagr. lib. 4 cap. 36. de Eccleſia Conſtantinopolitana loquens, in qua reliquiæ Panis Euchariſtici pueris tradebantur: quod & in aliquibus Latinis Eccleſiis quandoque factum obſervat Martene lib 1. de antiq. Eccl. Rit. pag. 432. Ex hoc tamen minimè infertur Orientales circa Euchariſtiam id ſentire, quod nonnulli recentiores hæretici, qui Sacramentum Euchariſtiæ in ſolo uſu conſillere volunt, negantque ſervari licere: nam Græci quidem, quorum conſuetudinem indicat loc cit. Evagrius, ſolent etiam Euchariſtiam feria quinta majoris hebdomadæ conſecratam in annum integrum ſervare, & in Quadrageſima Dominico die quinque Hoſtias pro ſequentibus diebus conſecrant: quod & Syri faciunt; Neſtoriani verò Euchariſtiam in alterum diem ſervari ex neceſſitate permittunt, ut ex ſeqq Joannis Canonibus liquet.

Canon XVII.

Placuit Spiritui ſancto, & præcepit, ne liceat miniſtrantibus myſteria altaris, myſteria deſerere, & ſedere, aut lumbos diſcingere, aut calceamenta; aut egredi, aut rei cuiquam vacare, præterquam miniſterio ſacrorum myſteriorum, quæ illis immerentibus credita fuerunt. Et hæc in verbo Domini. Non modo id cavetur, quum ſacra liturgia celebratur, ſed etiam quum Euchariſtiam contingat in alium diem ſervari, ut ex ſeq. can. 23. colligitur.

Canon XIX.

Ajunt nonnulli, nefas eſſe pares hoſtias ad Altare inferre. Eſt ne hoc verum, nec ne? Reſponſio. Modo ſupra tres ſint, infer quot libet. Quæſtio. Quum pauci admodum communicantes ſunt, quot hoſtias fas eſt offerre? Reſponſio. Minus quàm tres ne offerant. Quæſtio. Quum præter Presbyterum & Diaconum nullus alius adeſt, qui communicet, quot offerri licet? Reſponſio. Duas, ut unum ſit ſignum, & unum ſignatum. Minus autem, quam duas nefas eſt offerri.

Canon XVIII.

Placuit Spiritui ſancto, & præcepit, ne liceat cuiquam miniſtrantium myſteria altaris, Sanctum (panem conſecratum) *extra atria Eccleſiæ deferre, niſi ad vinctum, aut ægrotos gravi morbo laborantes die feſto Reſurrectionis nocturno tempore ex mandato Præſulis & Rectoris. Qui illis exceptis, quaſi hominibus placere volens, temerè divina myſteria ludibrio habere præſumpſerit, eadem è ſanctuario efferendo, nefas eſto illi iſtud attentare in verbo Domini.* Jeſujabus Arzunita modum tradit deferendæ ad infirmos Euchariſtiæ.

Siquis autem infirmus eſt (inquit Cod. 3. Syr. pag. 93. de quo tom. 2. Bibl. noſtræ pag. 487.) *aut aliqua neceſſitas id cogat, ſumunt* Euchariſtiæ *Particulam, eamque in calicem mergunt, & ponit eam Sacerdos in abſterſorio calicis, & pergit diluculo, quum adhuc tenebræ ſunt, ad infirmum, pſalmos ſecretò canens, quamdiù Particulam geſtat, & porrigit: interim non ſedet. Mox pſalmos eadem ratione canens ad Eccleſiam regreditur.* Hinc explicandus Canon Georgii Arbelenſis Cod. Syr. cit. pag. 20 quo Euchariſtiam vetat extra Eccleſiam deferri; niſi ſcilicet id neceſſitas poſtulet. Sic autem ait:

Quæſtio. An licet Sanctum ad infirmos extra Eccleſiam deferri, aut ad fidelium ædes deportari. Reſponſio, Nefas eſt Sanctum extra Eccleſiam deferri, & per loca immunda tranſire, excepta neceſſitate, ſed uſque ad exteriorem portam Eccleſiæ, idque cum luminibus & thuribulis. Extra verò portam exteriorem Eccleſiæ omnino nefas eſt

Canon XX.

Placuit Spiritui ſancto, & præcepit, ne Theſaurus (Sacramentum) *ſuper Altari ad biduum relinquatur. Corpus enim ſuper Altari ad diem ſequentem relinquere, nec vetus nec nova lex permittit. Scriptum eſt enim in lege Moyſis* (Exod. cap. 12.) *nec remanebit quidquam ex eo uſque mane. Qui ſecus attentaverit, & hoc mandatum tranſgreſſus fuerit, anathema eſto à Spiritu ſancto per manus Patrum noſtrorum. Et hæc in verbo Domini.* Antiquiorum Chaldæorum nonnulli Euchariſtiam ad triduum uſque ſervari permittebant, ut docet Joſue Barnun Patriarcha in cit. Codice Syr. 3. his verbis.

Interrogatio. Fas eſt remanere in craſtinum ſacrum Chriſti corpus, nec ne? Solutio. Plerique Doctores id nullatenus probant. Aliqui tamen permittunt, ut quum neceſſitas poſtulat, ad tres uſque dies ſervetur. Græcorum morem repoſitam per annum integrum ſervandi Euchariſtiam ad viaticum infirmorum, reprehendit Innocentius IV. anno 1254 datis ad Epiſcopum Tuſculanum Apoſtolicæ Sedis Legatum in regno Cypri literis. Idem mos apud Syros nonnullos obſervatus cenſurâ notatur à Jacobo Edeſſeno, qui exeunte ſæculo ſeptimo claruit.

Reprehenſione digni ſunt, inquit, apud Barhebræum in lib. direct. cap. 5. ſect. 5. *qui poſcunt oblationem feriæ quintæ myſteriorum, & Sabbati annunciationis* (ideſt, Sabbati ſancti) *oblationibus cæterorum dierum eam præferentes. Quoniam tam eorum, quàm reliquorum die-*

dierum oblationes pares sunt, nec altera est altera præstantior aut inferior, quum idem ministerium in omnibus peragatur. Quamobrem non decet eas in annum conservari.

Canon XXI.



Placuit Spiritui sancto, & præcepit, ut qui sacra mysteria ordinant, ideſt, sumunt, duo sint, sicut & qui consecrant, duo itidem sint. Nec fas esto ordinanti (communicanti) *sumere plus quàm carbones* (ideſt, particulas) *quatuor, quæ integras Primitias* (Hostiam integram) *faciunt. Quum urgens causa, quæ profectò illegitima est, ac temeritatem audaciamque sapit, id postulaverit, quinque particulas sumere licebit. Plures autem sumere neutiquam fas est. Quicumque verò ista temerario ausu fuerit transgressus, divinæ justitiæ animadversionem feret: fatagant itidem, ne calix irreverenter sumatur, neve in ipsa sumptione effundatur, neve quidquam subjaceat intemperantiæ ac impudentiæ in iis mysteriis, quæ populo per gratiam tradita fuerunt. Ferunt quippe Salvatorem nostrum modicis haustibus calicem bibisse, atque discipulis obtulisse. Qui verò temerè atque intemperanter erga Domini Corpus & Sanguinem se gesserit, alienus esto à sacris mysteriis, atque suspensus & excommunicatus à Spiritu sancto. Et hæc in verbo Domini.* Hunc Canonem Georgius Arbelensis ita interpretatur.





Quæstio. Scriptum est in Admonitionibus (in his scilicet Joannis Canonibus) *non licere Presbytero ordinare* (hoc est, sumere) *plusquam quinque Particulas, & ministrare tres. Nunc verò videmus ædituos tradere populo duas & tres particulas, & Diacono plusquàm tres, & Presbytero plusquàm quinque. Responsio Hic Canon in Cœnobio observatur, ubi ædituus numerum accedentium* (ideſt, communicantium) *præter propter novit. At in Ecclesiis civitatum indefinitus numerus est; quandoque enim communicant centum, & quandoque biscentum. Quoniam verò nequeunt Sacerdotes custodire Thesaurum, qui ipsis remanet, populo eum distribuunt.* Eandem causam reddit, cur in Paschate, hoc est, feria quinta majori plures Hostias Diaconus & Clerici sumunt:



Propter eam, inquit, *quæ Corpori Christi debetur, reverentiam: ne scilicet quidquam ex eo remaneat in sequentem Passionis diem.* Joannes verò Telensis apud Barhebræum in lib Direct. cap 5. sect. 1. eos reprehendit, qui majores Hostias jejunis porrigebant:



Iis, inquit, *qui à vino & pane abstinent, majores margaritas* (Hostias) *ex simplicitate tradunt Sacerdotes. Verùm id minimè convenire, liquet ex eo, quod corpus mysticum non corporalis, sed spiritualis est cibus. Homines verò hujusmodi à religiosissimo Rabula Canes Voratores Domini sui appellantur.*

Canon XXII.



Placuit Spiritui sancto & præcepit, ut si quispiam Presbyter aut Diaconus audeat ipse solus

sacra

ſacra myſteria Corporis & Sanguinis Domini ordinare (hoc eſt, ſumere,) *à miniſterio ſuo ſuſpenſus maneat in verbo Domini*. Hunc Canonem Gregorius Barhebræus in libro Directionum cap. 4. ſect. 2. ſic interpretatur.

ܠܐ ܡܫܟ ܩܘܪܒܢܐ ܒܠܚܘܕ ܒܬܪ ܟܗܢ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ .

Non licet Presbytero ſeculari abſque Diacono offerre, ideſt, miſſam celebrare. Huc ſpectabat S. Laurentius, quum Xyſto Papæ & martyri diceret: *Tu numquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueveras*. Quod & in Miſſalibus libris, & in Canonibus Synodorum diſertè præſcribitur.

Canon XXIII.

ܗܢܐ ܡܢ ܟܢܘܢܐ ܕܩܘܪܒܢܐ ܕܩܕܫ ܒܥܕܬܐ ܕܡܕܒܚܐ ܒܟܠ ܝܘܡ ܒܫܒܬܐ ܘܒܟܠ ܚܕ ܒܫܒܐ ܒܫܥܬܐ ܕܬܫܥ ܒܠܠܝܐ ܐܝ ܒܫܥܬܐ ܕܬܪܬܝ ܒܨܦܪܐ ܐܝ ܒܫܥܬܐ ܕܫܬ ܒܨܦܪܐ ܐܝ ܒܫܥܬܐ ܕܬܫܥ ܒܨܦܪܐ ܐܝ ܒܫܥܬܐ ܕܬܪܬܝ ܒܠܠܝܐ ܐܝ ܒܫܥܬܐ ܕܫܬ ܒܠܠܝܐ ܐܝ

particulam manu ori inferat, ſed ore capiat, quia cœleſtis eſt cibus. Simili modo calix propitiatorius porrigatur. Et hæc in verbo Domini. Euchariſtiam à communicantibus manu olim exceptam fuiſſe, compertum eſt omnibus viris eruditis; & quidem eo qui in hoc Canone deſcribitur, modo, hoc eſt, hoſtiam manibus impoſitam ori admovendo, ut videre eſt apud Allatium de conſenſu utriuſque Eccleſiæ cap. 15. Eundem ritum tradit & S. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 5. *Accedens autem*, inquit, *ad communionem, non expanſis manuum volis accede, neque cum diſjunctis digitis, ſed ſiniſtram veluti ſedem quandam ſubjicias dextræ, quæ tantum Regem ſuſceptura eſt, & concava manu ſuſcipe corpus Chriſti dicens Amen &c.*

Canon XXV.



Placuit Spiritui ſancto & præcepit, ut miſtum libaminis fiat ex partibus æqualibus vini, & aquæ. Scriptum eſt enim ex Salvatoris noſtri latere ſanguinem & aquam in æquali quantitate fluxiſſe: quare æquum eſt, ut miſtum libaminis ex partibus æqualibus conſtet vini, & aquæ. Quodſi ob vini raritatem neceſſitas id poſtulet, permittitur, ut vini pars ſit, & duæ partes aquæ. Ad ſummum verò, imò & ſuprà ſummum, pars vini ſit, & tres aquæ. Ultra progredi, nullatenus nullo pacto fas eſto. Et hæc in verbo Domini. Apud Barhebræum in lib. Directionum cap. 5. ſect. 1. exſtat de quantitate vini & aquæ hic Canon Joannis Telenſis.  *In calice dimidium vini & dimidium aquæ miſceatur.* Quòd verò addit:  *Si calix non ſufficiat, fas eſt Sacerdoti ex vino non conſecrato ei ſuperaddere*, id de communione populi intelligendum eſt, quum ſcilicet conſecrati vini quantitas multitudini communicantium non ſufficit. Tunc enim vinum non conſecratum in calicem ſacrum infundebant, ut notat etiam Martene lib. 1. p. 426. Quoad quantitatem aquæ & vini in ſacrificio celebris eſt locus Conc. Triburienſis anno Chriſti 895. congregati, quod Canone 19. præcipit, *ne ullus ſine commixtione vini & aquæ myſteria ſacra conficiat: ſed ut duæ partes ſint vini, quia major eſt majeſtas ſanguinis Chriſti, quàm fragilitas populi; tertia aquæ, per quam intelligitur fragilitas humanæ naturæ.* Sed, ut obſervat doctiſſimus Cardinalis Bona lib. 2. rerum Liturgicar. cap. 9 *quum aqua myſterii cauſa apponatur, vel minima gutta ſufficiens eſt.* Hinc S. Pius V. in Conſtitutione ad Tarraconenſem Archiepiſcopum nonnullos arguit, qui plus aquæ, quàm vini, aut tantundem aquæ, quàm vini in calicem infundebant. Id autem, ut exiſtimo, Syros induxit, ut vel tantumdem aquæ quàm vini, vel etiam plus aquæ quàm vini in ſacrificio adhiberi permitterent, quia generoſiſſimum vinum in Syria & Chaldæa fit, quod ex admiſtione potioris partis aquæ minimè corrumpitur; vel potiùs ob penuriam vini, in iis præſertim locis, ubi plures Mahometani degunt, quàm Chriſtiani, quum ex Mahometanorum lege vinum omninò prohibitum ſit.

Canon XXVI.

Placuit Spiritui ſancto & præcepit, ne liceat altaris miniſterium obtinentibus, præter neceſſitatem ſuper ſacro altari vinum corruptum, vel aliqua labe infectum offerre, adeò ut bonum vinum relinquentes, corruptum ad libamen ſanguinis Domini noſtri immiſceant. Qui his contravenire auſus fuerit, ſuſpenſus eſto à gradu ſuo, & ſimplex laicus *fiat, quia divina myſteria inquinavit* (vel, *quaſi ſimplicia ſymbola tractavit*: utrumque enim ſignificare poteſt verbum) *Et hæc in verbo Domini.* In libello Samuelis & aliorum Edeſſæ Presbyterorum adverſùs Ibam Epiſcopum inter alia accuſationum capita decimum eſt, *quia dum memoria fieret Sanctorum Martyrum, non eſt datum vinum ad ſacrificium altaris ad ſanctificationem & populi diſtributionem, niſi admodum exiguum, & vitioſum, & lutoſum, & quaſi eo tempore vindemiatum: ut ex hoc cogerentur, qui deputati fuerant miniſtrare, de tabernis omnino vitioſi comparare ſex ſextarios, qui nec ſufficerent: itaut bis, qui ſanctum Corpus diſtribuebant, innueret, ut ingrederentur quia Sanguis non inveniretur.*

Canon XXVII.



ܒܝܬ ܩܕܫܐ ܘܡܦܩ ܕܠܐ ܢܩܪܒܘܢ ܟܗܢܐ ܠܡܫܬܐ ܐܦ ܠܐ ܕܝܩܘܢܐ ܐܦ ܠܐ ܫܡܫܢܐ ܐܦ ܠܐ ܡܢ ܒܪ ܩܝܡܐ ܕܒܝܬ ܩܕܫܐ ܐܠܐ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܕܒܝܬ ܩܕܫܐ ܘܠܐ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܕܒܝܬ ܩܕܫܐ ܠܐ ܢܥܠ ܒܗ

Et quæſtiones [1] Eccleſiaſticas;

Et

Non licet per Deum Epiſcopo, aut Presbytero bis in die celebrare, neque ſuper eodem Altari ſeù Tabula bis eodem die Liturgiam offerri. Eadem & Maronitarum olim diſciplina fuit, de quibus rectè Morinus de ſacris Ordinationibus pag. 383. *Semel tantùm ſingulis diebus Miſſam in Eccleſia celebrant, nec ſine urgente neceſſitate, & Epiſcopi licentia, bis in die ſuper uno & eodem altari ſacrificant*: etſi hodie nullam hujuſce Canonis rationem habeant, Latinorum ſcilicet Presbyterorum in morem, quos in hiſce aliiſque imitari ſtudent. Et apud Neſtorianos quidem ipſos ante Joannis Iſæ tempora definitio de una duabuſve Liturgiis ſuper uno eodemque altari in die celebrandis arbitrio Doctorum permittebatur. Sic enim ait Joſue Barnun Patriarcha, qui ſæculo nono Neſtorianis præfuit, in Quæſtionibus ad Abbatem Macarium.

Interrogatio. Licet ne ſuper altari bis terve conſecrare? Reſponſio. Quidam Doctores id probant & permittunt.

[1] *Quæſtiones Eccleſiaſticas.* Reſponſio Joannis Patriarchæ ad Quæſitum Abulabbaſi Alphadli de Jejunio, quod Ninivitarum appellant, ex Elia Damaſceno relata à nobis eſt to. 2. p. 426. ubi quæſtio illa mota dicitur *die XI. Januarii anno Græcorum milleſimo ducenteſimo decimo quarto*, hoc eſt, Chriſti 903. Apud eumdem Eliam Damaſcenum exſtant *Quæſtiones* ejuſdem Joannis Patriarchæ, quas Sobenſis *Eccleſiaſticas* vocat, hoc titulo præ-

notatæ: نسخة كتاب نقد من ابينا يوحنا ابن عيسى الجاثليق حفظنا الله بصلواته الى رجل من اهل اليمن فى جواب ما كتب به:

Exemplar libelli à Joanne Iſæ Catholico, cujus precibus nos Deus adjuvet, ad quendam in Jamana (hoc eſt, Arabia Felice) commorantem tranſmiſſi, cujus Quæſitis reſpondet. Sunt autem Quæſita XXVIII. totidemque Reſponſa, quibus hæc Joannis Epiſtola præfigitur, ab eodem Arabicè exarata.

لاخينا المومن المحب ما يقربه الى الله عز وجل الحسن بن يوسف النصرانى القس حاطه الله وكلاه. من يوحنا الجاثليق. امعدك الله بطاعته وحاطك بكلايته وتولاك برافته ودفع عنك المكاره برحمته وجمع لك من الخير الدارين ونعيم المحلين وشرف المنزلتين بسعة جوده ورحب كرمه. كتابى امعدك الله ونحن بحال سالمة والله محمود وعلى كل حال مشكور. ووصل كتابك

مدّ الله فى عمرك وسرّنى ما تضمن من خبر سلامتك وسلامة جميع اخواننا فى نواحيتك حاطهم الله ورغبت الى الله فى توحدكم بالكفاية وحراسكم من الافات بيمين حياته وفضل بركاته. فاما ما سالت من تعريفك ما توجبه قوانيننا فى المسايل التى ذكرتها فى كتابك فقد بيّنت ذلك فى اخر كتابى هذا واقتصصت مسلة مسلة من مسايلك وذكرت الجواب عنها وارجوا ان ينفعك الله بها ويوفر حظك من الاجر فيما رغبت فيه من طلبها وانا اسال الله البار الرحيم ان يزيد فى نسيار جماعتكم ويوفقكم لرشادكم ولا يحرمكم اجر اجتهادكم ويوهلكم للعمل بطاعته والسعى فى مرضاته ويحوطكم بحياطته ويجعلكم ممن يرضى سعيه ويحمد عمله ويحفظكم بصلوات مارت مريم الطاهرة والصليحين والاخيار وساير الابا الابرار الى ابد الدهر امين وكتب يوم الثلثا لاحدعشر ليلة بقين من شوال سنة ثمان وثمانين ومايتين:

Fideli fratri, qui diligit ea, quæ ipſum Deo propiorem efficiunt, cui honor & gloria, Haſano Joſephi filio, chriſtiano Sacerdoti, protegat ipſum Deus & ad perfectam ſalutem perducat: Joannes Catholicus. Secundet, oro, Deus vota tua per obedientiam mandatorum ſuorum, teque protectione ſua tueatur, ſed & ſua te miſericordia defendat, ſuaque te clementia à malis eripiat: ſæculi utriuſque tibi bona largiatur; poſtremò liberalitatis ſuæ largitate atque beneficentiæ ſuæ amplitudine utriuſque manſionis felicitatem ac celſitudinem loci utriuſque tibi concedat. Secundet, etiam oro, Deus vota tua, quandoquidem nos rectè valemus, pro quo Deo gratias agimus, & in omni ſtatu hymnum laudis perſolvimus. Literas tuas accepi, (ſic tibi diuturnam vitam tribuat Deus:) ex quibus non modicam hauſi lætitiam, factus certior bene valere te atque univerſos fratres noſtros in iſtis locis commorantes. Protegat, oro, illos Deus, quem precor vobis in omnibus adeſſe, & ab omni calamitate vos cuſtodire ſecundùm abundantiam benedictionum ſuarum, & per vivam dexteram ſuam. Quod porrò ſpectat ad Quæſtiones, quas propoſuiſti, cupiens diſcere, quid ad ſingula quæ vetuiſti, noſtrorum canonum leges præſcribant; id verò ad præſentium literarum calcem à me expoſitum accipies, ubi ad ſingulas quæſtiones tuas planè diſtinctèque reſpondeo: idque tibi profuturum confido, Dei bonitate fretus, quem oro, ut tibi amplam mercedem reddat pro tua in iis proponendis bona voluntate, veſtroque cætui majorem ſemper in dies affundat lucem, voſ-

que dirigat, & ſollicitudinis veſtræ præmio vos carere nuſquam ſinat: ſed dignos efficiat ſibi obtemperare, & in voluntate ſua ambulare, ſuaque cuſtodia circumdet, eſſque accenſeat qui rectè ambulant & agunt: & intemeratæ Dominæ Mariæ electorumque Apoſtolorum & omnium ſanctorum Patrum precibus in ſempiterna ſæcula defendat & protegat. Datum feria tertia, nocte undecima menſis Scivali anno ducenteſimo octogeſimo octavo: hoc eſt, Chriſti nongenteſimo primo.

Quæſtum I. De eo, qui pejeravit.

II. De Sacerdote, qui rixam habens cum altero, altare ingreditur.

III. De pueri, aut puellæ communione poſt Baptiſmum. لماير من يحسن من الصبيان والصبايا الصغار ان يدخلوا الى المذبح محمولين فى وقت الاعماذ ويقربوا بعد الفراغ من العماذ من حيث لا يقدموا الى صندوق المذبح ولا يمسونه بايديهم ولا لشى من لباس المذبح. وان كان المعمذ رجلا كاملا له ان يدخل المذبح على هذه السبيل ويكون فى رجليه خف ويطلق له ان يمشى. وان كانت امراة كاملة لم تدخل المذبح وقربت على السباب:

Parvulis, inquit, *maſculis ſeu fœminis convenit, ut baptiſmum ſuſcepturi, ad altare deferantur, eoque peractio communicentur, dummodo ad altaris arcam non accedant, aut illam ſive ejuſdem tegumenta manibus non contingant. Si verò baptiſmo initiandus fuerit vir adultus, illi eodem pacto ad altare procedere fas eſto, atque calceamenta ferre & ſuis incedere pedibus permittatur. Si verò fœmina fuerit, nefas eſto hujuſmodi ad altare progredi, ſed pro ejus foribus conſiſtens, communionem percipiat* Fœminis ad altare prohibitus eſt acceſſus ex antiquis etiam Canonibus, quos Martene congeſſit tom. 1. de antiquis Eccl. Ritibus pag 336. ſed potiſſimùm ex canone 44. Concilii Laodiceni, *quod non oportet mulierem ad altare ingredi.*

IV. De Presbytero ſimoniacè ordinato, qui ordinantem Epiſcopum commemorare recuſat.

V. De Presbytero à proprio Epiſcopo excommunicato.

VI. De Tabula Altaris ab Epiſcopo conſecrata, & ab eodem profanata. Licet ne Presbyteris Liturgiam ſuper eadem celebrare? هذا قد منعنا كل مدبة بامن الناس فيها على انفسهم وبنهيا لهم ان يقدموا مذبحا ان يتعهدوا اللوح البته اللهم الا ان يكون الموضع لا يتهيا ان يتخذ فيه مذبح فيستعمل اللوح عند الضرورة واما الحل للاساقفة فى كراسيهم ان يحملوا المذبح والالواح اذا شاوا بعد ان يكون العلة فى ذلك ظاهرة. وليس لاحد من الكهنه ان يقدس على مذبح او لوح قد احلّه الاسقف. ومن يقدس على ما قد حلّه الاسقف فهو تحت القانون والقربان محلول:

Hoc jam prohibuimus, inquit: *nec enim ullatenus fas eſt, ut in urbe, in qua homines liberi ac vitæ periculo obnoxii non ſunt, altare proinde ſibi conſtruere & conſecrare valent, id ex Tabulis compingere. Quodſi locus, in quo commorantur, haudquaquam admittat, ut in eo altare habeant, neceſſitate id exigente ligneo utantur. Quod verò ad diſſolutionem altaris pertinet, Epiſcoporum jus eſto altare ſeù lapideum ſeù ligneum, quum ipſis viſum fuerit, deſtruere, modò cauſa manifeſta id faciendi accidat. Nec deinceps ulli Sacerdoti fas erit in Altari ſeù Tabula poſt Epiſcopi interdictum liturgiam celebrare. Qui ſecus fecerit, canoni ſubjaceat, & ejus Oblatio eſt diſſoluta.* Ne altare ligneum deinceps eſſet, canone 1. decrevit Joannes, quem ſuprà retuli. Quod verò ait, *Oblationem ejus diſſolutam eſſe*, qui in Altari ſeù Tabula poſt Epiſcopi interdictum liturgiam celebravit, id dupliciter intelligi poteſt: vel quod oblatio irrita & nulla ſit, qualis eſſet quam laicus conſecrare præſumeret: vel quod valida quidem, ſed illicita & interdicta. Sed ſi vim verborum attendimus, prior ſenſus menti Joannis videtur eſſe conformior. Nam ſicut Mar-Abas, & Joannes Patriarchæ, aliique Neſtoriani ordinationes illicitè & illegitimè etiam ab Epiſcopis factas tamquam irritas, nullas & invalidas habuere, ut notavi hoc to. pag. 81. ita & de Liturgia illicitè & contra canones celebrata non modò Joannes iſte, ſed etiam Georgius Moſulanus Metropolita ſenſiſſe deprehenditur in ſuis Quæſtionibus de Euchariſtia, ut infrà dicam.

VII. De Presbytero, qui Epiſcopum contemnit.

VIII. De eo, qui ſororem uxoris ſuæ, aut filiam ſororis uxoris ſuæ ducit. هذا لا يجوز وهو غير مطلق ومن اقدم عليه فهو محروم من البيعة الى ان يقلع عنه اللهم الا ان يكون فى بلدكم من قد تزوج متقدما مثلما ذكرت فان هذا لا يوخذ باخراج امراته عن منزله بل يمنع من المستقبل من يعود ذلك او يحاوله:

Hoc verò minimè licet, nec permittitur. Quicumque autem illud attentaverit, ab Eccleſia arcendus eſt, donec reſipiſcat. Quodſi in Provincia veſtra exiſtat, qui prædictas nuptias jam contraxerit, nolumus hunc cogi uxorem ſuam domo expellere; curandum tamen, ne in poſterum quiſpiam id attentare præſumat.

IX. De puero, à parentibus cum puella deſponſato, qui adulta ætate quum à ſponſa abhorreret, alteram duxit. Licet ne puellæ illi cum viro altero nubere?

X. Licet ne Diacono Oblationem ad altare deferre, præſente Presbytero? السفى يجوز فى هذا ان يحمل القس القيلاس والشماس الكاس

يريد ان يتقرب . للكاهن ان يقربه مما فى يده
ام لا . الجواب فى ذلك هذا غير جايز لان الذى
رفع الى الكاهن هو قربان له وليس له ان يدفع
الى احد منه شيا وليس ينبغى لاحد هذين
الكاهنين ان يقرب الاخر مما فى القيلاس
والكاس ويتصرف ويتركه ليقرب ذلك منه من
يريد وانما يجب ان يكونا جميعا ملازمين
للقربان واذا لم يبق احد يتقرب قرّب احدهما
الاخر وانصرفا بعد ان لا يبقى من القربان شى :

Accidit duos Sacerdotes nullo alio præsente solos ad altare adesse : quare alter alteri porrigit communionem . Contingit post advenire fidelium quempiam , & communionem expetere . Quæritur , liceat necne Sacerdoti communionem petenti porrigere ex ea , quam manu tenet , Hostia? Respondetur , hoc minimè licere : nam quod pro Sacerdote offertur, ejus oblatio est, nec ei fas est quidpiam ex eo alteri cedere , nec duorum Sacerdotum prædictorum cuivis licet communionem ex disco & calice alteri porrigere , deinde abire , & relinquere , ut ex eodem percipiat communionem quisquam pro suo arbitratu : sed id tantummodo justum & sanctum est , ut simul ambo Sacrificium peragant . Et , si nemo adsit , qui communionem expetat , alter alteri porrigat communionem , eoque peracto recedant , modò ex Oblatione nihil remaneat . Non modò Sacerdotes assistentes , sed etiam Diaconi , Subdiaconi , & fideles ex eadem cum celebrante Sacerdote Hostia communicant apud Græcos & reliquos Orientales; Nestorianis exceptis , qui , ut ex hoc Joannis Responso colligitur , destinatam Sacerdoti vel celebranti vel etiam assistenti Hostiam porrigere aliis nefas ducunt . In Ecclesia Romana ex eadem Sacerdotis celebrantis Hostia fideles aliquando communicasse observat Martene tom. 1. de antiquis eccl. Ritibus pag. 426.

XIV. لقس ولشماس ان يقدّسا على يدى
شماس . الجواب فى ذلك ان هذا لا يجوز الا عند
الضرورة وفى بلد لا يتهيا فيه مذبح ولا لوح
وبعد ان يستاذن اسقف الناحية فى اطلاقه فى
الوقت الذى يحتاج الى ذلك فيه وليس لاحد
ان يفعله الا باذن الاسقف :

Quæritur utrùm Presbytero & Diacono liceat sacrum facere super manibus Diaconi? Respondetur , id minimè licere , nisi id exigat necessitas , & in locis , in quibus nec Altare , nec Tabula haberi queat , & nonnisi ex facultate accepta ab Episcopo loci , necessitate actu urgente . Quare nemini id facere permittatur , nisi Episcopo annuente & permittente . Celebre est Theodoriti Cyrensis Episcopi factum , qui in cella Maris recluſi monachi , sacratis vasis ex proximo pago allatis , pro altari usus Diaconorum manibus , Liturgiam celebravit , ut ipse narrat in Hist. Relig. cap. 20. Lucianus etiam martyr Antiochenus , omni

الكاس . فان لم يكن القس فى المذبح فللشماس
ان يصعد ذلك جميعا اذا تعاجل القس عنه
بامر الصلوة . فاما اذا كان
القس حاضرا فليس له ذلك :

Quod in hoc legitimum judicamus , est , ut Sacerdos quidem Discum , Diaconus verò Calicem deferat . Quodsi ab Altari Sacerdos abfuerit , Diacono competit utrumque simul inferre, quum, inquam , orationis causa Sacerdotem præpediri contigerit . Hoc verò præsente , Diacono id facere nefas esto .

XI. Licet ne Diacono communionem porrigere præsente Presbytero ? للشمامسة
المرسومين بخدمة البيعة اذا تهيا لهم ذلك مع
القسان . فاما ان يمتنل الشماس بالقربان
ويستخف بالقس فليس له ذلك اذا كان
القس مقدما على الشماس :

Diaconis sacra ordinatione Ecclesiæ servitio addictis hoc una simul cum Presbyteris facere fas esto . Sed oblationm administrare , & Sacerdotem parvipendere , id verò Diacono non licet : quandoquidem Presbyter Diacono superior est .

XII. Licet ne Sacerdoti ingredi Altare cum calceis , quibus in foro utitur . الجميل
ان يفرد للكهنة ثيابا وخفافا لخدمة البيعة اذا
تهيا لهم ذلك . فان دعت الضرورة ولم يكن فى
حال الكاهن فضل فله ان يدخل بخفه وثوبه
الذى يتصرف بهما من سوقه ومعاشه :

Æquum sanè & justium foret, ut Sacerdotes peculiaribus vestibus & calceamentis ad Ecclesiæ servitium accessuri uterentur . Si verò aliud necessitas suadeat , nec Presbyteri fortuna tenuis hoc patiatur , fas esto illi ad ministerium suum accedere cum calceamentis ac vestibus , quibus in sua officina atque opificio utitur . In idem differit infrà Quæsito XXV. Syri Nestoriani discalceatos ab Ecclesiæ ingressu prohibent , imò Ecclesiam pollui censent , si quis nudis pedibus eam ingreditur : sic enim definit Georgius Mosulanus . ܗܘ ܕܫܠܝܚ ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܕܝܩܘܢ ܒܥܐ ܠܡܐܡܪ ܗܠ ܫܪܝ ܠܗ ܠܡܥܒܕ ܐܘ ܠܐ ܫܪܝ ܠܗ ܠܡܥܒܕ ܗܟܝ ܐܘ ܠܐ ܗܟܝ ܐܘ ܠܡܐ ܗܟܝ ܐܘ ܠܡܐ ܗܟܝ ܐܘ ܠܐ ܗܟܝ :

Interrogatio . Presbyter aut Diaconus per errorem discalceatus ad altare ingressus est . Quid igitur de altari ? Solutio . Altare consecrandum est . Contra Ægyptii , quos Coptos appellamus , nisi discalceatos ad Ecclesiam non admittunt , ut liquet ex canone 2. Christoduli Patriarchæ , quem refert Renaudotius in Histor. Patriarcharum Alexandrinorum pag. 421.

XIII. كاهنان لم يتخلف فى المذبح غيرهما
فقرب احدهما الاخر ثم اتى بعض المومنين

ex parte vinculis contritus, pectore pro altari in sacra Liturgia usus fuisse perhibetur.

XV. الاركذياقن لـــه ان يقدس المذبح الجواب فى ذلك انه ان كان الاسقف قد اطلـــق له ذلك فله ان يفعل. وان لم ياذن له الاسقف فيه فليس له ان يقدم عليه بـــته الا باذنه.

Quæritur, utrùm Archidiacono liceat Altaris consecratio? Respondetur, etiam licere, si quidem Episcopus id facere concesserit. Invito autem Episcopo, seù minimè permittente, Archidiacono haudquaquam licet id attentare.

XVI. An filius illegitimus possit esse hæres patris, qui absque liberis legitimis decedit, sed alios consanguineos legitimos habet?

الجواب فى ذلك ليس يطلق لاحد اتخاذ جارية الا بعد ان يعتقها ويتزوجها بالمهر والبركة بحضرة القسان والجماعة ويكون واحده يقوم مقام الحرة بل لا فرق بين الحرايز وبينهن فى النكاح اذ كان لا يجوز الا بعد العتق والتزويج. واما هذا الولد فان شهدت له جماعة مقبولـــة ان المتوفى اتخذ امه من غير تزويج على ما ذكرنا وولد هذا الولد منها فليموت نصف تركة ابـــيه ان كان لا ولد لابيه غيره والنصف الباقى على قرابات الميت. وان كان له ولد من الحرة فليعطى ابن الامـــة نصف العـــشر من تركـــة ابـــيه ويـــاخـــذ الـــبـــاقى بن الحـــرة:

Respondetur, nemini licere ancillam ducere, nisi post restitutam eidem libertatem, eamque esse ducendam cum dote & benedictione, Presbyteris populoque præsentibus, gradumque liberæ obtinere. Nec verò ullum est discrimen, quod ad matrimonium pertinet, inter fœminas liberas, ac servas: quandoquidem illud illegitimum esse constat, nisi emancipatio, & nuptiarum solemnitas præcedat. Quod verò ad puerum spurium attinet, si quidem testes fide digni affirment virum defunctum ancillam duxisse absque ullo conjugii vinculo, sicut diximus, atque ex ea hunc filium suscepisse, semissem, seu dimidium paternæ hæreditatis habeto, modò nullam aliam legitimam prolem pater defunctus reliquerit. Reliquum mortui propinquis cedito. Quodsi defunctus alium filium ex legitima uxore superstitem habeat, spurius dimidium decimæ partis universæ paternæ hæreditatis habeto: in reliquum legitimæ proli jus esto. De hæreditatibus prolixum tractatum edidit idem Joannes, de quo infrà.

XVII. De Presbyteris sive laicis, quorum culpâ Ecclesia destruitur. Qua pœna multandi sunt? Excommunicari debere, ait, ab Episcopo.

XVIII. صبية حبسها ابواها اى رهبانها لهـــا ان ترجع عن الرهبنة ام لا الجواب نعم لها ذلك ولوكانت هى ايضا رهبت نفسها ثم اختـــارت الرجوع كان ذلك لها الا انه قبيح بمن يفعلـــه انما يعاهد الله به عهدًا ولا يحسن به ان يرجـــع عنه. وان تهيا مـــثـــل هذه وارادت التزويج ولا يشهر امرها كما يشهر امر من لا علة به وتتولى الكهنة تزويجها سترا هذا وللرجال المحبسين مثله ولا جميل بهم ان يرجعوا عما عاهدوا الله عليه:

Accidit puellam à parentibus suis includi, id est, monialem fieri. Quæritur, an eidem liceat à proposito monastico resilire. Respondetur etiam permitti, etiamsi ipsa se sponte tradiderit, deinde à proposito resilire voluerit. Respondetur, inquam, hoc ei esse permissum: turpe tamen id facere propter promissionem Deo factam: nec verò decet obligatam Deo fidem frangere. Quodsi quid piam hujusmodi contigerit, & puella nuptias quæsierit, res hujusce modi minimè publicetur, sicut cum cæteris fieri solet nullam causam crimenve habentibus. Presbyteri verò nuptiarum ejus curam sibi solis seponant, publicitatem caventes. Hoc verò, quod de fœminis dictum est, viris etiam commune jus esto simili modo inclusis: non tamen ii decere putent, pactam Deo fidem frangere. Syri Nestoriani ex impio Barsumæ Nisibeni canone fas esse olim putabant Episcopis, Sacerdotibus, & Monachis uxores ducere, ut suprà dictum pag. 93. Mar-Abas Patriarcha eum postea abusum edito contrario canone sustulit, ut hoc tom. observavi pag 67. & 81. Itaque ut Joannem Patriarcham à Mar-Aba minimè dissentire dicamus, de monachis monialibusque minimè professis hoc ejus Responsum intelligi censendum est. Cæterùm iidem Nestoriani Ancyranos & Nicænos canones admittunt, in quibus Virginitatem professis nuptiæ omninò interdicuntur. Sic enim definit Ancyranum Concilium Canone juxta Syriacam Versionem, XVIII., juxta Græcam verò & Latinam XIX.

ܡܢ ܕܡܬܚܝܒ ܒܕܬܘܠܘܬܐ ܘܐܦ ܐܢ ܡܬܚܬܢ ܒܥܕ ܕܐܬܚܪܪ ܒܗ ܠܐ ܢܫܬܘܐ ܠܗ ܐܠܐ ܕܢܫܬܘܐ ܒܥܕ ܕܢܬܦܪܫ ܡܢ ܒܥܠܗ ܘܢܬܚܬܢ ܒܥܕ ܕܢܬܦܪܫ ܡܢ ܒܥܠܗ ܘܢܬܚܬܢ ܒܥܕ ܕܢܬܦܪܫ ܡܢ ܒܥܠܗ ܘܢܬܚܬܢ ܒܥܕ ܕܢܬܦܪܫ ܡܢ ܒܥܠܗ ܘܢܬܚܬܢ ܒܥܕ ܕܢܬܦܪܫ ܡܢ ܒܥܠܗ ;

Quicumque virginitatem promittentes sponsionem suam irritam faciunt, ii digamorum definitionem impleant. Et Concilium Nicænum canone, ut vocant, Arabico juxta Syriacam eorumdem Nestorianorum versionem.

ܡܢ ܕܡܬܚܝܒ ܒܕܬܘܠܘܬܐ ܘܐܦ ܐܢ ܡܬܚܬܢ ܒܥܕ ܕܐܬܚܪܪ ܒܗ ܠܐ ܢܫܬܘܐ ܠܗ ܐܠܐ ܕܢܫܬܘܐ ܒܥܕ ܕܢܬܦܪܫ ܡܢ ܒܥܠܗ ܘܢܬܚܬܢ ܒܥܕ ܕܢܬܦܪܫ ܡܢ ܒܥܠܗ ܘܢܬܚܬܢ ܒܥܕ ܕܢܬܦܪܫ ܡܢ ܒܥܠܗ ܘܢܬܚܬܢ ܒܥܕ ܕܢܬܦܪܫ ܡܢ ܒܥܠܗ ;

Qui semel mundo abrenunciarunt, deinde ad eum regressi sunt, decennium in pœnitentia maneant. Hinc Joannes Syrorum Jacobitarum Patriarcha de monachis & monialibus hujusmodi sic decernit apud Bar-hebræum in lib. Directionum cap. 7. sect. 10.

ܡܢ ܕܡܬܚܝܒ ܒܕܬܘܠܘܬܐ ܘܐܦ ܐܢ ܡܬܚܬܢ ܒܥܕ ܕܐܬܚܪܪ ܒܗ ܠܐ ܢܫܬܘܐ ܠܗ ܐܠܐ ܕܢܫܬܘܐ ܒܥܕ ܕܢܬܦܪܫ ܡܢ ܒܥܠܗ ܘܢܬܚܬܢ ܒܥܕ ܕܢܬܦܪܫ ܡܢ ܒܥܠܗ ܘܢܬܚܬܢ ܒܥܕ ܕܢܬܦܪܫ ܡܢ ܒܥܠܗ ;

ܒܥܘܬ ܕܢܫܒܩ ܠܗ ܢܣܒ ܐܚܪܬ ܠܡܫܬܡܫ :

Monachus, qui habitum deponens, uxorem duxit, si pœnitentiam egerit, permittatur ei, ut relicta ea muliere, ad schema, ideſt, ſacrum habitum, redeat.

XIX. امراة تقربت ومعها ولد صغير يجوز لها ان تقربه وقد رضع الليل كله الجواب هذا يجوز للصبيان فى يوم اعماذم فانه ساعة يعمد الصبى يقرب . واما بعد ذلك فلا يقرب الا اذا تهيا ان يمنع من الندى . فليس يضره ذلك اذا الزمت امه اخذ القربان :

Quæritur, utrum mulier de communione, quam ipſa percepit, infanti, qui tota nocte ubera ſuxit, impertiri queat, nec ne? Reſpondetur, parvulis die, quo baptizantur, id licere, quia tunc quando parvuli Baptiſmum ſuſcipiunt, ſimul communicantur. (ut ex Ritualibus Græcorum, Syrorum, & Ægyptiorum liquet.) *Poſtea verò infantibus communio concedenda non eſt, niſi quando ab uberibus arceri ac abſtinere valeat. Tunc autem nil officit eum, quum mater communionem petit, unà cum ipſa ad communionem admitti.* De communione infantium vide cl. Martene de antiquis Eccleſiæ Ritibus lib. 1. pag. 430.

XX. مذبح مقدسة فى بلد مخيف يجوز ان يقلع ويدفن فى وقت ثم ترد ويقدس عليها . الجواب هذا لا يجوز . لان المذبح ان تزعزع من مكانه فضلا عن نقله فتحتاج ان تقدس ثانية . وان دخل الى بيت المذبح قوم من المخالفين للملة ولم يقلعوا الصندوق فليقام فيه صلوة لذلك السبب ويرسم البيت من الجانب الشرقى دون الصندوق باليد لا بالدهن وهذا هو مطلق للقس دون حضور الاسقف . فاما ان نزع الصندوق اوحى عن مكانه فتحتاج ان تقدس ثانية . وذلك للاسقف وبامره دون غيره :

Accidit Altare conſecratum in loco hoſtilibus incurſionibus obnoxio reperiri. Quæritur, an illud tollere & condere liceat, poſtea loco ſuo refigere, atque in eo Sacrum facere? Reſpondetur, id minimè licere. Nam ſi Altare è loco, cui fixum fuit, convelli contingat, ne dicam aliò transferatur, nova conſecratione indiget. Quodſi accidat fidei noſtræ hoſtes Sanctuarium intrare, nec Altaris arcam convellere, communes Eccleſiæ preces inibi celebrari hoc minimè obſtante licebit, modò Sanctuarii pars Orientalis cruce ſignetur manu, non autem chriſmate, citra Arcam. Id verò Presbytero, abſente Epiſcopo, permiſſum eſt. Si verò Arca è loco, in quo fixa eſt, moveatur, aut alio aſportetur, iterùm eam conſecrari oportet, & quidem ab Epiſcopo aut ex ejus delegatione, privativè quo ad alios. De ſimili Græcorum Ritu motam ſacram menſam repa rantium, vide Goar in Eucholog. pag. 617.

XXI. امراة زوجها ابوها ثم ارادت ان تحتبس يجوز لها ذلك . الجواب فيه ان كانت هذه المراة فى الوقت الذى زوجها ابوها فيه بالغ وصيرت على ذلك ورضيت به فلايجوز لها ان كانت قد مضت الى بيت زوجها . وان كانت مملكة واختارت هذا فليسال زوجها واذا اجاب جاز لها على ان يشترط عليها الا تعاود فتتزوج غيره وان كان ابوها زوجها وهى صبية صغيرة فلما بلغت اختارت الحبس فلها ان تحتبس .

Accidit mulierem à patre ſuo in matrimonium tradi, religionem deinde optare. Quæritur, utrum id prædictæ mulieri liceat? Reſpondetur, ſi hæc mulier, quando à parente ſuo tradita fuit, erat adulta, & ſtatum illum ſponte acceperit, ab eo reſilire minimè ei licebit, ſi ad mariti domum ducta jam fuerit. Quodſi deſponſata fuerit, & religioſum ſtatum deinde optaverit, rogetur maritus; ſique annuerit, ad eum ſtatum tranſire fas eſto, dummodo ſpondeat ſe alias cum altero viro nuptias nunquam inituram. Si verò eadem à patre matrimonium contrahere juſſa eſt, antequam ad pubertatis annos perveniſſet, & poſtea adultior effecta includi optaverit, id verò ipſi permittitur.

XXII. De vitando Presbytero ab Epiſcopo excommunicato.

XXIII. De vitandis clericis & laicis ab Epiſcopo excommunicatis eò quod ipſum contempſerint.

XXIV. De viro adultero, qui ejectâ uxore alteram duxit. Si poſteà reſipuerit, licet ne ei ſuam uxorem revocare?

XXV. لشماس ان يخدم ما يجب عليه فى البيعة بنعل . الجواب ليس للشماس ولا للقس ان يتكلفا شيا من خدمة البيعة الا بخف :

Quæritur, an Diacono, quæ ſui ſunt muneris in Eccleſia peragere liceat cum calceis? Reſpondetur, nec Diacono, nec Presbytero licet ſine ſandaliis ullum ſui ordinis miniſterium obire.

XXVI. كاهنين احدهما اقدم اسيامية من الاخر له ان يرتفع عليه فى البيعة والمذبح . الجواب ليس له ذلك الا انه يقدمه الذى تقدمه .

Accidit duos ſimul eſſe Sacerdotes alterum altero ordinationis tempore priorem. Licebit ne Presbytero juniori alterum in Bemate & Altari antecedere, nec ne? Reſpondetur, minimè id licere: ſed juniorem ſeniori cedere oportere.

XXVII. نصراني يقصر بالقربان ويقول انه سُنة . الجواب لا يقرب حتى يرجع عن خطاه ويظهر التوبة ويعترف بفضل القربان وجلالة مقداره وانه جسد المسيح ودمه الذى يمحو عن الخطايا ويغفر الذنوب :

Chri-

Et Judicia 1, & de hæreditatum divisione, 1 ... ܕܝܢܐ ܘܩܠܝ ܢܚܠܬܐ .

CAPUT CLXXIII.

David Beth-Rabanensis, Episcopus.

2 Mar David 2 Beth-Rabanensis 3 Fe- 3 ... ܕܘܝܕ ܒܝܬ ܪܒܐ ܩܫܝܫܐ

Christianus quidam de Oblatione minus rectè sentiens dicit eam esse meram legem, seù ritum quendam. Respondetur, communione privandum esse, donec à peccato suo resipiscat, & pœnitentiam ostendat, atque confiteatur Oblationis excellentiam, & convenientem eidem honorem, illamque esse Corpus, & Sanguinem Christi, quo peccata delentur, & debita remittuntur. Locus insignis de reali præsentia Corporis Christi in Eucharistia. Quod autem Xenajas citatus tom. 2. pag. 38 Nestorianos accusat, Christum in Eucharistia ut nudum hominem, non ut Deum existere sentientes; id ex eorum errore circa Incarnationem consequitur, & contra ipsum Xenajam retorqueri potest argumentum, quod ipse quum Monophysismum adstruat, unam tantùm in Eucharistia Christi naturam agnoscat.

XXVIII. كاهن يخبز القربان فى منزله خوفًا من البيت فى البيعة ثم يحمله الى البيعة الجواب فى ذلك انكان هذا يخاف ان يبيت فى البيعة فليبيت فى منزله ويصلى ما يجب عليه ثم يبكر الى البيعة فيخبز القربان فيها . فان لم يتهيا له ذلك وكان متعذرا عليه فليخبز القربان فى بيته فى تنور لا يدخله شيا غير القربان ولا يتولى ذلك غيره وغير نظرايه من الكهنة خبز القربان فانه لا يجوز لمن لم يكن قس او شماس ان يتقدم الى شى من امر القربان :

Contingit, ut Sacerdos metuens pernoctare in Ecclesia, Oblationis panem domi suæ coquat, deinde coctum ad Ecclesiam deferat. Quæritur, utrùm id rite ab eo fiat? Respondetur, si iste Sacerdos in Ecclesia pernoctare metuit, domi suæ pernoctare eidem fas esse, modò preces, ad quas tenetur, peragat, deinde lucem præoccupans, ad Ecclesiam veniat, ibique panem oblationis coquat. Aut si id facere nequeat ex justa causa, Oblationis panem domi suæ coquat in clibano ad hunc tantummodo usum destinato, adeo ut præter oblationis panem nihil aliud in illum immissum fuerit. Id autem ipse per se Sacerdos perficiat, aut per alios Sacerdotes sui similes, nec aliis præter istos id operis committat. Nec enim licet ei, qui nec Sacerdos, nec Diaconus est ad aliquid sacram Oblationem attinens procedere.

1 *Judicia, & de hæreditatum divisione.* Canones hac de re edidit Joannes Isæ in Synodo celebrata anno Græcorum 1212, Christi 900. exeunte, ut ex Amro suprà dictum est. Exstant nonnulli Arabicè in Nomocanone Cod. Arab. ms. 36. pag. 189. (De quo To. 2. Bibl. nostræ pag. 507.) hoc titulo prænotati:

جوامع مواريث المسلمين لبعض الحبين للتعب :

Collectanea de Hæreditatibus juxta placitum Mosulmanorum, auctore quodam philopono: nimirùm Joanne Isæ, de quo hæc Amrus suprà; *Synodum* Joannes *celebravit de rebus tùm ad religionem, tùm ad civilem gubernationem pertinentibus: & in ea quidem parte, quæ Hæreditates spectat, Mosulmanorum legibus canones accommodavit &c.*

1. *David* ex monacho cœnobii Beth-Rabanensis, ad Episcopalem dignitatem evectus (locum hucusque reperire non potui,) sub Nestorianorum Patriarchis Timotheo & Josue Barnun vixit sæculo octavo, ut ex Thoma Margensi colligitur lib. 2. histor. monast. cap. 24 ubi Davidem scripsisse affirmat de gestis monachorum dictisque librum *Paradisi parvi* titulo prænotatum, *cujus primum caput*, inquit, *gesta continet magistri nostri Georgii Barsajadæ Abbatis*; & cap. 20. idem Margensis ait, *quum ante nos Mar David Episcopus ejusdem cœnobii olim monachus* (Beth-Rabanensis scilicet primùm, deinde Beth-Abensis) *de iis* (hoc est, Georgio, Sama, Natanaële, Saliba, & Gabriele) *aliisque rogatu Cuznahiri fidelis ex Basosa pago jam scripserit, ad reliquos accedo, quorum historiæ nondum literarum monumentis consignatæ sunt.* Atqui Georgius quidem Barsajade, Sama, Natanaël, Saliba, & Gabriel monachi circa annum Christi 690. sub Ananjesu Patriarcha floruere, ut ostendi suprà p. 217. Thomas verò Margensis sub Abrahamo Patriarcha, qui ab anno Hegiræ 222. sedere cœpit, puer literas exarabat, ut relatis ex lib. 1. cap. 31. ejus verbis notavi pag. 204. David itaque intra spatium illud temporis, quod ab anno Christi 690. ad annum Hegiræ 222. effluxit, suam monasticam historiam concinnavit.

2 *Beth-Rabanensis.* Jesuzacha, Zachajesu seù Messias-Zacha monachus (sic enim eum appel-

1 Fecit Tractatus de menſuris 1 Cli-

appellatum invenio, ut dixi ſuprà pag. 216.) Jacobi & Babæi æqualis, cœnobium illud condidit exeunte ſæculo ſexto, ut narrat Thomas Margenſis in hiſtor. monaſt. Quum enim erectum à Babæo Archimandrita Jacobum cum nonnullis monachis retuliſſet, à Zachajeſu conditum in Daſena monaſterium commemorat lib. 1. cap. 14

Quum hæc, inquit, *eis tribulatio contigiſſet, ſanctus magiſter noſter Mar Elias, & Mar Ananjeſus illius ex ſorore nepos Niniven migrarunt ad beatum Abbatem Joannem Sabam, (Seniorem) qui à ſancto magiſtro noſtro Mar Abrahamo illuc miſſus fuerat, treſque illi ſacrum illud cœnobium conſtruxere. Atque ita Abbas Benjaminus, & Petrus & Paulus, & Joannes, & Adadas, & Iſai venerunt in collem Beth-Abe: & Abbas Jacobus alter perrexit ad Abam incluſum: & Abbas Joannes in Nechel: & Vchamas, & Sabochtes in Beth-Zabdam: & Abbas Saharues in Arzun, ædificavitque ibi cœnobium: & magiſter noſter Sabarjeſus profectus eſt ad cœnobium Abæ Saphiræ (ideſt, ſilvæ pulchræ,) & Abbas Joannes Adramah ad Daſenam, & Abbas ZACHA-JESUS & magiſter noſter Abraham itidem abiit in Daſenam, ædificaveruntque ſacra cœnobia.* Et lib. 2. cap. 19. de hoc poſtremo Abrahamo præfecto cœnobii *Beth-Raban Zachajeſu* differens,

Hic, inquit, *jam ſenex propter nimium regionis Daſenæ frigus, ad hoc ſacrum cœnobium* (Beth-Abenſe) *venit, vixque pedem huc intulerat, quum fratres propter nominis ejus famam morumque eximiam probitatem ſibi ipſum præfecere . . . . erat igitur ipſe utriuſque cœnobii præfectus: & hujus ſcilicet* Beth-Abenſis, *& illius conventus Raban Zachajeſu, ex quo venerat. Utriuſque autem conventus unum œconomum, rectorem, proviſoremque eſſe voluit, ita ut neque illi abſque juſſu œconomi, qui ex hoc cœnobio eligebatur, quidquam agerent; neque hi mandatis œconomi, qui ex illo conventu deſignabatur, obſiſterent: id verò ad laudem Dei univerſos excitabat, ejuſque rei fama in cunctis hujuſce regionis cœnobiis vulgata eſt. Nam uterque, Raban ſcilicet Jacobus, & Raban Zachajeſu, ex ſacro illo montis Izlenſis cœnobio prodierat: neque in hoc negotio diſſenſio ulla aut diſſidium inter cœnobitas erat. Quum itaque tempore ſuo beatus quoque Mar Abrahamus exactâ præfecturâ ex hoc mundo decedens conditus fuiſſet, idem ordo poſt ipſum diu manſit, ut ſcilicet unus idemque œconomus & Rector ambo illa ſacra cœnobia gubernaret.* Ejuſdem cœnobii Beth Rabanenſis fit mentio in hoc Sobenſis Catalogo cap. 55. & 56. ubi de Abrahamo & Joanne monachis.

1 *De menſuris climatum, & de variationibus*

Climatum, & de variationibus Dierum noctiumque.

CAPUT CLXXIV.

Joannes Stylita.

1 Joannes 1 Stylita
2 Fecit & ipse 2 Grammaticam.

CAPUT CLXXV.

Joannes Chamisii, Episcopus.

3 Joannes 3 quoque Chamisii filius, Epi-

nibus dierum & noctium. Carmen Syriacum metro heptasyllabo *de septem mundi climatibus* exstat tom. 2. Bibl. nostræ p. 499. initium:

De mensuris Climatum rogasti me Charissime &c. Sed in eo præter nudam septem Climatum descriptionem, latitudinem nempe & longitudinem, urbesque ac provincias nonnullas, quæ iis continentur, nihil *de variationibus dierum & noctium* legitur. Præterea ejus carminis auctor quum de quinto Climate disserit, in quo Roma comprehenditur, de hac Urbe aliud à se carmen compositum testatur, idque fortasse commentis respersum, ut ex iis, quæ hoc loco de eadem Urbe scribit, colligitur.

Eo quoque (ideſt, quinto Climate) *continetur*, inquit, *celeberrima Roma, quæ quadraginta milliarium circuitu clauditur. Ibi Petrus & Paulus tamquam duæ columnæ repositi sunt. Ibi Principum ornatus, & stolæ Abrahamiticæ. Ibi columnarum decor, & tricliniorum venustas: ibi templorum balneorumque pulchritudo, quæ anni dies æquant. De ejus autem Urbis decore alibi disseruimus.* Ex quibus arguitur Davidis carmen de mundi Climatibus aliud ab hoc esse.

1 *Joannes*, Ecchellensi *Estunojo*, Hottingero *Estionæus*, (*Stylitam* Syri sic vocant,) ex patria potiùs, vel ex cœnobio, ubi monachum egit, appellatus, quàm quod super columnam, Simeonis instar, vixerit: nam Styliticam vitam apud Syros quidem tam Catholicos, quàm Monophysitas cultam fuisse, ex utriusque gentis monumentis liquet; Nestorianos verò nullibi legitur id religionis institutum amplexos fuisse. Monasteriis autem inditum *Columnæ* nomen occurrit etiam in historia Jacobitica, ut videre est tom. 2. Biblioth. nostræ pag. 341. & 344. Floruit sub Sabarjesu, Abrahamo Margensi, & Theodosio Patriarchis ab anno Christi 830.

2 *Grammaticam*. Primus omnium Grammaticam Syriacam scripsisse dicitur Jacobus Edessenus, quum occupata ab Hagarenis Syria sermo Arabicus pro Syriaco usurpari cœpisset: ut dixi tom. 1. pag. 475. At Joannes Barzugbi Cod. Ecchell. 27. (de quo tom. 1. pag. 578.) Syros hosce Grammaticos laudat pag. 19. *Jesudenah* Episcopum, *Achudemem*, *Joseph* Huzitam, *Joannem* Medicum, *Eliam* Nisibensem, & pag. 42. *Eliam* primum Patriarcham: ex quibus certè *Joseph* Huzita, ut cæteros omittam, anno Christi 580. floruit, atque adeò Jacobum Edessenum uno saltem sæculo antecessit.

3 *Joannes Bar-Chamis*, hoc est, filius Chamisii, Episcopus Themanonæ præerat sub Machicha Patriarcha anno Christi 1100. ut refert Amrus in vita ejusdem Machichæ, ubi eum appellat ابن الحداد *Ebn-al-Cheddad*, hoc

1 Episcopus 1 Themanonæ, *Grammaticam scripsit.* . ܕܥܒܕ ܓܪܡܛܝܩܐ ܕܬܡܢܝ

CAPUT CLXXVI.

Josue Bar-Bahlul, Josue Bar-Ali, Josue Maruzæus, & Gabriel Bochtjesu.

2 Bar-Bahlul 2 composuit Lexicon
Ex multis collectum libris:
3 Et Josue 3 Bar-Ali medicus,

ܕܒܪ ܒܗܠܘܠ ܚܒܪ ܠܟܬܒܐ ܣܓܝܐܐ
ܐܬܟܢܫ ܘܥܒܕ ܠܘܓܐ ܫܡܝܐ .
ܘܝܫܘܥ ܕܒܪ ܥܠܝ ܐܣܝܐ :

Et ܘܐܚܢܘܢ

hoc est, fabrorum ferrariorum filium: & sub Barsuma, qui Eliam Machichæ successorem excepit, ad Metropolim Mosulanam ex Themanonæ Episcopatu evectum testatur: idque sub eodem Elia Barsumæ præcessore contigisse, ex eo colligitur, quod idem Barsuma ex Themanonæ Episcopo in Patriarcham Nestorianorum electus dicitur; atque adeò ipsi Joanni ad Metropolim Mosulanam promoto suffectus videtur. Porrò cognomentum *Ebn-al-Cheddad* ex Chamisio patre traxit. Chamisius enim Syris ܒܪ ܩܪܕܒܗ *Bar-Kardabe*, hoc est, filius fabrorum ferrariorum, dicitur, quod Arabicè *Ebn-al-Cheddad* interpretatur. Fuit autem Chamisius & ipse haud ignobilis Scriptor, cujus carmina retuli tom. 1. pag. 582. & tom. 2. pag. 489.

1 *Episcopus Themanonæ.* Ecchell. *Tamnun.* Hotting. *Tamnin, de qua*, inquit, *urbe vide Smeg. Orient. pag.* 252. De Themanona hæc Abulpheda in descriptione Mesopotamiæ.

قرية ثمانين وهى شرقى دجله على اقل من مسيرة
يوم وقرية ثمانين فى جهة الشمال عن العماديه .

Oppidum Themanin ad orientem solem Tigris positum est, indeque itinere diei minus abest; Amadiam ad boream habens. Ibidem de Amadia.

العمادية وهى قلعة عامرة عن ثلث مراحل من
الموصل فى الشرق والشمال . . وهى فى
جهة الشمال عن اربل .

Amadia arx est hominibus frequens, tres stationes à Mosul dissita ad orientem & boream... Arbelam habet ad boream. Quam verò hìc Abulpheda *Themanin*, Amrus in vita Eliæ secundi Patriarchæ ثمانون *Themanun* appellat: ejusque urbis Episcopus apud eundem laudatur Ebedjesus sub Ebedjesu & Elia Patriarchis.

2 *Bar-Bahlul*, hoc est, filius Bahluli, *Abdulbasanus*, seù Hasani pater Amro dicitur in vita Ebedjesu primi Patriarchæ, cujus verba suprà retuli pag. 201. Vivebat anno Christi 963. Syris ܥܒܕ *Jesum* seù Josue, Arabibus عيسى *Isam* appellatum fuisse, liquet ex titulo *Lexici Syro-Arabici* ab ipso compositi, quod olim ad Thomam Erpenium pertinebat, nunc in Bibliotheca publica apud Cantabrigiam servatur. Vide catalogum librorum manuscriptorum ejusdem Bibliothecæ num 2492 pag. 274. Idem Lexicon exstat ms. in Bibliotheca secreta Medicea. De quo hæc Hottingerus in Bibliothecario Quadripartito pag. 230. *Exstat hoc Lexicon Cantabrigiæ ms. quod magnam partem Lexico jam Londinensi inseritur.*

3 *Josue*, seù *Isa*, filius Ali, medicus & Philologus, sub Enos & Joanne Patriarchis claruit circa annum Christi 885., Honaino Isaaci filio posterior, quippe quem in Præfatione sui Lexici laudat, ut suprà pag. 165. observavi. Obiit autem Honainus anno Christi 876. ex Barhebræi Chronico, cujus verba pag. 164. retuli. Ali autem, seù Heli pater Isæ, filius fuit Davidis, idemque cum Isa fratre à Sabarjesu Patriarcha circa annum Christi 830. conditæ apud Bagdadum urbem Scholæ præfectus fuit, teste Amro in vita Sabarjesu. *Lexicon* Syro-Arabicum à Josue collectum, & Abrahamo cuidam inscriptum exstat in Bibliothecis Vaticana (Cod. Ecchell. 27. ad calcem tom. 1. Biblioth. nostræ pag. 578.) Medicea secreta, & Dublinensi in Hibernia (num. 998. & 999. p. 52.) *Præfationis* ejusdem specimen Syriacè, Arabicè, & Latinè exhibet Hottingerus in Biblioth. Orientali à pag. 295. sed menda plurima tàm in textu, quàm in versione obrepsere. Ejusdem Josue Bar-Ali *Explanatio vocum exoticarum è Syriaco in Arabicum* exstat in Cod. Arab. 81. Tom. 1. Bibliothecæ nostræ pag. 630. ubi *Honaini discipulus* appellatur.

1 Et 1 Maruzæus, & 2 Gabriel. 2 ...

CAPUT CLXXVII.

Elias Episcopus Anbaræ.

3 Elias 3 Anbaræ 4 composuit
4 Tres tomos 5 ligata oratione.
5 Et sermones paracleticos, cum Epistolis,
Et Apologiam, & Interpretationes.

...

CA-

NOTÆ.

1 *Maruzæus*, (Ecchell. *Maruazita*) *Josue* itidem, seù *Isa* appellatus, ut ex Præfatione Lexici Bar-Ali liquet, fuit ipso Bar-Ali prior tempore: nam ille suum ex ipso Maruzita & Honaino Lexicon congessit. Maruzæus autem ex Maru urbe dicitur; de qua sæpe suprà.

2 *Gabriel* medicus, filius Bochtjesu, filii Georgii, filii Bochtjesu, genere Elamita, sub Aarone Rascido Chalipha claruit, non medicinæ tantùm, sed etiam linguarum Syriacæ, Arabicæ & Persicæ doctus, Honaini filii Isaac synchronus, de quo ex Gregorii Barhebræi Chronico nonnulla descripsi tomo 2. pag. 271. & 315. Ejusdem meminit Amrus in vita Timothei Patriarchæ, à quo reprehensus dicitur, quod concubinas, Mahometanorum more, teneret.

3 *Elias* sub Abrahamo Patriarcha Emmanuelis præcessore Episcopatum Anbaræ urbis circa annum Christi 920. gerebat: quem inter & ipsum Abrahamum nonnullas contentiones fuisse notat Amrus, ejusdemque ex narratione infelicem Theodori Bagermensis Episcopi apostatæ exitum, in vita Joannis Isæ describit. Idem Amrus alterum Eliam laudat à Mari Patriarcha post annum Christi 987. Episcopum ejusdem loci ordinatum, cujus memini tom. 2. pag 443.

4 *Anbaræ*, aliàs *Pheroz-Sapor*. Urbs est à Bagdado parasangis decem dissita, ut ex Abulpheda in Dissertat. de Monophysitis tomo 2. præfixa observavi. Ecchellensis & Hottingerus literam ? Daleth, quæ genitivi casus nota est, cum ipso Anbaræ nomine perperàm conjungunt sic: ... *Elias Danbar*.

5 *Tres tomos Carminum*. Liber unus in tres tomos seu Partes divisus, exstat ms. in Biblioth. Vaticana, Cod. Syr. 20. (Tom. 2. Biblioth. nostræ Orient. pag. 498) nitidissimis literis exaratus à Causaba Diacono filio Danielis Presbyteri, filii Eliæ Presbyteri, filii Presbyteri Danielis, in Alcus pago, quam Prophetæ Nahum patriam fuisse perhibent, apud cœnobium Hormisdæ Persæ, sub Elia Nestorianorum Patriarcha, die 20. Februarii, Sabbato ante Dominicam tertiam Jejunii Quadragesimalis, anno Græcorum 2014 (hoc est, Christi 1703) uti ad calcem ejusdem Codicis fol. 366. adnotatur. Partes singulæ in sermones divisæ sunt, & sermones in Centurias, hoc ordine.

Pars I. Sermones III. *Sermo I.* continet Centurias X. quarum unaquæque complectitur Strophas C. singulæ verò Strophæ Versus IV. *Sermo II* continet Centurias V., centuria quælibet Strophas C. unaquæque Stropha Versus VIII. *Sermo III.* Centurias IV. quarum unaquæque Stropha Versus XII.

Pars II. Sermones III. *Sermo I.* (qui est ordine præcedentium Sermonum quartus,) continet Centurias III. quarum Strophæ constant Versibus XVI. *Sermo II.* (qui & quintus) Centurias II. quarum Strophæ constant Versibus XX. *Sermo III.* (qui & sextus) Centurias item II., quarum Strophæ constant Versibus XXIV.

Pars III. Sermones IV. *Sermo I.* (qui est ordine septimus) constat Centuria I. cujus Strophæ Versibus XXVIII. *Sermo II.* (qui & octavus) Centuria item I. cujus Strophæ Versibus constant XXXII *Sermo III.* (qui & nonus) Centuria similiter I. cujus Strophæ constant Versibus XXXVI. *Sermo IV.* (qui & decimus) continet Centuriam I., cujus singulæ Strophæ constant Versibus XL. Adduntur extra numerum Strophæ V. quarum unaquæque constat Versibus XL. Singuli autem Versus sunt heptasyllabi, quos Ephræmiticos Syri appellant.

Opus sanè admirabili artificio contextum, sententiis ex Scriptura & Patribus undequaque conquisitis refertum, in quo tam vetus, quàm novum Testamentum percurrens, de Deo, de Christo, de Ecclesia, de Sacramentis, de virtutibus & vitiis, deque cæteris hujusmodi differit; Nestoriano tamen quoad Verbi Incarnationem ubique sensu. Duas enim Christi naturas, duasque hypostases seù personas in uno Prosopo agnoscit.

...

ܐܝܬ ܠܗ ܚܕ ܦܘܓܢܐ ܘܚܕ ܩܢܘܡܐ ܘܚܕ ܣܒܪܐ ܕ

Propterea Verbum sibi ex humano genere amictum assumpsit, quo Angelis simul & hominibus, quantum fieri potest, manifestaretur. Et Stropha 89. prosequitur.



Quod spirituale est, à corporeis videri oculo carnis nequit: nec Angelum homo videre nisi mente & intellectu potest: neque oculorum sensus Angelum aut Dæmonem definire, quum carnis natura naturam spiritus comprehendere nequeat. Prætereà neque animam anima videt, quemadmodum naturæ testimonio comprobatur: neque corpus seipsum undequaque visu definire potest. Si igitur res creatas Creator ita disposuit, ut creaturam creatura videre nequeat, qua ratione fieri poterit, ut Creatorem creatura visu definiat? Falsa est itaque dementium Messalianorum doctrina, nec natura assumpta naturam Verbi assumentis intueri potest. Pergit Deum asserere nulli creaturæ rationali, non hominibus, non Angelis, non ipsi Humanitati Christi unquam in propria natura visum fuisse, sed solùm in specie, ut ait, & figura.

Denique de Primatu Petri insignem habet locum Par. 2. serm. 3. centur 2. stroph. 59.





Quærunt, inquit, *eruditi non ignari veritatis: cur Simonem Bar-Jona Salvator Cepham* (hoc est, Petram) *appellavit? Quum Christus ipse Redemptor magnus sit Petra veritatis, quare ergo alterum Petram & Caput ædificii nuncupavit? Eâdem appellatione, eodemque nomine Simonem Petræ cognomento decoravit; quemadmodum Christi Salvatoresque populi in Lege plures dicti sunt; unus autem est Christus verus idemque Salvator magnus, qui cæteris tamen pro suo cuique tempore nomen istud accommodatum dedit. Quia nimirùm futurum erat, ut Christus Petra veritatis in cœlum se reciperet, ibique ab humanis jese oculis absconderet: propterea Vicarium suum in terra constituit, eumque Petram ædificii appellavit. Is igitur Magistri Dominique sui in terris gerit imaginem & personam, & mediator est inter nos & Filium, & Pontifex prototypo suo similis. Et quidem summus & magnus Pontifex est Christus, & nostri Patrisque mediator, atque in cœlesti Sancto Sanctorum ad dexteram Patris sacerdotio fungitur, Deumque cognatis suis hominibus propitiat, atque noster est apud Patrem Advocatus. Is verò elegit & constituit in terris Epitropum* (Procuratorem) *Ecclesiarum Simonem senem Jonæ filium fidei fundamentum. Illum porrò ex propria appellatione Petram nominavit: non enim antea Petra quisquam vocabatur: ipse verò futurus erat Ecclesiæ fundamentum, & caput ædificii. Non eum Christus Salvatorem, suo nempe nomine, appellavit: quoniam plures fuerant in populo Salvatores. At enimverò Bar-Jonæ potestatem haudquaquam cessare fecit Christus, quemadmodum illorum potestatem abrogaverat. Sed neque Simonem Christum appellavit, quia plures in Juda fuerant Christi, quos Dei Filius abstulit. Cepham verò haudquaquam undcum ipsis excidere fecit.*

Laudantur ab Elia scriptores *Xystus*, quem ipse in margine Par. 1. serm. 3. Cent. 1. Romanum Pontificem appellat, *Marcus* Abbas, *Basilius* magnus, *Theodorus* Mopsvestenus, *Ephræm* Syrus, & *Barsarusæus*, de quo mox sermo erit.

CAPUT CLXXVIII.

Ananjesus Barsaruſvæus, Epiſcopus Hirtæ.

1 Ananjeſus 1 Epiſcopus
2 Hirtæ, cognomento 2 Bar-Saru,
3 Edidit Quæſtiones 3 in Textum *Scripturæ*,
4 Et Vocabularium 4 cum Interpretationibus.

سُنْعَمَ رَهْعَمُا
وُسْنَا وَهْعَمْنَا حَنَ هَنَه
رُنَه كَه هُمَّالا وِرْوَنَا
مُسْعُسُا كَم لَهْوَحُا .

CAPUT CLXXIX.

Abzud Scholaſticus.

5 Abzud 5 Scholaſticus compoſuit
Demonſtrationes de variis rebus
Ordine Alphabetico diſpoſitas,
Ad amicum quendam nomine
Kurtam.

رَحْوِو رَهْعُكُا هُبِ
رَسْعُا وِلا هَبْعَم
وِمَكْهُم كَلا رَاهُا
حُا هُوُا رُنَه هَسْحَه .

CA-

NOTÆ.

1 *Ananjeſus* Hirtæ Epiſcopus, cognomento حَنَ هَنَعَمَ *Bar-Saruſvæus*, circa annum Chriſti 900. claruit, Elia Anbarenſi prior, à quo laudatur in libro Carminum Par. 2. ſerm. 1. Centur. 2. in commentar. ad Strophan 32. in hæc verba. رَسِ رَهْعَمُا حَنَ هَنَعَمَ . حَلَيسا رَهْعَمُا . ه رَيَحُا رَهْعَمُا . ه رَهْعَمُا وَلَه حَمِي حَهَا لا لَحِي . لا ١٨ . ه رَهْعَمُا وَلَه حَمِي حَهَا لا لَحِي . *Vox* رَهْعَمُا, *juxta Bar-Saruſvæum, eſt locus aſper & difficilis. In via aſpera ne incedas: hoc eſt, opera, in quibus offenſio eſt, ne facias.*

2 *Bar-Saru*. Ita in textu Sobenſis, qui metri gratia nomen Barſaruſvæi contraxit. Ecchellenſis tamen legit حَنَ هَنَعَمَ, quod *Barſaraſui* interpretatur. Hottingerus verò in ſuo Catalogo Ananjeſum omittit.

3 *Quæſtiones in Scripturam*. Exſtant Codice Syriaco 3. à fol. 107. (tom. 2. Bibl. noſtræ pag. 487.) Quæſtiones in vetus & novum Teſtamentum, auctore anonymo; ſed fabulis falſiſque traditionibus inquinatiſſimæ. Citantur in iis præter Nazianzenum, Chryſoſtomum, Ephræmum & Theodorum, Jeſujabus & Jeſudadus Neſtoriani. Ex Quæſtione verò 14. in novum Teſtamentum, quæ eſt de ſacris Ordinibus, colligitur, auctorem opus ſuum cuidam Presbytero حَنَسا *Azizæ* nuncupaſſe.

4 *Vocabularium*: Ejus meminit Elias Anbarenſis in commentar. ad ſuum librum Carminum, ut ſuprà memoravi. Porrò tàm hujus Ananjeſu, quàm aliorum Syrorum Vocabularia ab amanuenſibus ita permiſta ſunt, ut vix diſcerni queant. Exſtat Codice Syriaco 4. (tom. 2. Bibliothecæ noſtræ pag. 487.) *Vocum Syriacarum interpretatio*, quam huic Ananjeſu haud immerito adſcripſerim.

5 *Abzud Scholaſticus* (malè apud Ecchellenſem, & Hottingerum *Scholiaſtes*) Scholæ, quam Sabarjeſus Patriarcha apud Bagdadum fundaverat, ſub Sergio, qui eundem Sabarjeſum tertius excepit, præfectus fuit circa annum Chriſti 870.

CAPUT CLXXX.

Elias Episcopus Caſcarenſis.

Elias [1] Bar-Canus fecit
Benedictiones [2], & Orationes :
Diſſeruitque
De uſu Pſalmorum
Deque Sacramentis Eccleſiaſticis.

CAPUT CLXXI.

Elias primus Patriarcha.

Mar Elias [3] primus [4]

Ordi-

NOTÆ.

1 *Elias Bar-Canus*, Caſcaræ Epiſcopus, obiit triduo antequam Synodus ad electionem Maris Bar-Tobi Patriarchæ habita fuiſſet, teſte Amro in vita ejuſdem Maris, hoc eſt, anno Hegiræ trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Græcorum 1298. Chriſti 987. & in cella Patriarchali in Ædibus Romæorum ſepultus fuit. Ejuſdem meminit idem Amrus in vita Saadoſti Epiſcopi Seleuciæ & martyris, ubi hæc de ſcriptis S. Gregorii Nazianzeni. ولتاولوغوس خطب كثيرة وقد رها جماعة منهم ايشوع برنون ومار اليا الكشكراني.

Theologus plures edidit orationes, quas multi commentariis illuſtrarunt, ut Joſue Bar-Nun, & Mar Elias Caſcarenſis.

2 *Benedictiones*. Variæ exſtant anonymo auctore in Ritualibus libris Chaldæorum: ut tom. 2. Bibl. noſtræ pag. 583. *Benedictiones menſæ, vini, puerorum, infirmorum*; pag. 584. *Benedictiones ſeminum* &c.

3 *Elias* hujus appellationis primus Neſtorianorum Patriarcha anno Chriſti 1028. ordinatus, ſedit unum ſuprà viginti annos: de quo hæc Gregorius Barhebræus in Chronico Syriaco Par. 3. in Vita Ignatii Bar-Kiki Maphriani.

Ei, hoc eſt Jeſujabo, *ſuffectus fuit Elias primus, olim Tirhanæ Epiſcopus, vir ætate ſenex & apprimè doctus. Hic ordinavit genuflexionem in Pentecoſtes Dominica. Nam antea Neſtoriani genuflexionem minimè celebrabant. In fine verò vitæ, debilitatis paralyſi artubus in lectulo decubuit. Ordinatus eſt autem die Dominica, tertia Apoſtolorum* (hoc eſt, ſecunda poſt Pentecoſten,) *ſeptima menſis tertii Arabum, anno quadringenteſimo undevigeſimo, in Ædibus Romæorum; ſorte electus. Quum verò annum unum ſuprà viginti miniſtraſſet, obiit, ſepultuſque fuit in Ædibus Romæorum, ſabbato, die ſexta Maii poſt Aſcenſionem, anno Arabum quadringenteſimo quadrageſimo.* Mendum in numeris. Nam anno Hegiræ 419. Dominica ſecunda poſt Pentecoſten, qua Eliam ordinatum affirmat Barhebræus, non *in diem ſeptimam menſis tertii Arabum*, ſed in diem 19. menſis quinti incidit, quum is annus inchoatus fuerit die 30. Januarii anni Chriſti 1028. quo Paſcha celebratum die 14. Aprilis, & ſecunda Dominica poſt Pentecoſten incidit in diem

17. Ju-

17. Junii. Anno verò Hegiræ 440. Sabbatum post Ascensionem Domini *die septima*, non sexta Maii fuit: Pascha enim anno Christi 1049. quo annus Hegiræ 440. adhuc currebat, die 26. Martii celebratum fuit; ac proinde Ascensio Domini in diem 5. Maii incidit. Feria itaque sexta exeunte, & Sabbato ineunte, ut ex Mari & Amro mox videbimus, Eliæ obitus contigit, quæ erat sexta Maii, ut omnes in assignanda emortuali die conveniunt.

Maris Salomonis filius, & Amrus Matthæi, res gestas Eliæ fusiùs persequuntur. Et Maris quidem hæc scribit. اليـــا الاول هذا الاب كان شيخًا كبيرًا قديمًا فاضلًا مبدًا فى علما زمانه من اهل كرخ جذان وكان اسقفًا على الطيرهان . ولما امتناع ايصوعيـــاب حضر حزقيال اسقف النعمانية لنظارة الكرسى لخلو كشكر من اسقف ونظر مدة ثلثة سنين . والسبب فى تاخّر الامـــر كان الاضطراب والخلـــف فى المملكة . فلما استقام امر الملك ودخـــل جلال الدين الى بغداذ وملك العراق وكان ابن الطيب فى اعلى منزلة جمع الابـــا الى بيعة دار الروم فى يوم الاحد الرابع من عيد القيامة . وكان يومًا مشهودًا . وجرى خوض طويل فاختير حزقيـــال اسقف النعمانية واليا اسقف الطيرهـــان وابو سعيد رئيس دير مار اليا وكتبت البنـــادق وفيها اسمايهم وعمل الباعون ثلثة ايام وفى اليـــوم الثالث حضر المطارنة والاساقفة وجميع الشعب ببغداذ ولم يتخلف منهم احد . واخرجت البنادق فخرج اسم مار اليا ولم يكن حاضرًا واكرر له فى الحال والوقت وكتبوا اليـــه بالحضور . فحضر ولم يكن يملك سوى سبعة عشر دينارًا وبعد اربعين يومًا من خروج بندقته اسيم فطركًا بالمدابن وعليه بيرونًا بنفسجيًا فى يوم الاحد الثالث من صوم السليحين سادس عشر حزيران سنة الف وثلثماية تسعة وثلثون يونانية فى دولة القادر . واخذ الى دير مار ماري الرسول وعمل القبال واصعـــد الى بغداذ وكان مقامه بقلاية دار الروم . وعمل كتابًا مقتصرًا باجتماع الابا فيه قوانينًا فى الفرايـــض والاحكام الدينية . وعمل كتاب اخر مختـــصرًا ايضًا اثنان وعشرون بابًا فى اصول الدين . ووضع قداس المذبح . وهو الذى زاد فى كاروزة الرمـــش الطويلة على تذكار ابايا واخوتنا . وهو ايضـــا رتّب السجدة يوم الغنطيقوسطى ببيعة العتيقة . واقعد فى اخر عمره حتى انه اصام اسقف الرحبة جالسا فى خفه . ثم اضر وامتناح ليلـــة السبت السادس من ايار سنة الف وثلثماية ومعين يونانية ودفن فى اول سكينة بالبداقن ببيعة السيدة بدار الروم . وكانت مدة رياسته احد وعشرون سنـــة . وخلا الكرسى بعـــده سبعـــة اشهـــر وخمســـة عشـــر يومـــًا :

Elias primus. Hic Pater (quum Patriarcha creatus fuit) *senex erat grandævus, probitate aliisque virtutibus spectatissimus, atque sui sæculi sapientum facilè princeps. Patriam habuit oppidum, quod Gedanum appellant. Tirhanensem antea Ecclesiam obtinuerat. Quo verò temporis intervallo decessit Jesujabus,* (*quoniam Cascarensis Ecclesiæ Episcopus quoque obierat,*) *ad Patriarchalis throni custodiam vocatus fuit Ezechiel Naamaniæ Episcopus, quam ad triennium tenuit. Causa autem, cur novi Patriarchæ electio tamdiù dilata est, fuere subortæ eodem tempore de Imperio dissensiones & bella: Quibus compositis Gelaloddinus Bagdadum occupavit, universamque Arak obtinuit. Benattibus qui summum honoris gradum apud novum Principem tenebat, Patres in Ecclesia apud Ædes Romæorum ad Synodum vocavit quarta à festo Resurrectionis Dominica, quæ exinde celebris mansit. Post multas altercationes electi fuere Ezechiel Naamaniæ Episcopus, & Elias Episcopus Tirhanensis, atque Abu-Saidus S. Eliæ Abbas: quorum nomina postquam in schedulas relata fuissent & glandulis inserta, per triduum publicæ in Ecclesia habitæ sunt preces. Tertio post modum die Bagdadum convenere omnes Metropolitæ, Episcopi, & populus universus, ut neminem ab eo conventu abfuisse memorent. In ea Synodo extracta schedula, Eliæ nomen prodidit. Quare continuò proclamatus fuit, & misso nuncio accersitus: Nam Synodo minimè intererat. Ferunt autem Eliam adeò paupertatem amasse, ut nihil præter decem & septem denarios tunc possidere repertus fuerit. Quadragesimo ab extractione schedularum die, Patriarcha per manus impositionem creatus fuit Modainæ, Pontificia veste violacei coloris indutus, Dominica tertia Jejunii Apostolorum die 16. Junii anno millesimo trecentesimo trigesimo nono Græcorum sub dynastia Kaderi. Inde ad cœnobium S. Maris Apostoli profectus, ibique solemni ritu exceptus, Bagdadum paulò post accessit suumque ibidem fixit domicilium in cella Ædium Romæorum: & Patribus consentientibus volumen breve composuit, in quo Canones collegit, constitutiones & judicia ad Religionem spectantia continentes. Alterum quoque eadem brevitate scripsit librum in viginti duo capita distinctum de Fundamentis, seu principiis Religionis. Altaris quoque consecrationem adjecit. Iste etiam Elias fuit, qui in prolixa Concione vesperarum, commemorationem patrum & fratrum nostrorum addidit. Adorationem itidem die Pentecostes peragendam decrevit, atque in veteri Ecclesia etiam celebravit. Sub finem porrò vitæ tantum virium defectum passus est, ut Episcopum Rahabæ consecraturus, non nisi sellæ insidens calceisque communibus usus, id efficere value-*

valuerit. Postremum morbo prostratus, obiit nocte in Sabbatum declinante, sexta Maii, anno Græcorum millesimo trecentesimo sexagesimo, sepultusque fuit in prima tumba in Diaconio in Ecclesia Dominæ in Ædibus Romæorum, quum Ecclesiam rexisset per annos unum & viginti. Sedes ab ejus obitu ad septem menses & quindecim dies vacavit. Hucusque Maris.

Amrus verò quum in altero Codice ر Marim exscripsisset, in altero de Elia sic ait.

اليا من كرخ جدان دخل بغداذ صبيًا ونشا فى الاسكول فى المداين واسيم قصا وتعلق ببدى الجمل فصار يعرف بهم. فاسامه يوانيس اسقفا على الطيرهان لما عُرف من علمه واشتهر من فضله وسداده وانغب نفسه وكدّ خسمه فى قراة الكتب ودرس العلوم. وامتدعى الابا فحصل ببغداذ فى اول شهور سنة تسع عشرة واربعماية مطران البصرة ومعه اسقف نهر الدير ومطران الموصل ومعه اسقف حفتون والبرية ومطران باجرمى وجماعة من اساقفة الهوذكيا منهم اليا اسقف النعمانية وقد نظر ثلث سنين قديمًا ومنذر اسقف الانبار واساقفة عكبرا والنيل وبادرايا وباكسايا والواذان والبوازيج وغيرهم وكانت لهم اجتماعات كثيرة مع المومنين للاختيار. واختير منذا الاسقف واسقف الحيرة وعبدايشوع الراهب من عمو مار اليا المعروف بدير معيد ومار مطرانا على الموصل وكتبت اسماهم وجعلت فحت الختم على الرسم فى مثلها واجتمع الناس ثلثة ايام على الباعوث والطلبة بحسن الاختيار فخرج اسمه واكرز له والحدر والجماعة معه الى المداين واسيم يوم الاحد لاحدعشر ليلة بقيت من جمادى الاولى من السنة المذكورة والسادس عشر من حزيران سنة تسع وثلاثين وتلثماية والف للاسكندر اليوناني واسام فى الحال بالمداين يوحنا المعروف بابى نصر ابن الطرغال الكاتب من اهل دار الروم اسقفًا على القصر والنهروانات وتمم بعده اسقفى نهر الدير وحفتون وعاد الى بغداذ وعمل له القبال فى بيعة اصبغ يوم الاحد لاربع بقين من الشهر وطالت مدّته ولم يكن فى ايامه عالم ولا رئيس مقدم مع سلطان. ولم يزل يكاتب مطران نصيبين حتى انحدر اليه وخرج الى حزى واجتمع معه فى العمر وازال ماكان فى نفسه وعاد فتبسط ثقه منه بان ليس معترض وطلق جماعة. فاستتاح اخر الليل من ليلة السبت انملاخ ذى القعده سنة اربعين واربعماية والسادس من ايار سنة الف وثلثماية وستين

للاسكندر وكان ثالث السلاتق. وكانت مدّته فى الجثلقة احد وعشرين سنة وستة اشهر وتسعة عشر يومًا هلالية وعشرون سنة وعشرة اشهر وعشرون يومًا شمسية.

Elias ex oppido Gedano oriundus, Bagdadum adolescens venit, & in ea urbe, quam Modainam vocant, in Schola educatus, Presbyter demùm factus est. Mox filiorum Giamali consuetudine ac familiaritate celebritatem nominis adeptus, à Joanne Patriarcha *Episcopus Tirhanæ creatus fuit, postquam doctrina, probitate & prudentia clarere cœpisset. Nam & mentem corpusque vehementer exercuit, improbo labore libros perlegendo, & varias scientias discendo. Interea Synodus Patrum indicta est. Bagdadum itaque primo mense anni* Hegiræ *undevigesimi suprà quadringentesimum convenit Metropolita Bassoræ, & unà cum eo Episcopus Nahardairæ; adfuit etiam Mosulanus Metropolita, secum simul adducens duos Episcopos, Hephtonensem scilicet, & Barienſem: Metropolita quoque Bagermæ, & alii non pauci ex Episcopis Provinciæ* (hoc est, Diœceseos Patriarchalis) *quos inter Elias Episcopus Naamaniæ, qui Patriarchalem Sedem olim per triennium custodierat, & Monderus Episcopus Anbarensis, & Episcopi Ocbaræ; & Nili, & Badarajæ, & Bacasajæ, & Radani, & Bavazichæ, atque alii: ubi post multas collationes ab Episcopis cum fidelium primoribus habitas, electi fuere demùm iste Episcopus, & Episcopus Hirtæ, & Ebedjesus* (cognomento Abusaidus, ut suprà ex Mari) *monachus monasterii S. Eliæ, quod alio nomine Saidi monasterium appellatur, factusque postea fuit Mosulanus Metropolita. Descripta itaque eorum nomina, & singulæ schedulæ secundùm morem aliàs observatum eodem sigillo signatæ fuerunt. Deinde publicæ ad triduum indictæ supplicationes pro electione futuri Patriarchæ. Extracta demùm schedula Eliæ nomen extulit, & continuò in Patriarcham proclamatus est: qui unà cum Synodo Modainam progressus, ibidem consecratus fuit dominico die, nocte undecima ante exitum mensis Gemadi prioris anni prædicti, die nempe sextadecima Junii anni trigesimi noni suprà millesimum trecentesimum Alexandri Græci. Continuò Modainæ Joannem cognomento Abi-Nasrum Targali filium scribam ex incolis Ædium Romæorum præfecit Episcopum Kosræ & Nabarvanæ; & post illum alios duos Episcopos perfecit, Nahardairensem videlicet, & Hephtonensem: deinde Bagdadum reversus, solemni pompa exceptus est in Ecclesia* sancti Simeonis *Sabaæ, Dominica die quarta ante ejusdem mensis exitum. Diu autem Ecclesiam rexit: nec erat ejusdem ætate vir doctus, nec princeps Soltano gratiosus. Nisibis verò Metropolitam* Eliam *non destitit per literas compellare, donec Hazam ad ipsum profectus, ibidem in cœnobio congressi, positaque simultate amborum reconciliati sunt: & nullum exinde Elias adversarium expertus, complures gradu amovit. Demùm requievit sub finem noctis Sabbati, exeunte mense Dil-chede, anno* Hegiræ *quadragesimo suprà quadringentesimum, sexta*

Maii

Ordinavit confecitque Decisionem 5 Judiciorum:
Et Quæstiones 6 Ecclesiasticas:
Et Tractatus 7 Grammaticos.

ܩܛܒ ܡܕܒ ܗܘܐ ܘܥܒܕ .
ܫܐܠܬܐ ܕܒܝܥܐ .
ܡܐܡܪܐ ܕܩܠܝܢ ܣܦܪܐ .

CAPUT CLXXXII.

Joannes Bar-Chaldon.

Joannes 8 Bar-Chaldon composuit Ma-

ܝܘܚܢܢ ܕܒܪ ܟܠܕܘܢ ܗܘ .

ܗܕܐ

Maii anno Alexandri millesimo trecentesimo sexagesimo, tertia post Ascensionem: quum dignitatem Catholici tenuisset annos unum suprà viginti, menses sex, dies undeviginti lunares, annos verò solares viginti, menses decem, dies viginti.

Sub eodem Elia direptam Patriarchalem Cellam scribit Maris, seù quisquis est amanuensis in margine Codicis 41. (de quo tom. 2. Biblioth. nostræ pag. 509.) وفى تلك الايام نهبت دار الروم والقلاية وذلك سنة ثلثة وعشرين واربعماية للهجرة: *Per ea tempora*, inquit, *hoc est, anno Hegiræ vigesimo tertio suprà quadringentesimum direptæ sunt Ædes Romæorum und cum Cella:* grassantibus nimirùm in urbe Bagdado dissensionibus, de quibus supra.

Abulpharagium præterea Benattibum, quem idem Maris Synodum pro electione Patriarchæ convocari curasse suprà dixit, sub eodem Elia obiisse, ex hac nota ad marginem ejusdem Codicis 41. apposita liquet. وفى ايام هذا الاب توفى الشيخ العالم والفيلسوف الفاضل مفسّر الكتب الالهية القسيس ابو الفرج عبدالله ابن الطيب ودفن ببيعة درثا سنة اربع وثلثين واربعماية للهجرة: *Hujus Patris diebus vita functus est doctus senex, præstantissimus Philosophus, divinorum librorum commentator, Presbyter Abulpharagius Abdalla Benattibus, sepultusque fuit in Ecclesia Darthæ* (hoc est, in Ædibus Romæorum) *anno Hegiræ millesimo trigesimo quarto.* Hic autem Benattibus ejusdem Eliæ Patriarchæ à Secretis fuerat, ut ex approbatione libro sessionum Eliæ Nisibeni subjuncta, de qua cap. seq. sermo erit, colligitur.

4 *Elias primus.* Ita Sobensis, hunc Eliam ab aliis ejusdem nominis Patriarchis, ac præsertim ab Elia tertio, de quo infrà in eodem Catalogo, distinguere volens. Ecchellensis & Hottingerus perperàm vertunt *Elias Antiquus.*

5 *Decisionem judiciorum.* Canones nimirùm in Synodo conditi, de quibus idem Sobensis infrà, ubi de Synodis Orientalium, & Maris loco suprà cit.

6 *Quæstiones Ecclesiasticas*: Librum scilicet *de Fundamentis Fidei* in capita XXII. distributum, de quo ex Amro tom. 2. pag. 447. Ejusdem libri priora quatuor capita Arabicè describuntur ab eodem Amro in libro, cui titulus *Turris*, (de quo tom. 2. pag. 509.) sunt autem cap. 1. *De Deo uno & Trino*. 2. *De Christo ut Deo*. 3. *De Christo ut homine*. 4. *De Christo Deo simul & homine*. Reliquorum duodeviginti capitum titulos dumtaxat recenset idem Amrus: videlicet: الشهادات من الانبيا وغيرهم على ظهور سيدنا المسيح وولادته من مريم العذرى وتدبيراته فى العالم. وعلى عماده. وعلى تواضعه وركوبه الحمار. وعلى فصحه. وعلى صلبه ودفنه. وعلى قيامته. وعلى صعوده الى السما. وعلى نزول الروح القدس. وعلى وجود الصليب. وعلى مجى المسيح وصحة دين النصرانية وعلى الغسل والصلاة. وعلى الصوم. وعلى الصلاة. وعلى الصدقه. وعلى النار المعدة للاشرار. وعلى القيامة وغير ذلك.

Testimonia ex Prophetis aliisque de Apparitione Domini nostri Christi, ejusque nativitate ex Virgine Maria, & conversatione in mundo & de ejusdem baptismo: de ipsius humilitate, quum sedit super asinum: de Paschate ab ipso celebrato: de crucifixione & sepultura ejusdem: de resurrectione: de ascensione in cœlum: de illapsu Spiritus sancti: de inventione Crucis: de altero Christi adventu: de veritate fidei Christianæ: de ablutione & oratione: de jejunio: de oratione: de eleemosyna: de igne impiis præparato: de resurrectione, & de aliis.

7 *Tractatus Grammaticos.* Exstat unus *de Punctis* sub Eliæ Catholici nomine, quem Joannes Bar-Zugbi suæ Grammaticæ inseruit. Vide Cod. Syr. Ecchellen. 27. pag. 42. (de quo tom. 1. Bibl. nostræ pag. 578.)

8 *Joannes Bar-Chaldon* monasticam vitam coluit sub Moyse Abbate cœnobii Beth-Sajare, cujus commemoratio à Nestorianis celebratur feria sexta hebdomadæ sextæ, ut vocant, Æstatis, ut liquet ex his verbis Cod. Syr. Amid. 1. pag. 439. (tom. 1. Bibl. nostræ pag. 581.) ܒܫܒܬܐ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝ ܡܘܫܐ ܪܫ ܒܝܬ ܣܗܕܐ ܒܫܡܗ ܕܝܘܚܢܢ ܒܪ ܟܠܕܘܢ ܗܘ ܪܫ ܒܝܬ ܣܗܕܐ ܕܒܝܬ ܫܓܪ

Magnum librum 1 Quæſtionum,
Item alterum 2 Pulchritudinis pulchritudinum:
Et Mercaturæ monachatus.

CAPUT CLXXXIII.

Elias Epiſcopus Niſibenſis.

3 Elias 3 Bar-Sinæus
Metropolita Sobæ
Compoſuit Annales:
4 Et 4 Orationes: & Grammati-
5 cam 5.

Item

Feria ſexta ſextæ hebdomadæ Æſtatis, commemoratio magiſtri noſtri Moyſis Beth-Sajare, qui fuit magiſter Joannis Bar-Chaldon, Sub quo Patriarcha vixerit, mihi nondum liquet. Illud tamen conſtat, ipſum Neſtorianæ hæreſi addictum fuiſſe: nam ejus opera damnata fuere in Synodo Diamperenſi, de quibus hæc Thomas à Jeſu in lib. de converſione omnium gentium procuranda pag. 354. *Sane in ea viſitatione* (quam anno Chriſti 1599. Goënſis Archiepiſcopus ſuſcepit,) *à Patribus Societatis partim combuſti, partim expurgati ſunt ſequentes libri. Hudea, & Gaza; hoc eſt, Breviarium, & Theſaurus &c. Liber Joannis Bar-Chaldon.*

1 *Magnum librum Quæſtionum*, ideſt, Theologico-Polemicum, in quo controverſias fidei examinat Is fortaſſe, qui in Diamperenſi concilio ab Archiepiſcopo Goënſi proſcriptus fuit, ut mox dicebam. Ecchellen. & Hottinger. ex vitioſo Codice legunt

Ingens illud volumen inſcriptum Buſania, nullo ſenſu.

2 *Pulchritudinis pulchritudinum*. Carmina Joannis Bar-Chaldon exſtant in ms. Codice Syr. Amiden. 8. (Tom 1. Biblioth. noſtræ pag. 583) hoc præfixo titulo fol. 143.

Virtute Dei ſcribo ſtrophas carminum, quas compoſuit Joannes Bar-Chaldon, cujus animæ requiem Dominus noſter cum juſtis donet. Amen. Sunt autem Epigrammata moralia quatuor ſuprà triginta, omnia metro dodecaſyllabo, præter vigeſimum nonum, quod quinque ſyllabis conſtat. Plura Joannem edidiſſe, liquet ex eodem Codice, in quo poſt Epigramma decimum deprehenditur unum folium excidiſſe.

3 *Elias Bar-Sinæus* (Ecchell. & Hotting. *Bar-Sciania*) in cœnobio S. Michaëlis apud urbem Moſul ſub Joanne Archimandrita monachum egit, ut de ſeipſo narrat in epiſt. ad Saëdum Abulalam Seſs. 4. A Joanne Bar-Nazuch Patriarcha Epiſcopus Sobæ ſeù Niſibis ordinatus, Jeſujabo Ezechielis filio, qui poſt ejuſdem Joannis obitum anno Græcorum 1332. die 11. Decembris Sedem illegitimè occupaverat, fortiter reſtitit, datâ etiam ad Bagdadenſes epiſtolâ, in qua illum velut ſimoniacum traducit, irritamque ac nullam fuiſſe ipſius ordinationem, productis Synodorum ac Patrum teſtimoniis demonſtrat. Subſtituto in locum defuncti Jeſujabi Elia primo, anno Hegiræ 419. Diſputationem habuit cum Hoſaino Abulcaſemo mahometano, quam in ſeptem Seſſiones diſtributam, Saëdo Abulalæ nuncupavit, adjectâ ad ejus calcem Abdallæ Abulpharagii Benattibi Presbyteri approbatione Obiit magnam apud ſuos doctrinæ famam adeptus, poſt ejuſdem Eliæ primi obitum, hoc eſt, poſt annum Græcorum 1360 ut ex ipſius Præfatione in libros de Deciſione judiciorum eccleſiaſticorum, quam ex Ebedjeſu Sobenſi mox referimus, colligitur: ibi enim idem Elias de Elia primo Patriarcha tamquam de pridem defuncto loquitur, dum requiem animæ ipſius apprecatur. Elias autem primus deceſſit Sabbato poſt Aſcenſionem Domini die 7. Maii anno Græcorum 1360. Chriſti 1049 ut ex Amro pag. 263. & ſeq. ſuprà retuli. Morerius in Dictionario Eliam Barſeniam Sobæ Archiepiſcopum ab Elia Niſibeno Grammatico perperàm diſtinguit.

4 *Orationes*. Eliæ Niſibeni *precatio* ordine alphabetico exſtat Cod. 7. Amid. (tom. 1. Bibl. noſtræ pag. 582.) Ejuſdem *Homiliæ VI. feria tertia & quarta Rogationum recitandæ*,

Cod.

8 Item quatuor libros 6 continentes Decisionem judiciorum ecclesiasticorum.

Nec

Cod. 8. & 10. eodem to. 1. pag. 583. & Cod. 1. Syr. tom. 2. pag. 486.

5 *Grammaticam*. Extat ms. in Cod. Syr. Ecchell. 27. (tom. 2. Bibl. Orient. pag. 578.) cujus initium citatur ab Ecchellensi in notis ad Catalogum Ebedjesu pag. 176. Ejusdem meminit & Morerius in suo Dictionario, verbo, *Elie de Nisibe*: Ambo tamen verba Eliæ haud rectè expressérunt, dum pro Medis *Madianitas* obtrudunt. Elias enim sic habet:

At Hebræi, Syri, Persæ, Æthiopes, Elamitæ, Medi, Phœnices, Alani, Arabes, aliique nobis ignoti, non habent literas, quæ sufficiunt ad expressionem dictionum, quæ ab ipsis scribuntur &c. Ubi Ecchellensis pro Medis, habet *Madianitæ*, & pro Alanis *Elanitæ*. Tota autem Eliæ Grammatica, prout in laudato Cod. 27. describitur, circa literas & puncta versatur, titulis decem comprehensa, quorum 1. *de literis Alphabeti*. 2. *de literis quæ moventur, & de quiescentibus*. 3. *de literis radicalibus & servilibus*. 4. *de casibus*. 5. *de asperis & lenibus*. 6. *de literis, quæ occultantur: hoc est, scribuntur quidem, non tamen proferuntur*. 7. *de literis, quæ invicem permutantur*. 8. *de punctis, quæ pluralem numerum indicant*. 9. *de pronunciatione literarum*. 10. *de specie nominum*. Unde liquet, Grammaticam Syriacam usque ad Eliæ tempora admodum imperfectam & rudem fuisse. Primus, qui eam methodo accuratiori tradidit, Joannes Bar-Zugbi fuit; post hunc Gregorius Barhebræus: deinde recentiores Georgius Amira, Isaac Sciadrensis, & Abraham Ecchellensis.

Grammaticæ subjungitur ejusdem Eliæ *Nomenclator Syro-Arabicus* non ordine quidem alphabetico, sed per materias & capita XXX. dispositus. Extat ms. in cit. Cod. Ecchell. 27. Eundem addita Latina interpretatione edidit typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, suppresso licet Eliæ nomine, F. Thomas à Novaria in 8. anno Christi 1636. Ejusdem duplex exemplum prostat in Biblioth. Bodlejana, ut liquet ex Tom. 1. Catalogi librorum manuscriptorum Angliæ num. 310. & 3069. ubi tacito itidem Eliæ nomine, his verbis describitur pag. 16. *Nomenclator Syro-Arabicus, dictus Turjeman, seù Interpres, literis Syriacis*. Et pag. 155. *Turjeman Syriaco-Arabicum, seù Vocabularium Syriacum Arabicè explicatum, quod typis mandavit vitiosissimè Thomas à Novaria*, 8.

6 *Quatuor libros continentes Decisionem judiciorum ecclesiasticorum*. De his Ebedjesu infrà, ubi de Synodis Orientalium. Ejusdem Eliæ *Tractatum de hæreditatibus* ex Arabico Syriacè reddidit, suoque operi inseruit idem Ebedjesu in epitome Canonum Par 3. cui hanc præfationem præmisit.

.Assemani



Tractatus tertius de hæreditatum divisione. Quum sponsalium atque matrimoniorum res divisionem hæreditatum naturâ antecedat, merito illam huic præmittimus. Sed quoniam leges circa divisionem hæreditatum à Patribus, qui Canones condiderunt, eorumque successoribus in plurima capita digestæ fuere, inde perperàm colligunt indocti, ordinem dividendarum hæreditatum in sancta Ecclesia confusum atque perturbatum. Recta quippe divisio unam sequitur regulam. Propterea operæ pretium erit indicare, quinam fuerint legum conditores, quinam verò collectores & tractatores, qui illarum inter se discordiam & contradictionem conciliare atque componere studuerunt, ut una omnem Orientis Ecclesiam regula contineat. Patres itaque Ecclesiastici, qui statuta & leges post sanctos Apostolos scribere aggressi sunt, trecenti decem & octo Oecumenici fuerunt, (Ante Nicænos Patres in Conciliis Ancyrano & Neocæsarienſi, quæ apud Orientales nota sunt communiterque recepta, Canones conditos fuisse, miror quod Sobensis ignoraverit.) *sicut Maruthas Episcopus Maipheractæ tradit: pauloque post consequuta Synodus centum quinquaginta Patrum Constantinopoli congregata. Sequiori adhuc ævo alias adjecit leges Ambrosius Mediolanensis Episcopus, ab Imperatore Valentiniano jussus scribere statuta præfectis locorum.* (Undenam id hauserit Sobensis, incertum. Leges, quæ Valentiniani nomen præferunt, non alia videntur ratione Ambrosio tributæ, quàm quod ei æquales fuerint, & aliqua negotia jussu Valentiniani suscepisse Ambrosium, ex historia Ecclesiastica compertum sit.) *Inter Christianos præterea Principes, leges & jura scripsere Constantinus ille Magnus, Theodosius, & Leo: idque sicut nobis traditum est, in Occidente præstitere. In Oriente verò nostro idipsum aggressi sunt Jesuboctus Metropolita Persidis, Timotheus & Josue Bar Nun Catholici; nec non Simeon Persidis, & Ebedjesu Assyriæ Metropolita. Et hi quidem composuere atque scripsere judiciorum leges ampla & universali methodo. Fuerunt porrò alii, qui summatim & per compendium eandem materiam pertractarunt: quemadmodum videre est in Canonibus Mar Abæ, & Jesujabi, ac Joannis, atque in Epistola Mar Ananjesu Catholici. Et hi quidem legum & Canonum fuere auctores, sicut ex libris Synodicis didicimus. Prisci autem Canonum legumque collectores fuere Gabriel Bassoræ Metropolita, qui prædictorum auctorum omnium sensa uno volumine collegit: contentus, Canones usu receptos ab exoletis & antiquatis minimè distinxit. Alter verò religiosissimus Mar Elias Patriarcha beatissimus extitit, qui idem opus aggressus, prædictorum sententias unico eoque admirabili tractatu fusè retulit: deinde postquam decretorum varietatem & contradictionem demonstravit, ita demùm sicut sapiens Pictor ex variis diversisque coloribus unicam pulcherrimam atque elegantissimam imaginem efformat, sic beatus hic splendoribus & radiis ex illorum sanctorum Patrum doctrina micantibus lucidissimam lampadem conflatam super Ecclesiæ candelabro collocavit, quæ per devia errantes in hac materia de divisione hæreditatum ad hanc regiam & offendiculis præpurgatam viam manuduceret. Adeò ut etiam religiosissimo ELIÆ Sobensi, viro nempe accuratissimo & acutissimo, visum fuerit præcipere, ut omissis cæteris de divisione hæreditatum tractatibus, omnes qui veritatem amarent, hanc unam sequerentur semitam. Ego verò ut Lectorem inutili labore liberem, Decisiones illas describam, quas religiosus Elias Sobensis diligenter & accuratè collegit ex opere sanctæ memoriæ Eliæ Patriarchæ: ipsamque ejusdem Epistolam, quæ in quinque & viginti capita dividitur, integra fide in Syriacum sermonem ex Arabico vertam: ita ut harum rerum veritas certa & stabilis innotescat, judiciaque non ex arbitraria deliberatione perturbatoque juris ordine peragantur. Ad rectam quippe rationis regulam & certam juris normam judiciorum ordo exactus est, atque ita in posterum exigendus in universa Orientis Ecclesia. Studio itaque diligentiaque geminorum horum beatorum Patrum, Eliæ, inquam, & Eliæ, requiem accepere Ecclesiarum Rectores, ne in posterum ob sententiarum varietatem anxii hærerent, neve à recto itinere aberrarent. Quæ ut planiora fiant, Sobensis* (Eliæ) *verba hìc attexenda duximus. Siquis, inquit, leges olim constitutas circa divisionem hæreditatum examinaverit, quæ videlicet à majoribus nostris inventæ sunt, ab Ananjesu, inquam, Timotheo, Josue Bar Nun, & Joanne Catholicis, atque à Simeone, Jesuboctlo, & Ebedjesu Metropolitis; vel eas, quæ à Constantino, Theodosio ac Leone Romanis Imperatoribus latæ fuerunt, atque easdem accuratè expenderit; animadvertet profectò collatione facta eas in pluribus variare, seque invicem oppugnare & convellere: quum nimirùm nec naturæ, nec rationis ordinem sequantur. Quare necesse est, Lectorem inde perplexum anxiumque manere, & in varios errores impingere, dum ignorat, quamnam ex illis teneat & sequatur, quamnam verò deserat & rejiciat. Quum verò Deus spirituali Patri Mar Eliæ Patriarchæ, cujus animæ requiem oramus,* (Ex quo liquet hunc Tractatum ab Elia Nisibensi post obitum Eliæ Patriarchæ compositum fuisse: atque adeò quod tom. 2. pag. 447. ex quodam Amri ms. Codice de obitu ejusdem Eliæ Nisibeni sub cognomine Patriarcha dictum est, libenter emendamus.) *hanc contulisset gratiam, istorum beatorum Patrum de ea materia sententias exploravit, & diligenter expendit: divina mox virtute fretus, post diligentissimum earundem examen, atque singulorum inter se*

textuum

1 Nec non Epistolas 1 scriptas Syriacè & Arabicè,

وكتبه السريانية والعربية

textuum collationem, prædictas leges ad rationis normam exegit, & singulas coordinavit, prout justum & æquum visum fuit, & naturali spiritualique legi consentaneum, ac præsentibus temporibus accommodatum; prudentiam intelligentibus adjiciens, & sapientiam quærentibus semitam demonstrans. Illam itaque legum prolixitatem intra unius Tractatus compendium contraxit, quod sanctæ Ecclesiæ thesaurus præstantissimus censetur. Id porrò quanta cum veritate dicatur, is planè intelliget, qui laudati Auctoris librum semel inspexerit: ex quo simul deprehendet ejusdem acumen, magnam eruditionem, speculationum profunditatem, sensuum & sententiarum gravitatem, doctrinæ & sapientiæ amplitudinem & copiam, cæteraque divina charismata à Spiritu sancto eidem collata, nec non sublime donum Ecclesiæ concessum, quum talem Præsulem accepit. Ego verò quum ejusdem tractatum accuratè & multo studio evolvissem atque examinassem, liquidò perspexi, quàm oppido rationi consentaneum esset, universa illius decreta sequi, omnesque canones in eo scriptos in praxim deduci: Quamobrem prædictum Eliæ tractatum huic meæ lucubrationi velut fundamentum subjeci, eumque in varia capita distinxi, ut doctis quidem commentarium, discentibus verò institutionem, thesaurum postremo, ad quem tuto confugerent, nostris pararem. Hæc Sobensis Ebedjesu de Elia suo in eâdem Sede præcessore.

1 *Epistolas scriptas Syriacè, & Arabicè.* Arabicè quidem habentur Eliæ Nisibeni *Epistolæ seu Tractatus sex*: videlicet,

I. *De cælibatu & castitate, ad fratrem Mansorem Abi-Said filium Isæ*

في فضيلة العفاف الى اخيه الشيخ ابى سعيد منصور بن عيسى .

Exstat Cod. Arab. Vatic. 29. pag. 179. & Cod. 128. pag. 72.

II. *De Deo Trino & Uno*

في التثليث والتوحيد : Tom. 2. Biblioth. nostræ pag. 487.

De his duobus Tractatibus hæc Abulbarcatus in Synopsi Scriptorum cap. 7. *Lampadis tenebrarum, & Declarationis Officiorum.*

مار اليا مطران نصيبين له رسالة فى العفاف ارسلها الى اخيه ابى سعيد منصور ورصّعها باخبار نادرة ومآثر عن الحكما والرهبان صادره وابلغ فى تاليفها واحسن فى تصنيفها . ورسالة فى التثليث والتوحيد . وله علة رسايل وهو يعدّ من ذوى الفضايل .

Mar Elias Metropolita Nisibis edidit Epistolam de castitate ad fratrem Abi-Said Mansorem, quam egregiis Philosophorum Monachorumque factis dictisque exornavit, & stylo quidem elegantissimo. Item Epistolam de Trinitate & Unitate. Præterea plures alias Epistolas: quibus aliisque scriptis merito inter præstantes doctosque viros recensetur.

III. *Præsidia ad expellendam animi mœstitiam*

كتاب المعونة على دفع الهم

Cod. Arab. Vat. 39. pag. 25. Cod. 49. pag. 1. & Cod. 128. pag. 1.

IV. *De veritate fidei, Opus in quatuor Partes, & decem Capita divisum,* كتاب البرهان فى تصحيح الايمان المسقل على اربعة اجزا وعشرة فصول .

Fragmentum hujus libri exstat apud Amrum. Vide tom. 2. pag 487.

V. *Sessiones septem: seù Disputatio habita cum Vizíro Hosaino Abilcasemo filio Ali Africano, Mahometicæ sectæ professore, præfixa ad Abulalam Saëdum Saheli filium epistola.*

رساله الى الاستاذ ابوالعلا صاعد بن مهل الكاتب يذكر فيها المجالس التى جرت بينه وبين الوزير ابى القاسم الحسين بن على المغربى .

Cod. Arab. Vat. 24. pag. 110. Cod. 49. p. 70. Cod. 51. pag. 1. Tom. 1. Bibl. nostræ pag. 634. & Tom. 2. pag 508. Id opus, æquè ac Georgii monachi Lauræ S. Simeonis apud Antiochiam Disputatio (de qua tom. 1. pag. 633.) apud Christianos Orientis celeberrimum est: continet autem Capita, seù Sessiones septem.

المجلس الاول فى التوحيد والتثليث . الثانى فى الاتحاد . الثالث فى اقامة الدليل على توحيد النصارى من القران . الرابع على تثبيت مذهب النصارى من موجب العقل والعجز . الخامس فى براة النصارى من كل مذهب يخالف الحق . السادس فى النحو واللغة والخط والكلام . السابع فى اعتقاد النصارى فى احكام النجوم وفى المسلمين وفى النفس .

Sessio I. De Unitate & Trinitate. II. De Unione, hoc est, Incarnatione Verbi: ubi Nestorianorum dogma de duabus Christi personis exponit. *III. Demonstratur ex Alcorano, Christianos unum Deum colere. IV. Veritas Christianæ Religionis ex ratione & miraculis demonstratur.* Hic affirmat Elias Christianam Religionem suo ævo coli

من الروم والافرنج والبلغر والقبط والنوبة والارمن والسريانيين

CA-

والمرسانيين والقوص والستوك واهل الصين وغيرهم من الامم.

à *Græcis, Francis*, seù Latinis, *Bulgaris, Coptis, Nubis, Armenis, Syris, Persis, Turcis, Sinis, aliisque gentibus*. De Joanne autem Claudo cœnobii S. Michaëlis apud Mosul Abbate suoque præceptore quasdam mirabiles prædictiones refert. *V. Christianos ab omni errore liberos esse*. Hic fidei suæ professionem describit, quam ab Hosaino approbatam fuisse affirmat, ajente, nullum Christianos inter & Mahometanos discrimen esse, quàm quod illi Mahometum veluti prophetam minimè recipiant. *VI. De Grammatica, charactere, & vocibus*. Hosaino Arabicæ linguæ Grammaticam & characterem supra Syriacam extollenti, ostendit Elias hujus præ illa lingua præstantiam: laudat Mohammadi Abubacri filii Zachariæ Razensis librum inscriptum

الطب الروحاني

de medicina spirituali, cap. 5. & Honaini filii Isaac librum في نحو العرب *de Grammatica Arabum* sect. 3. *VII. Quid Christiani sentiant de Astrologia, de Mahometanis, & de Anima*. Ad calcem hujus Sessionis narrat Elias, Hosainum Nisibi in urbem Maipherkin profectum, ibi die solis, undecima mensis Romadani anni Hegiræ 418. periisse, quum Abusaidus medicus ejusdem Eliæ frater, visu quodam territus, ejus ægritudinem curare recusasset. Porrò Hosainus (ut in prima sessione refertur) ex urbe Diarbechir seù Amida in Bedlis profectus, ibique morbo correptus, Maipheractam seù Maipherkin petierat: inde magnis itineribus Nisibin cogitans, in cœnobium S. Maris divertit, ubi recuperata valetudine, eam demum urbem ingressus est feria 6. die 26. Gemadi prioris anno Hegiræ 417. (ut habetur in pervetusto Codice Arabico 38. de quo Tom. 2. Bibl. nostræ pag. 508., non anno Hegiræ 419. ut perperàm legitur in aliis Codicibus) & die sequenti Elias quum salutatum eum adiisset, primam cum ipso sessionem habuit, secundam feria 6. sequentis hebdomadæ, tertiam feria 3. die 1. Gemadi posterioris, quartam feria 5. ejusdem hebdomadæ, quintam Sabbato die quinta ejusdem mensis, sextam feria 3. hebdomadæ sequentis, septimam denique feria 5. die decima ejusdem mensis. Disputatio autem literis mandata anno Hegiræ 418. ut ex initio Sessionis 1. colligitur.

اتفق دخول الوزير رحمه الله الى نصيبين يوم الجمعة السادس والعشرين من جمادى الاول من السنة الماضية وهي سنة اربعمائة وسبعة عشر.

Accidit Vizìri, cui divinam miserationem apprecamur, in urbem Nisibin ingressus feria sexta, die vigesima secunda Gemadi prioris, anni præteriti, hoc est, anni quadringentesimi decimi septimi. Quum autem ex antiqua consuetudine, decreto etiam Timothei Patriarchæ confirmatâ, (ut suprà dixi pag. 82.) nefas esset libros in vulgus prodire, qui à Doctoribus approbati non fuissent; Elias antequam Disputationem suam publicaret, eandem judicio Abdallæ Benattibi Presbyteri, qui Patriarchæ à Secretis erat, subjectam voluit. Sic enim ad Abulalam scribit.

وبعد اقامي هذه الرسالة ايها الاخ الجليل ادام الله حراستك رايت انفاذها قبل وقوفك وغيرك عليها الى الشيخ الجليل القسيس الملفان الفيلسوف ابى الفرج عبدالله بن الطيب كاتب قاذية الجاثليق ادام الله تاييده ومسلته تامّلها وذكر ما عنّ فيها. وعند وصولها اليه وتامّله مضمونها كتب خطه فى اخرها بما هذه حكايته. قراتها ودعوت لبقا قدس ابونا المعظم صلواته على العالم وهى على الحسن والصحة والموافقة فى معناها بما يستحقه للكتب البيعية ولا يمكن من يحبّ الحق ان يرفع كلمة منها. وكتب عبدالله ابن الطيب بخطه واجاب عن الكتاب الصادر اليه.

Quumque hùic Epistolæ, illustris à Deo custodite frater, finem imposuissem, priusquam in tuas, vel aliorum manus incideret, necessarium duxi illam ad illustrem senem Presbyterum, Doctorem & Philosophum, Abulpharagium Abdallam Benattibum, Cellæ Catholici à secretis, à Deo confirmatum, dirigere, eundem rogans, ut ipsam inspiceret suumque de ea judicium ferret. Qua ille perlecta, ad ejus calcem propria manu hunc in modum subscripsit. Perlegi eam, precesque ad Deum fudi, ut sanctissimum Patrem nostrum pro publico bono custodiat. Est autem sanæ doctrinæ cohærens, sensaque continet Ecclesiasticis libris consentanea. Quamobrem fieri nequit, ut qui veritatis amator est, verbum ullum ex ipsa detrahendum censeat. Ita subscripsit sè propria manu Abdalla Benattibus, transmisso sibi libello in hæc verba respondens. Sequitur prolixa ipsius Benattibi approbatio, quam hic referre supervacaneum censeo.

VI. *Expositio Symboli Nicæni*. Exstat ad calcem Codicis Arab. 38. (Tom. 2. Biblioth. nostræ pag. 508.) Titulus. كتاب تفسير الامانة الكبيرة التى اجمع على عقدها النهاية والثمانية عشر ابا بما اختارهم قسطنطين قيصر الروم.

Liber expositionis magni Symboli Fidei, quod unanimi consensu composuere Patres trecenti decem & octo, à Constantino Romanorum Cæsare delecti. Initium. الحمد لله الذى بكلمته وروح فمه. التفسير نؤمن بالواحد الله الاب الذى فى قبضته كل شى. التاويل. قولهم الله الاب يعنون عين جوهر الخالق المتولّدة منه كلمته والفايضة منه روحه الخ.

Textus Syriacus. *Credimus in unum Deum Patrem omnitenentem. Expositio* Arabica. *Credimus in unum Deum Patrem, qui omnia continet. Declaratio. Deum Patrem inquiunt: id est, ipsam substantiam Creatoris, à quo Verbum ejus generatur, & ex quo Spiritus ejus procedit &c.* Atque ita reliquos Symboli (ejus scilicet, quod in Liturgia à Syris Nestorianis recitari solet) articulos, Syriaco textu ubique præmisso, exponit: & quidem Catholico tàm quoad augustissimæ Triadis mysterium, quàm quoad Incarnationem sensu: nam Jacobitas confutare contentus, duas Christi naturas rectè cum Melchitis orthodoxisque confitetur; quæstionem verò de una vel pluribus Personis, consulto declinat, ne vel à Nestorianis suis recedere, vel ad Catholicos accedere videatur. Errat tamen in Expositione eorum verborum,

Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei Unigenitum, Primogenitum omnium creaturarum, quum neque Angelos, neque sanctos homines regno cœlorum adhuc fruitos fuisse, aut fruituros esse scribit usque ad communem resurrectionem. والخصلة الثالثة انه بكر مَن دخل ملكوت السماء فما دخلها بعد الى هذا الوقت ملك مقرّب ولا نبى مرسل فضلاً عن غيرهما. وانما دخلها سيدنا وحده وهو جالس فيها على كرسى بهاء وكرامته: فاذا كان يوم البعث اصعد الى هناك مَن قد رضى الله عنه وافضله لمجاورته والتنعّم فى ملكوته.

Tertia ratio, inquit, *cur Primogenitus dicatur, est, quod primus ipse regnum cœlorum ingressus est. Neque enim illud ad hanc usque diem Angelus quisquam Dei familiaris, aut Propheta à Deo missus intravit, multoque minus alii; præter solum Dominum nostrum, qui in eo super sedem gloriæ majestatisque suæ sedet. Quum autem dies resurrectionis advenerit, tum demùm ascendere illuc faciet quos Deus sibi gratos, acceptosque habebit, suâque dignos familiaritate, & regni sui deliciarum participes.*

Syriacè verò exstat *Epistola Eliæ ad Bagdadenses de illegitima Jesujabi Patriarchæ ordinatione*, (Tom. 2 Bibl. nost. p. 497.) scripta, ut videtur, exeunte anno Christi 1020. (nam Jesujabus mense Decembri anno Græcorum 1332. Sedem Patriarchalem invasit, Amro teste.) Hæc autem Elias de Jesujabo.

Epiſtola Eliæ Metropolitæ Niſibis ad Epiſcopos Provinciæ magnæ (Patriarchalis) *& ad cives Bagdadenſes in cauſa Jeſujabi Catholici. Qui in adorandum myſterium Trinitatis Perſonarum unius glorioſæ Eſſentiæ orthodoxè credunt & confitentur, atque Proſopicam ſeu* Perſonalem *unionem duarum naturarum, ac duarum perſonarum Chriſti* (juxta Neſtorianam hæreſim) *rectè prædicant & docent: ſed & Synodicos Canones Apoſtolorum & beatorum Patrum obſervant, norunt, & intelligunt: Chriſtianæ religionis gloria, & orthodoxæ fidei decus, ſancti Patres Epiſcopi Provinciæ magnæ, & Sacerdotes illuſtres, & Diaconi im-*

maculati, ſcribæ & ſcribarum principes, & fideles electi, qui in regia urbe Bagdad commorantur, & de Eccleſiaſticorum Canonum cuſtodia ſolliciti, cæteros ad eorundem obſervantiam adhortantur, & ipſi eos cuſtodiunt, & viciſſim cuſtodiuntur atque ſuſtentantur perenni miſericordia Domini Dei fortis & omnipotentis. Humilis Elias, qui ex gratia & citra meritum, Chriſti Eccleſiæ in urbe Niſibi deſervit, ſalutem dicit magnitudini veſtræ in Chriſto, qui honorem veſtrum magnificat, principatum veſtrum illuſtrat, veſtroſque gradus extollit: orans, ut per preces veſtras veſtramque ſollicitudinem quæ noſtra ſunt, quæque apud nos geruntur, ſicut cœleſtibus nutibus placet, dirigantur, & ſicut nobis proficuum eſt, reperiantur, utque ſub alis Domini protegi mereamur, & juxta ipſius beneplacitum vitam noſtram componamus, ejuſque ſancto nomini placeamus Amen. Auditum eſt in his partibus, Patres beatiſſimi & ſpirituales fratres (cuſtodiat, oro, Dominus vitam veſtram, veſtraſque fortunas augeat,) negotium electionis & ordinationis Patriarchæ non ſecundùm æquitatem Canonibus Apoſtolicis præſcriptam peractum fuiſſe, neque ſecundùm Deum divinum Pontificatum accepiſſe eum, qui accepit, ſed illegitimè occupaſſe, & latronum furumque more rapuiſſe. Quæ res incredibili dolore affecit univerſos orthodoxos, qui apud nos ſunt, omneſque honorabiles fideles, inter quos verſamur. Quum verò ancipites hæreremus circa ea, quæ audieramus nobiſque fuerant ſignificata, allata fuit nobis beati Patris Mar Eliæ Metropolitæ Aſſyriæ (Moſulani ſcilicet & Ninivitæ) à Deo confortati Epiſtola, in qua oſtendebat, haud juſtam fuiſſe electionem, nec æquam ordinationem: quamque ipſe reprehenſibili illi electioni minimè acquieſceret, pecuniam quibuſdam ſicariis oblatam fuiſſe multoties, ut eundem interimerent: quin & apud Senatores & curiam regiam illum fuiſſe delatum quaſi multorum criminum reum, & iniquæ electioni conſentire coactum. Quumque improbum facinus pro viribus impedire conatus fuiſſet, conſpirationem peſſimam conflatam fuiſſe adverſùs nobiliores & primores fideles veſtros, ut caperentur, & magna pecuniæ ſumma multarentur, ut qui illud negotium diſturbare tentaſſent. Quare fideles benedictos, qui iſta cernebant, eundem religioſiſſimum Eliam rogaſſe, ut Poteſtati aſſentiretur, & per eum modum capitalem ſententiam ipſi evaderent. Pecuniam præterea ab eo, qui horum omnium auctor exſtiterat, externis, ipſius nempe fautoribus, datam fuiſſe ſuprà ſummam trium millium denariorum probatæ monetæ. Hæc, inquam, & alia hujuſcemodi perlata ſunt, quæ nos quidem maximè perturbarunt. Prætereà intelleximus quendam ex Metropolitis, qui Concilio adfuere, peculiari mandato obligatum fuiſſe à defuncto Mar Joanne Catholico, (cognomento Bar-Nazuch, ipſius Jeſujabi præceſſore) cujus memoria in benedictione eſt, quoniam indebitè fuerat ordinatus, & Canoni ſubjectum, ne ad Catholici ordinationem accederet: prædictum inſuper Metropolitam interpoſito anathemate & jurejurando confeſſum fuiſſe, haud ſibi fas eſſe accedere, omnemque Catholici ordinationem, ad quam ipſe veniret, irritam ac nullam fore, ſeque excommunicationem certo incurſurum, ſi quidem ordinationi intereſſet. At enimverò quum hæc, & alia quamplurima hujuſmodi intellexiſſemus, divino zelo commoti propoſuimus animam noſtram in mortem tradere, quàm huic facinori connivere, quod omnium malorum eſt cauſa, ac fœdum in Eccleſia Chriſti exemplum. Nec profectò ſcimus, quare diſſimulaſtis, & quam ob cauſam rem hanc neglexiſtis. Noſtis enim, quum hæc, quæ ſunt lux mundi & ſal terræ, hoc pacto peraguntur, reliqua quonam tandem ſint abitura. Non itaque, Domini, non, inquam, bonum eſt quod apud vos actum fuit. Nec juſta eſt coram Deo conniventia veſtra, quum exigua indulgentia multorum flagitiorum ſit cauſa. Nos verò perſpectum habemus, ſanctorum Patrum noſtrorum ævo Eccleſiaſticos Canones accuratè obſervatos fuiſſe, & idcirco Eccleſiæ res omnes cum omni honore & magna cum dignitate proceſſiſſe: hoc autem tempore, quo Canones conculcati ſunt, en Eccleſia navi inter undas fluctuanti ſimilis effecta eſt. Quum verò conſideramus quæ à nobis fiunt & perpetrantur, atque apud nos peraguntur & diſponuntur, reperimus nos dumtaxat deſides eſſe, & negligenter pertractare Canones nobis præſcriptos atque traditas leges, præ cæteris alios ritus peregrinaſque ſectas colentibus. Propterea etiam exagitant & ſequuntur nos flagella, & calamitates multo graviores illis, quas gentes & populi cæteri inanium numinum cultores uſquam patiantur. Cujus rei ineluctabile teſtimonium certumque argumentum ſunt Eccleſiarum perturbationes, ſacrarum ædium atque monaſteriorum egeſtas, literarum ſtudia imminuta, ſcientiæ penè radicitus convulſæ, fides quæ in laicis ferè defecit, juſtitia quæ à nobis univerſis aufugit, veritas quæ ſuccedentibus tenebris obruta eſt, iniquitas quæ à nobis omnibus quaſi domina laudatur, & munera quæ manibus noſtris quaſi ves ſanctiſſima palàm & cum pompa circumferuntur: fideles quorum numerus adeò eſt imminutus, quorum perſecutores in tantum ſuccreverunt, quorum facultates conſumptæ diſſipataque ſunt, & adverſarii vehementer invaleſcunt: honor qui nobis omnibus deperiit, & gloria quæ à populo noſtro ablata eſt: & plura alia multis lacrymis gemitibuſque comploranda. Et porrò ſi hæc clarè cognoſcere ac tutò perſpicere velitis, intuemini, oro vos, urbem veſtram, urbem pacis, & orbis urbium reginam, ſapientiæ fontem, & principum atque nobilium domicilium, ſapientum & literatorum ſedem: deinde comparate gloriam & ornatum, majeſtatemque ejuſdem Eccleſiarum, & harum ſupellectilem, & curatores, atque venerabiles ordines populorum ad eandem confluentium: vota inſuper illis conſecrata, oblationes & donaria, & cætera hujuſmodi ex pietatis & religionis officio ipſis addicta: comparate, inquam, iſta quæ nunc videtis, cum illis, quæ ætate Mar Ebedjeſu Catholici, cujus anima inter juſtos habitat, & memoria ſuaviſſimum odorem ſpirat; & inſpicite ad qualem abjectionem deſcendimus, & quantum ex quanto defecimus infra quadraginta annorum intervallum, facta ab illo uſque ad præſens tempus ſupputatione &c. (Ebedjeſus Patriarcha Iſraëlis ſucceſſor obiit anno Chriſti 986. Jeſujabus autem, cujus electionem

CAPUT CLXXXIV.

Behjesus Camulæus.

1 Behjesus [1] Camulæus composuit
2 Librum [2] de instituto monastico.

حوشعه حشكا هبر
حكا وبلا وشعا .

CA-

nem impugnat Elias, ordinatus fuit anno Hegiræ 411. hoc est, exeunte anno Christi 1020. Rectè igitur Elias ab Ebedjesu ad id, quo hæc scribebat, tempus annos supputat infrà quadraginta.)

Pergit simoniacam Jesujabi ordinationem redarguere, malorum omnium præsentium futurorumque eam esse causam dictitans, non modo quoad temporalem illius sectæ Christianorum felicitatem, verùm etiam quoad spirituale eorum populorum regimen. Bagdadenses dein hortatur, ut ejusmodi intrusi Patriarchæ communionem pro viribus devitent. Canones demùm adversùs simoniacos profert ex Apostolis, Patribus, & Conciliis: nimirùm *Apostolorum* XXVIII. & XXIX. *Petri*, ut dicitur, & *Pauli*, quod oporteat, in quo quisque gradu locatus est, permanere & ordinem servare, nec fines suos transilire. (quod est Caput 46. & postremum libri 8. Constitutionum Apostolicarum.) *Synodi Nicænæ* XVII. (qui est Canon Arabicus 53. ex versione cl. Abr. Ecchellensis apud Labb. tom. 2. pag. 331.) *Lapethensis* XIII. *Mar Abæ*, *Josephi*, & *Ezechielis* Patriarcharum Orientis: aliosque, qui ex nostro Codice, deperditis postremis aliquot foliis, exciderunt.

ووشى به الى مابوز ولم يصدق وكان يعمل الاسه اعانته وترك مملكته ومضى الى دير مار اوجين وتعبّد وسمّى يوحنا . فطلبه مابوز فلم يجده وحصل فى مغارة بقرب قرية كمول وظهرت على يده معجزات ومات ودفن فى مغارته . ووافا من بعده ربن اوكاما تلميذ مار ابراهيم وبنى فى الموضع عمرا :

Per hæc tempora conditum fuit cœnobium Camulense in Gezira. Causa autem illius condendi hæc fuit. Nisibi præerat quidam Saporis domesticus, qui quum miracula fulgentemque cœlo lucem post Saadosii necem vidisset, Saporem hortari cœpit, ut à Christianorum sanguine fundendo desisteret: ipse etiam plures eorum qui detenti erant, dimisit. Id quum ad Saporem delatum fuisset, fidem tamen accusatoribus is minimè adhibuit. Ille interim Divino implorato subsidio, præfecturam abdicans, ad cœnobium S. Eugenii perrexit, ibique baptismum suscepit, assumpto Joannis nomine. Sapores de ejus fuga certior factus, perquiri diu hominem jussit; nec tamen eum invenire potuit. Nam in specu quodam apud Camul pagum sese abdiderat, ibique plurimis patratis miraculis, vita functus, & sepultus fuit. Ibidem postea magister noster Uchama sancti Abrahæ discipulus cœnobium condidit. Hæc Amrus. Porrò Uchamam cœnobium Camulense instaurasse, testatur & Margensis in hist. monastica lib. 1. cap. 14. ubi quum monachos ex Izlensi Abrahæ cœnobio in diversa Assyriæ & Mesopotamiæ loca dispersos fuisse scripsisset, Uchamam & Sebochtem refert conjunctâ operâ monasterium in Beth-Zabda ædificasse. Beth-Zabdam autem, seù Zebedæam insulam, eandem cum Gezira esse, ubi Camulensis pagus, liquet ex tom. 2. pag. 103. 108. 251. 419. 450. Camulensem verò pagum episcopali etiam apud Nestorianos dignitate ornatum fuisse, liquet ex tom. 2. pag. 455. & seq.

[1] *Behjesus*, seù potiùs حشعه *Brichjesus* (hoc est, benedictus Jesus) cœnobii *Camulensis* monachus, Timothei Patriarchæ & Ephræmi Elamitarum Episcopi æqualis perhibetur, quorum de ætate suprà pag. 158. & 163. Porrò Camulense cœnobium sub Sapore Persarum Rege conditum dicitur temporibus S. Barbasimæ, seù Barbasimeni Episcopi Seleuciæ & martyris, ut dixi tom. 2. pag. 400. & ab Uchama Abrahæ magni discipulo posteà instauratum. Audi Amrum in Vita ejusdem Barbasimæ.

وفى هذه الايام بنى عمر كمول بالجزيرة وسببه ان بعض خواص سابور كان يقتل نصيبين فلما راى العجايب والنور الذى ظهر من السما عند قتل شهدوست صار يمنع سابور من قتل النصارى واطلق منهم خلقا

[2] *Librum de instituto monastico*. Hottingerus perperàm, *Tractatum de monachis*.

CAPUT CLXXXV.

Moyses Charchenſis Epiſcopus.

1 Moyſes 1 Charchenſis compoſuit
2 Librum 2 de ſuo nuncupatum nomine.

CAPUT CLXXXVI.

Joannes Hermes.

3 Joannes 3 Hermes edidit Sermones ligata oratione.

NOTÆ.

1 *Moyſes Charchenſis*. hoc eſt, Charchæ urbis Epiſcopus, Mar-Abæ Patriarchæ auditor, claruit circa annum Chriſti 540. teſte Amro, cujus verba retuli tom. 2. pag. 412. *Carachiam* Hottingerus & Ecchellenſis habent, haud rectè. Fuit & Moyſes alter, cujus ſcripta laudat Timotheus Patriarcha ejuſdem æqualis, ut ſuprà dixi hoc tom. pag. 82.

2 *Librum de ſuo nuncupatum nomine*. Moſis liber

de bonis moribus laudatur ab Elia Metropolita Damaſceno in Nomocanone, Cod. Arab. 37. pag. 80. (Tom. 2. Bibl. noſtræ pag. 507.) ex quo canon de Euchariſtia hic profertur.

وقد قال مار موشى فى هذا الامر فى كتاب حسن
الاعمال الذى يسمى بالعربانية

الشعب الذين يهربون من يد القس الذى
يقدس وحده لا يقتربوا ايها الشعب من يده
فانه قربانه ليس بتام ولا مقدس ولا حلت
عليه روح القدس وليس يحل اخراج القربان من
الهيكل الى خارج الا لمريض او مضطر الى ذلك
ممن لا يقدر على اتيان البيعة يحمل اليه فى
الند ويعطا بلباقه ومعه المرج والمجامر والبخور
فيقرب منه المضطر ولا يحلس احد من الذين
يحملونه على الارض حتى يعيدونه
الى موضعه من المذبح:

Hac de re Mar Moſes hæc habet in libro de re-

bus operibus, qui Syriacè ; *de bonis moribus inſcribitur, de populo Presbyterum devitante, qui Liturgiam ſolus celebrat. Nolite communionem de ejus manu accipere: nam oblatio ejus haud perfecta eſt, nec ſancta, nec ſuper eam Spiritus ſanctus deſcendit. Præterea nefas eſt Euchariſtiam ex Eccleſia extrahere, niſi propter infirmum, aut neceſſitate aliqua impeditum, qui ad Eccleſiam accedere nequeat. Quum verò id neceſſitas poſtulaverit, deferatur oportet ad eum Euchariſtia cum inſtrumentis ſuis, & cooperiatur veſtimentis ſuis, comitantibus Diaconis cum cereis, & thuribulis, atque ita infirmo porrigatur. Nequis autem eorum, qui ipſam deferunt, humi ſedeat, donec ad locum ſuum ſuper Altari reducatur.* Quod verò ait, irritum ac nullum eſſe ejus Presbyteri Sacrificium, qui Liturgiam ſolus ſine Diacono & populo celebrat, locutio eſt, ſeù potiùs falſa antiquorum quorundam Theologorum opinio, qui eccleſiaſticis canonibus talem tantamque auctoritatem deferri volebant, ut quidquid præter eos fieri contingeret, pro irrito ac nullo haberent, illicitum, ut ajunt, ab invalido minimè diſtinguentes: ut rectè obſervat eruditus vir Morinus de ſacris Ordinationibus Par. 3. exercitat. 5. per totam, ſed maximè cap. 9. & tribus ſequentibus.

3 *Joannes*, cognomento ; *magiſter noſter Hormiſda*, ſeù ; *Hermes*, gente Perſa ſub Jeſujabo Gadalenſi circa annum Chriſti 630. cœnobium condidit ab Ninive millibus paſſuum ferè octo diſſitum, quod etiamnum celebre eſt. Vide

CAPUT CLXXXVII.

Emmanuel Doctor.

1 Emmanuel [1] Doctor
Scripsit librum de opere sex dierum
Ligata numeris oratione:
Et documenta, & commentaria.

ܥܡܡܢܘܐܝܠ ܡܫܦܢܐ
ܟܬܒ ܥܒܕ ܫܬ ܝܘܡܐ
ܥܡ ܡܐܡܪ ܐܬܪܬܟ ܡܫܬܡܫ
ܡܗܝܡܢܘܬܐ ܘܦܬܓܡܐ .

CAPUT CLXXXVIII.

Gabriel Episcopus Persarum.

2 Gabriel [2] Episcopus
Sabochostæ edidit Quæstiones,
Documenta, Disputationes,
Interpretationes, & Paracleticos
sermones.

ܓܒܪܐܝܠ ܦܫܩܘܦܐ
ܘܥܒܕ ܫܐܠܬܐ ܟܬܒ ܗܠܐ .
ܡܗܝܡܢܘܬܐ . ܡܐܡܪ .
ܡܠܦܢܐ ܘܦܪܩܠܛܐ .

CAPUT CLXXXIX.

Synodi Occidentalium.

3 Synodi [3] Occidentalium, Apo-

ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܡܥܪܒܝܐ :
ܘܫܠܝܚ

Tom. 1. pag. 525. & tom. 2. pag. 418. Encomium ejus unà cum Sabarjesu Kokensi habetur Cod. Syr. Amid. 7. tom. 1. Bibl. nostræ pag. 582. De eodem carmen metro heptasyllabo exstat in Cod. Syr. Amid. 1. fol. 155. (tom. 1. pag. 581.) ubi plurima ab ipso patrata miracula perhibentur.

1 *Emmanuel Doctor*, hoc est, magister Scholæ S. Gabrielis in cœnobio Mosulano, cognomento الشهار *Sciabarus*, sub Ebedjesu I. Nestorianorum Patriarcha claruit an. Christi 963. ut ex Amro observatum hoc tom. pag. 201. Scripsit Carmina duodetriginta partim heptasyllabo, partim dodecasyllabo metro: quorum primum est de Verbi Incarnatione in illud, *in Principio erat Verbum*, ubi Nestorianum dogma de duabus Christi personis tradit: quatuordecim sequentia *de opere sex dierum*. sextum decimum *de libero hominis arbitrio*. 17. *de Christi adventu*. 18. *de Visione Moysis in monte Synai*. 19. 20. 21. 22. 23. *de dispensatione*, *miraculis*, *verbis*, & *doctrina Christi*. 24. *de veritate Christianæ fidei*. 25. *de resurrectione corporum*. 26. *de anima*. 27. *de vita æterna*. 28. *de Baptismo*. Exstat hic liber nitidissimis literis exaratus à Joanne Diacono sub Elia Patriarcha feria 3. die 18. Februarii anni Græcorum 2018. (Christi 1707.) ut ad calcem ejusdem adnotatur. Vide tom. 2. Bibliothecæ nostræ pag. 499.

2 *Gabriel Sabochostæ* in Perside Episcopus, ab Amro & Barhebræo laudatur in Vita Ebedjesu Patriarchæ, cujus ordinationi interfuisse perhibetur, ut suprà dixi hoc to. pag. 199. & 201. Ecchellensis & Hottingerus nomen *Sabochostæ*, ubi Sedes erat Metropolitæ Persarum anno Christi 960., perperàm reddunt *Dasbuchust*, literam ̈ Daleth, quæ genitivi casus nota est, cum Sabochosta conjungentes.

3 *Synodi Occidentalium*. Occidentales vocat Sobensis Syros, Græcos, Latinos, aliosque, quos Orientalibus Chaldæis Chaldæorumque Nestoriano Patriarchæ subjectis Persis atque Indis opponit.

Apoſtolorum, Nicæna,
Byzantina, Gangrenſis,
Epheſina [1] iniqua,
Calchedonenſis, & Antiochena.

ܫܠܝܚܐ ܘܢܝܩܝܐ .
ܐܦܣܘܣܝܐ . ܓܢܓܪܝܐ .
ܕܠܛܝܣ ܚܛܝܦ ܠܐ ܚܠܝܡ .
ܘܟܠܟܝܕܘܢܝܐ . ܘܐܢܛܝܘܟܝܐ .

CAPUT CXC.

Statuta Imperatorum.

[2] Item [2] Judicia *ſeù Statuta* Imperatorum Græcorum,
Quæ ſanxere Conſtantinus, & Leo,
Et Theodoſius invicti.

ܘܢܝܡܘܣ ܘܩܠܝܣ ܡܠܟܐ
ܕܒܝܙܢܛܝܢ ܩܢܣܛܢܛܝܢ ܘܠܐ
ܘܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܙܟܝܐ .

CA-

NOTÆ.

1 *Epheſina iniqua*. Id epitheton in editione Ecchellenſis deſideratur. Iniquam autem Neſtorianus auctor eam Synodum appellat, quod Neſtorius, cujus ipſe hæreſim ſequitur, in ea damnatus ſit.

Ad Synodos quod ſpectat, de iis quæ apud Orientales Syriacè, & Arabicè circumferuntur, ſingularem Diſſertationem ad calcem hujus Catalogi ſubjiciam. Hic verò notandum, nec omnes à Sobenſi enumerari; Ancyrani enim, Neocæſarienſis, Laodiceni, Sardicenſis & Carthaginenſis Conciliorum nulla fit mentio, ut de reliquis œcumenicis Orientalibus fileam, quæ poſt Calchedonenſem celebratæ ſunt: nec quas ipſe hìc recenſet, à Neſtorianis omnes receptas eſſe. Nam Neſtoriani duas tantùm Synodos ex œcumenicis admittunt, Nicænam ſcilicet, & Conſtantinopolitanam primam: Epheſinæ tamen, & Calchedonenſis Canonibus utuntur, quod in iis de diſciplina eccleſiaſtica, non de re fidei ipſos inter & Catholicos controverſæ agitur.

Quod autem *Synodos* dicit, non Acta, ſed Canones Synodorum intelligit. Quidquid enim ſit, an Acta Conciliorum generalium, prout Græcè & Latinè habentur, apud Syros etiam Arabaſque integra extiterint; ea certè nulla hodie quod ſciam, Bibliotheca vel in Oriente, vel in Occidente repræſentat; ſed Canones dumtaxat, Definitiones, & Epiſtolas quaſdam, de quibus tàm Sobenſis, quàm alii Scriptores Orientales loquuntur. Franciſcus Turrianus in Præfatione ad Canones Concilii Nicæni ex Arabica lingua in Latinam converſos, ſcribit Codicem Patriarchæ Alexandrini, ex quo Baptiſta Romanus canones Arabicos deſcripſit, etiam Acta Concilii Nicæni continuiſſe. Sed illum ego ipſum codicem in celebri Ægypti urbe Cairo nactus, pro Vaticana Bibliotheca comparavi, duobus Tomis diſtinctum, quem tom. 1. Biblioth. noſtræ Orient. pag. 619. recenſui; nec tamen in eo Acta Concilii Nicæni, quæ Græcè deperdita dicuntur, legere eſt, ſed hiſtoriam quandam hæreſeon, quæ ſub Conſtantino Imp. vigebant, Diſputationiſque Alexandrum inter Patriarcham Alexandrinum & Arium Preſbyterum, quæ in Synodo habita dicitur, à Macario Presbytero & Monacho illius libri collectore ac deſcriptore ex diverſis Orientalium recentiorum monumentis conſarcinatam, auctam, fabuliſque reſperſam. In Syriæ urbe Alepo quum anno Chriſti 1716. commorarer, Athanaſius Græcorum olim Patriarcha Antiochenus, tùm illius urbis Archiepiſcopus, ex Latina Conciliorum editione Arabicam à quibuſdam doctis viris adornari curabat, quæ ad Calchedonenſem uſque Synodum perducta jam fuerat. Tantum abeſt, ut Syriacè vel Arabicè Acta Conciliorum genuina habeantur, quæ Græcè vel Latinè deperdita ſint, ut potiùs ad Latinam Græcamve editionem Orientales ipſi recurrendum iis cenſeant, quibus curæ eſt ſyncera Acta in patriam linguam transferre.

2 *Statuta Imperatorum*. Jus Chriſtianorum Orientalium, quo tùm eccleſiaſticæ, tùm civiles cauſæ diſiuntur, tribus conſtat: Canonibus nempè Conciliorum, Reſponſis Patrum, & Statutis Imperatorum. Collectiones hujuſmodi obviæ ſunt, de quibus infrà in diſſert. de Synodis.

CAPUT CXCI.

Synodi Orientalium.

1 Item Synodi [1] Orientalium, *videlicet*,
Mar Isaaci, & Barsumæ,
Et Mar Abæ, & Ezechielis,
Et Josephi, & Jesujabi,
Et Mar Timothei,
Et Josue Bar Nun, & Joannis.

ܣܘܢܗܕ̈ܘܣ ܒܪ̈ܫܡܐ :
ܘܡܪܝ ܐܝܣܥ . ܘܚܙܩܝܐܠ .
ܘܡܪܝ ܐܒܐ ܘܫܠܝܐܒܝ .
ܘܡܪܝ ܬܝܡܬܐܘܣ . ܘܝܘܫܦ ܘܝܘܚܢܢ .
ܘܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܘܡܪܝ ܝܘܚܢܢ .
ܡܫܚܐ ܚܬܡ ܣܦܪ̈ܐ .

CAPUT CXCII.

Collectores Canonum.

2 Constitutiones [1] quoque Simeonis,
& Jesubochti
Metropolitarum Persidis.
Et Ebedjesu ac Georgii
Metropolitarum Assyriæ.

Nec non duo tomi collectionis
Gabrielis Metropolitæ Bassoræ:
Atque alius *Tomus* Mar Eliæ
Primi Catholici:
Et quatuor *Tomi* Eliæ Sobensis
Cognomento Bar Sinæi.

ܘܬܩܢܝ̈ܢ ܐܦ ܣܝܡܘܢ ܣܒ̈ܐ
ܘܝܫܘܒܟ ܪ̈ܫܢ̈ܐ ܡܛܪ̈ܦ̈ܘܠܝ̈ܛ̈ܐ
ܕܦܪܣ . ܘܥܒܕܝܫܘܥ ܘܓܝ̈ܘܪ̈ܓܝ
ܡܛܪ̈ܦ̈ܘܠܝ̈ܛ̈ܐ ܕܐܬܘܪ . ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ
ܡ̈ܐ̈ܘ̈ܠ̈ܝ̈ܡ ܩ̈ܠ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ ܘܫܢ̈ܐ
ܒ̈ܝ̈ܬ̈ܐ ܕ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ ܘ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ .
ܡ̈ܐ̈ܘ̈ܠ̈ܝ̈ܡ ܩ̈ܠ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ
ܘ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ ܩ̈ܠ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ ܘ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ .
ܡ̈ܐ̈ܘ̈ܠ̈ܝ̈ܡ ܩ̈ܠ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ ܘ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ
ܒ̈ܝ̈ܬ̈ܐ ܕ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ ܘ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ .
ܡ̈ܐ̈ܘ̈ܠ̈ܝ̈ܡ ܩ̈ܠ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ ܘ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ
ܒ̈ܝ̈ܬ̈ܐ ܕ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ ܘ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ .
ܡ̈ܐ̈ܘ̈ܠ̈ܝ̈ܡ ܩ̈ܠ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ ܘ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ
ܒ̈ܝ̈ܬ̈ܐ ܕ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ ܘ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ .
ܡ̈ܐ̈ܘ̈ܠ̈ܝ̈ܡ ܩ̈ܠ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ ܘ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ
ܒ̈ܝ̈ܬ̈ܐ ܕ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ ܘ̈ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ̈ܐ .

CA-

NOTÆ.

1 *Synodi Orientalium*. Præter hic enumeratas, aliæ plures Synodi ab Orientalibus, hoc est, Chaldæis & Nestorianis habitæ sunt: nimirùm Synodus *Jaballahæ*, *Dadjesu*, *Georgii*, *Sabarjesu*, *Ebedjesu*, *Theodosii*, *Abrahæ*, *Gregorii*, & *Timothei* junioris Patriarcharum: de quibus infrà. Quæ verò hic recensentur, eorum Canones exitant in Codice Arab. 36. & 37. Tom. 2. Biblioth. nostræ pag. 507. & seq.

2 *Constitutiones* Simeonis, Jesubochti, Ebedjesu, Georgii, Gabrielis, & Eliæ Metropolitarum, atque Eliæ Patriarchæ. De his Canonum collectoribus, eorumque ætate recole quæ suprà hoc tom. pag. 173. 194. 201. 202. Georgium verò Mosulanum seù Assyriæ Metropolitam, plura alia, quàm quæ à Sobensi hic memorantur, scripsisse ex infrà dicendis patebit.

CAPUT CXCIII.

Libri Anonymi.

1 Exſtant nobis libri 1 quorum ignota ſunt
Auctorum nomina: *videlicet*,
Liber Dilucidationis
Et liber de Unione.

ܐܝܬ ܠܢ ܟܬܒ̈ܐ ܘܠܐ ܝܕ̈ܥܝܢ
ܫܡ̈ܗ̈ܬ ܡܚ̈ܘܝ̈ܢ ܘܣܗ̈ܕ̈ܘ̈ܬܐ .
ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܒܝܢ̈ܬܐ .
ܘܡܐܡܪ̈ܐ ܕܒܥܘ̈ܬܐ .

Sunt

NOTÆ.

1 *Libri, quorum ignota ſunt Auctorum nomina.* Anonymi, & Pſeudonymi Syriaci ſeù Arabici libri, qui in Bibliotheca Vaticana aliisve exſtant, hi ſunt.

1. *Tractatus de Fide.* ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܒܗ̈ܝܡܢܘ̈ܬܐ

Codice Syr. 15. (Tom. 2. Biblioth. noſtræ pag. 497.) Ac primùm *Expoſitio Symboli Nicæni*, pag. 1. Titulus: ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܒܗ̈ܝܡܢܘ̈ܬܐ ܕ̈ܥ̈ܠ ܗ̈ܢ̈ܘܢ ܕ̈ܐ̈ܠ̈ܗ̈ܐ ܕ̈ܩ̈ܕ̈ܝ̈ܫ̈ܐ ܕ̈ܒ̈ܢ̈ܝ̈ܩ̈ܝ̈ܐ ܕ̈ܐ̈ܬ̈ܟ̈ܢ̈ܫ̈ܘ ܒ̈ܢ̈ܝ̈ܩ̈ܝ̈ܐ ܒ̈ܡ̈ܕ̈ܝ̈ܢ̈ܬ̈ܐ ܕ̈ܢ̈ܝ̈ܩ̈ܝ̈ܐ ܒ̈ܙ̈ܒ̈ܢ̈ܐ ܕ̈ܩ̈ܣ̈ܛ̈ܢ̈ܛ̈ܝ̈ܢ̈ܘ̈ܣ̈ ܡ̈ܠ̈ܟ̈ܐ ܕ̈ܪ̈ܘ̈ܡ̈ܝ̈ܐ ;

De Fide trecentorum Patrum, qui in urbe Niceæa convenerunt ſub Conſtantino inclyto Imperatore. Initium: ܐ̈ܠ̈ܗ̈ܐ ܡ̈ܠ̈ܝ̈ܢ̈ ܕ̈ܐ̈ܡ̈ܪ̈ܝ̈ܢ̈ ܐ̈ܢ̈ܚ̈ܢ̈ܐ ܕ̈ܡ̈ܗ̈ܝ̈ܡ̈ܢ̈ܝ̈ܢ̈ ܒ̈ܟ̈ܠ̈ ܠ̈ܒ̈ܐ ;

Dixerunt Patres: Credimus. Fides eſt confeſſio in Deum ex toto corde &c. Ubi advertendum quod Syri Neſtoriani in Symbolo poſt ea verba, *Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei Unigenitum*, addunt, ;

Primogenitum omnium creaturarum: & poſt *incarnatus eſt de Spiritu ſancto*, dicunt, *& homo factus eſt, & conceptus & natus eſt ex Maria Virgine, & paſſus, & crucifixus &c.* Quum autem Neſtorianus ſit expoſitionis hujuſce auctor, non modò Incarnationem Verbi ex mente Doctorum illius ſectæ declarat, ſed etiam Tractatus hoſce ad eam hæreſim confirmandam ſubjungit: videlicet, pag. 32. ;

Sectio de Unione, ejuſque modis: ubi Chriſto duas naturas duaſque hypoſtaſes tribuit; unum verò Proſopon, unamque voluntatem atque operationem. Pag. 38. ;

Sectio de Inhabitatione: quo ſenſu ſcilicet Verbum in aſſumpta humanitate inhabitat; voluntate nimirùm & affectu, ut inquiunt Neſtoriani, non naturaliter aut perſonaliter: id quod tamen etſi re ipſa hæreticum ſit, orthodoxo planè ſenſu declarare auctor contendit. Pag. 44. ;

Adversùs eos, qui nos accuſant tamquam duorum Filiorum aſſertores: id enim ex doctrina Neſtorianorum duas in Chriſto perſonas ſtatuentium ſequitur, etſi ipſi ab hac voce abhorreant. Pag. 49. ;

Quot modis mors dicatur. Pag. 51. ;

Adversùs eos, qui dicunt, Deum in carne paſſum, & in carne mortuum. Summa hujus ſectionis eſt, & paſſionem & mortem perinde in Verbum humanæ naturæ unitum cadere, atque cadunt in animam corpori conjunctam. Pag. 58. ;

Adversùs eos, qui falſo nos calumniantur, dicentes, adorandis ſanctæ Trinitatis Perſonis quaternitatem à nobis induci: eò ſcilicet, quod præter Perſonas Patris & Filii & Spiritus ſancti, perſonam Jeſu à Filio ſeù Verbo diſtinctam agnoſcant Neſtoriani. Verùm id ex ſuorum doctrinâ minimè conſequi, probare nititur anonymus Neſtorianus, ex eo, inquit, quod perſona Jeſu ut hominis, nihil commune habet cum perſonis divinis, nec earum numerum auger, ſed eſt merè humana perſona, à divinis quidem prorsùs diſtincta, etſi conjuncta cum perſona Verbi propter unionem, ut vocat affectivam. P. 66. ;

ni.

De Deo: brevis confessio Dei Unius ac Trini. Pag. 67. ... *De Baptismo.* P. 69. ...

De resurrectione universali. Pag. 70. ...

Adversùs eos, qui dicunt, Deiparam appellandam esse Mariam Virginem, non Christiparam. Pag. 71. ...

Adversùs Severianos in idem argumentum, de quo suprà. Pag. 72. ...

Adversùs eos, qui dicunt, in duos Filios nos credere. Pag. 74. ...

Adversùs contentiosos hæreticos, qui unam naturam, unamque personam in Domino nostro Jesu Christo confitentur. Pag. 75. ...

De anima: hoc est, de ejus existentia, essentia, substantia, &c. ubi anonymus de animæ creatione sibi ipsi repugnat, dum illam unà cum corpore creatam primò asserit, deinde mutatâ sententiâ in Origenistarum errorem propensior esse videtur: sic enim ait pag. 76. ...

Unà cum corpore creatur, juxta illud Scripturæ, creavit spiritum hominis in ipso homine, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ: non autem secundùm eorum opinionem, qui ajunt, animam post certum temporis spatium creatam fuisse. Tu verò quod tibi placet, admitte. Porrò illius natura in ipsa rerum creatione exstitit virtute Dei, qui cuncta creavit: nihil enim sub sole novum. Quum verò corpori unitur, nullam subit ejusdem natura mutationem &c. Hæc ille. Verùm quoad statum animarum corporibus exutarum, rectiùs sentit, quàm cæteri Nestoriani, qui eas in eo statu sensu destitutas affirmant. ...

Ostendimus, inquit, *animæ inesse memoriam, intellectum, & cogitationem: hæc enim in natura ejus existunt: naturales autem operationes ab ea abesse nequeunt, sed salva manet & integra illius natura, postquam ex corpore recedit, quum immortalis sit ac simplex &c.* P. 79. *De duabus Christi naturis & hypostasibus, & uno prosopo*, argumenta ex Scriptura. Pag. 89. *Responsio ad objectiones Severianorum*, in illud, *Verbum caro factum est &c.* Ubi quædam ex Diodoro Tarsensi producuntur. Pag. 97. *Adversùs eos, qui unam in Christo hypostasim dicunt.* Pag. 98. ...

De differentia & modis Unionis, ex Raban Joanne Phenchensi: de quo suprà. Pag. 101. *Duodecim capita Nestorii.* Pag. 104. ex eodem tria fragmenta. Pag. 105. *Historia hæreseon, quæ in Occidente ortæ sunt.* Ubi multa anonymus de Concilio Ephesino effutit.

2. *Spelunca Thesaurorum.* ... Cod. Syr. 17. à fol. 1. ad fol. 64. (de quo vide Tom. 2. Bibl. nostræ pag. 498.) id est, Chronicon ab orbe condito ad Christum Dominum, è Scriptura desumptum, sed fabulis ubique respersum; præsertim verò in ea parte, in qua de Patribus ante diluvium, vel de Christi Domini ejusque beatissimæ Matris genealogia agitur. Quæ enim Eutychius Patricides ex apocryphis recentiorum Orientalium insomniis circa speluncam thesaurorum, in qua aurum, thus & myrrha cum corpore Adæ repositа dicuntur, & circa montem, ubi filii Seth separatim à filiis Cain agebant, aliaque hujusmodi in suis Annalibus retulit, hæc omnia cum pluribus aliis Cabalistarum commentis in hoc libro legere est. Præterea quum B. Virginis genus describere aggreditur, à Seth Adæ filio ad ipsam usque, portentosa seminarum nomina tradit, ex quibus genitos asserit Patres Christi à Matthæo & Luca memoratos. Dividitur autem in VI. Partes, quarum unaquæque res gestas per mille annos complectitur: videlicet, Pars I. millenarium I. ab Adam ad Jared. Pars II. millenarium II. à Jared ad diluvium. Pars III. millenarium III. à diluvio ad Reu. Pars IV. millenarium IV. à Reu ad Ahod Judicem. Pars V. millenarium V. ab Ahod ad Cyrum Regem. Pars VI. millenarium VI. à Cyro ad Christum. Id opus Ephræmo supponit in eodem Codice ms. Simeon Presbyter Nestorianus in Tractatu *de Eucharistia & Baptismo:* ubi de Fermento utriusque Sacramenti ab Apostolis ad Chaldæos Nestorianos, ut perhibent, derivato differens, hoc utitur exordio. ...

ܡܐ ܕܐ ܡܪ ܬܐ ܕ ܐ ܡ ܐ ܕ ܐ ܡ ܐ ܕ ܐ ܡ

stianæ fidei articulis. Arabicè, Cod. Arab. Vat. 30. 41. 123. & 141.

15. *Magistri & Discipuli Interrogationes & responsiones de octo quæstionibus*: videlicet de Trinitate, de Incarnatione, de divinis officiis, de missa, de jejunio, de eleemosyna, de hominum potiùs quàm dæmonum redemptionis causa, & cur Deus incarnari & pati voluit pro eorum salute, quum alio eos modo redimere potuisset. Arabicè, Cod. Syriaco 29. Tom. 2. Bibl. nostræ pag. 503. *Liber Magistri & Discipuli*, sermone Arabico literis Syriacis laudatur in Catalogo libror. mss. Angliæ vol. 2. Cod. 1257.

16. *Dialogi XVI. inter Discipulum ac Magistrum de modo, quo quis à nexibus peccati expedire se potest*. مقالات بين المعلم والتلميذ في الخلاص من الخطية.

De Baptismo, Pœnitentia, & Eucharistia. Arabicè, Cod. Vat. Arab. 154.

17. *Quæsita responsaque Magistri & Discipuli de recta confessione*. مسائل وتفسير من قول المعلم والتلميذ على الاعتراف المستقيم.

Arabicè, Cod. Vat. Arab. 123.

18. *Demonstratio Fidei Christianæ de Trinitate & Unitate Dei*. تبيين اعتقاد دين النصرانية في التثالوث والتوحيد.

Arabicè, eodem Cod. Vat. Arab. 123.

19. *Liber de Baptismo, & de signis Evangelii & Crucis, deque Trinitate, & septem Candelabris*. كتاب في المعمودية ودلايل الانجيل والصليب والتثليث والمصابيح السبعة.

Arabicè, Cod. Vat. Arab. 124. qui exaratus dicitur à Dominico Sirleto anno Domini 1580.

20. *Liber de medicina spirituali, hoc est, de morum directione, & de introductione ad Philosophiam, in viginti capita divisus*. كتاب الطب الروحاني وهو اصلاح الاخلاق والمدخل الى الفلسفة وهو عشرون فصلا.

Arabicè, Cod. Vat. Arab. 153.

21. *Pœnitentialis liber*, Capita LII. complectens, de pœnitentiis injungendis pro singulis peccatis: inscriptus الطب الروحاني *Medicina spiritualis*. Exstat Arabicè literis Syriacis exaratus anno mundi 7040. Græcorum 1843. hoc est, Christi 1532. Cod Arabico 78. Tom. 1. Bibl. nostræ pag. 630. Hujus libri frequens mentio apud cl. Stephanum Edenensem in Apologia nationis Maronitarum, quæ ms. exstat in Bibliotheca Collegii ejusdem nationis de Urbe.

22. *Canones Pœnitentiales XVIII.* Arabici, quibus præmittuntur alii *Canones Syriaci XL.* Cod. Syr. 29. Tom. 2. Biblioth. nostræ pag. 503.

23. *Kalendarium & Lunarium, ad inveniendum Festa mobilia, Epactam &c.* Codice Vat. Syr. 16. 21. & 30. Cod. Arab. Vatic. 67. Cod. Amiden. 8. & Arab. 81. Tom. 1. Bibl. nostræ pag. 583. & 630. Cod. Syr. 8. 27. 28. 29. & 30. Tom. 2. pag. 488. 502. 503. & 504.

24. *Astrologia* anonymi Syriacè Item *Danielis sapientis*, ut dicitur, *Tractatus Arabicus de signis Zodiaci &c.* Cod Arabico 81. Tom. 1. Biblioth. nostræ pag 630. Ubi & *Historia animalium* Syriacè, & Tractatus Arabicus *de leguminibus, plantis, & herbis*.

25. *Hermetis sapientis Epistola* رسالة هرمس الحكيم, Codice Arabico Vaticano 153. de qua hæc Abulbarcatus in libro, cui titulus *Lampas tenebrarum, & declaratio officiorum*, cap. 7. de Scriptoribus Ecclesiasticis. الفاضل هرمس الحكيم له رسالة يخاطب فيها النفس تشتمل على حكم فلسفة وعظات روحانية ومقاييس عقلية ابوابها اربعة عشر وتسمى رسالة المعاني.

Præstantissimus Hermes sapiens habet Epistolam, qua Animam alloquitur: continet autem capita quatuordecim, philosophicis sententiis, spiritualibus adhortationibus, mentisque ratiociniis referta. Epistolam sententiarum appellant. Abulpharagius in historia Dynastiarum, cujus verba tom. 2. pag. 310. retuli, auctor est, *Hermetis*, ut vocat, *Trismegisti sermones ad discipulum Tatium per modum interrogationis & responsionis Babylonica lingua compositos apud Syros Syriacè exstare*.

26. *Expositio Evangeliorum*, quæ leguntur apud Syros Nestorianos per anni circulum in Dominicis, Festis, & Feriis, à Dominica I., ut vocant Annunciationis, usque ad Dominicam 4. Dedicationis Ecclesiæ: ubi propositis Evangelici textus versiculis, accurata in ipsos commentaria subjunguntur. Arabicè, literis tamen Syriacis, in Cod. 19. qui nitidissimo charactere exaratus est à Diacono Abdalcarimo Mosulano sub Elia Patriarcha Marvagii Presbyteri filio anno Græcorum 1993. Christi 1682. Vide Tom 2. Biblioth. nostræ pag. 498.

27. *Carmina, & Cantus de diversis*. Videlicet, I. Codice Syriaco Vaticano 25. ܡܫܒܚܬܐ ܕܬܫܥܝܬܐ ܕܫܒܐ ܕܒܝܘܡ ܚܡܝܫܝ ܕܒܫܒܐ ܕܫܒܥ ܫܒܚܝ.

Cantus suffragiorum pro Defunctis. II. Cod. Syriaco Vaticano 27. ܫܒܚܬܐ ܕܬܫܥܝܬܐ ܕܫܒܐ ܕܒܝܘܡ ܚܡܝܫܝ ܕܒܫܒܐ ܕܫܒܥ ܫܒܚܝ ܕܡܝܬܐ ܕܒܝܘܡ ܚܡܝܫܝ ܕܒܫܒܐ ܕܫܒܥ ܫܒܚܝ.

Hymni Martyrum à feria secunda ad feriam primam. III. Codice Syriaco Vaticano 28. ܫܒܚܬܐ ܕܬܫܥܝܬܐ ܕܫܒܐ ܕܒܝܘܡ ܚܡܝܫܝ ܕܒܫܒܐ ܕܫܒܥ ܫܒܚܝ.

Ordo Canticorum, seù hymnorum de Festis & Sanctis per anni circulum. IV. Cod. Syr. Vatic. 35. ܫܒܚܬܐ ܕܬܫܥܝܬܐ ܕܫܒܐ ܕܒܝܘܡ ܚܡܝܫܝ ܕܒܫܒܐ ܕܫܒܥ ܫܒܚܝ.

Cantus, Carmina, Scalæ, Hymni, & Cantica, hoc eſt, Hymni de Sanctis & Defunctis. V. Cod. Syr. Amid. 1. & 2. Tom. 1. Bibl. noſtr. p. 581.

ܩܠܐ ܕܫܒܚܐ ܕܩܕܝܫܐ ܘܕܡܝܬܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܒܚܐ ܕܩܕܝܫܐ ܘܕܡܝܬܐ .

Cantus ſimplicium (hoc eſt, dierum ferialium) *ſeu ſuffragiorum, viginti octo juxta ordinem Circuli* (nimirùm per annum) *ſecundùm Ritum monaſterii ſuperioris ſancti Gabrielis & ſancti Abrahæ, ſinguli cum ſubalternis tonis.* Primus ſcilicet cantus continet ſubalternos tonos ſex. Secundus ſubalternos quinque. Tertius, quartus, ſeptimus, octavus, duodecimus, decimus ſeptimus, undevigeſimus, vigeſimus primus, vigeſimus ſecundus, vigeſimus tertius, vigeſimus ſextus, vigeſimus ſeptimus, & vigeſimus octavus, nullum ſubalternum. Quintus, decimus, tertius decimus, decimus quartus, decimus quintus, vigeſimus quartus, & vigeſimus quintus, unum ſubalternum. Sextus, & decimus ſextus, tres ſubalternos. Nonus, decimus octavus, & vigeſimus, quinque ſubalternos. Undecimus, quatuor ſubalternos. VI. Cod. Amid. 1. pag. 581. *Hymni de Mar Aba Catholico, de Raban Hormiſda, de Samona ejuſque filiis Macabæis, & de Cyriaco.* VII. Codice Amidenſi 3. Tom. 1. pag. 581.

ܩܠܐ ܕܫܒܚܐ ܕܩܕܝܫܐ ܘܕܡܝܬܐ :

Cantus decem de Defunctis cum tonis ſubalternis: videlicet, cantus primus, tertius, & ſeptimus cum duobus ſubalternis; quartus cum tribus; quintus cum quatuor; ſextus, & nonus cum uno; ſecundus, octavus, & decimus cum nullo ſubalterno. Ibidem.

ܫܒܚܐ ܕܩܕܝܫܐ ܘܕܡܝܬܐ .

Hymni de omnibus Defunctorum ordinibus: ſunt autem centum quinquaginta quinque; nimirùm, ; *De Catholicis* 4. ; *De Epiſcopis & Metropolitis* 3. ; *De Sacerdotibus* 20. ; *De Monachis* 13. ; *De Diaconis* 11. ; *De Eccleſiaſticis* 5. ; *De Doctoribus* 1. ; *De quolibet* 33. ; *De divitibus* 4. ; *De ſenibus* 3. ; *De medicis* 1. ; *De occiſis* 3. ; *De ſuffocatis* 2. ; *De ſponſis* 2. ; *De adoleſcentibus* 2. ; *De ſcribis* 1. ; *De ſponſabus* 2. ; *De mulieribus* 18. ;

De virginibus & monialibus 1. ; *De pueris* 14. ; *Ad ſepulcrum* 4. ; *Ad Liturgiam* 4. Ibidem ; *Cantus alii de Defunctis* 5. Denique, ;

Cantus Paracletici de defunctis ſecunda & tertia à depoſitione die 5. VIII. Cod. Amiden. 7. Tom. 1. pag. 582. *Carmen de Chodave Abbate in monte Iſla, cujus cœnobium ſitum eſt in Maare vico.* IX. Eodem Cod. Amid. 7. *Carmen de Sabarjeſu Kokenſi, & de Hormiſda Perſa Abbate.* X. Eodem Cod. *Carmen de Patriarchis Orientis*, quorum ſeries texitur ab Adæo & Mari uſque ad Timotheum Jaballahæ ſucceſſorem: prodiit autem Syriacè & Latinè Tom. 2. pag. 389. XI. Ibid. *Carmen de Diacono apoſtata ex pago Meſcaleg territorii Arbelenſis.* XI. Cod. Amidenſi 8. Tom. 1. pag. 583. *Carmen de ſancto Eugenio & ſociis* . XII. Ibid. :

Carmen de Oneſima filia Antiochi Regis. XIV. Cod. Syr. 15. Tom. 1. pag. 613. *Precationes tonis octo expreſſæ*, in præcipuas anni feſtivitates, de Deipara, de Sanctis, de Defunctis, & pro qualibet neceſſitate. XV. Cod. Arabico 81. Tom. 1. pag. 630. *Carmen Syriacum metro heptaſyllabo de inventione corporis Joſeph Patriarchæ*, ut dicitur, *ſub Arcadio & Honorio Imperatoribus.* Idem carmen exſtat etiam Cod. 28. Tom. 2. pag. 503. XVI. Ibidem, *Carmen Syriacum metro heptaſyllabo de ſeptem Climatibus:* quod & exſtat Cod. 22. Tom. 2. pag. 499. XVII. Cod. Syr. 5. Tom. 2. pag. 488. *Carmen morale* metro dodecaſyllabo, & *Cantus de Paſſione Domini.* XVIII. Cod. Syr 8. Tom. 2 pag. cit. *Cantus*, & *Cantica* pro diebus ferialibus. XIX. Cod. Syr. Vatic. 19. *hymni pro diebus feſtis.*

XX. Cod. Syr. 8. Tom. 2. pag. 488. *Cantus duodecim de martyribus.* XXI. Eodem Cod. *Hymni duo de Euchariſtia.* XXII. Cod. 26. Tom. 2. pag. 502. *Carmen morale* dodecaſyllabum. XXIII. Eodem Cod. *Carmen de jejunio*, metro dodecaſyllabo. XXIV. Cod. 30. Tom. 2. pag. 504. *Carmen de conſtitutione corporis humani*, metro dodecaſyllabo. XXV. Cod. Syriaco Vaticano 16. ;

Carmina diverſa, ſeù Epigrammata. XXVI. Cod. Nitr. 5. Tom. 1 Bibl. Orient. pag. 565. *De urbe Antiochia ad Chriſti fidem converſa à Petro, Joanne, & Paulo Apoſtolis*, metro dodecaſyllabo. XXVII. Ibidem, *De Thoma Apoſtolo & Rege Indorum*, metro dodecaſyllabo. XXVIII. Ibid. *De Andrea Apoſtolo*, metro dodecaſyllabo.

28. *Precationes*, & *Benedictiones diverſæ*, Cod. Syr. 1. Tom. 2. pag. 486. nimirùm, in Nativitate & Epiphania Domini: pro

plu-

1 Sunt quoque duo Historiarum volumina,
Quibus plusquam trecentæ historiæ continentur:

ثلثمائة تحتوي الكتابان

Præ-

pluvia, pro feminibus, pro energumenis, pro puero super vino, & oleo: quum quid legitur: pro fidelibus: pro iter agentibus: pro navigantibus &c.

29. *Formulæ Epistolarum ad Catholicum* seù Patriarcham, *Metropolitas, Episcopos, Doctores, Diaconos, Monachos, Fideles, Medicos, Presbyteros, Principes viros, aliosque cujusvis ordinis.*

Cod. Syr. Vat. 16.

30. *Ænigmata*, & *Quæstiones Ecclesiasticæ* de rebus ad Sacramenta, divinaque Officia spectantibus.

Cod. Syriaco 3. Tom. 2. Bibliothecæ nostræ pag. 487.

31. *Expositio locorum obscuriorum Evangelii ex libro, cui titulus, Paradisus voluptatis*. Cod. Syr. 4. Tom. 2. pag. 487. Ibidem, *Expositio quorundam locorum Geneseos & Exodi*.

32. *Homiliæ*, & *Orationes Arabicæ*, dicendæ tùm ad monumentum, tùm tertia à depositione die pro Defunctis Patriarcha, Episcopo, Presbytero, Diacono, principe viro, & pro quolibet defuncto. Cod. Syr. 5. Tom. 2. pag. 487.

33. *Homilia de S. Behenamo martyre*, Arabicè, Cod. 30. tom. 2. pag. 504.

34. *Cœlestini Papæ*, ut dicitur, *Homilia* è Syriaco in Arabicum translata. Cod. 40. Tom. 2. pag 508 inter eos libros recensenda, quos à Monophysitis confictos fuisse Patribusque suppositos observavi eodem Tomo pag. 289.

35. *De virtutum exercitio*, Capita 71. Item *Quæstiones* 80. de diversis, Codice 50. Tom. 2 pag 512.

36. *Tractatus de Trinitate*, & *Incarnatione*, initio & fine mutilus. Cod. Syriaco Vatic. 44. Ubi Anonymus utriusque mysterii veritatem desumptis ex vetere Testamento auctoritatibus probat.

37. *Liber Theologicus de superbia ejusque remediis*, Syriacè, in Catalogo librorum mss. Angliæ vol. 2. Cod. 1020.

38. *Liber Pastoris & gregis*, sententiæ morales, Vol. cit. Cod. 1256.

2 *Duo historiarum volumina, quibus plus quam trecentæ historiæ continentur*. Historiæ & vitæ Patrum, Prophetarum, Apostolorum & Sanctorum, quæ Anonymis auctoribus Syriacè vel Arabicè in Vaticana Bibliotheca aliisve magnam licet partem fabulis respersæ exstant, hæ sunt.

Syriacè quidem, *Prophetarum & Apostolorum vitæ*, Tom. 1. Bibliothecæ nostræ pag. 585. & Tom. 2. pag. 499. *Vita S. Ephræm Syri*, Cod. Nitrien. 5. Tom. 1. pag. 564. *Vita S. Abæi Episcopi Nicæni, qui sub Arcadio, Honorio, ac Theodosio Impp. claruisse dicitur*, à Michaële magno Patriarcha Jacobitarum visa & emendata, Cod. 32. Tom. 2. pag. 505. quæ ex Syriaca in latinam linguam per Dudlejum Loftusium translata dicitur in Catalogo librorum mss. Angliæ vol. 2. Cod. 864. *Vita sancti Achæ, qui sub Marciano Imperatore vixisse fertur*, Ibidem. *Vita Moysis Barcephæ*, Ibidem. *Vita Joannis Episcopi Mardæ, Daræ, & Caphartutæ*, Ibidem. His adde *Acta Martyrum Orientalium & Occidentalium*, quæ Cod. Syr. 1. & 2. recensui Tom. 1. pag. 606. quorum ad calcem habetur *Vita Jesusabrani monachi & martyris* scripta à Jesujabo Adjabeno Patriarcha, quam Sobensis inter opera ejusdem Patriarchæ in Catalogum suum minimè retulit. In Catalogo librorum mss. Angliæ volum. 1. Codice 4037. *Vita S. Antonii*. Volum. 2. Cod. 1017. *Vita S. Ephræmi*. Cod. 1018. *Narratio de Mar Jacob*.

Arabicè verò, I. *Vitæ Duodecim Apostolorum* Cod. Vat. Arab. 39. II. *Susannæ ex Daniele*, Cod. Arab Vat. 54. & 55. III. *Trium puerorum*, Cod Arab. Vat 54. IV. *Historia Patrum trecentorum decem & octo*, qui adversùs Arium Nicææ convenerunt, Codice eodem: ubi auctor vulgatam ab Eutychio Alexandrino aliisque Orientalibus de numero Nicænorum Patrum historiam, quos bis mille & duodequinquaginta Episcopos fuisse, & ex his Patres tercentum duodeviginti delectos memorant, convellit. Excerpta videtur ex Tractatu Severi Asmonæorum Episcopi de Synodis, in quo Eutychium Alexandrinum ex professo impugnat. Vide Codice Arab. Vat. 24. V. *Maronis, uxoris, & filiorum ejus*, Cod. Arab. Vat. 55. VI. *Abraham, Isaac, & Jacob*, ibid. VII. *Alexii Viri Dei*, quem مار ريشا *sanctum Principem* vocant, duplex historia, quarum prima dicitur ex ea descripta, quam Ædituus Ecclesiæ Edessenæ Syriacè exaraverat: altera ex Romanis exemplaribus: & in priori quidem refertur S. Alexius in urbe Edessa diem clausisse; in posteriori verò Romæ in domo paterna. Codice Arab. Vat. 55. Tertia & quarta ejusdem vita exstat Cod. Arab. Vat. 152. & Cod. Berœen. 6. Tom. 1. Bibl. nostræ pag. 586. VIII. *Aser filii Levi*, qui ex Judaica superstitione ad Christianam fidem conversus, Abdalmessiæ nomen assumpsit, Cod. Arab. Vat. 55. IX. *Sergii & Bacchi martyrum*, ibid. X. *Marinæ*

Vir-

Virginis, quæ monachi habitum induit, ibid. & Cod. Arab. 77. Tom. 1. Biblioth. noſtræ pag. 630. XI. *Iſaac filii Abraham Patriarchæ*, quum ad immolandum ductus fuit, Cod. Arabico Vatic. 55. XII. *Joannis ab Evangelio aureo*, hoc eſt, Calybitæ. Ibid. & Cod. Arab. Vatic. 152. XIII. *Pauli monachi*, qui Dæmonem in balneo alloquutus fuit, Cod Arab. Vat. 55. XIV. امانى والقديسه السماج *Ammonis*, & *ſanctæ ſimplicis*, Ibidem. XV. *Cyrilli monachi*, ibid. XVI. *Martiniani eremitæ*, ibid. XVII. *Archelidis*, *ſeu Joannis Romani*, ibid. XVIII. *Petri & Pauli Apoſtolorum prædicatio*, ibid. Abraham Presbyter & monachus, qui Codicem Arabicum Vaticanum 55. anno Græcorum 1856. Chriſti 1545. deſcripſit, hunc ſpecioſum titulum prædicationi Apoſtolorum præfigit. قصة بولس وبطرس الرسولين وما نالهم فى الكرازة الالهية على ما شرح افرام المريانى الرهاوى بحضرة باسيليوس الكبير. *Hiſtoria Petri & Pauli Apoſtolorum*, & *quid ipſis contigit in divina prædicatione*, *prout expoſuit Ephræm Syrus Edeſſenus coram Baſilio magno*. Eorundem Apoſtolorum Petri & Pauli martyrium ex Epiſtola Dionyſii, ut dicitur, Areopagitæ ad Timotheum, Syriacè & Arabicè habetur tom. 1. Bibliothecæ noſtræ pag. 568 & 630. XIX. *Dionyſii Areopagitæ*, Cod. Arab. Vatic. 55. XX. *Simeonis cognomento Sali*, qui ſe ſtultum propter Chriſtum ſimulavit, ibid. XXI. *Hiſtoria Hicari ſapientis*, & *quæ ipſi contigere cum Nadan ſororis ſuæ filio*, & *cum Rege Ægypti*, ibid. De Hicaro eadem ferè narrantur, quæ de Æſopo Phryge. Ejuſdem Hicari, qui Philoſophus Moſulanus appellatur, præcepta Arabicè exſtant Codice 40. Tom. 2. pag. 508. XXII. *Hiſtoria Scedadi filii Adi* شداد ابن عاد & *quæ ipſi contigere cum Salomone*, ibidem. XXIII. *Hiſtoria Nativitatis B. Mariæ Virginis ex Anna*, ibid. XXIV. *Hiſtoria*, *ſeù potius fabula*, *Æditui*, & *Claudii Dæmonis*, *cognomento Servi inconſtantis*, qui reſipuiſſe dicitur, & monaſticam vitam coluiſſe, ibidem. XXV. *Hiſtoria pueri regii*, *qui parentes à ſe venditos redemit*, & *regnum ſuum poſtremò recuperavit*, ibid. XXVI. *Hiſtoria Pilati Hieroſolymæ Præſidis*, qui in Chriſtum credidiſſe dicitur, & martyrium ſubiiſſe, ibid. XXVII. *Vita Cyriaci martyris*, deſcripta à Dominico Sirleto anno Chriſti 1577. Cod. Arabico Vatic. 56. XXVIII. *Danielis incluſi*, Codice Arab. Vatic. 67. XXIX. *Abgari Regis Edeſſæ*, *quum imaginem Chriſti exprimendam curavit*, ibid. XXX. *Hiſtoria Fugæ B. Mariæ Virginis in Ægyptum*, ibid. & Cod. 70. Tom 2. Biblioth. noſtræ pag. 517. & Cod. ms. Arab. Bibliothecæ Collegii Maronitarum de Urbe. XXXI. *Hiſtoria ſancti Siſinii*, *ejuſque fratris*, Cod. Arab. Vat. 67. XXXII. *Vita S. Pachomii Cœnobiarchæ*, Cod. Arab. Vatic. 115. & 152. XXXIII. *Vita ſancti Pephemi Auſimitæ martyris* مار بقام الاوسمى الشهيد Cod. Arab. Vatic. 115. XXXIV. *Hiſtoria cujuſdam mulieris Conſtantinopolitanæ*, quæ anachoriticam vitam coluit, Cod. Arab. Vat. 152. XXXV. *Vita S. Mariæ Ægyptiacæ*, quæ ſcripta dicitur anno Martyrum 1001. hoc eſt, Chriſti 1286. ibid. XXXVI. *Hiſtoria Job juſti*, ibid. Et Cod. 1. Berœen. Tom. 1. Biblioth. noſtræ pag. 585. XXXVII. *Hiſtoria Joſeph filii Jacob Patriarchæ*, triplex, Cod. Arabico Vatic. 152. XXXVIII. *Martyrium S. Abucaltæ medici ex urbe Antinoo* شهادة القديس ابوقلته الطبيب من اهل مدينة انصنا. ibid. XXXIX. *Hiſtoria Abbatis Antonii martyris*, ibidem. XL. *Hiſtoria Feſti patris Clementis diſcipuli S. Petri Apoſtoli*, ibidem. XLI. *Hiſtoriæ quatuor quorundam Sanctorum*, خبر بعض القديسين, ibid. XLII. *Hiſtoria ſancti Cyriaci monachi*, ibid. XLIII. *De cranio hominis*, qui Stephanum (aliàs Macarium) alloquutus eſt, ibid. XLIV. *Hiſtoria Chairlani*, *ſeù Namuſæ monachi Indi* خبر خيرلان وهو ناموسا الهندى العروف ibid. XLV. *Hiſtoria Joſephi monachi Ægyptii*, ibid. XLVI. *Hiſtoria Theodoſii*, *qui ex Tiberiade venit ad Euſtratium anachoritam Epiſcopum Cypri*, ibid. XLVII. *Hiſtoria S. Juſtinæ martyris*, ibid. XLVIII. *Hiſtoria S. Eugeniæ ejuſque patris Philippi*, ibid. XLIX. *Hiſtoria Regis publicani*, *ejuſque filiæ*, ibid. L. *Hiſtoria Armenii Patriarchæ* ارمانيوس البطرك ibid. LI. *Hiſtoria ſanctæ Annæ*, *ejuſque viri Joſeph filii Zachariæ*, ibid. LII. *Martyrium S. Mercurii*, ibid. LIII. *Hiſtoria monachi cujuſdam ſub Heraclio Imperatore*, ibid. LIV. *Vita Marci eremitæ*, Cod. Berœen. 1. & 6. Tom. 1. Biblioth. noſtræ pag 585. & 586. LV. *Abraham Patriarchæ*, ibid. LVI. *Jonæ Prophetæ*, Cod. Berœen. 1. Tom. 1. pag. 585. & Cod. 5. Tom. 2. pag. 488. LVII. *Tauli Apoſtoli*, Tom 1. pag. 585. & pag. 586. LVIII. *Joſeph Sponſi Beatæ Mariæ Virginis*, Tom. 1. pag. 585. LIX. *Joannis Eleemoſynarii Patriarchæ Alexandrini*, Cod. Berœen. 6. Tom. 1. pag. 586. LX. *Barbaræ & Julianæ ſororum*, ibid. LXI *Marinæ ſeù Margaritæ virginis & martyris*, ibid. LXII. *Catharinæ virginis & martyris*, ibid. LXIII. *Baſilii Magni*, ibid. LXIV. *Pelagiæ Antiochenæ*, ibidem. LXV. *Samonæ & ſeptem filiorum Macabæorum*, ibid. LXVI. *Arethæ & ſociorum martyrum Homeritarum*, *qui in urbe Nagran paſſi ſunt*, ibid LXVII. *Domitii martyris*, ibid. LXVIII. *Pauli monachi in Samaria*, ibid. LXIX. *Cypriani & Juſtinæ martyrum*, ibid. LXX. *Theclæ virginis & martyris*, ibid. LXXI. *Hiſtoria*, & *miracula Imaginis B. Mariæ Virginis in Saidanaja*, qui locus eſt in Syria haud procul ab urbe Damaſco, ubi monialium Græci ritus cœnobium. De eadem Imagine habetur fragmentum latinè in Cod. ms. Vaticano

Lat.

Præter eas, quæ ſcriptæ ſunt
1 In duobus [1] libris Paradiſi.

هؤلاء هن كتب وجدت
حجتها لوم وقنومها .

CAPUT CXCIV.

Elias III. Patriarcha.

2 Mar Elias [2] tertius

هذب كتبا لكنيسة

Fecit

حجو

Lat. 44. quod ſic incipit: *De admiranda Icone Beatæ Mariæ Virginis apud Damaſcum in loco Sardany.* (Sed legendum, *Saidany*, vel potiùs *Saidanaja*, de qua præfatus ſum in Præfat. ad Tom. 1. §. 11.) *LXXII. Vita S. Archelai*, Cod. Arab. 77. Tom. 1. pag. 630. *LXXIII. Vitæ Prophetarum*, Cod. 29. Tom. 2. p. 503. *LXXIV. Hiſtoria Sybillæ*, ibid. *LXXV. Hiſtoria Jacobi Ægyptii incluſi in cœnobio Salachæ in regione Turabdinenſi*, Cod 32. Tom. 2. p. 505. *LXXVI. Hermiani, ejuſque conjugis & filiorum*, ibidem. *LXXVII. Vita Barſumæ Ægyptii*, quem Nudum appellant, Cod. ms. Arab. Bibliothecæ Collegii Maronitarum de Urbe. *LXXVIII. Hiſtoria Dormitionis, & Aſſumptionis B. Mariæ Virginis*, Joanni Evangeliſtæ falſo inſcripta, ibid. *LXXIX. Prædicatio Mathiæ Apoſtoli, & Beatæ Virginis Mariæ miracula*, Cyrillo Hieroſolymitano falſo inſcripta, ibid. *LXXX. Hiſtoria Nativitatis, & Genealogiæ Beatæ Virginis Mariæ*, Jacobo Apoſtolo fratri Domini adſcripta, ibidem. *LXXXI. Vita S. Zoſimi Abbatis*, Cod. Arab. ms. Bibliothecæ Conventus Fratrum Minorum S. Petri Montis aurei. *LXXXII. Prædicatio, & martyrium S. Bartholomæi Apoſtoli*, ibid. *LXXXIII. Martyrium S. Euſtachii, ſeù Placidi, ejuſque uxoris, & duorum filiorum*, ibid. *LXXXIV. Vita S. Georgii*, Cod. 1262. vol. 2. Catalog. librorum mss. Angliæ.

1 *In duobus libris Paradiſi.* Sobenſis cap. 46. hujus Catalogi, *Unum Librum Paradiſi* memoravit in tres tomos diviſum, ut ſuprà pag. 49. & ſeq. dictum eſt. Quod igitur *duos* hic *Paradiſi libros* dicat, hinc factum puto, quia compertos ſibi rei monaſticæ tractatores omnes uno verſu comprehendere voluit. Duo autem opera ſunt, quæ *Paradiſi* nomen apud Syros Chaldæos potiſſimùm præferunt: Hiſtoria nimirùm monaſtica Palladio & Hieronymo inſcripta, quæ *Paradiſus* abſolutè dicitur: & Liber Davidis ex monacho Epiſcopi, cui *Paradiſi minoris* titulum auctor præfixit. Cæterùm tàm Palladii, Hieronymi & Davidis hiſtoria, quàm Joannis Moſchi & Anaſtaſii Synaitæ Pratum, communi *Paradiſi* nomine apud Orientales appellantur: quin etiam plures hujuſmodi collectiones cernere eſt tùm Syriacas, tùm Arabicas, eaſque ab hiſce, quas modò memoravi, planè diverſas, quæ tamen *Paradiſi* titulo prænotantur: cujuſmodi ſunt I. *Paradiſus monachorum*, ſeù Patrum dicta & geſta, liber in capita 313. diviſus, quo continentur Apophthegmata ferè omnia, quę Cotelerius edidit. Cod. Arab. Amid. 17. To. 1. Bibl. Orient. pag. 584. II. *Apophthegmata Patrum* in capita 897. quæ à Cotelerianis parùm differunt, Arabicè Cod. Berœen. 2. Tom. cit. pag. 585. III. *Excerpta ex Paradiſo Patrum noſtrorum monachorum*: مختصر من البراديسوس الذى لابائنا الرهبان : Cod. Arab. Vat. 152.

2 *Elias* hujus nominis tertius Neſtorianorum Patriarcha cognomento *Abu-Halim Haditbenſis*, ex Metropolita Niſibeno ad Patriarchalem Sedem anno Chriſti 1176. evectus eſt, quam annos quatuordecim tenuit. Ejus geſta ſummatim deſcribit Amrus in hæc verba. اليا الثالث . هذا الاب كان كهلا حسن الخلقة تام القامة حبيًا كريمًا عالمًا فاضلًا من اهل ميافارقين وكان مطرانًا على نصيبين ويعرف بابو حليم . ولما استناح ايشوعياب ورد بغداذ مع الابا للاختيار واتفق عليه الجمهور لان الجماعة الواردين معه لم يكن منهم من يماثله علمًا وحكمًا وكرمًا وحسنًا وبلاغة وفصاحة . فاختير فى خلافة المعتضى واسلم فطرًا بدير المدائن وعليه بيروتا فستقيًا يوم الاحد الثالث بعد الدنح

سنة الف واربعماية سبعة وثمانين يونانية والسابوم كان ايوانيس مطران جنديسابور ومطارنة الهوفركيات واساقفتهم معه حاضرين . واسام وقت امامه اربعة وعشرين شماسًا ولما عاد من المدائن الى القلاية بدار الروم راى قد استولى عليها الخراب فشرع فى عمارتها وعمارة البيعة ووفقه الله واجرى الخيرات على يده واسام جماعة من المطارنة والاساقفة منهم مطوس

شباط

شبلان دير بافوقا مطرانًا على الموصل وجزء
وبلادها. اسقف ماردين مطرانًا على نصيبين
ويوحنا الموصلي مطرانًا على همذان وايوانيس
اسقف اخلاط مطرانًا على كاشغر ومن بعده
سبريشوع الجصلوني اسقف قيمر مطرانًا على كاشغر.
وجدد بنا هيكل مار مسارى الرسول بدير قنى
وغيره من البيع والاديرة . وكان مع اوصافه
الجميلة بحسن الخلق والخلقه مكبًا متلذذًا للمال
في عمل الخير مع الناس واقامة جاه دين
النصرانية مرتاضا بالعلوم النحوية واللغوية
السريانية والعربية والعلوم الحكمية ومن جملة
موضوعاته كتاب تراجيم الاعياد والذكارين وخطب
كثيرة ومواعظ وكتاب الصلوات الخليمايات
ورسايل كثيرة في الامانة والاعتقاد واثبات دين
النصرانيه . ودبر الكرسي تدبيرًا حسنًا واستتاح
يوم الخميس ثاني عشر نيسان سنة الف واحدى
وخمسماية يونانيه وعمره يوميد اثنى وستين سنة
وشهرين وسبعة عشر يومًا شمسية وصلى عليه
ليلة الجمعة الثالثه من سابوع عيد القيامة ودفن
في الباصلوت ببيعة سوق الثلثا مجاور قبو
ايشوعياب الجاثليق نيّح الله انفسهما وذكرنا
بصلاتهما وكانت مدة رياسته اربعة عشر سنة
وشهرين وتسعة عشر يومًا

Elias tertius . Hic Pater , quum Patriarchatum iniit, *ſenex erat* , *oris forma* , *totiuſque corporis habitudine apprimè venerabilis* , *modeſtus* , *liberalis* , *doctus* , *& multis ornatus virtutibus . Urbem Majapharkin patriam habuit* , *& Niſibenſi Eccleſiæ præfuit* , *alio etiam nomine Abu-Halimus dictus . Quum verò poſt Jeſujabi obitum Bagdadum unà cum Patribus ad electionem novi Patriarchæ veniſſet* , *unanimi Electorum conſenſu ipſe in Patriarcham deſignatus fuit : in univerſa quippe Synodo Patrum ad eam electionem convocatorum nullus ipſi par viſus fuit aut doctrina* , *aut prudentia* , *aut liberalitate* , *aut forma* , *aut facundia* , *aut dicendi copia . Electus itaque fuit ſub Al-moſtadio Chalipha* , *conſecratuſque Patriarcha in cœnobio Modainæ* , *pallio amictus ſubflavo Dominica tertia poſt Epiphaniam* , *cujus officium incipit* , *Venite admiremur* , *anno Græcorum octogeſimo ſeptimo ſupra milleſimum & quadringenteſimum . Ejus conſecrator fuit Joannes Metropolita Gandiſaporenſis* , *præſentibus Metropolitis Provinciarum eorumque Epiſcopis . Simul autem à ſua conſecratione ordinavit quatuor ſupràviginti Diaconos . Inde ad cellam in Ædibus Romæorum poſitam profectus* , *eandemque dirutam contemplatus* , *reædificari unà cum Eccleſia juſſit : favitque ejus conatibus Deus* , *operâque ipſius uſus* , *multa contulit Eccleſiæ beneficia . Porrò Elias plures Metropolitas & Epiſcopos ordinavit* , *atque inter cæteros Titum cœnobii Kokenſis directorem* , *Moſuli & Hazæ Metropolitam præfecit ; & Jaballaham Mardini Epiſcopum ad Metropolitanam Niſibis Eccleſiam promovit* (Hic Eliam ipſum in Patriarchatu excepit eodem Amro teſte, qui eundem ex Maipheractæ Epiſcopo Niſibenum Metropolitam factum infrà affirmat ; ex quo liquet unum eundemque Epiſcopum Mardenſi ſimul & Maipheractenſi Eccleſiæ apud Neſtorianos per ea tempora præfuiſſe:) *& Joannem Moſulanum Hamdanæ Metropolitam creavit : Joannem inſuper Epiſcopum Chalatenſem ad Eccleſiam metropolitanam Caſgaræ tranſtulit* , *eique defuncto Sabarjeſum Geſlunenſem Epiſcopum Kimaræ in eadem Sede Caſgaræ ſucceſſorem dedit . Eccleſiam prætered S. Maris Apoſtoli in Dair-Kona inſtauravit* , *aliaſque Eccleſias & cœnobia reſtituit . Præter cæteras autem laudes comitate & urbanitate excelluit* , *& liberalitatem exercuit* , *pecunias ad ſublevandam hominum inopiam & chriſtianæ religionis tuendum honorem profundere ſolitus . Variarum inſuper linguarum peritia ornatus fuit* , *& Syriacam præſertim atque Arabicam calluit : ſed & medicas ſcientias excoluit . Inter cætera ejus opera circumferuntur ejuſdem in feſta & commemorationes Homiliarum liber* , *plurimæque orationes* , *& adhortationes : nec non liber Precum Holimiarum* (quæ nimirùm ad matutinum & inter ſeſſiones recitantur , ſic dictæ à nomine Auctoris, qui Abu-Halim appellatur ,) *& Epiſtolæ bene multæ de fide ejuſque profeſſione deque Chriſtianæ Religionis veritate . Quum autem Eccleſiam optimè rexiſſet* , *deceſſit feria quinta* , *die duodecima Aprilis* , *anno Græcorum quingenteſimo primo ſupràmilleſimum* , *ætatis agens ſupra annum ſolarem ſexageſimum ſecundum menſes duos* , *dies decem & ſeptem . Ejus exequiæ celebratæ fuere nocte feriæ ſextæ* , *hebdomadæ tertiæ à feſto Reſurrectionis : ſepultuſque fuit in Oratorio Eccleſiæ regionis tertiæ juxta ſepulchrum Jeſujabi Catholici : requiem animabus eorum concedat Deus* , *illorumque nos orationibus adjuvet . Eccleſiam porrò rexit annos quatuordecim* , *duos menſes* , *& dies undeviginti* . Anno Græcorum 1487. Chriſti 1176. , quo Elias in Patriarcham electus fuit, Dominica tertia poſt Epiphaniam incidit in diem 25. Januarii : Anno verò Græcorum 1501. Chriſti 1190. quo idem Elias obiit , Paſcha celebratum fuit die 25. Martii . Rectè igitur obitus ejuſdem Eliæ ab Amro ponitur die 12. Aprilis feria 5. hebdomadæ tertiæ à Paſchate , idemque Elias rectè ſedìſſe dicitur annos 14. menſes 2. dies 19. Totidem enim anni , menſes , dieſque effluxere à die 25. Januarii anni Chriſti 1176. ad diem 12. Aprilis anni 1190. adeoque emendandus Renaudotius , qui Tom. 2. Liturg. Orient. pag. 577. Eliæ ordinationem ad annum Chriſti 1175. conſignat.

Amro conſentit Gregorius Bar-hebræus , qui Par. 3 Chronici Syriaci in Vita Joannis Sarugenſis Jacobitarum Maphriani, de Elia III. Neſtorianorum Patriarcha hæc ſcribit. حصه سحصحا محصب مسبا
وبلسمز حس حصحا بله بذبعة حصوحسي
حس حصحا

corr. حلم هنا

Anno Arabum ſeptuageſimo primo ſuprà quingenteſimum, Dominica, cujus Officium incipit, venite admiremur, hoc eſt, Dominica tertia poſt Epiphaniam, ordinatus eſt Elias Neſtorianorum Catholicus, qui & Abu-Halim, auctor ſcilicet Homiliarum Arabicarum de Feſtis Dominicis, quas perpolito eoque admirabili ſermone conſcripſit. Vir fuit corporis habitudine perfectus, (lingua promptus), verecundus, liberalis, eccleſiaſticarum rerum ſcientia apprimè inſtructus, & in Saracenorum ſermone ſingulari peritia præditus: idque planè teſtatur ejuſdem oratio, qua exornantur feſta Jacobitarum ſimul & Neſtorianorum in Oriente. Ex urbe Maipheracta oriundus fuit, primùmque Epiſcopus eſt factus, deinde Niſibis Metropolita, poſtremò Catholicus: idemque Cellam inſtauravit habitabilemque fecit. Adminiſtravit autem rexitque Eccleſiam annos quindecim, deceſſitque nocte feriæ ſextæ, diei tertiæ Aprilis, anno Arabum quingenteſimo octogeſimo ſexto, & ſepultus fuit in Eccleſia regionis tertiæ in urbe Bagdado. Huc uſque Barhebræus: qui quum Eliam *annos quindecim* ſedisſe dicat, de lunaribus Arabum annis intelligendus eſt: ab anno enim Chriſti 1176. quo Elias Patriarchalem dignitatem conſequutus eſt, ad annum 1190 quo in vivis eſſe deſiit, anni Hegiræ fluxere quindecim, minus aliquot menſibus. Quod verò ait eundem Eliam deceſſiſſe *nocte feriæ ſextæ, diei tertiæ Aprilis*, mendum eſt amanuenſis, qui pro *die decima tertia Aprilis*, tertiam ſcripſit. Nam anno Arabum *quingenteſimo octogeſimo ſexto*, qui erat Chriſti 1190. Græcorum 1501. feria ſexta qua Eliam deceſſiſſe Barhebræus, Amrus ſepultum fuiſſe narrat, in decimam tertiam, non tertiam Aprilis incidit.

var. *media ætate*

Golius apud Hottingerum in Biblioth. Orient. pag. 62. de ſtylo, ætate, & ſcriptis hujus Auctoris diſſerens; *Continuæ*, inquit, *Orationis exercitiis jam præmiſſis, pro coronide accedat etiam aliquid ex Chriſtianorum ſcriptis depromptum. Et quidem ex iis, quæ ſtyli ab Hariræo uſurpati formam imitentur. Tales ſunt Homiliæ, Paræneſes, & Liturgiæ quædam, in Academiæ noſtræ Bibliotheca extantes, authore Patriarcha Antiocheno Elia III. qui circa annum Chriſti 1180., quo tempore bellum ſacrum in Palæſtina gerebant Franci, ſe vixiſſe haud uno loco teſtatum fecit. In codice illo hæc prima occurrit in Natalem Domini brevis homilia, ſive allocutio ad Chriſtianos; quam etiam unà cum aliis illis progymnaſmatis olim interpretatus fui. Non tamen pro genuino adeò Arabicæ linguæ fœtu cenſenda eſt, quàm ſi à mero & vero Arabe concinnatam conſtaret. Nam licet Arabicam pro vernacula habuerit idem Patriarcha, tùm & culturæ ejuſdem curam operamque dederit, utriuſque tamen ſpecimînis facta comparatione diſcrimen facilè apparebit: ſcilicet accuratam minus hîc eſſe dictionem; quandoque etiam Syris, aut Meſopotamiis, nec non Chriſtianis peculiarem.* Hæc ille. Verùm de ſtylo Eliæ longè aliter ſentiunt Amrus & Barhebræus, non contemnendi hujuſce rei cenſores: nec elegantiæ ſermonis Arabici detrahit uſurpata quandoque Syrorum Chriſtianorum peculiaris loquutio; præſertim verò quum de rebus Theologicis juxta chriſtianam religionem philoſophandum eſt: ut enim Mahometani, ita & Chriſtiani ſuas hac in re dictiones habent, quæ apud antiquiſſimos Arabas æquè deſiderantur, vel aliter ac hodierno tempore ſumuntur. Quod verò Golius Eliam *Antiochenum Patriarcham* dicit, parcendum eſt homini in rebus ad chriſtianarum Orientis gentium diſcrimen atque hierarchiam ſpectantibus prorsùs hoſpiti. Syri enim Melchitæ, Maronitæ & Jacobitæ Antiochenos quidem Patriarchas ſuos vocant; nequaquam verò Neſtoriani, ut ex horum commentariis ſatis perſpicuum eſt.

Renaudotius Tom. 2. Liturg. Orient. pag. 644. Eliam hunc Patriarcham cum cognomine Niſibeno Metropolita confundit. Sic enim ait: *Ita Elias Catholicus eo nomine tertius in expoſitione fidei, quam ſcripſit cum eſſet Metropolita Niſibenus, & in Diſputatione cum Viziro Abulkacimo.* Atqui auctor Diſputationis cum Viziro Abulcaſemo non Elias Catholicus fuit, ſed Niſibenus alter Metropolita cognomento Barſinæus, ut ſuprà dixi hoc tom. pag. 270. quem inter & Eliam tertium Patriarcham anni ſuprà centum effluxere.

Denique quod Amrus & Barhebræus Eliam quidem patria *Maipheractenſem* faciunt, ipſe verò Elias vulgo *Haditbenſis* dicatur, inde factum exiſtimo, quod Haditbenſi patre Maipheractæ natus educatuſque ſit.

حضر لاهوت هذا مار ايليا .

Fecit Interpretationes [1], & Epistolas [2]:

Item

ملفن

Homilia altera de festo Resurrectionis . X.

ترجام عيد الملاق

Homilia de festo Ascensionis . XI.

ترجام عيد الغنطيقوسطى

Homilia de festo Pentecostes . XII.

ترجام عيد السيدة الواقع فى اليوم الخامس عشر من شهر اب

Homilia de festo Dominæ, quod occurrit die 15. mensis Augusti . XIII.

ترجام عيد الصليب

Homilia de festo Crucis . XIV.

ترجام مار فتيون الشهيد

Homilia de S. Phetione martyre . XV.

ترجام الحاكم والارملة

Homilia de Judice & Vidua, Luc. 18. XVI.

ترجام مريم الخاطية والمعترلى

Homilia de Maria peccatrice & Pharisæo . XVII.

ترجام ابن الشاذ ويقرا فى باعوث نينوى والتوبة ايضا

Homilia de filio prodigo, quæ legitur in Rogatione Ninivitica : nec non de pœnitentia . XVIII.

خطبة وعظية عملها فى جمادى الاخر سنة خمس وثمانين

Oratio parænetica habita mense Gemadi posteriore, anno Hegiræ octogesimo quinto supra quingentesimum . XIX.

خطبة وعظية قالها بماردين فى بيعة العتيقة سنة خمس وسبعين

Oratio parænetica habita in urbe Mardin in Ecclesia vetere, anno Hegiræ septuagesimo quinto supra quingentesimum . XX.

خطبة للملاك

Oratio ad Sponsalia. Aliæ ejusdem argumenti Orationes Arabicæ exstant cod. 5. 8. & 30. Tom. 2. Bibl. nostræ pag. 488. & 504. Orationes II. dicendæ ad monumentum, cod. 5. Tom. 2. pag. 487. Paræneses, ibid.

2 Epistolas. Epistola perænetica ad Maarinenses exstat cod. 30. Tom. 2. pag. 503. hoc titulo prænotata: وعظة تصنيف اليا ابن الحديثى لاهل معرين بظاهر نصيبين

Adhortatio auctore Elia Hadithensi filio ad incolas Maarini extra Nisibin. Initium: يا اخوتنا بالجسد المسيح واولادنا فى نعمة الايمان الصحيح جماعة المومنين الاطهار

وشعبه

NOTÆ.

1 Interpretationes. ملفن, hoc est, Homiliæ, seù Conciones Arabicæ ab Elia ad populum habitæ, de quibus suprà differui. Exstant tùm in Bibliotheca Leidensi teste Hottingero in Bibl. Orient. pag. 62. tùm in Vaticana Cod. Arab. 47. hoc titulo prænotatę. كتاب تراجم الاعياد المارانية تاليف الاب الجاثليق البطرك القديس مار اليا الثالث

Liber Homiliarum de Festis Dominicis, auctore Patre Catholico Patriarcha sancto Mar Elia Tertio. Sunt autem sequentes XX. videlicet.

I. ترجام عيد الميلاد Homilia de festo Nativitatis: de qua hæc Hottingerus in Biblioth. Orient. pag. cit. ترجام عيد الميلاد الاب القديس الجاثليق البطريرك اليا الثالث المعروف بابن الحديثى

Explicatio festi Nativitatis facta à Patre sancto, Catholico Patriarcha Elia III. cognomento Ibn-Hadithio. Prodiit ante hac & Latinè & Arabicè separatim; nunc textum cum Versione dedit celeb. D. Golius, mantissam Grammat. Erpen. recens editæ, pag. 249. Hæc Hottingerus. Eandem ex Arabico latinam fecit & Thomas Gravius, ut liquet ex Catalogo librorum mss. Angliæ Volum. 1. num. 3817. Expositio, seù sermo in Christi nativitatem Patris Catholici Eliæ Patriarchæ, Latinè ex Arabico per Thomam Gravium. II. ترجام عيد السيدة الواقع بين الميلاد والدنح

Homilia de festo Dominæ (B.M. Virginis) quod occurrit inter festum Nativitatis & Epiphaniam. III. ترجام عيد الدنح

Homilia de festo Epiphaniæ. IV. ترجام نصف الصوم

Homilia de medio Jejunii quadragesimalis. V. ترجام احد الشعانين

Homilia de Dominica Hosannarum. VI. ترجام خميس الفصح

Homilia de feria quinta Paschatis. VII. ترجام السبت الكبير

Homilia de Sabbato magno. VIII. ترجام عيد القيامة وهو القربان الاول

Homilia prima de festo Resurrectionis. IX. ترجام عيد القيامة

1 Item emendavit fecitque Preces Quæ inter Seſſiones, & ad Matutinum *recitantur*.

1

ماذن محده ركحا
وهمه مقاحا موزهذا .

CA-

وشعب الله وحيله المختار المبتاعين بالدم الثمين والقاطنين فى القريه المباركة معرين

Fratres noſtri in corpore Chriſti, & filii noſtri in orthodoxa fide, cœtus fidelium electorum, populus Dei ejuſque generatio electa, redempti pretioſo ſanguine, incolæ benedicti oppidi Maarini &c. Adhortatoria eſt de contemptu mundi, deque obſervantia diei Dominicæ, in qua Elias affirmat Annunciationem B. M. Virginis contigiſſe; Maarinenſibus autem præcipit, ut à ſervilibus operibus abſtineant, diviniſque officiis atque ſacræ Liturgiæ interſint.

1 *Preces inter ſeſſiones, & ad matutinum.* Ecchellenſis & Hottingerus perperàm, *Orationes deciſionum judiciorum, & matutini*. Sunt autem preces ab Elia Syriacè compoſitæ, quæ à Syris Neſtorianis ad Officium nocturnum, & matutinum recitantur. Nam in Officio Neſtorianorum, quo Horas Canonicas perſolvunt, triplicis generis Preces Pſalmis Hymniſque interſertæ conſpiciuntur: quædam ſcilicet ad Veſperas, aliæ ad officium Nocturnum, & reliquæ ad Matutinum. Exſtant autem in Cod. Syr. Amid. 8. Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 583. Et Nocturnæ quidem Preces, quæ *interſeſſiones* à Sobenſi appellantur, hoc titulo prænotatæ ſunt.

. ركحا بحكا معمحا معمحا موهمه مقاحا

Orationes nocturnæ, & laudationes, & jaculatoriæ, & interſeſſiones. Singulis verò ſive hymnis, ſive Pſalmis totidem ſubjunguntur preces hoc ordine. هذ بعمه معمحا حذ



Primum, *ad principium Officii*, *poſt* verſum qui incipit *Ego dormivi*, dicitur hæc oratio, cujus initium: *Tibi dormientium expergefactor*. *Ad* verſum alterum, *media nocte*, ſubjungitur hæc precatio, *media nocte ſurgimus Domine*. *Ad principium Officii nocturni*, *Surgamus Domine abſconditâ Divinitatis tuæ virtute*. *Altera*, *Corrobora Domine Deus noſter imbecillitatem noſtram*. *Tertia*, *Abſcondita Domine Divinitatis tuæ virtus*. *SESSIO PRIMA*. *Ad* Pſalmum, *Beatus vir*, precatio, *Dignos nos effice Domine Deus noſter*, *ut virtutum opera perſequamur*. *Ad*, *Verba mea auribus percipe*, *Intende Domine verbis precum noſtrarum*. *Ad*, *Domine Dominus noſter*, *Tibi Domine Dominus noſter*. *Ad*, *In Domino ſperavi*, *Spem tuam confirma in nobis Domine*. *Ad*, *Domine quis*, *Dignos nos effice Domine Deus noſter*. *Ad*, *Diligam te*, *Uberibus miſerationibus*. *Ad*, *Cœli enarrant*, *Tibi*, *qui omnibus in eſſentia abſconditus es*. *Ad*, *Deus Deus meus*, *Divinitati tuæ glorioſæ*. *Ad*, *Ad te Domine*, *Ad te Domine Deus noſter*. *Ad*, *Tibi Domine*, *Te Domine invocamus*. *Ad*, *In te Domine*, *Tibi ſpes & refugium noſtrum*. *Ad*, *Laudate juſti*, *Tibi qui à juſtis glorificaris*. *Ad*, *Judica Domine*, *Tibi Judex*, *cujus rectum judicium*. *Ad*, *Noli æmulari*, *Tibi bone & ſuavis*. *Ad*, *Domine ne in furore tuo*, *Ne corripias nos Domine in ira tua*. *Ad*, *Beatus qui*, *Tibi dives in charitate*. *Ad*, *Deus audivimus*, *Tibi creator*, *& benefactor noſter*. *Ad*, *Omnes gentes*, *Tibi Rex decore*. *Ad*, *Deus deorum*, *Tibi Deus deorum*. *Ad*, *Dixit impius*, *Tibi impiorum perditor*. *Ad*, *Miſerere mei*, *Miſerere noſtri Domine Deus noſter*. *Ad*, *Eripe me ab homine*, *Eripe nos Domine Deus noſter* *Ad*, *Dominum expectat*, *Te Domine expectant animæ noſtræ*. *Ad*, *Te decet*, *Tibi Domine laudem offerimus*. *Ad*, *Exurgat Deus*, *Exuberent Domine Deus noſter miſerationes*. *Ad*, *Salvum me fac Domine*, *Tibi qui vitam noſtram tua clementia cuſtodis*. *Ad*, *In te Domine ſperavi*, *In te Domine ſperamus*. *Ad*, *Deus bonus*, *Tibi longanimis*. *Ad*, *Gratias agimus tibi*, *Gratias agimus Domine noſter miſerationi gratiæ tuæ*. *Ad*, *Populo meus attende*, *Tibi ſapiens director*. *Ad*, *Deus venerunt*, *Salvum fac populum tuum Domine*. *Ad ſeſſionem*, *Tibi theſaurus beneficiorum*. *Poſt concionem*, *Qui juſtorum preces audis*. *Altera*, *Tibi precum exauditor*. *SESSIO SECUNDA*. *Ad*, *Deus ſtetit*, *Tibi Rex regum*. *Ad*, *Benedixiſti Domine*, *Placeat tibi Domine precatio ſervorum tuorum*. *Ad*, *Fundamenta ejus*, *Confirma Domine fundamenta Eccleſiæ tuæ*. *Ad*, *Miſericordiam Domini*, *Effunde ſuper nos Domine miſerationes tuas*. *Ad*, *Domine refugium*, *Tibi omnipotens*. *Ad*, *Dominus regnavit*, *Tibi adorande & glorioſe*. *Ad*, *Laudate Dominum*, *Canticum Domine novum*. *Ad*, *Dominus regnavit iraſcantur*, *Tibi qui ſedes ſuper currum Cherubim*. *Ad*, *Domine exaudi*, *Qui debita peccatorum dimittis*. *Ad*, *Benedic anima mea*, *Tibi creator naturarum omnium* *Ad*, *Confitemini Domino*, *Tibi confiteamur Deus noſter bone*. *Ad*, *Confitemini Domino*, *in ſæculum*, *Confiteamur gratiæ tuæ*. *Ad*, *Confitemini Domino*, *dicant*, *Gratia tua Domine quæ à ſæculo eſt*. *Ad*, *Deus laudis meæ*, *Libera Domine populum tuum ab impiis*. *Ad*, *Beatus vir*, *Concede nobis Domine*, *ut tui ſimus*. *Ad*, *Dilexi*, *ut audiat*, *Miſerere noſtri Domine Deus noſter*. *Ad*, *Beati*, *Tibi bone qui bonis benefacis*. *Ad Canticum*, *Deprecatio noſtra placeat tibi*. *Ad Feriales*, *Placeat tibi Domine Deus noſter deprecatio tenuitatis noſtræ*. *Poſt Concionem*, *A te qui plenus miſerationibus es*. *Altera*, *Benedictæ*, *adorandæ*, *ſuperexaltatæ*, *& incomprehenſibiles miſerationes*. *Inter Seſſiones*, *Qui januam tuam pulſantibus aperis*. *SESSIO TERTIA*, *quæ Catholici appellatur*. *Ad*, *In ſæculum es*, *Tibi Ens principii & finis expers*. *Ad*, *Ad Dominum quum tribularer*, *Te Domine in tribulationibus noſtris invocamus*. *Ad*, *In convertendo*, *Converte nos ad te*. *Ad*, *Memento*, *Tibi ſpes juſtorum*. *Ad*, *Confitemini Domino*, *quoniam bonus*, *Deus noſter bone*. *Ad*, *Domine probaſti me*, *Tibi ſcrutator cogitationum*. *Ad*, *Voce mea ad Dominum*, *Te Domine invocamus*. *Ad*, *Exaltabo te*, *Tibi*

Rex

Rex regum. Ad, Lauda Jeruſalem, Exaudi Domine Eccleſiam tuam. Ad, Tunc, Tibi qui in altiſſimis habitas. Ad, Attende cœlum, Attende Domine verbis precum noſtrarum. Ad, Ego quoque, Tibi juſte æmulator. Ad Antiphonas Jejunii, quæ in hebdomadis dicuntur, in quibus nullæ lectiones ſunt, prima, Naturæ tuæ abſconditæ & incomprehenſibili. Altera, Tibi qui eſſentia tua omnibus abſconditus es. Tertia, Tibi qui eſſentia tua abſconditus es.

Quæ verò Preces *ad Officium Veſpertinum* recitantur, in eodem Cod. Syr. Amid. 8. nocturnis præmittuntur in hunc modum.

ܡܪܝ ܐܝܬܝ ܒܟܘܢ : ܫܒܚܐ ܠܐ ܡܢ ܠܥܠܡ
ܡܫܒܚ ܐܢܐ ܠܟ ܡܪܝ . ܒܟ ܐܝܬ ܐܠܗܐ ܕܚܝ ܠܥܠܡ :
ܡܪܝ ܐܠܗܐ . ܐܢܬ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܟܠ ܒܪܝܬܐ
ܗܐ ܐܢܐ ܠܟ ܡܪܝ . ܐܢܬ ܗܘ ܡܪܝ ܕܟܠ ܒܪܝܬܐ .
ܐܝܬ ܐܢܬ ܡܪܝ ܠܟ ܐܢܐ : ܐܝܬ ܐܢܬ ܡܪܝ ܠܟ ܐܢܐ .
ܡܪܝ ܐܠܗܐ ܕܐܒܗܬܢ



Preces ad Matutinum Festorum, editæ à Patre nostro sancto Mar Elia tertio Catholico Primùm in Festo Nativitatis, initium, *Ti i Fili absconditè à sæculo, qui natus es ex Patre sine tempore &c.* Altera de Nativitate, ab eodem emendata. *Tibi Fili æterne ac temporalis*. In commemoratione Sanctæ Mariæ, ejusdem Mar Eliæ. *Tibi magna ac æterna lux*. Altera de sancta Maria, auctore Mar Scialita Rhesinensi. *Deus universorum Domine, qui ineffabili gratia tua*. In festo Epiphaniæ, emendata à Mar Elia. *Tibi Rex Regis filius, & lumen de lumine*. Altera de Epiphania. *Tibi magna luminarium lux*. Feria secunda Rogationis Ninivitarum ad primam Sessionem, ejusdem religiosissimi Mar Eliæ. *Tibi fons bonitatis*. Altera ejusdem. *Tibi mare exundans & immensum*. Ad secundam Sessionem feriæ secundæ Rogationis, ejusdem Mar Eliæ. *Virga tua, Domine Deus noster*. Altera. *Sursum attolle Domine Deus noster deprecationem tenuitatis nostræ ad cœlum sanctuarii tui*. Ad primam Sessionem feriæ tertiæ Rogationis, auctore Mar Scialita. *Ejа Domine Deus misericordiæ*. Altera auctore Mar Georgio Arbelensi. *Deus Deorum, quare dereliquisti nos*. Ad secundam Sessionem feriæ tertiæ Rogationis, auctore Mar Elia Nisibeno. *Tibi, ostium magnum, quod pereuntibus apertum est*. Altera. *Deus universorum Domine*. Ad primam Sessionem feriæ quartæ Rogationis, auctore eodem Elia Nisibis Episcopo. *Tibi magnum scientiæ mare*. Altera. *Exaudi*

affi-

CAPUT CXCV.

Jesujabus Episcopus Nisibis.

1 Mar Jesujabus 1 Bar-Malchon Sobensis habet Quæstiones
2 Grammaticas, & Orationes 2,

ܡܪܝ ܝܫܘܥܝܒ ܒܪ ܡܠܟܘܢ
ܕܒܘܒܢ ܫܩܠ ܫܐܠܬܐ
ܘܦܫܩܐ ܕܩܠܐ ܫܩܠ
ܘܨܠܘܬܐ :

Et

ܘܨܠܘ :

afflictorum clamorem. Ad secundam Sessionem feriæ quartæ Rogationis. *Fons miserationum indeficiens*. Ad absolutionem & benedictionem quæ incipit his verbis, *Amen*, *Benedic Domine*, auctore Mar Elia Nisibis. *Benedic Domine populo tuo te invocanti*. In commemoratione Sanctorum, ejusdem Mar Eliæ Catholici. *Tibi Sol minimè sphæricus*. Altera, ejusdem Mar Eliæ. *Tibi lux & filius lucis*. Ad feriam sextam Defunctorum, ejusdem Mar Eliæ. *In die illa magna ac tremenda Domine*. Altera. *Quum mundus cessabit*. Item Preces pro Dominica ingressus Jejunii. *Tibi Deus noster bone & Rex noster misericordiarum plene*. Altera. *Deus universorum Domine, qui propter magnam tuam charitatem*. Pro feria secunda majoris hebdomadæ. *Suscipe Domine Deus noster*. Altera. *Lux gloriosa*. Altera pro Dominicis Jejunii auctore Mar Georgio Arbelæ Episcopo. *Concede nobis Domine Deus noster*. Altera religiosissimi Eliæ Catholici. *Suscipe Domine Deus noster purum fervorum tuorum jejunium*. In festo Hosannarum, Mar Eliæ. *Tibi Rex æterne*. Altera ejusdem. *Tibi Rex decore & glorioſe*. In magno festo Resurrectionis, ejusdem Mar Eliæ. *Tibi Sol æterne qui à sæculo*. Altera ejusdem. *Tibi lux æterna & nequaquam humana*. In festo Ascensionis, ejusdem Mar Eliæ. *Tibi oriens glorioſe ex alto*. Altera ejusdem. *Tibi glorioſe & fortis*. In festo Pentecostes, ejusdem. *Tibi, abscondita & beata natura*. Altera, auctore religiosissimo Paulo Anbaræ. *Tibi ens æternum Deus*. Oratio Adorationis in Liturgia, auctore Mar Elia. *Tibi natura abscondita & excelsa*. Altera ejusdem. *Benedictus es qui in terreſtri Ecclesia tua adoraris*. In festo Transfigurationis, emendata à Mar Elia. *Eja Domine Deus noster, aperiantur fores*. Altera. *Suscipe Domine Deus noster tenue nostrum ministerium*. In festo Crucis, religiosissimi Mar Eliæ. *Tibi mare absconditum & immensum*. Altera ejusdem. *Tibi Sol loco nequaquam definitus*. In dedicatione Ecclesiæ, auctore Presbytero Abulezzo Chadri. *Tibi mare mysteriis imperceptibile*. Altera ejusdem. *Domine Deus virtutum, qui sedes super Cherubim. Absolutæ sunt ope Domini ac Dei nostri Jesu Christi Preces Abu-Halimi*, hoc est, Eliæ III. *Et laudes Deo*. Hactenus ex Cod. Syr. Amid. 8. Porrò eædem ferè Preces exstant in Codicibus Syriacis Amid. 1. & 10. Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 581. & 583. & in Cod. Syriaco 1. Tom. 2. pag. 488.

1 *Jesujabus* Malchonis filius, Sobæ seù Nisibis Episcopus à Jaballaha hujus nominis secundo Patriarcha, qui Sobensem Ecclesiam antea rexerat, ordinatus fuit anno Græcorum 1501. Christi 1190. idemque trigesimo secundo post anno Sabarjesum ejusdem Jaballahæ ex fratre nepotem ac in Sede Patriarchali successorem anno Græcorum 1533. Christi 1222. ordinavit unà cum cæteris Metropolitis & Episcopis, quos ex Amro enumeravi Tom. 2. pag. 453. Sub altero Sabarjesu Messiæ Bagdadensis filio decessit, substituto in ejus locum Machicha, quem anno Græcorum 1568. Christi 1257. ex Metropolita Nisibis in Patriarcham electum fuisse ex eodem Amro dixi Tom. cit. pag. 455. Fuit & Jesujabus alter ejusdem Nisibenæ Sedis Metropolita, quem Amrus refert anno Græcorum 1403. Christi 1092. ordinationi Machichæ Patriarchæ interfuisse. Vide Tom. 2. pag. 448.

2 *Orationes*. Jesujabi *Fides* refertur ab Amro in libro Theologico, cui *Turris* titulum imposuit. Exstat autem Arabicè in cod. 41. Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 509. quæ quum planè orthodoxa sit, à nobis nequaquam prætermittenda est, ut hinc pateat, in exponendo Incarnationis mysterio mirum quantum Nestoriani inconstantes fuerint. Sic autem se habet. امانة يعتقدها النصارى السريانيون المشارقة من انشا الاب القديس ايشوعياب مطران نصيبين المعروف بابن ملكون قدس الله نفسه وطهر روحه ورزقنا بركة صلاته امين . اقول انا البايس ايشوعياب المطران برغم نصيبين وهوذكياها ان اعتقادى وامانتى فى السيد المسيح انه الاه كامل وانسان كامل ابن واحد هو ابن الله وابن البشر شخص واحد . وانه لم يكن انسانا ثم اتحد باللاهوت لكن كل جز من البشرية لم يوجد الا متحدا باللاهوتية وان مريم العذرى ولدت الاها كاملا وانسانا كاملا ابنا واحدا هو الرب المسيح . وان هذا الاتحاد

الاتحاد لم يكن عرضيًا يمكن فيه المفارقة لكن
باق دايمًا . وان خواص الطبيعة اللاهوتية
وخواص الطبيعة الناموتية موجودة فى المسيح
الواحد فما بناموته المتحدة . ولم يزل الاتحاد
باقيًا فيه . لانه كان متحدًا وهو على الصليب وفى
المقبرة المقدسة . وفارقت النفس الجسد فى الموت
ولم تفارق اللاهوت الناموت لكن كان الاتحاد
باقيا باللاهوت فى النفس المفارقة للبدن وفى
البدن الذى قبل الالام . ومبدا الاتحاد انما كان
اذ بشّر ملاك الرب لمريم العيذة واذعنت له
وامنت الى قوله وقالت ليكن لى كقولك . فوقع
الاتحاد بين لام ليكن الى كما كقولك . ومع
قولنا ان مريم ولدت المسيح معناه انها ولدت
الله الابن احد اقانيم الثالوث المتحد بالبشرى
الذى قال فيه الانجيل المقدس انه ابن داود وابن
ابراهيم وهو ابن واحد لمريم العذرى ولله الاب .
وقولنا مريم ولدت المسيح هو قولنا مريم ولدت
الله ولكن بشرط انه الله الابن المتحد بالبشرية .
واللفظ عبارة عن المعانى . ولفظة المسيح عبارة عن
الاله الكامل والانسان الكامل . واما لفظة الله
تعالى فتطابق الثالوث المقدس وتتضمن الابن
وتتضمن روح القدس . فاذا قلنا مريم ولدت
الله يتخيّل الجاهل انها ولدت اما الثالوث
المقدس او روح القدس ما لم نفسّر بانها ولدت
الله الابن المتحد بالبشرية .
واذا احتاج الى التفسير فالله الابن المتحد هو
المسيح بلفظ واحد . فصار قولنا مريم ولدت
المسيح لفظة واحدة وجيزة مطابقة للاهوت
والناموت مثل مطابقة لفظة الله للثالوث المقدس .
فالمسيح اذن مسيح واحد ابن واحد ذو طبيعتين
لاهوتية وناموتية شخص واحد فرصوف واحد .
هذا ما نعتقده ونراه انا وجميع اهل ملتى
النصارى المشارقة . ولله المجد
والحمد والتسبيح امين

Fides, quam profitentur Christiani Syri Orientales, conscripta à sancto Patre Jesujabo Metropolita Nisibeno, cognomento Ben-Malchon, cujus animam sanctam efficiat spiritumque purificet Deus, nobisque precum ejus benedictionem largiatur, Amen. Ego pauper Jesujabus Nisibensis Ecclesiæ ejusque provinciæ Metropolita hanc profiteor fidem in Christum Dominum, & credo eum esse Deum perfectum & hominem perfectum, unum Filium, eundemque filium Dei & filium hominis, unam personam. Neque verò hominem antea fuisse, deinde unitum Divinitati, sed quamlibet humanitatis partem nunquam exstitisse, nisi unitam divinitati. Mariam porrò Virginem Deum perfectum hominemque perfectum, Filium unum, qui est Dominus Christus, peperisse. Hanc autem unionem non fuisse accidentalem separationi obnoxiam, sed permanentem atque perpetuam. Proprietates etiam naturæ Divinæ atque proprietates naturæ humanæ in uno Christo existere; quæcumque videlicet insunt humanitati ejus unitæ. Neque verò aliquando Unionem defecisse: quoniam Unionem retinuit etiam in cruce, & in sancto sepulcro. Et animam quidem à corpore per mortem separatam fuisse; Divinitatem autem ab humanitate minimè separatam, sed Unionem Divinitatis cum anima à corpore sejuncta, & cum corpore quod passionem susceperat, perseverasse. Initium porrò Unionis factum fuisse, quum Angelus Domini Dominæ Mariæ nunciavit, ipsaque eidem annuit, ejusque verbis consensit, dicens, Fiat mihi secundùm verbum tuum. Unionem itaque contigisse eo spatio, quo cæpta & absoluta sunt prædicta verba, Fiat mihi secundùm verbum tuum. Quod autem dicimus Mariam Christum peperisse, id hunc facit sensum, illam nempè peperisse Deum Filium unum ex personis Trinitatis unitum humano (hoc est, humanitati, ut ex antecedentibus & consequentibus liquet, videturque mendum Amanuensis, qui البشرى *humanum*, pro البشرية *humanitate* scripserit.) *de quo sanctum Evangelium dixit, esse filium David & filium Abrahæ: idem enim est unusque filius Mariæ Virginis & Dei Patris. Quod itaque dicimus Mariam peperisse Christum, idem est ac si dicamus Mariam peperisse Deum, quatenus tamen Deus Filius est humanitati unitus. Et voces quidem sensus indicant. Vox autem CHRISTUS significat Deum perfectum & hominem perfectum: vox verò DEUS excelsus, ad sanctam Trinitatem communiter refertur, & Patrem atque Filium ac Spiritum sanctum complectitur. Quare quando dicimus Mariam peperisse Deum, suspicabitur insipiens illam peperisse aut sanctam Trinitatem, aut Patrem aut Spiritum sanctum: nec planè significamus eam peperisse Deum Filium unitum humanitati. Quare expositione indiget. Deus autem Filius unitus, Christus est unico vocabulo expressus. Hinc factum est, ut dicamus Mariam peperisse Christum unico vocabulo complectente divinitatem & humanitatem, sicut vocabulum Deus sanctam Trinitatem complectitur. Christus itaque est unus Christus, unus Filius, habens duas naturas divinam & humanam, una persona, unum prosopon. Hoc tandem est, quod profitemur & credimus ego, & omnes gentiles mei Christiani Orientales: Deo autem sit gloria, laus, & hymnus Amen.* Nimirùm doctiores Syri sive Monophysitæ sive Nestoriani, Theologicarum rationum pondere convicti, catholicam veritatem sine ambagibus aliquando confessi sunt. Quod autem in eadem illa fide seipsum, suosque sectarios semper & ubique vixisse Jesujabus ait, id verò non modo certis documentis demonstrare nequit, sed etiam ex propriis ipsius scriptis contrarium ostenditur: Nestorianum enim dogma

in

Et 1 Epistolas, cum Canticis.

1

in Apologia adversùs Ignatium Jacobitarum Patriarcham ex professo defendit, ut ex sequentibus liquet.

1 *Epistolas*. *Epistola* Arabica *ad Saidum Diaconum*, seù Apologia pro Nestorianis *adversùs Ignatium Syrorum Jacobitarum Patriarcham*, exstat in Cod. Arab. Vat. 49. à fol. 222. cujus scribendæ occasio hæc fuit. Ignatius David, qui ex Maphriano in Jacobitarum Patriarcham anno Græcorum 1533. Christi 1222. electus fuit, epistolam dederat ad Saidum Nestorianum Diaconum & in Bagdadensi aula scribam, in qua Syros Nestorianos tamquam sectam nuper exortam traducebat. Saido verò Ignatii literas sibi transmittenti responsionemque ad ejus objecta postulanti, Apologiam hanc Jesujabus conscriptam mittit, hoc usus exordio.

بسم الله الحى المحيى

معطيها مسلا هم: حصلم: ورحما

وعينيا حلا حكم تحصلم معزا: محمزاما

لحظ بلا امحد حمة مصلمل امحيم

ورد الكتاب الكريم الصادر عن الرئيس الاجل الشماس المؤمن المقدم فى الامانة الارتكسية المخصوص بالعقيدة الصادقة الفطروسية وجيه الدولة فخر الكتّاب سعيد خدس الله فى درجات العلى علوه وادام دوام عالم العما سموه واسبغ عليه نعمه وكمّل لذيه قسمه بصلوة السيدة الطاهرة والدة السيد المسيح وشفاعة رسول المشرق مار ماری السليح امين. فقبلته وقبلته وفى محل كتب التدريل انزلته ووقفت من فحواه على جميع معناه وشكرت همّة جميعه على صادق امانته وسالت الله مزيده من فضله واحسانه بطوله وامتنانه وكان ورد معه المكتوب الى مبادته من الاب الفطرك الكبير العالم الفاضل القديس مار اغناطيوس اليعقوبى ادام الله قدسه ونوّر ببوارق الحق نفسه ليضمن ما اقتضاه راى فضله وتبيينه. ولما وقفت على مضمون اسطره: اختلق العجب من مبانيه ومصدره كيف صدرت تلك الالفاظ والمعانى الطفيفة عن مثله مثلهم من ارباب الرتب الشريفة. وهو بسعادته التمس من يومى الكلام بما عندى عما قفّى به هذا الاب القديس اهل مذهبنا خبطا ومجانا وادعاء فيهم ظلما وعدوانا وان اورد فيه ما تصل فيه المعرفة اليه وان لم يكن المقصود بذلك الردّ عليهم اذ

Tom. III.

CA-

ليس للاصغر من المتكهنين الردّ على الاكبر فى قوانين الدين الخ

In nomine Dei vivi & vivificantis. Jesujabus humilis Metropolita Sobæ & Armeniæ salutem dicit cæsitati tuæ, precaturque, ut firmus & immobilis persistas in veritate fidei tuæ Amen. Pervenit dulcissima epistola transmissa à nobili principe, fideli Diacono, Orthodoxæ fidei vindice, veræ Petri religionis cultore, primario Aulæ ministro, Scribarum decore, Saido. Conservet, oro, Deus excelsam ipsius dignitatem, perpetuamque ac stabilem instar cælestis sæculi reddat, suaque super eum beneficia effundat, suorumque ipsum charismatum ubertate cumulet atque perficiat, precibus Dominæ immaculatæ matris Christi Domini, & intercessione Apostoli Orientis sancti Maris Apostoli, Amen. Epistolam, inquam, accepi, & complexus sum instar divinitus inspiratæ Scripturæ: quumque eam perlegissem, comprehensosque in ipsa sensus percepissem, in laudes auctoris prorupi propter sinceram ipsius fidem, Deum enixè rogans, ut uberiores eidem gratias largiatur. Simul autem accepi & transmissam ad ejus Dominationem epistolam à Patre Patriarcha magno, docto, præstante, sancto, Domino Ignatio Jacobita, cujus sanctitatem Deus conservet, animamque radiis veritatis illustret, ut quod sibi ejus præstantia demonstrandum suscepit, id assequatur. Quum verò inclusos ejus versibus sensus attentè inspexissem, miratus sum, quod talia tamque inepta verba tanto tantaque dignitate prædito viro exciderint. Ejus itaque, quem suprà laudabam, viri beatitudo imbecillitatem meam rogavit, ut quæ ab hoc sancto Patre adversùs nostræ religionis homines injuria & ex sola simultate oppositæ sunt, ad ea pro viribus, & quantum facultas ingenii mei patitur, responderem: quam certè provinciam non eo fine suscepi, ut homini contradicerem, quum inter eos, qui Sacerdotio initiati sunt, per sacros canones nequaquam liceat minori majorem instituta disputatione impugnare &c.

Pergit referre, Saidi precibus se victum, ad conscribendam præsentem Apologiam animum applicuisse: Adversarii verò objectiones ad tres classes reducit, inquiens:

ولان سداده كثر التماس المطلوب وجعله من المرغوب فيه المحبوب اقتضى قانون المحبة الشروع فيه طاعة لمحبته ولو انكشف ما متره الله من مناقصى برحمته. بل ليس نصّ الكتاب مما يحسن وضع لفظه ليوخذ حينيذ فى نقضه. لكنى الفق من معانيه ما رايته معراه وانكلم فيه بايد من الرب ما اعطاه. فمنها قوله ان امانة البساطرة متجددة وليست قديمة ملبسة

ومنها

دعوى مخالفة جعلها به مذهبا للمومنيين ولا ظهر فيه مخالف دينى اجمعت عليه لصدّه مجامع البيعة واحتيج له الى صهودوسات تحدّث بها قوانين الشريعة كما جرى ذلك بالمغرب فى سالف الازمان وتغيّرت فيه على التراخى اصول الايمان لكن الذى تسلّمه المشارقة عن السادة السليحيين ما زالوا عليه الى الان ثابتين . فهو اذن اقدم من ساير المذاهب المنسوبة الى اشخاص بسمه غير السيد المسيح . ومع ذلك فحن المشارقة لم يكن القديس مار نسطوريس فطركًا لنا . لان فطركنا فى ذلك العصر كان مار داديشوع وهو السادس عشر من مار ماری احد السبعين تلميذ مار ادی الذى هو تدی احد الاثنيعشر . وهذا مار ماری هو ناصر كرسى المشرق عن رابه تادی الموافق فى تلمذته الجهات المشرقية لمار توما احد الاثنيعشر ايضا . وفطاركة المغرب قبل ساير المجامع الكائنة به واختلاف المذاهب فيه لما تحققوا صحة امانة المشارقة وكثرة المومنين المحتاجين الى قبول درجات الكهنوت منهم وافقوم وسلّموا اليهم فى اقامة الفطرك بالمشرق واعطا مواهب الاسيامينية وكتبوا اليهم بامضا ذلك وقالوا اننا معكم فيه بالروح . وكان سبب هذا التسليم نكاية جرت على قوم من الابا توجّهوا الى المغرب لقبول الاسيامينة فانهموا بالتجسيم لاختلاف الممالك فصلب اثنان من الابا . فاوجبت الشفقة الالهية والمحبة المسيحية اعفا المومنين من اقتحام المشاق والتعرّض للهلاك . فسلّموا الى الجاثليق بالمشرق ان يكون فطركًا ايضا . وما زال فطاركة المشرق مذ ذاك ياخذ احدهم عن الاخر هذه الامانة ويتسلّمها من بعده الى يومنا هذا . فهى اذن تسليمة قديمة جدًا . واما حال نسطوريس فانه لما رُتّب فطركًا على القسطنطينية كتب المغاربة الى المشارقة اخبروا بولايته وصحة امانته وان روح القدس حلّ على قدامه حلولًا جليًا . فكرّمه المشارقة وقبلوه للاخبار بهذه الحال . ولما وقعت المشاجرة بينه لقورلوس فيما بعد احرم كل واحد منهما واساقفته . ومقالة نسطوريس لما وقف عليها مار يوحنا فطرك انطاكية الذى كان اختير ان يكون حاكمًا فى المقالتين استفهمها وصوّبها واطلقه من الحرم . ومقالة قورلوس لما وقف عليها استخشنها وخطاها

ومنها ان ليس للنساطرة ولا دير واحد لان الاديرة قديمة ومذهبهم حادث متجدّد . ومنها ان قول النساطرة بالجوهرين والقنومين فى المسيح يوجب زيادة فى الثالوث . والثالوث لا يقبل الزيادة .

Quoniam verò id à me ejus (id est, Saidi) *præstantia, tamquam sibi maximè exoptatum, etiam atque etiam poposcit, charitatis præcepto motus, parendum viro officiosissimo duxi ; etsi quos Deus imbecillitatis meæ defectus misericorditer contexerat, hoc pacto in propatulum prodituros cernerem. Verùm non is est Epistolæ illius* (ab Ignatio conscriptæ) *textus, ut hìc ad verbum referri mereatur, eique confutationem subjungi necesse sit : sed summam illius decerpam, meamque Deo juvante responsionem, quæcumque tandem sit, apponam. Ait igitur ille primùm, Fidem Nestorianorum novam recentemque esse, non antiquam & Apostolicam. Deinde Nestorianos nullum habere monasterium, quum monasteria quidem antiqua sint, eorum verò secta nuper exorta. Denique Nestorianos, quum duas in Christo substantias duasque personas dicunt, Trinitati additamentum facere ; Trinitas verò additamentum nequaquam admittit.*

Quid ad hæc Jesujabus dicat, audiamus. Etsi enim multa jactanter, ut solent Hæretici, & sine ullo veritatis fundamento de sua secta ejusque auctore Nestorio effutiat ; non alienum tamen puto ab instituto nostro ejus verba referre, ut quales sint populares Nestorianorum traditiones, seu potius errores, Christianus lector agnoscat, & quantum à centro veritatis aberret qui ab Ecclesiæ catholicæ doctrina recedit. Ad primam igitur Ignatii objectionem ita respondet :

اما قوله ان امانة النساطرة متجددة فان كان يشير الى المومنين بالنسطورية التابعين مقالة القديس مار نسطوريس فى عصره فليس ذلك متجددًا بالقياس الى الموسومين باليعقوبية . لان زمان نسطوريس اقدم من زمان يعقوب بتسعين سنة . فالنسطورية بذلك اقدم من اليعقوبية . وان اخذ قوله مطلقًا فنسطوريس له نحو ثمانماية سنة . وما هذا عصره لم يكن الان حادثًا وقد كان ايضا معاصرًا لقورلوس المناقض له . فهما متساويان اذن فى القدم والحدوث . وان كان يشير الى تسميتنا نحن المشارقة بالنسطورية فانه ان كانت التسمية على زعمه تجددت لنا فالامانة والعقيدة السليحية معنا قديمة جدًا من عهد السليحيين الذين تلمذوا المشرق لم يغيّروها مغيّر . والدليل على ذلك انه لم يظهر بالمشرق من المنسوبين الى التمسك بمذهب النصرانية من ابدع بدعة فى الدين ولا من ادعى

وخطاها واونقه بالحرم . ونسطوريس لشخوصه عن
منصبه رغبة فى الزهد وهربًا من الشغب صار
كالمنفى وان كان مستعفيا . وقورللوس بمعاونة
الملكة دام فى منصبه مقيمًا على دعوى مذهبه .
ومن بعد ذلك لما بلغت المفارقة المقالة المنسوبة
الى نسطوريس شاهدوها مطابقة لما تسلّموه من
السادة السلفيين . ولعلّها غير ما تدعيه
اليعقوبية الان فى النسطورية . لاننا شاهدنا
اشخاصًا ذو ميزة فى اليعقوبية وكتبًا منسوبة الى
ايمة منهم وهم يقولون معتقدين بان النسطورية
تقول ان اتحاد اللاهوت بالناسوت فى السيد
المسيح وقع بعد العماد عند حلول الروح وصوت
الاب . وهذا ما لا نقوله نحن المفارقة ولا
رايناه فى الكتب المنسوبة الى نسطوريس ونحن
نحرم فيمن يقول هذا القول ويعتقده عقيدة وانما
نحن نعتقد ونقول ان الاتحاد وقع منذ البشارة
من ملاك الرب للسيدة مريم بظهور السيد المسيح
منها عندما اذعنت وامنت وصدقت وقالت ها
انا امة الرب فليكن لى كقولك . وهذه عقيدة لنا
قديمة سليمة غير متجددة .

Quod autem ait, novam esse recentemque Nestorianorum fidem, si quidem de Nestorianis loquitur doctrinam sancti domini Nestorii sectantibus ejusque coævis, ea sanè nequaquam nova appellanda est, comparatione præsertim facta cum illis, qui Jacobiticam sectam tenent: Nestorii enim ætas Jacobi tempora annis nonaginta antecedit, adeòque Nestorianismus hac ratione Jacobitismo antiquior est. Absolutè autem loquendo, jam elapsi sunt Nestorio anni circiter octingenti: qui verò ætatem hujusmodi habet, nequaquam recens dici potest. Prætereà fuit Nestorius æqualis Cyrillo ipsius adversario. Ambo igitur & antiquitate & novitate pares sunt. Si verò loquitur de Nestorianismi appellatione nobis Orientalibus imposita, etsi hoc nobis nomen ex ejus sententia serò tandem & nuper adhæsit, fides tamen & Apostolica religio antiquissima nobis est jam inde ab ævo Apostolorum, qui Orientem docuerunt, nec ab ullo unquam mutata. Idque ex eo probatur, quod nemo ex iis, qui christiana religione censentur, hæresim ullam in Oriente excogitavit, aut novam contrariamque doctrinam pro vera fidelibus propinavit: nec ullus hæresiarcha exstitit, adversùs quem Concilia Ecclesiæ congregari, ejus scilicet impugnandi causa, opus fuerit, aut Synodos haberi ad instaurandos legis canones, quemadmodum exactis temporibus in Occidente contigisse deprehendimus, in quo fundamenta fidei propter relaxationem immutata sunt: sed quod Orientales à dominis Apostolis traditum accepere, id invariatum usque in præsentem diem retinent. Hæc itaque ipsorum religio cæterarum omnium antiquissima est, quæ nomini cujuspiam inscribuntur, si Christum Dominum excipias. Adde, quod sanctus dominus Nestorius nequaquam nobis Orientalibus Patriarcha præfuit: noster enim per ea tempora Patriarcha erat dominus Dadjesus, sextus decimus scilicet à domino Mari, qui fuit unus ex Septuaginta idemque discipulus domini Adæi, seù Thaddæi unius ex Duodecim. Hic autem dominus Maris fundator est Sedis Orientis, accepta potestate à magistro suo Thaddæo, qui unà cum domino Thoma, uno itidem ex Duodecim, Orientalibus regionibus Evangelium annunciavit. Ad hæc Patriarchæ Occidentis, antequam Concilia ibi congregari, aut schismata exoriri cœpta fuissent, quum veritatem fidei Orientalium compertam haberent, numerumque fidelium eò crevisse cernerent, ut Sacerdotii Ordines ab eis illos accipere necesse esset, indulserunt ejsdem consenseruntque, ut Patriarcham in Oriente constituerent, qui chirotoniæ munera largiretur: literasque ad eos hac de re dederunt, quibus se ajebant in spiritu cum ipsis consentire. Causa autem hujus concessionis, calamitas fuit, quam Patres quidam subiere, quum Occidentem sacros Ordines accepturi, petiissent: intercedente enim inter utrumque Imperium simultate, velut exploratores delati fuere, & ambo in crucem acti. Tùm verò divina commiseratio christianaque charitas postulavit, ut fideles ab hujusmodi vitæ discrimine imposterum eximerentur; ne scilicet in pericula ipsi sponte ruere, vel ab aliis conjici viderentur. Catholico itaque Orientis concessere, ut Patriarchalibus ipse quoque privilegiis gauderet. Nec destitere Patriarchæ Orientis ab illo tempore hanc fidem alter ab altero traditam accipere successorique veluti hæreditatem relinquere usque in præsentem diem. Antiquissima igitur traditio est. Jam ad Nestorium quod spectat, ubi ille Constantinopoleos Patriarcha ordinatus est, datis ad Orientales literis, collata sibi dignitate ipsum de fide rectè sentire, sanctum prætereà Spiritum visibili specie super ejusdem Liturgiam descendere, Occidentales significarunt. Quamobrem ab Orientalibus summo in honore habitus fuit. Quum autem dissidium posthæc ipsum inter & Cyrillum exortum fuisset, alter alteri anathema dixit. Similiter & utriusque factionis Episcopi. Porrò dominus Joannes Patriarcha Antiochenus, qui Judex illius controversiæ delectus fuerat, postquam Nestorii atque Cyrilli doctrinam inspexisset, illum quidem laudavit absolutumque ab excommunicatione censuit; Cyrillum verò tamquam falsi dogmatis auctorem, anathemati subjecit. At verò Nestorius, qui à Sede sua aberat, solitudinis amore captus, ut dissensiones evitaret, velut exulem se habebat, etsi sponte abdicasset. Contrà Cyrillus Imperatricis ope Sedem cum doctrina retinuit. His ita gestis, quum ad Orientales Nestorianum dogma perveniisset, ipsum compererunt iis prorsùs consentaneum, quæ à dominis Apostolis tradita acceperant: & quidem ab eo alienum, quod modò Jacobitæ Nestorianis affingunt. Nam doctos quosdam Jacobitas ejusque sectæ primarios viros deprehendimus in libris suis affirmantes, Unionem Divinitatis cum humanitate in Christo Domino ex Nestorianorum sententia post baptismum, quum scilicet Spiritus

descendit & vox Patris intonuit, contigisse. Hoc autem nos Orientales nequaquam dicimus, neque id in libris Nestorio adscriptis usquam legimus, sed anathematizamus eos qui hujusmodi doctrinam tradunt aut profitentur: dicimusque & profitemur, Unionem tunc contigisse, quum Angelus Domini, Dominæ Mariæ nasciturum ex ipsa Christum Dominum annunciavit, ipsaque eidem annuit, credidit que ac dixit, Ecce ancilla Domini fiat mihi secundùm verbum tuum. Atque hæc nostra antiqua est, & Apostolica fides, non nova aut nuper excogitata.

Alterum objectionis caput his verbis refellit.

Quod verò negat, nos, hoc est Nestorianos, ullum habere monasterium, eò quod monasteria quidem antiqua sint & Apostolica; nostra verò fides nova ac recens: jam suprà demonstratum est, antiquam nos servare & Apostolicam fidem: adeoque quum ille monasteriorum antiquitatem ponit, ea necessario illis tribuit, qui antiquam habent fidem, hoc est, nobis Orientalibus. Quod autem ait, ne unicum quidem Nestorianis esse monasterium, hinc refellitur, quod monachorum pater cœnobiorumque fundator sanctus Eugenius Ægyptius fuit, qui in Orientem venit, floruitque ante Nestorii ac Cyrilli tempora, & priusquam in Occidente hæreses exoriæ fuissent, aut Concilia congregari cœpissent. Et ejus quidem discipuli discipulorumque auditores fuere quotquot in Oriente sanctitatis gloria refulserunt: iidemque fidem unam doctrinamque unam, antiquam scilicet & Apostolicam tenebant, successori à præcessore traditam, & à magistro ad discipulum derivatam. Quumque in Occidente hæreses emersissent, variaque in eo dogmata ac diversæ sectæ prodiissent, firmi tamen in illa una fide constantesque permansere, qui vestigia sancti Domini Eugenii sectabantur, quibus ea cœnobia condita sunt, nominibusque eorum inscripta; eandemque Apostolicam doctrinam, quam à magistro suo acceperant, illibatam conservarunt, quam & nos Orientales tenemus. Quin etiam plerique eorum scripta lucubrationesque ediderunt, quæ adhuc exstant, adversùs eos qui hanc Orientalem fidem impugnant: & inter cæteros sanctus Dominus Babæus cœnobii hujusce patronus, cujus gratia hanc epistolam conscri-

واما قوله ان ليس لنا اى النسطورية ولا
دير واحد لان الاديرة قديمة سليحية وان
ايماننا متجدّد. فان قدم الامانة السليحية لنا
قد تبيّن ووضح وبقوله ان الاديرة قديمة قد
اوجبها لذوى قدم الايمان الذين هم نحن
المشارقة. ومما يناقض دعواه بان الاديرة ليس
للنساطرة ولا واحد منها هو ما نقوله وذاك ان
من ورد الى المشرق وابتنى الاديرة والاعمار
للرهبان انما كان القديس اوكين القبطى. وكان
قبل ظهور نسطوريس وقورللس وقبل ظهور البدع
والمجامع بالمغرب وجميع القديسين بالمشرق
كانوا من تلاميذ وتلاميذ تلاميذه وجميعهم كانوا
على امانة واحدة وعقيدة واحدة قديمة سليحية
تداولها الخلف عن السلف وتداولها التلميذ عن
رابه. ومع ظهور البدع بالمغرب واختلاف
المذاهب به وتشعّب العقايد فيه لم تزل ولا
تتقلقل عقيدة واحد من الذين تبعوا ذا اتباع
القديس مار اوكين الذين دبّرت الاديرة ليهم
وعمّرت الاعمار الى ايامهم لكنهم ثبتوا على
هذه العقيدة السليحية التى حققوها عن رابهم
ايضا ونحن المشارقة عليها. ومع ذاك فان
لاكثرهم مكتوبات ترد على المخالفين لهذا
المذهب المشرقى الذين من جملتهم مار بابى
القديس صاحب هذا العمر الذى كان السبب
فى هذه الرسالة. فجميع الاديرة المشرقية اذن انما
بنيت من اهل هذا المذهب على اساس القديسين
ذوى العقيدة السليحية فيه الراجعين الى فطاركة
المشرق فى اوامر الذين المذسوبين بالتعمية فى
هذا الزمان الى النسطورية الذين عقيدة ايمانهم
عن السليحيين. وما زال الرهبان من ايام مار اوكين
والى الان على هذه العقيدة وما زالت الفطاركة
واحد بعد اخر يجلس على كرسى المشرق وقضى
فيه وفى هذه الاديرة والاعمار الاوامر الدينية

ſcribimus. Cuncta itaque Orientalia cœnobia ab hujuſce religionis hominibus condita fuere, nominibuſque Sanctorum nuncupata Apoſtolicam fidem tenentium, qui in rebus ad religionem ſpectantibus Patriarchas Orientis conſulebant, quibus modo Neſtorianorum nomen impoſitum eſt, quorumque fides ab ipſis Apoſtolis deſcendit. Hæc autem fuit monachorum fides à diebus Domini Eugenii uſque in præſentem diem: quo quidem temporis intervallo Thronum Orientis Patriarchæ continuata ſerie rexere, à quibus promulgatæ de religione conſtitutiones Orienti univerſo monachiſque in cœnobiis hiſce commorantibus tradebantur, quo pura omnique errorum contagio purgata fides orthodoxa conſervaretur: ſed & Metropolitæ, ex quo Dominus Jacobus à ſancto Domino Eugenio & ab omnibus fidelibus ad Metropolitanam Niſibis Eccleſiam promotus fuit (qui poſteà Concilio trecentorum decem & octo Patrum interfuit, rectamque eorum fidem, quæ à noſtra minimè diſcrepat, ſecum ferens, nobis cuſtodiendam tradidit,) in Metropoliticis Sedibus alterum alter excipere fidelibuſque fidem annunciare haud deſtitit uſque in hanc diem. Catalogum tùm Patriarcharum, tùm Metropolitarum, quorum alter ab altero fidem accepit, ad præſentem uſque diem in chronicis deſcriptum habemus. Hinc itaque, & ex eo quod nulla in Oriente hæreſis emerſit aut hæreſiarcha exſtitit, palàm fit, Orientales ab accepta ex Dominis Apoſtolis recta fide nunquam receſſiſſe. Quod verò cœnobiorum iſtorum monaſteriorumque incolæ ordines Sacerdotii reſque ad religionem ſpectantes ab Orientis Patriarcha ſemper ſuſceperint, & Patriarchæ ipſius nomen in regionibus hiſce Orientalibus ultra Niſibin proclamatum fuerit, ex hoc, inquam, oſtenditur, eadem cœnobia ad homines hujus antiquæ religionis ab antiquo pertinuiſſe. Falſitatis igitur convincitur quod ait, novam eſſe recentemque Orientalium Neſtorianorum fidem, nec ad eos iſthæc monaſteria ullo pacto ſpectare: quum è contrario demonſtratum fuerit, hæc omnia ab antiquis temporibus ipſos habere.

Subjungit de unione Verbi tractatum, quam ait, non poſt Chriſti baptiſmum, ut Jacobitæ Neſtorianos calumniantur, contigiſſe, ſed eo temporis momento, quo Beata Virgo Angelo nuncianti conſenſum præbuit. Mox de titulo *Deiparæ*, & *Chriſtiparæ* iiſdem ferè verbis diſſerit, ac ſuprà in edita ab ipſo fidei profeſſione. Demùm ad tertium objectionis caput reſpondet, non ex Neſtoriana, ſed ex Jacobitica ſententia Quaternitatem perſonarum ſequi. Hujus tamen reſponſionis priores tantùm lineæ ſuperſunt: cætera avulſis ex laudato Codice Vaticano poſtremis foliis exciderunt.

Porrò multa ſunt, quæ in hac Jeſujabi Epiſtola obſervemus. Primum, quod quum tota Epiſtola Arabicè conſcripta ſit, titulus tamen Syro ſermone exaratus eſt. Sic hodie ſcribere ſolent Patriarchæ & Epiſcopi Syri Maronitæ, Jacobitæ ac Neſtoriani. Et Ignatius quidem Jacobitarum Patriarcha, quem hic Jeſujabus impugnat, Epiſtolam ſuam ad Saidum, quæ tota Arabica eſt, Syriacis verbis inchoat & claudit, præmiſſo Arabicè, quod & Jeſujabus facit, Dei nomine, hunc in modum. Titulus Epiſtolæ.

بسم الله الحى المحيى .

هذا ما عسلا هذا مبعا مسعدا لكما

وركعا بمي حدا مدت حمدا احدمعا برسا

وحدا معدمدا مدهدم مدشسا حلحا اهم .

Arabicè. *In nomine Dei vivi ac vivificantis.* Syriacè. *Humilis Patriarcha ſanctam ſalutem, divinam charitatem, preceſque ex animo offert ſeni Abrahamitico* (Saido) *inclyto, electo, & glorioſo, quem Deus, oro, fulciat & adjuvet, Amen.* Tenor ejuſdem Arabicè,

خدمة تعرض الى المجلس السامى .

Munus ſublimi throno ſiſtatur &c. Finis Syriacè.

حمحدا مبعا مدحمر قبحم

سححه مهدا بدهه مدنه حبله

حدحه مدهى حمر ركعا مدحه .

Salute ſancta gaudeat Phedlon dilectus ejus, & reliqui populi & filii Eccleſiæ ipſius, cum ſexcentis ſalutationibus, precibus atque benedictionibus. Eundem ſcribendi morem ſervant Melchitæ, Copti, & Armeni, quando Arabice ſuos alloqui per literas volunt; nomen enim ſuum Græcè, vel Ægyptiacè, vel Armenicè præponunt: aut certè ſigillo inſculptum, in Epiſtola imprimunt. Quando autem mos hic cœperit, facile eſt conjicere: ex quo ſcilicet Arabica lingua in Oriente & Ægypto pro vernacula uſurpari cœpta eſt.

II. Rectè ait Jeſujabus, Neſtorii tempora Jacobum Baradæum anteceſſiſſe annis nonaginta. Nam Neſtorius anno Chriſti 431. in Synodo Epheſina depoſitus fuit; Jacobus verò Baradæus Severi diſcipulus, magiſtri ſui errores propagare cœpit circa annum 520.

III. Quamquam Jeſujabus dicat, ſe textum Epiſtolæ Ignatii nequaquam referre, ſed ſummam dumtaxat objectionum ejus decerpere; integra tamen Ignatii Epiſtola ad Saidum exſtat in eodem Cod. Vat. Arab. 49., Epiſtolæ Jeſujabi præmiſſa; ſed ſermone Arabico planè rudi & agreſti: ut hinc pateat, Neſtorianos Jacobitis in cultu illius ſermonis longè politiores fuiſſe.

IV. Ait Jeſujabus, quum hæc ſcriberet, à Neſtorio ad ſuam ætatem fluxiſſe annos circiter octingentos: qui ſi addantur anno Chriſti quadringenteſimo trigeſimo primo, quo Neſtorius dejectus fuit, ſummam efficiunt annorum 1231. Ignatius autem Jacobitarum Patriarcha, quem Jeſujabus oppugnat, ab anno Chriſti 1222. ad annum 1253. ſedit, ut dixi tom 2 pag. 480.

V. Ad nauſeam uſque repetit, ſuam Neſtorianam fidem antiquiſſimam eſſe & Apoſtolicam: quod & reliqui hæretici jactare ſolent, ſed oſtendere planè nequeunt, quum novitatis convinci facili negotio poſſint, ex eo ſcilicet quod uniuſcujuſque ſectæ initium poſt Apoſtolica tempora aſſignetur. Neſtoriani certè omnium, qui nunc exſtant, Orientalium hæreticorum, antiquiſſimi ſunt; ſed ab ævo Apoſtolorum longè diſtant, nec eorum doctrinam, quamvis id ſibi fidentius licen-

licentiuſque arrogent, ullo pacto tenent. Contendat itaque Jeſujabus de antiquitate cum Jacobitis: at quod ſectam ſuam ab Apoſtolicis temporibus arceſſit, nullamque Chriſtianam gentem Neſtorianis antiquiorem dicit, id verò omninò falſum eſt: Nam Palæſtina & Syria ab Apoſtolis ad fidem converſæ ſunt, antequam Chaldæis Evangelium annunciatum fuiſſet. Prætereà Chaldæi ab Antiocheno Patriarcha, ut ipſi Neſtoriani fatentur, & Jeſujabus hic diſertè tradit, Epiſcopos ſuos accipiebant: is igitur ipſis antiquior eſt, & dignitate major. Demùm Catholica fides, quæ ab ipſis Apoſtolis ad noſtram ætatem traducta eſt, Neſtorianos errores poſt annum Chriſti quadringenteſimum excogitatos omnino antecedit.

VI. Ait, nullum in Oriente, hoc eſt, apud Chaldæos, exſtitiſſe unquam hæreticum, qui fidem orthodoxam corruperit, aut quem ſacra Concilia damnarint. Idem argumentum urget multis in locis Sobenſis Ebedjeſus, aliique Neſtoriani ſcriptores: contra quos dicimus, Manetem, & Bardeſanem errores ſuos in Chaldæa, Aſſyria atque Meſopotamia promulgaſſe. Item Meſſalianos, Cuchitas, Marcioniſtas, Arianos, Aëtianos, Sabellianos, Photinianos, Borboritas, Catharos, & Audianos iis in regionibus plurimos fuiſſe, teſtis eſt S. Ephræm in Hymnis adversùs hæreſes, & in Teſtamento. Deinde falſum eſt, Neſtorianos nihil in rebus fidei innovaſſe: nam præter eum, quem à Neſtorio, & Theodori ac Diodori ſcriptis hauſerant, errorem, plures alios ab ipſis poſtea excogitatos fuiſſe, liquet ex Tractatu Adæ Archimandritæ & Eliæ Patriarchæ apud Petrum Strozam in Synodalibus Chaldæorum, & ex iis, quæ in hoc tomo paſſim obſervavi. Item falſum eſt, nullum Concilium adversùs eos coactum fuiſſe: Neſtoriani enim omnes, atque adeò Chaldæi ipſorum ſectatores, diſertè damnati ſunt in Conciliis Œcumenicis tertio, quarto, quinto, & ſexto: nec fuit neceſſe, eorum mentionem amplius in Eccleſia Latina vel Græca fieri, qui à Catholicis penitus defecerant, & in angulum Orientis ſeſe receperant; ſed damnata hæreſi, quam profitebantur, ipſos quoque damnari conſequens erat.

VII. Aſſerit, Dadjeſum, qui tempore Neſtorii Chaldæis præerat, inter ejus gentis Patriarchas ſextum decimum locum obtinere, quum fuerit, juxta recenſionem Amri & Maris, decimus nonus, aut vigeſimus. Sed excuſari poteſt Jeſujabus, quod nonnullos tamquam illegitimos è numero Patriarcharum, ſeù potius Primatum Seleuciæ expunxerit, ut Maanem & Maraboctum ipſius Dadjeſu præceſſores: & quod Thomam Apoſtolum, Sedis illius, ut volunt Chaldæi, unàcum Adæo fundatorem, Achæumque ipſius Adæi ſocium, quos Amrus & Barhebræus tamquam Orientis Primates recenſent, ex Maris ſententia omiſerit.

VIII. Marim Orientis Apoſtolum, Adæi ſeù Thaddæi diſcipulum, & unum ex ſeptuaginta Diſcipulis facit. Idem affirmant Chaldæi ſcriptores omnes: quibus & Jacobitæ hac in re adſtipulantur, ut ex Tom. 2. pag. 392 & 394. liquet. Ejuſdem Maris mentio unàcum Adæo & Aghæo occurrit & in optimo vetuſtiſſimoque Codice Mediceo collectionis Canonum Syriacæ, quam Renaudotius Tom. 2. Liturg. Orient. pag. 95. & 599. laudat & in membrana ante annos ſeptingentos exaratam teſtatur. Græcis tamen & Latinis tàm Maris, quàm Aghæi nomina ignota ſunt, nec ea in Synopſi Diſcipulorum Chriſti apud ipſos cernuntur.

IX. Adæum ſeù Thaddæum Maris magiſtrum, affirmat eſſe unum ex duodecim Apoſtolis. At Maris, Amrus, Barhebræus, & quod caput eſt, Euſebius ex fide archivi Edeſſeni, tradunt eum ex numero Diſcipulorum, non Apoſtolorum fuiſſe. Sed hæc levioris momenti ſunt.

X. Affirmat, Patriarchas Occidentis, ante Synodorum tempora, dignitatem Patriarchalem Chaldæis conceſſiſſe; idque ob eandem cauſam, quæ refertur in ſuppoſititia eorum Epiſtola, de qua ſupra hoc tom. p. 54. Verùm epiſtolam illam purum putum eſſe Neſtorianorum figmentum, demonſtravi tomo cit. à pag. 57.

XI. Nugatur, quum Spiritum ſanctum ſcribit viſibili ſpecie ſuper Neſtorii oblationem apparuiſſe: hoc ſcilicet commento auctoritatem Liturgiæ Chaldaicæ conciliare contendit, quæ Neſtorii nomen gerit. Verùm de ea Liturgia longè aliter ſentiendum ex Leontio Byzantino, cujus verba produxi hoc tom. pag. 36. Item quod ait Jeſujabus, Joannem Patriarcham Antiochenum delectum fuiſſe judicem cauſæ Neſtorium inter & Cyrillum, hunc autem Imperatricis ope Sedem retinuiſſe, Neſtorium verò ſpontè Patriarchatu ſe abdicaſſe; id merum eſt Neſtorianorum commentum ex ſuo ipſorum cerebro excogitatum, à nullo idoneo teſte literis traditum.

XII. Negat Neſtorianos aſſerere unionem Verbi cum humanitate poſt Chriſti baptiſmum contigiſſe: hanc eſſe ait meram Jacobitarum calumniam, nec ejuſce rei veſtigium ullum in libris Neſtorii exſtare: ſed omnes, qui Neſtorianum dogma tenent, credere, eo temporis momento unionem factam, quo Beata Virgo ait, Ecce Ancilla Domini &c. Hac certè in re Jacobitæ Neſtorianos impudentiſſimè calumniantur: nec is Neſtorio, error tributus legitur in Concilio Epheſino.

XIII. Ait, S. Eugenium Ægyptium Syris Chaldæis monaſticum inſtitutum tradidiſſe, & cœnobia in regionibus Orientalibus condidiſſe ante Synodorum & hæreſeon tempora, & ante diſſidium, quod Neſtorium inter & S. Cyrillum exortum eſt. Ab eodem, & ab ejus diſcipulis Orientales, & fidem & monaſticam vitam accepiſſe. Eugenii meminere & Maris, & Amrus in vita Papæ, qui S Simeonis Epiſcopi Seleuciæ & martyris præceſſor fuit: ejuſque diſcipulos in vita Barbaſimæi laudant Joannem & Acham fratres, Jonam, Sabam, & Scialitam. Georgius quoque Varda de eodem Eugenio & ſociis Carmen edidit, quod exſtat Cod. Syriaco Amiden. 7. Tom. 1. Bibl. noſtræ pag. 582. & Cod. Syr. Amid. 2. Tom. cit. pag. 581. in Officio Feriæ 3. hebdomadæ 1. Annunciationis

legi-

legitur à Chaldæis hymnus de Sanctis, qui anachoriticam vitam in monte Izlensi coluere, eorumque pater dicitur Eugenius, idemque cum sociis 72. ex Ægypto illuc advenisse. Verùm certum est primò, ante S. Antonium monachorum patrem, nec cœnobia, nec cœnobitas in Ægypto aut alibi exstitisse: item certum est, Hilarionem in Palæstinam, & Aonem in Syriam atque Mesopotamiam, alterum Antonii magni discipulum, alterum imitatorem, monasticæ vitæ rationem invexisse, ut ex S. Hieron. in vita Hilarionis, & ex Sozom. lib. 6. hist. Eccl. c. 33. patet. Ex his vero propius est, ad Assyrios & Chaldæos institutum hujusmodi fluxisse, quàm ex sancto Eugenio, Græcis Latinisque ignoto monacho, quem sanè aut Theodoritus in historia Religiosa, aut Sozomenus cit. lib. 6. cap. 32. 33. & 34. id elogii tribuissent, si talis tantusque fuisset, uti à Nestorianis prædicatur. Adde, quod Thomas Margensis, qui sæculo nono Christiano historiam monasticam Orientis diligentissimè perscripsit, & Izlensis potissimùm atque Bethabensis cœnobiorum conditum incrementaque accuratè narravit, de Eugenio monachorum Chaldæorum, ut dicitur, patre & Izlensis ipsius monasterii primo conditore ne verbum quidem facit, sed Abrahæ Archimandritæ id totum acceptum refert. Quamobrem Eugenium, ejusque discipulos Joannem, Acham, Jonam, Sabam, Scialitam, aliosque monachos extitisse quidem & religiosa vita claruisse, libenter Chaldæis assentior; eorum enim nominibus inscripta vetustissima monasteria in Assyria & Mesopotamia, ab antiquis scriptoribus memorantur, & adhuc visuntur: quod argumento est, eadem ab illis condita, vel certè eos ibidem vitam religiosam duxisse, ut docti norunt. At verò illum cum sociis sub Papa Seleuciensi Episcopo ante Nicæni Concilii tempora monasticam vitam primum apud Chaldæos juxta Nisibin in monte Izlensi instituisse, suo loco discutiam. Theodoritus profectò Eugenii non meminit, etsi ejusdem loci ac temporis celeberrimum monachum S. Jacobum Magnum, posteà Nisibis Episcopum, summis laudibus exornat, quum tamen Jesujabus Eugenium ipsius Jacobi magistrum appellat, ejusque ad Nisibensem Episcopatum promotorem.

XIV. Affirmat, antiquos illos monachos, Eugenium scilicet cum sociis, eorumque discipulos, eandem coluisse fidem ac Nestorianam: id ex libris ab ipsis conscriptis demonstrari, quos adhuc extare ait; & inter cæteros Babæum memorat, cœnobii illius fundatorem, de quo tota Jesujabum inter & Ignatium dissensio. Verùm si Eugenius sociique ex Jesujabi sententia sub Papa Episcopo Seleuciæ ante Nicænum Concilium floruere, nullo pacto ad Nestorianam sectam spectare possunt, quæ centum post annis emersit. Post Nestoriana tempora quum Barsumas Nisibenus sociique Ecclesias Orientis atque cœnobia hujusmodi peste infecissent, tùm verò Episcopi & monachi illi errorem suum editis libris propugnare cœperunt, ut ex catalogo Sobensis liquet. Babæus Archimandrita pro Nestoriana quidem hæresi scripsit, ut dictum est suprà hoc tom. à pag. 88. at nequaquam fundator fuit cœnobii Izlensis apud Nisibin positi, de quo Ignatius Jacobitarum Patriarcha litem Jesujabo movebat, sed in ejus præfectura tertius ab Abrahamo fundatore successerat, ut ex Thoma Margensi observavi hoc tom. pag. 89.

Hæc de Epistola Jesujabi dicta sint satis.

Eidem Epistolæ in laudato Codice Arabico Vaticano 49. præmittitur *Tractatus Anonymi adversùs Mahometanos, Judæos, Jacobitas, & Melchitas*, inscriptus: كتاب البرهان على صحة الايمان. *Liber Demonstrationis de vera fide*. Auctorem Nestorianum fuisse, & post annum Christi millesimum vixisse, colligitur tùm ex toto libri contextu, in quo Nestorianam sectam propugnat; tùm etiam ex eo quod Eutychium Patricidem Alexandrinum Melchitarum Patriarcham, & Severum Mokaffæum Coptum seù Ægyptium Asmonæorum Episcopum pluribus in locis memorat: Eutychius autem anno Christi 950. obiit, & Severus anno 978. in vivis erat, ut ex Hottingero, Pocockio, & Caveo constat. Præterea Francorum seù Latinorum meminit, qui in Syria & Chaldæa sub Francorum nomine post annum Christi centesimum supra millesimum innotescere cœperunt. Quamobrem aut Jesujabo Malchonis filio, aut certè Eliæ ipsius in Sede Nisibena præcessori librum hunc adjudicaverim; tùm quia eandem materiam uterque Arabicè tractavit; tùm etiam quia Tractatus iste inter Eliæ & Jesujabi opera in laudato Codice Vaticano collocatur. Sed si operis hujusce stylum accuratiùs observes, ad Jesujabum magis accedere videbis. Quid? quod Jesujabi, non Eliæ ætas cum Francis, quorum in hoc libro fit mentio, convenit. Nam Elias quidem circa annum Christi 1060. atque adeò ante Francorum in Syriam adventum obiit, quum successor ejus in Nisibena Sede Ebedjesus ad annum Græcorum 1374. Christi 1063. ab Amro memoretur, ut dixi tom. 2. pag. 447. Jesujabus verò in vivis erat anno Christi 1222 quo Ignatius Jacobitarum Patriarcha ab ipso per literas impugnatus, illius sectæ regimen susceperit. Nisi priora ejus libri folia excidissent, conjecturis hujusmodi opus non fuisset.

Porrò totum opus in quatuor Partes dividitur: quarum *Prima complectitur capita duo*: الفصل الاول يتضمن اقامة الدليل على ان الثالوث المقدس الاه واحد وليس ثلثة الهة وردّا على المعلمين. *Caput I. Demonstratur sanctam Trinitatem unum Deum esse, non tres Deos. Responsio ad Mosulmanos*, hoc est, Mahometanos. Desideratur initium. الفصل الثاني يتضمن الكلام في السيد المسيح وردّا على اليهود. *Caput II. De Christo Domino, adversùs Judæos.* Ca-

Pars II. complectitur capita quatuor. Caput I. oſtenditur Melchitas & Jacobitas duas eſſe recentes ſectas. الجزء الثاني يشتمل على اربعة فصول . الفصل الاول يتضمن اقامة الدليل على ان الملكية واليعقوبية فرقتان محدثتان .

Hic de Eutychio Patricide Melchita deque Severo Mokaffæo Jacobita præfatus, quos multas ait in Neſtorianos calumnias congeſſiſſe, ſubjungit hiſtorica ferè methodo infinitas propemodùm ineptias de fide Chriſtiana ad Græcos, quos ubique Melchitas & aliquando Romæos appellat, invecta; de primis quatuor Conciliis generalibus; de initio, ut ait, Græcorum & Jacobitarum ab Eccleſia defectionis ſub Conciliis Epheſino & Chalcedonenſi; de Maronitis, & Armenis: denique de Mahometanis, quorum tyrannidem ſuprà Romanum Græcumque Imperium viliſſimus aſſentator extollit. الفصل الثاني فى احتجاج قورللوس واشياعه مواضع من الانجيل والجواب عن ذلك .

Caput II. Reſponſio ad objectionem Cyrilli ejuſque ſectariorum ex locis Evangelii petitam, nimirùm expendit illud Joannis, *Verbum caro factum eſt.* الفصل الثالث فى الرد على اليعقوبية . *Caput III. Confutatio Jacobitarum.* الفصل الرابع فى الرد على الملكية .

Caput IV. Confutatio Melchitarum. Multa adversùs utroſque congerit, circa perſonam Chriſti, naturas, ſubſtantias, operationes, & voluntates. Sed tria potiſſimùm notanda, quæ ipſis opponit. Primum, ait Melchitas & Jacobitas locum hunc Apoſtoli ad Hebr. c. 2. هو من دون الله عوض جميع الناس ذاق الموت .

Ipſe præter Deum pro omnibus hominibus guſtavit mortem, corrupiſſe hoc pacto, هو الله عوض جميع الناس ذاق الموت .

Ipſe Deus pro omnibus hominibus guſtavit mortem. Verùm ad hanc Neſtorianorum objectionem reſponſio Barhebræi allata eſt à nobis Tom. 2. pag. 290. Et in Concilio Diamperenſi corruptio multorum locorum Teſtamenti novi Neſtorianis potiùs opponitur, ut refert Thomas à Jeſu in libro de converſione omnium gentium procuranda pag. 355. Secundo aſſerit in Liturgia Jacobi Fratris Domini, quam ipſe velut legitimam nequaquam agnoſcit, hæc verba Sacerdotis ad Deum haberi: اذكر يا سيدتنا والدة الله بنعمة يسوع المسيح .

Memento Mariæ, quæ te genuit per gratiam Jeſu Chriſti. At neque apud Græcos, neque apud Syros ea verba in Liturgia Jacobi exſtant. Quamobrem vel pura puta calumnia eſt; vel Jeſujabus in aliquem corruptum voditem incidit. Tertio de Ægyptiis tùm Jacobitis tùm Melchitis fabulam hanc narrat. Alexandriæ, inquit, idolum quoddam æneum, quod ميكايل *Michaël* dicebatur, ſumma religione colebant Ægyptii: id poſteà nomini Michaëlis Archangeli nuncupatum venerari cœperunt, quum Chriſtianam fidem amplexi ſunt. Ità nimirùm nugatur de Angelio, ſeù Templo Angelis dicato, quod ſub Theophilo Patriarcha conditum dicitur: de quo vide in Diſſertat. de Monophyſitis Tomo 2. præfixa §. 4. verbo, *Angelitæ*.

Pars III. Caput unicum, de præſtantia noſtrorum Orientalium, qui Neſtoriani dicuntur: & quod ii, ut aſſerit, *in recta fide adeò conſtantes fuerint, ut nullam hæc apud ipſos mutationem aut corruptionem ſubierit: & quid de rebus tùm ad religionem, tùm ad diſciplinam ſpectantibus iidem ſentiant.* الجزء الثالث يشتمل على فصل يتضمن فضايل اصحابنا المشارقة المنعوتين بالنسطور وانهم مقيمون على ايمان صحيح لم يعترض فيه تغيير ولا فساد وتبيين رايهم فى فرايض المذهب .

Gentiles ſuos Jeſujabus cæteris Chriſtianis nationibus præſtare affirmat tùm religione, tùm moribus. Primum oſtendere conatur ex eo, quod Orientales Chriſtum in cunabulis primi omnium adoraverint; quod iidem ab Apoſtolis fidem nullo alio mediante acceperint, non inſtar Jacobitarum & Melchitarum, quibus religionem ait arbitrio Regum præſcriptam, non Apoſtolorum prædicatione traditam: quod nulla in Oriente hæreſis emerſerit: quod denique pro Apoſtolica fide ſervanda martyrium data occaſione ſubierint: atque hìc martyres Jeſujabus laudat, qui ſub Perſis paſſi ſunt, aitque, وفى جملتهم من نصارى باجرمى مايه الف وثلثة وستين الف انسان قبلوا الشهادة فى وقت واحد .

inter alios martyres, *Chriſtianorum Bagermitarum*, hoc eſt, Garmææ regionis incolarum *centum ſexaginta tria millia exſtitiſſe, qui uno eodemque momento martyrio coronati ſunt*: perinde ac ſi glorioſiſſimi illi martyres, qui ſub Sapore aliiſque antiquis Perſarum Regibus paſſi ſunt, ad Neſtorianos aliqua ratione ſpectent. Alterum probare nititur, Chriſtianarum virtutum exercitationes enumerando, quas omnes apud ſuos exſtare jactanter affirmat: nimirùm legitimam Præſulum ſuorum electionem, altarium munditiem, jejuniorum puritatem, (ubi fusè de jejunio quadrageſimali diſſerit:) laicorum conjugatorum continentiam, (ubi quoſdam aliarum ſectarum Chriſtianos fugillat, duas uxorum titulo, vel ancillas concubinatus nomine, inſtar Mahometanorum, ducentes:) Clericorum in perſolvendis Horis Canonicis obſervantiam, (atque hìc ſeptem Horas hujuſmodi recenſet: صلاة الصبا . صلاة الليل . صلاة بكرة . الثالثة . السادسة . صلاة العتمة . صلاة نصف الليل . *Preces ſcilicet Veſperarum, Nocti-*

bis,

dis, *Matutini*, *Nonæ*, *Sextæ*, *Tenebrarum*, & *mediæ noctis*: quum tamen ex ipsis Nestorianorum Officiis constet, eos præter Vesperas, Nocturnum, & Matutinum, nullas alias Horas celebrare, ut suo loco dicam: nec satis intelligi queat, quid sint & quàm inter se distinctæ *Preces Noctis*, *Tenebrarum*, & *mediæ noctis*, & cur *Tertiam Horam* in recensione septem Canonicarum omiserit: Primam enim *Matutini* nomine intelligunt Syri. Denique suos sectarios ait Christi Domini Apostolorumque vestigiis inhærere, quum Circumcisionem colunt: واتباعنا فعل سيدنا وتلاميذه الاطهار فى استعمال الختانة لا مثل من فسح لهم وسهل عليهم فى معناها رغبة فى نقلهم عن عبادة الاوثان الى معرفة الله والايمان. *Nos*, inquit, *Dominum nostrum sanctosque ejus Discipulos in usu Circumcisionis sequimur, non ita tamen, ut eos imitemur, quibus illa idcircò permissa fuit, ut facilius libentiusque ab idolorum cultu ad Dei fideique agnitionem adducerentur*. Hinc liquet, non modo Ægyptios Æthiopasque Monophysitas, sed etiam Nestorianos Chaldæos Circumcisionem aliquando exercuisse.

Pars IV. continet tria Capita. Caput I. Responsio ad eum, qui minimè probat, quod nos à communione Melchitarum & Jacobitarum abhorremus. الجزو الرابع يشتمل على ثلثة فصول. الفصل الاول منها جواب من ينكر امتناعنا من اخذ قربان الملكية واليعقوبية.

Errores, ut asserit, Melchitarum & Jacobitarum hos in summa recensetur. Primo Sacerdotes, ait, nudis pedibus Altare ingrediuntur. 2. Ipsi communicant, aliisque communionem porrigunt absque Calice. 3. Communionem præbent, quum cibum sumpserint jejuniumque solverint. 4 Communionem mulieribus pueriisque per vicos & domos deferendam tradunt: mulieribus quoque, & iis qui nullo ordine initiati sunt permittunt, ut Communionem aliis præbeant. 5. Eucharistiam tamdiù repositam conservant, ut corruptioni, & muribus ipsis obnoxia sit. 6. Apud Romæos in fine sacræ Liturgiæ Eucharistiam primùm, deinde aquam fervidam in calicem immittunt: quo fit, ut Eucharistia solvatur. 7. In jejunio Liturgiam celebrant feria prima pro tota hebdomada, & ex Eucharistia illa singulis diebus proferunt quod sumant, contra sacros Canones, quibus præcipitur, ne Eucharistia vel una nocte maneat. 8. Aliquando Eucharistiam in calice sic immiscent, ut panis vinolentus videatur. 9. Quandoque etiam plures Hostias quis uno die sumit, ex oblatione scilicet illius diei, & ex ea, quæ antea reposita fuerat. 10 Oblatio eorum ex foro emitur, eamque mulieres subigunt, & infideles ipsi aut hæretici coquunt. 11. Liturgiam usurpant Jacobo Fratri Domini inscriptam, quæ tamen ejus esse nequit, sed potiùs Jacobo Baradæo tribuenda est propter multos quos complectitur, ut asserit, errores: ut puta quum Eliæ prophetæ commemorationem agunt, qui tamen vivus est; oblatio autem, ut inquit, & commemoratio pro defunctis dumtaxat peragitur. Item Ecclesiam Sion commemorant, quæ Jacobi Apostoli temporibus necdum ad fidem conversa fuerat. Ajunt præterea in quadam Secreta, Deum alloquentes, *Memento Mariæ quæ te genuit per gratiam Jesu Christi*. 12 Quum Eucharistiam porrigunt, dicunt ad eos qui ipsam sumunt, *Hoc est corpus Dei*, &, *hic est sanguis Dei*. 13. Munditiem adeò non curant, ut contingat quempiam eorum in sacra Liturgia à dextris & sinistris altaris exspuere. 14. Aquâ se minimè abluunt, Manichæos imitati, qui id religioni ducebant. 15. Imagines in Ecclesiis multiplicant, ajuntque eas omnes venerandas esse; quum tamen Christi Dominæque imaginem despiciant: nam in balneis aliisque immundis locis eam collocant. 16. Sacerdotes absque Diaconis sacrum faciunt. 17. Sumpto cibo Altare ingrediuntur. 18. Ibidem manducant & bibunt. 19. Pueris, mulieribus, cæterisque laicis patet accessus ad Altare: quin & Judæis ipsis in regione Romæorum, & apud Ægyptios. 20. Patriarchæ, Episcopi, & Monachi apud ipsos & Ægyptios sandaliis minimè utuntur. 21. Ecclesias claudunt vergente die, noctemque ipsi in deliciis transigunt usque ad matutinum tempus: existimant enim nocturnas preces opus Diaboli esse. 22. In jejunio pisces manducant, & vinum bibunt, contra ipsius jejunii præscriptum: nec id tantùm faciunt, sed etiam abstinentes à vino & piscibus condemnant. Eò demùm progressi sunt Ægyptii, ut lacte præterea in jejunio vescantur, filiisque suis ante Baptismum ova & carnes dent. 23. Sabbato & Dominica Jejunium solvunt, jejunantesque his diebus damnant. 24. Franci, hoc est, Latini, jejunium inchoant feria quarta; duobus scilicet post Orientales diebus. Solvunt præterea jejunium singulis Dominicis; & feria quinta Paschatis, seù majoris hebdomadæ, agnos assos manducant. 25. Episcopi & monachi Ægyptii carnibus vescuntur, præter regulam: lineas etiam vestes sub laneis gerunt. 26 Romæi statuas idolorum in templis adhuc retinent. 27. Iidem hebdomadam ante initium jejunii quadragesimalis jejunant propter Heraclii Imperatoris, ut ajunt, jusjurandum, quo se obstrinxerat, se Judæis Palæstinæ parsurum. Mirum sane, inquit, quod indicto unius hebdomadæ jejunio jusjurandum illius quotannis redimunt, quem ipsi veluti hæreticum Monothelitam anathematizant, & tamquam tyrannum vita privarunt. Sed magis mirandum, quod Ægyptii rigidiore, quàm Romæi, jejunio hebdomadam illam colunt: hi siquidem in ea lacticiniis vescuntur; Ægyptii verò nullum, jejunium quadragesimale inter & ipsam, discrimen agnoscunt. 28. Romæi Sabbatum non secùs atque Judæi colentes, in ipso sacram Liturgiam pro mortuis faciunt, in eo dumtaxat acceptam esse pro mortuis Oblationem existimantes. 29. Jacobitæ existimant secundas nuptias à Sacerdotio & Diaconatu impedire;

dire; secùs fornicationem, quam Episcopi eorum scientes volentesque ipsis permittunt. 30. Ægyptii duas uxores uni viro concedunt: ancillas præterea & concubinas, quot voluerit. Æthiopes verò, seù Habissini, quot placuerint, uxores ducunt. Episcopi autem in regione nigrorum, hoc est, in Nubia, instar laicorum, conjuges habent. 31. Eunuchos & Spadones ad sacros ordines admittunt. Has, inquit, ob causas Jacobitarum simul & Melchitarum communionem devitant Nestoriani, quorum contrarias prædictis consuetudines opponit. Deo nimirùm ita disponente, ut quo ferè tempore Michaël Cerularius Græcorum Patriarcha conquisitis diversarum criminationum capitibus Orientem in Latinos excitare contenderat, Nestoriani aliique Orientis hæretici adversùs Græcos ipsos consurgerent.

Caput II. Adversùs Romæos seù Græcos, qui de Patribus & Locis sanctis gloriantur.

الفصل الثاني فى نقض ما يفتخر به الروم من الابا والاثار.

Ut Orientales suos Græcis præstare ostendat, hæc Orientis privilegia enumerat. Primum, ait, Paradisus situs est in Oriente. 2. Orientales primi omnium gentium Christum agnovere, eumque oblatis muneribus adorarunt. 3. Institutus est ab Apostolis ad Orientem adoratio. 4. Patres generis humani tùm ante, tùm post diluvium in Oriente fuerunt: Adam scilicet & Eva, eorumque filii usque ad Noë; deinde Noë cum descendentibus suis usque ad Abraham: Abraham verò ex Oriente in Palæstinam profectus est: Christus denique ex semine Abrahæ Orientalis fuit: & Apostoli ipsi fidei nostræ fatores ad Orientem spectant. At Græci, inquit, Occidentalesque neque de Patribus, neque de Prophetis gloriari possunt, sed tantùm de Saturno, Jove, Marte, Mercurio, Venere cæterisque prophanis numinibus, deque hæresiarchis Simone Mago, Valentino, Ario, Macedonio, Origene, Paulo, Photino, Apollinario aliisque; subjungit de Hierosolyma:

فان افتخروا بيبت المقدس انه فى ايديهم فما صدقوا. فانما هو فى ايدى العرب وملكهم. ولعمرى ان القدس قد كان فى ايديهم اذ كان ايمانهم صحيحًا وامرهم مستقيمًا. فلما مرقوا عن صحيح الايمان لم يزلوا مولين بين ايدى اعدايهم منقلبين من المواضع المقدسة التى كانت فى ايديهم.

Quodsi Hierosolymam, inquit, *se possidere jactent, mentiuntur: Est enim sub Arabum potestate & regno. Eam sanè possidebant, quum orthodoxam fidem tenebant. At postquam à vera religione defecerunt, hostibus suis subjecti fuere, à Locis sanctis, quæ olim in eorum dominio erant, exules facti.* Hinc patet librum hunc à Jesujabo compositum, postquam Arabes Hierosolymam pulsis Latinis recuperarunt: hoc est, post annum Christi centesimum octogesimum septimum suprà millesimum: nam Latini eam urbem, quam anno Christi 1099. expugnaverant, quum annos octo supra octoginta tenuissent, anno demùm 1187. amisere. Demùm sancta sanctis comparans, in eo se errore versari declarat, ut existimet, Animas sanctorum in Paradiso terrestri commorari. وان افتخروا بكون بيت المقدس فى الغرب فعندنا فى المشرق الفردوس الذى لا يدانيه بيت المقدس الذى اليه بعث المسيح نفس اللص ولم يتركها فى بيت المقدس. وان قالوا عندنا جسد فطروس وفولوس قلنا عندنا فى الفردوس اخنوخ واليا لم يموتا: وانفس فطروس وفولوس وجميع الانبيا والصديقين والصالحين. والانفس اكرم من الجثث والاجساد. وعندنا ايضا ما ليس بدون جثة فطروس وفولوس وهو جثة حزقيال النبى فى الزاب. وجثة دانيال النبى بالسوس وجثة مار ثوما الصليح بالهند ومار تادى بالرها. ونثنايل بارمينية ومار مارى الصليح بدير قى وجماعة لا احفظ اسماهم.

Si gloriantur, inquit, *Hierosolymam in Occidente se habere, reponimus nobis esse in Oriente Paradisum, cui Hierosolyma comparari nequit: in eum quippe Christus animam Latronis misit, non Hierosolymæ illam reliquit. Quodsi subjungant, apud ipsos corpus Petri & Pauli exstare, subjungimus & nos, in Paradiso apud nos Enochum & Eliam adhuc vivos degere: similiter & animas Petri & Pauli, omniumque Prophetarum, Apostolorum, Sanctorumque. Animæ autem cadaveribus corporibusque præstant. Præterea habemus & nos quod cadavere Petri & Pauli haud inferius est: nimirùm cadaver Ezechielis Prophetæ in Zaba, cadaver Danielis Prophetæ in Susan, cadaver sancti Thomæ Apostoli in India, sancti Thaddæi in urbe Edessa, Nathanaëlis* (hoc est, Bartholomæi, ut putant Chaldæi) *in Armenia, sancti Maris Apostoli in Dair-Kona, aliorumque plurimorum, quorum nomina mihi nunc in promptu non sunt.* Hæc ille, falsa quidem, sed ad Nestorianæ sectæ penitiorem cognitionem habendam hic à nobis commemorata.

Caput III. Epilogus. الفصل الثالث يتضمن كلامًا جليًا فى معنى الكتاب.

Summam exhibet eorum, quæ de Nestorianis à nonnullis tradita refellit. Quosdam ait affirmare, Nestorianos à trecentis duodeviginti Patribus Nicænis damnatos fuisse, quum tamen Nestorius, ut subjungit, sexaginta annis post Nicænum Concilium natus sit. Alios ad Arium Alexandrinum eos referre. Alios existimare, Nestorianos profiteri Christum Dominum imperfectum fuisse usque ad Baptismum, quo à Joanne accepto perfectionem consequutus sit. Nonnullos dicere ipsos Beatæ Virginis adversarios, cujus neque commemorationem in statis precibus peragant, neque imaginem in Ecclesiis teneant. Eutychium Melchitam, & Severum

CAPUT CXCVI.

Joannes Zugbi Presbyter & monachus.

1 Joannes 1 Zugbi collegit
2 Compositiones 2 Grammaticas,

Easque

rum Mokaffæum Ægyptium multas calumnias in Nestorium sectariosque congerere: de Nestoriana denique secta hanc sententiam ferre, ut eam narrent pridem extinctam, deinde per Barsumam Nisibenum Metropolitam instauratam fuisse.

1 *Joannes Zugbi filius* monachus ac Presbyter fuit in cœnobio Kokensi, quod Sabarjesu nuncupatum est, in regione Arbelensi: ubi auditorem habuit Jacobum Severum Tagritensem Episcopum, teste Gregorio Barhebræo in Chronico Syriaco Par. 3. in Vita Joannis Aaronis Bar-Maadani Maphriani. Floruit ineunte tertio decimo christiano sæculo, ut dixi Tom. 2. pag. 455.

2 *Compositiones Grammaticas in unum volumen congessit*. Duplex Joannis Grammatica, tàm metro alligata, quàm soluta oratione cum diversis variorum de eadem re Tractatibus exstat ms. in Biblioth Vatic. Cod. Syr. Ecchell. 27. (Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 578.) *qui descriptus dicitur ex Codice exarato à Josue Presbytero Joannis filio in urbe Bagdadensi sub Sabarjesu hujus nominis quinto Patriarcha cognomento Bar-Messia, feria 4. die 10 Novembris anno Græcorum* 1558. *die 26. Gemadi prioris anno Hegiræ* 644. (Christi 1246) qui modo in Bibliotheca S. Petri Montis Aurei in Urbe conservatur. In eo autem Codice sequentes Tractatus à Joanne Zugbi vel collecti, vel compositi habentur.

Videlicet. I. ...

Eliæ Metropolitæ Nisibis de literis. De literis genitivis (hoc est, radicalibus,) *& additiis. De literis, quæ casus appellantur. De literis lenibus, & asperis. De literis, quæ corripiuntur*, (hoc est, scribuntur quidem, sed non pronunciantur.) *De literis, quæ mutuò permutantur. De punctis, quæ appositiones seù affixa vocantur: apponuntur autem dictionibus pluralibus, ut eas à singularibus distinguant. De syllabica dictionum Syriacarum comprehensione.* II. ...

Hucusque Grammatica Mar Eliæ; sequitur Mar Joannis cognomento Bar Zugbi. Videlicet: *De Partibus Orationis, quot sint. De Nomine, quod est prima Pars Orationis, deque ejus divisionibus. De iis, quæ Nomini accidunt, nimirùm Genus, Species, Numerus, Figura, Qualitas, Casus. De Substantia, & Accidentibus*: Ubi Joannes philosophicè tractat de Decem, ut Logici ajunt, Prædicamentis. *De Verbo, quod est secunda Pars Orationis*. Hic fusè disserit de Verbo Dei & de Incarnatione, sensu tamen prorsùs Nestoriano. *De iis, quæ Verbum consequuntur, id est, opus, cogitatio, vox, scriptura. De Verbi definitione, & divisione. De iis, quæ Verbo accidunt, hoc est, Genus, Numerus, Tempus, Persona, Qualitas, Species, Modi.* III. ...

Eliæ Metropolitæ Nisibis, de Specie. IV. ...

Joannes Zugbi de Pronomine, quod eſt pars tertia Orationis. De Participio, quod eſt pars quarta Orationis. De Adverbio, quod eſt pars quinta Orationis. De Præpoſitione, quæ eſt pars ſexta Orationis. De Conjunctione, quæ eſt pars ſeptima Orationis. De Vocalibus, ſeù Punctis. V.

Nomina Punctorum diſcernentium (hoc eſt, unam dictionem ab altera diſtinguentium.) *quæ magna dicuntur, interprete Mar Elia* (primo) *Catholico.* Vide ſuprà pag 265. VI.

Joannis Zugbi de literis ſervilibus Aleph, Mim, Nun, Tau. De literis lenius, vel aſperius pronunciandis. VII.

Explicit aptus Grammaticæ artis contextus auctore monacho probato, cœnobita perfecto, aſceta admirabili, Presbytero vero, directore ſuſpiciendo, manuductore gratiæ, magiſtro noſtro Joanne cognomento Bar-Zugbi, è ſacro cœnobio ſancti Mar Sabarjeſu in Koka. Item ejuſdem *carmen* metro heptaſyllabo *de ſeptem partibus Orationis, quo veluti compendio tota Grammatica continetur.* Initium: *Perfecto ſapientiæ amatori, virtutumque ſtudioſo &c.* VIII.

Joſephi Epiſcopi Mardæ cognomento Bar-Malchon, carmen metro dodecaſyllabo *de Punctis, inſcriptum Rete Punctorum:* Initium, *In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, trium perſonarum, unius ſubſtantiæ, unius Dei, uniuſque eſſentiæ &c.* IX.

Diſtinctio vocum ſcriptura quidem ſimilium, ſed ſenſu differentium, quæ per Puncta diſtinctiva noſcuntur & diſcernuntur. Initium: *Abba, Pater, ex paternitate* naturali, *juxta illud, non habemus patrem in terra:* & cætera ordine Alphabetico. Auctor hujus Tractatus videtur eſſe Eudochus, ſeù Eudoxius Presbyter Melitinenſis, de quo dixi tom. 2 pag. 308: ejus enim diſertum nomen præfertur in aliis mss. Codd. qui circumferuntur. Specimen do in hac voce *Tharſis*.

Tharſis, inquit, *id eſt, lapis albus ſplendens inſtar lucis, ut* Exod. 28. 20. *Tharſis & Iaſpis* (in Vulgat. Lat. & Græc. Chryſolitus, Onychinus & Beryllus.) *Tharſis verò urbs eſt & portus, juxta illud*, Pſalm. 72 10. *Reges Tharſis, hoc eſt, Sinarum.* Eadem leguntur in Lexico Bar-Bahlul. Unde liquet, ex horum Auctorum ſententia naves Salomonis in Indiam Orientalem & uſque ad Sinarum regionem navigaſſe. X.

Carmen metro heptaſyllabo *de quæuor Punctis radicalibus, quæ diſtinctiva & magna dicuntur, auctore quodam Philoſopho.* Initium: *Aeue mentem tuam, Lector, vagaſque cogitationes collige.* Abſolutus dicitur hic liber

anno Græcorum 1770. hoc eſt Chriſti 1459. XI. *Eliæ Niſibeni Nomenclator* Syro-Arabicus, de quo ſuprà pag. 267. XII. Denique *Joſue Bar Ali medici Lexicon* Syro-Arabicum, de quo ſuprà hoc tom. pag. 257.

Porrò à Joanne Zugbi in citato Codice Ecchellen. 27. laudantur hi Grammatici.

Easque in unum volumen congessit.

Præterea edidit Orationes [1] metricas.

1

CAPUT CXCVIII.

Salomon Episcopus Bassoræ.

Salomon [2] Chalatensis Bassoræ [3] Fecit librum [4] Apis:

2
3
4

Fe-

Jesudenah Episcopus: Achudemes: Joannes Stylita: Joseph Huzita: Joannes (seù Honainus) *medicus: & Elias Metropolita Nisibis.*

1 *Orationes metricas.* Exstat penes me *Carmen* metro heptasyllabo *de Baptismo & Eucharistia*, ex pervetusto Codice in urbe Mosul descriptum mihique transmissum: in quo Joannes Zugbi fallam popularium suorum opinionem de Fermento Eucharistiæ & Baptismi ab Apostolis ad ipsos continuata, ut sibi persuadent, & nunquam interrupta serie derivato, ex apocrypho quodam libro Simonis Petri nomine inscripto, & ex Simeonis cujusdam Presbyteri sibi æqualis auctoritate confirmare nititur. Sacro præterea Occidentalium, ut vocat, Chrismati ex oleo, balsamo, aliisque aromaticis speciebus composito, purum simplexque oleum, quo Nestoriani pro Chrismate utuntur, longè præferendum existimat: suos quidem tamquam antiquissimi & Apostolici ritus tenaces commendans; cæteros verò velut novitatis studiosos traducens. Et de utroque quidem Fermento hanc fabellam tradit. Baptizato, inquit, in Jordane Christo Domino, Joannes Baptista ex aquis de sacro ipsius corpore defluentibus vasculum implevit, conservatumque usque ad diem decollationis suæ, discipulo suo Joanni Evangelistæ custodiendum tradidit. Eidem Joanni Evangelistæ, subjungit, quum Christus in cæna Eucharistiam instituisset, partemque unam singulis Apostolis distribuisset, duplicem præbuit, quarum alteram ille sumpsit, alteram non secùs atque Vasculum aquæ, repositam custodivit. Et in ipsum quidem vasculum Aquam posteà, quæ de latere Christi in cruce pendentis effluxit, immisit, sanguinem verò Eucharistico pani commiscuit. Hoc ait Eucharistiæ, illud Baptismi fermentum fuisse. Nam Apostolos post acceptum Spiritum sanctum antequam in eam, quæ sibi obtigerat, orbis terrarum partem ad prædicandum Evangelium proficiscerentur, Aquam illam & Panem Eucharisticum inter se divisisse, quibus tamquam Fermento in utroque illo Sacramento administrando usi fuerint. Hæc nimirùm Fermenti origo est, de quo tantoperè gloriantur Nestoriani, ut graves cæteroquin illius sectæ Scriptores, Jesujabum & Ebedjesum Nisibenos Archiepiscopos, non puduerit affirmare, nullam aliam præter Nestorianos Christianam gentem Apostolicas traditiones quoad utriusque illius Sacramenti materiam fartas tectasque servasse.

2 *Salomon Chalatensis* (non *Chalatia*, ut perperàm Ecchellensis & Hottingerus,) hoc est, ex urbe Chalata oriundus, Jesujabi Malchonis, cujus suprà facta est mentio, æqualis, Bassorensem Ecclesiam Metropolita regebat anno Christi 1222. quo ordinationi Sabarjesu Patriarchæ interfuit, ut ex Amro notavi tom. 2. pag. 453. Est autem Chalata urbs Mediæ non ignobilis, cujus Episcopus Nestorianus Joannes laudatur ab Amro in Vita Eliæ III. Patriarchæ Tom cit. pag. 450. Eadem terræmotu corruisse narratur in Chronico Noë Jacobitarum Patriarchæ anno Christi 1245. & 1434., hoc est, anno 251. & anno 62. ante annum Græcorum 1802. quo Chronici sui Breviarium idem Noë conscripsit, ut liquet ex eodem Tom 2. pag. 470. & 471.

3 *Bassoræ.* Ejus urbis Metropolita Nestorianus hoc etiam nomine appellari solet, *Metropolita Perat-Maisan*, hoc est, Mesenæ insulæ, de qua in Dissertatione de Monophysitis, Tomo secundo præfixa verbo *Bassora*.

4 *Librum Apis.* Titulus libri est, *Liber Spicilegii, Apis inscriptus, auctore Mar Salomone Metropolita Perat-Maisan* (hoc est,

Bas-

Et alterum de figura cæli & terræ: Et Oratiunculas: & Preces.

Paſſoræ) *ab eodem nuncupatus cuidam ſocio ſuo, ideſt, Domino Narſeti Epiſcopo Coniſapor in Vazich*, ut ex Præfatione ejuſdem libri colligitur. Binum exemplar habemus in bibliotheca Vaticana: alterum imperfectum, quo priora capita quadraginta dumtaxat continentur, Cod. Syr. 9. Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 488. Alterum integrum, Libro Margaritarum & Catalogo Sobenſis ſubjunctum in Codice ms. Ecchell. 17. To. 1. Bibl. Orient. p 576. cui hæc inſcriptio præfigitur:

Liber iſte Apis, & Margaritarum eſt ſancti & inclyti martyris Domini Cyriaci in oppido Salach regionis Baruar, à fidelibus proprio ejuſdem ſancti ære emptus. Ad calcem verò notatur tempus ſcripti Codicis in hæc verba.

Abſolutus eſt ope Domini noſtri liber iſte Spicilegii, qui Apis inſcribitur, & Deo laus & gratiarum actio in trinitate perſonarum æqualium & indiviſibilium Amen. Scriptus autem fuit liber iſte anno milleſimo centeſimo octogeſimo ſeptimo Alexandri filii Neſtibi Regis Græci, menſe Februario, die decimaquarta, feria quarta abſolutus fuit. Exaravit librum hunc vir miſer, peccator, humilis, pollutus, implicitus omnibus adverſis praviſque operibus, & gravibus peccatis inquinatus, Gabriel neque ſchemate, quo indutus eſt, neque memoria inter homines dignus. Rogat itaque precaturque quotquot in hoc libro legerint, aut ex ipſo deſcripſerint, ſi quidem erratum aut mendum offenderint, ut id chriſtiana charitate corrigant, nec maledictionis lapides in me jaciant, ſed dicant: Deus univerſorum Dominus debita & peccata miſeri amanuenſis dimittat, ſicut publicano & meretrici pro gratia ſua condonavit, Amen Amen. Exarandi autem hujus libri hæc cauſa fuit; in gratiam ſcilicet ſpiritualis in Domino fratris, dilecti ac venerabilis Sacerdotis veri, qui Sacerdotio coram Domino ſuo purè fungitur, Presbyteri Joannis filii Presbyteri Jonæ. Dignos, oro, efficiat eos Dominus, ut indeficientibus felicitatibus cum ipſo fruantur Amen. Benedictus Deus in ſæculum, & laudabile nomen ejus in generationem generationum. In regione Baz, in oppido benedicto Beth-Selom, quod Dominus cum incolis ſuis cuſtodiat. Sed loco *Neſtibi*, cujus Alexander filius dicitur, nomen *Philippi* reſtituendum, & in Epocha ejuſdem Alexandri pro anno 1187. annus 1787. reponendus. Nam annus 1187. anno Chriſti 876. reſpondet, quo nec Ebedjeſus Sobenſis nec Salomon Baſſorenſis, quorum hic opera deſcribuntur, nati fuerant. Anno verò Alexandri 1787. Chriſti 1476. dies decimaquarta Februarii in feriam quartam incidit.

Totum opus in Partes duas, & in capita ſexaginta dividitur. *Præfatio* incipit.

CA-

Non debent filii parentibus thesaurizare, inquit beatus Paulus, sed parentes filiis spiritualibus. Nos igitur tibi retribuere debemus, dilecte frater noster, baculus senectutis nostræ, religiosissime Dei, Domine Narses Episcope Conisapor in Beth-Vazich. Recolimus enim tuam in nos sollicitudinem &c.

Pars I. Capita 32 De rebus ad Testamentum Vetus spectantibus. *Caput* 1.

De æterna Dei mente, condendi creaturas. Ideam intelligit condendarum creaturarum, quæ in mente Dei ab æterno fuit. Quum autem omnia propter Adam creare Deus statuisset, hinc, inquit, Adamus creaturas omnes in mente Dei antecessit, etsi reipsa creaturæ ante Adamum conditæ fuissent.

2. *De creatione septem naturarum in silentio.* nimirùm, cæli, terræ, aquæ, aëris, ignis, Angelorum ac tenebrarum: ubi tenebras non lucis privationem, sed quid existens esse putat: quod & infrà cap. 6. docet. In silentio autem naturas prædictas à Deo creatas ait, quod absque voce, (rationem ipse sibi excogitavit,) conditæ sint:

quoniam, inquit, *nondum erat qui vocem audiret, rectè eas in silentio creavit.*

3. *De creatione terræ, aquæ, aëris, & ignis.* Hic Theodori doctrinam sequutus, spiritum Dei, qui super aquas ferebatur, ventum fuisse affirmat, indoctos reputans, qui de Spiritu sancto locum illum interpretati sunt. Ita nimirùm vir Nestorianus cum primariis etiam Ecclesiæ Doctoribus, Basilio inquam & Ephræmo, agit, quum à Theodori Mopsvesteni doctrina recedunt.

4. *De cælo.* Quosdam arguit, qui aquas suprà cælum positas sanctos Angelos esse dicunt, aut Christi Domini humanitatem.

5. *De Angelis* Novem quidem Choros, sed hoc ordine ponit.

Angeli, inquit, *novem chori sunt, & tres ordines, seù Hierarchiæ. Superni, medii, & infimi. Superni sunt, Cherubim, Seraphim, & Throni. Hi Pontifices appellantur, & summi Pontifices, & gestatores throni Dei. Medii, Dominationes, Virtutes, & Potestates. Hi Sacerdotes dicuntur, quod ab iis, qui suprà ipsos sunt, revelationes accipiunt. Infimi, Principatus, Archangeli, & Angeli. Hi ministri sunt, qui creaturis administrant.* Omnium principem ait esse Gabrielem:

Princeps, inquit, *& primus omnium, & supremus est Gabriel, idemque mediator Dei & creaturæ.* De Angelis verò ad hominum custodiam destinatis hæc habet.

Cum unoquoque nostrum est unus ex hoc choro Angelus, qui Angelus Providentiæ appellatur; idque ab hominis conceptu usque ad communem resurrectionem. Exutas enim corporibus animas & corpora ipsa sepulcris mandata ab iisdem Angelis custodiri existimat, donec iterùm in communi resurrectione conjungantur. De numero denique uniuscujusque chori sic definit.

Unusquisque Angelorum chorus numerum omnium hominum æquat ab Adamo usque ad resurrectionem.

6. *De tenebris.*

7. *De creatione lucis.* Angelos affirmat vespere feriæ primæ creatos, lucem verò matutino ejusdem feriæ tempore.

8. *De creatione Firmamenti.*

9. *De creatione arborum & plantarum: deque conditu marium & fluminum.*

ﺣﻨﻪ ﺍﻟﻤﺨﻠﻮﻗﺎﺕ ﺍﻟﻤﺘﺤﺮﻛﺔ ﺍﻟﺘﻲ ﺧﻠﻘﻬﺎ ﺍﻟﻠﻪ ﻓﻲ ﺍﻟﻤﺎﺀ ﻭﺍﻟﻄﻴﻮﺭ ﺍﻟﺘﻲ ﺧﻠﻘﻬﺎ ﺍﻟﻠﻪ ﻓﻲ ﺍﻟﺠﻮ ﻭﺍﻟﺤﻴﻮﺍﻧﺎﺕ ﺍﻟﺘﻲ ﺧﻠﻘﻬﺎ ﺍﻟﻠﻪ ﻓﻲ ﺍﻟﺒﺮ .

10. *De conditu luminarium*. ﻋﻦ ﺍﻟﻤﺼﺒﺎﺡ ﺍﻟﺬﻱ ﺻﻨﻌﻪ ﺍﻟﻠﻪ .

11. *De creatione draconum, & piſcium, & volucrum, & reptilium, quæ in mari ſunt.* ﻋﻦ ﺧﻠﻖ ﺍﻟﺘﻨﺎﻧﻴﻦ ﻭﺍﻟﺴﻤﻚ ﻭﺍﻟﻄﻴﺮ ﻭﺍﻟﺪﺑﺎﺑﺎﺕ ﺍﻟﺘﻲ ﻓﻲ ﺍﻟﺒﺤﺮ .

12. *De creatione animalium & pecorum.* ﻋﻦ ﺧﻠﻖ ﺍﻟﺒﻬﺎﺋﻢ ﻭﺍﻟﻤﻮﺍﺷﻲ .

13. *De formatione Adæ.* ﻋﻦ ﺟﺒﻠﺔ ﺁﺩﻡ ﻭﻫﻮ ﻗﻮﻟﻪ ﺍﻟﺬﻱ ﻓﻲ ﺍﻟﺘﻜﻮﻳﻦ ﺍﻟﺜﺎﻧﻲ ﻣﻦ ﺍﻟﺒﻬﺎﺋﻢ ﻭﻣﻦ ﻃﻴﺮ ﺍﻟﺴﻤﺎﺀ ﻓﺠﺎﺀ ﺑﻬﺎ ﺍﻟﻠﻪ ﺇﻟﻰ ﺁﺩﻡ ﻟﻴﺮﻯ ﻣﺎ ﻳﺪﻋﻮ ﻛﻞ ﻭﺍﺣﺪ ﻣﻨﻬﺎ ﻭﻛﻞ ﻣﺎ ﺩﻋﺎ ﺁﺩﻡ ﻟﻜﻞ ﻧﻔﺲ ﺣﻴﺔ ﻓﻬﻮ ﺍﺳﻤﻬﺎ ﻭﺍﻟﻠﻪ ﺍﻟﺬﻱ ﺳﻠﻄﻪ ﻋﻠﻰ ﺍﻟﻤﺨﻠﻮﻗﺎﺕ ﻛﻠﻬﺎ ﻭﺍﻣﺮﻩ ﺃﻥ ﻳﺴﻤﻴﻬﺎ ﻛﻤﺎ ﺷﺎﺀ ﻭﺍﻟﺴﻠﻄﺎﻥ ﻟﻠﺴﻴﺪ ﻋﻠﻰ ﻋﺒﺪﻩ ﻭﻫﺬﺍ ﻫﻮ ﺍﻟﺬﻱ ﻗﺎﻝ ﻣﻮﺳﻰ ﻓﻲ ﺍﻟﺘﻜﻮﻳﻦ ﺍﻟﺜﺎﻧﻲ ﻭﺟﺒﻞ ﺍﻟﺮﺏ ﺍﻹﻟﻪ ﻛﻞ ﺣﻴﻮﺍﻥ ﺍﻟﺒﺮ ﻭﻛﻞ ﻃﻴﺮ ﺍﻟﺴﻤﺎﺀ ﻭﺃﺗﻰ ﺑﻬﺎ ﺇﻟﻰ ﺁﺩﻡ ﻟﻴﺮﻯ ﻣﺎ ﻳﺪﻋﻮ ﻛﻞ ﻭﺍﺣﺪ ﻣﻨﻬﺎ ﻭﻛﻞ ﻣﺎ ﺩﻋﺎ ﺁﺩﻡ ﻟﻜﻞ ﻧﻔﺲ ﺣﻴﺔ ﻓﻬﻮ ﺍﺳﻤﻬﺎ ﻭﺍﻟﻠﻪ ﺍﻟﺬﻱ ﺳﻠﻄﻪ ﻋﻠﻰ ﺍﻟﻤﺨﻠﻮﻗﺎﺕ ﻛﻠﻬﺎ ﻭﺍﻣﺮﻩ ﺃﻥ ﻳﺴﻤﻴﻬﺎ ﻛﻤﺎ ﺷﺎﺀ ﻭﺍﻟﺴﻠﻄﺎﻥ ﻟﻠﺴﻴﺪ ﻋﻠﻰ ﻋﺒﺪﻩ ﻭﻫﺬﺍ ﻫﻮ ﺍﻟﺬﻱ ﻗﺎﻝ ﻣﻮﺳﻰ ﻓﻲ ﺍﻟﺘﻜﻮﻳﻦ ﺍﻟﺜﺎﻧﻲ

Quod Geneſ. 2. de animantibus terræ & volatilibus cæli dicitur, *adduxit ea Deus ad Adam, ut videret, quid vocaret ea* &c. id Baſſorenſis ſic interpretatur. ﻭﺟﺒﻞ ﺍﻟﺮﺏ ﺍﻹﻟﻪ ﻛﻞ ﺣﻴﻮﺍﻥ ﺍﻟﺒﺮ ﻭﻛﻞ ﻃﻴﺮ ﺍﻟﺴﻤﺎﺀ ﻭﺃﺗﻰ ﺑﻬﺎ ﺇﻟﻰ ﺁﺩﻡ ﻟﻴﺮﻯ ﻣﺎ ﻳﺪﻋﻮ ﻛﻞ ﻭﺍﺣﺪ ﻣﻨﻬﺎ ﻭﻛﻞ ﻣﺎ ﺩﻋﺎ ﺁﺩﻡ ﻟﻜﻞ ﻧﻔﺲ ﺣﻴﺔ ﻓﻬﻮ ﺍﺳﻤﻬﺎ ﻭﺍﻟﻠﻪ ﺍﻟﺬﻱ ﺳﻠﻄﻪ ﻋﻠﻰ ﺍﻟﻤﺨﻠﻮﻗﺎﺕ ﻛﻠﻬﺎ ﻭﺍﻣﺮﻩ ﺃﻥ ﻳﺴﻤﻴﻬﺎ ﻛﻤﺎ ﺷﺎﺀ ﻭﺍﻟﺴﻠﻄﺎﻥ ﻟﻠﺴﻴﺪ ﻋﻠﻰ ﻋﺒﺪﻩ ﻭﻫﺬﺍ ﻫﻮ ﺍﻟﺬﻱ ﻗﺎﻝ ﻣﻮﺳﻰ ﻓﻲ ﺍﻟﺘﻜﻮﻳﻦ ﺍﻟﺜﺎﻧﻲ

Regiam ei poteſtatem dedit ſuper omnes creaturas, præcepitque ei, ut ſingulis earum nomen imponeret: non quod omnia jumenta, & natantia in mari, & volatilia cæli congregaverit Deus ad Adam, ut nomina iis imponeret; ſed quia accepit in ea dominium, & poteſtatem, ut pro libitu ſuo iis uteretur, ipſiſque nomina, tamquam dominus ſervis imponeret. Baſſorenſi conſonat Gregorius Barhebræus in Horreo myſteriorum, commentar. in Geneſ. ﻭﺟﺒﻞ ﺍﻟﺮﺏ ﺍﻹﻟﻪ ﻛﻞ ﺣﻴﻮﺍﻥ ﺍﻟﺒﺮ ﻭﻛﻞ ﻃﻴﺮ ﺍﻟﺴﻤﺎﺀ ﻭﺃﺗﻰ ﺑﻬﺎ ﺇﻟﻰ ﺁﺩﻡ ﻟﻴﺮﻯ ﻣﺎ ﻳﺪﻋﻮ ﻛﻞ ﻭﺍﺣﺪ ﻣﻨﻬﺎ ﻭﻛﻞ ﻣﺎ ﺩﻋﺎ ﺁﺩﻡ ﻟﻜﻞ ﻧﻔﺲ ﺣﻴﺔ ﻓﻬﻮ ﺍﺳﻤﻬﺎ ﻭﺍﻟﻠﻪ ﺍﻟﺬﻱ ﺳﻠﻄﻪ ﻋﻠﻰ ﺍﻟﻤﺨﻠﻮﻗﺎﺕ ﻛﻠﻬﺎ ﻭﺍﻣﺮﻩ ﺃﻥ ﻳﺴﻤﻴﻬﺎ ﻛﻤﺎ ﺷﺎﺀ ﻭﺍﻟﺴﻠﻄﺎﻥ ﻟﻠﺴﻴﺪ ﻋﻠﻰ ﻋﺒﺪﻩ ﻭﻫﺬﺍ ﻫﻮ ﺍﻟﺬﻱ ﻗﺎﻝ ﻣﻮﺳﻰ ﻓﻲ ﺍﻟﺘﻜﻮﻳﻦ ﺍﻟﺜﺎﻧﻲ

Adduxit ea, inquit, *ad Adam, ut videret, quid vocaret ea. Nimirùm ea in mentem ejus revocavit, non corporaliter ad eum adduxit. Pleraque enim animalia aquatilia, quum ex aqua recedunt, vivere nequeunt.*

14. *De Eva.* ﻋﻦ ﺣﻮﺍ .

15. *De Paradiſo.* ﻋﻦ ﻓﺮﺩﻭﺱ . Quum diverſas de ſitu Paradiſi ſententias retuliſſet, ſuam de eodem errorem his verbis exponit. ﻭﺃﻣﺎ ﻧﺤﻦ ﻓﻨﻘﻮﻝ ﺇﻥ ﻓﺮﺩﻭﺱ ﻫﻮ ﻣﺴﻜﻦ ﺍﻟﺤﻴﻮﺍﻧﺎﺕ ﺍﻟﺼﺪﻳﻘﻴﻦ ﻭﻫﻨﻮﻙ ﺳﻜﻦ ﺃﺧﻨﻮﺥ ﻭﺇﻳﻠﻴﺎ ﻭﺃﻣﺎ ﻧﻔﻮﺱ ﺍﻟﺨﻄﺎﺓ ﻓﺈﻧﻬﺎ ﺗﺴﻜﻦ ﻓﻲ ﺍﻟﺠﺤﻴﻢ ﺇﻟﻰ ﺍﻟﻘﻴﺎﻣﺔ ﻭﺍﻟﺪﻳﻦ ﻓﺘﺼﻌﺪ ﺍﻟﺼﺪﻳﻘﻴﻦ ﺇﻟﻰ ﺍﻟﺴﻤﺎﺀ ﻭﺗﺴﻜﻦ ﺍﻟﺨﻄﺎﺓ ﻋﻠﻰ ﺍﻷﺭﺽ .

Nunc Paradiſus *habitaculum eſt animarum juſtorum. Ejus autem cuſtodes Henoch, & Elias. Animæ verò peccatorum extra Paradiſum jacent in profundo loco, qui Eden vocatur. Poſt reſurrectionem autem tam juſtorum, quàm peccatorum animæ corpora ſua reſument: & juſti quidem cælum intrabunt, fietque cælum juſtorum terra; peccatores autem ſuper terram manebunt.* Hæc ille. Errorem errori addit infrà, quum homines peccatores & malos ipſos dæmones tandem aliquando pœnitentiam acturos & in cœlum recipiendos fore juxta Origenianam hæreſim affirmat.

16. *De peccato Adæ.* ﻋﻦ ﺧﻄﻴﺌﺔ ﺁﺩﻡ Arborem ſcientiæ boni & mali ficum fuiſſe arbitratur.

17. *De exitu Adæ & Evæ de Paradiſo.* ﻋﻦ ﺧﺮﻭﺝ ﺁﺩﻡ ﻭﺣﻮﺍ ﻣﻦ ﺍﻟﻔﺮﺩﻭﺱ Fabulam narrat de Baculo, quem Adam ex arbore ſcientiæ boni & mali præciſum, quum è Paradiſo ejectus eſſet, ſecum tuliſſe refert. Hunc ait per Patrum manus uſq; ad Moyſen tranſiiſſe, & à Moyſe uſque ad Chriſtum, cujus crucis pars fuerit. Id commentum perinde ac ſi non ſatis fuiſſet hìc indicatum, uberiùs exponit infrà cap. 30.

18. *Quod Adam Evam cognoverit.* ﺍﻥ ﺁﺩﻡ ﻋﺮﻑ ﺣﻮﺍ Hìc Adæ generationes deſcribit uſque ad Noë, non Hebraicum textum in ſupputatione annorum, ſed Græcam verſionem ſequutus. Poſtquam enim Mar-Abas, cognomento Magnus, Neſtorianorum Patriarcha, Teſtamentum Vetus ex Græco ſermone in Syriacum tranſtulit, variare cœperunt ejuſdem ſectæ Syri, Patrum annos ſupputantes vel juxta Hebraicum fontem verſionemque ejus Syriacam vulgatam, vel ſecundùm Græcam ſeptuaginta interpretum editionem. Idem & Jacobitis contigit poſt ſextum Chriſti ſæculum. Quod autem Baſſorenſis de Caini & Abelis ſororibus ſcribit, quas fuiſſe in cauſa ait, cur Cainus in Abelem inſurrexerit, id ex Cabaliſtarum promptuariis deſumptum, apud Eutychium Patricidem alioſque tùm Mahometanos, tùm Chriſtianos cujuſcumque gentis in Oriente ſequioris ævi Scriptores, ut & alia innumera hujuſmodi commenta, paſſim legere eſt.

19. *De inventione organi*, hoc eſt, inſtrumenti ferrarii. ﻋﻦ ﺍﺧﺘﺮﺍﻉ ﺍﻟﻤﻌﺪﻥ .

20. *De Noë, & Diluvio.* ﻋﻦ ﻧﻮﺡ ﻭﺍﻟﻄﻮﻓﺎﻥ Themanonæ urbis in Niſibena diœceſi

cesi hanc tradit. ܗܘ ܕܐܬܐ ܡܢ ܬܡܢ ܐܠ ܐܠ ܕܐܬ ܒܗ ܐܠ ܐܠ ܕܐܬ ܒܗ ܐܠ ܐܠ ܕܐܬ ܒܗ

Hebero, inquit, *nati sunt duo filii: quorum alteri nomen Phaleg, quoniam diebus ejus divisa est terra. Atque hinc patet, linguam Syriacam apud Heberum mansisse: nam confusis linguis divisaque terra, natus est appellatusque Phaleg Syriaco nomine.* Et cap. 24.

Ab Adamo ad Turris constructionem una erat in mundo lingua, hoc est, Aramæa, seù Syriaca. Sunt qui dicant, fuisse linguam Hebraicam. At Hebræi hoc nomine appellati non sunt, nisi postquam Abrahamus trajecto Euphrate fluvio, in Haran (imò in terra Chanaan; nam Haran est intra Tigrim & Euphratem) *habitavit. Ex transitu enim Abrahami, Hebræi dicti sunt* Eadem habet Gregorius Barhebræus in Horreo mysteriorum, comment. in cap. 11. Genes.

Erat autem universa terra lingua una, & loquela una. Græca editio: labium unum, & vox una. Syriacam fuisse primam linguam, non Hebraicam, ut quidam existimarunt, ex eo patet, quod Abraham qui primum ex transitu Euphratis fluminis Hebræus dictus fuit, ex Ur erat Chaldæorum Syrorum. Quomodo autem is linguâ usus fuisset, in qua educatus minimè fuerat? Scripturæ verò Hebraico sermone traditæ sunt, non propter ejus linguæ præstantiam, aut ubertatem; (multum enim inops est, & ex pluribus linguis conflata;) sed quia eam callebant quibus scripturæ commissæ sunt. Ita & alii sentiunt, quos longum esset hic referre. Sed Sobensis ex S. Ephræmo mediam quandam viam aperuit, qua & Syriacam linguam omnium primam facit, & Hebraicæ antiquitatem tuetur: utramque enim unam eandemque olim fuisse: Sic autem scribit Scholio in Præfationem libri Carminum, quem *Paradisum Eden* inscripsit.

Ait sanctus Ephræmus, linguam Syriacam linguarum omnium primam esse, qua Deus patrem nostrum Adam alloquutus sit, eandemque apud Heberum mansisse, & ad Abrahamum traductam fuisse; quum verò hic fluvium trajecisset, Hebraicæ nomen ipsi impositum. Verùm de his alibi.

25. *De Abraham.* Sub eo Arbelam urbem conditam scribit.

26. *De tentatione Jobi.*

27. *Benedictiones Isaaci.*

De Isaaco, Jacobo, ejusque filiis.

28. *De Joseph.* Affirmat, sanctum Ephræmum duodecim carmina de Josepho edidisse; ejus autem verba retuli tomo 1. pag. 57.

29. *De Moyse, deque filiis Israël.*

30. *De Virga Moysis.* Putidam de ea fabulam, quam suprà cap. 17. tetigerat, quum fusiùs hic narrasset, de loco, ubi duodecim fontes & septuaginta palmæ erant, in quo filii Israël mansionem habuere, hæc subjungit.

ܒܗ ܐܬܘ ܠܐܬܪܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܬܪܥܣܪ ܥܝܢ̈ܐ ܘܫܒܥܝܢ ܬܡܪ̈ܐ . ܕܐܕܝܫܘ

Venerunt, inquit, *in locum, ubi erant duodecim fontes & septuaginta palmæ*. *Dadjesus* (cujus suprà facta est mentio pag. 98. & 99.) *in Expositione Paradisi ait, ibi habitasse Jannem & Jambrem magos, qui Moysi olim sese opposuere. Erat autem, inquit, ibi puteus, & supra ipsum situla & catena ænea, dæmonesque ibidem habitabant, quoniam locus ille Paradiso similis erat: profectusque eo Beatus Macarius, visitavit eum; non tamen habitare ibi potuit præ nequitia illorum dæmonum. Sed ne iidem supra genus humanum gloriarentur, quod ibi habitare nequiret, duobus quibusdam anachoritis, quorum nomina nullus hominum novit, præcepit Deus, ibique usque ad mortem commorati sunt.*

31. *De Josue filio Nun, deque annis Judicum, & Regum filiorum Israël summatim.* ܥܠ ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܘܥܠ ܫܢ̈ܝ ܕܕܝ̈ܢ ܘܡ̈ܠܟ̈ܐ ܒ̈ܢܝ ܐܝܬ ܟܠܝܠ .

32. *De morte Prophetarum, quo quisque modo vita functus & sepultus est.* ܥܠ ܡܘܬܗ ܕܢ̈ܒܝ̈ܐ ܐܝܟ ܕܟܠ ܚܕ ܐܝܟ ܡܝܬ ܘܐܝܟ ܐܬܩܒܪ .

Vitam describit Esaiæ, Hosee, Joelis, Amos, Abdiæ, Eliæ, Elisæi, Jonæ, Michææ, Nahum, Habacuc, Sophoniæ, Haggæi, Zachariæ, Malachiæ, Hieremiæ, Ezechielis, Danielis, Ahiæ, Esdræ. Atque hic primam libri spicilegii Partem absolvit.

Pars II. De divina dispensatione, quæ in novo Testamento peracta est. ܡܐܡܪܐ ܬ̈ܢܝܐ ܥܠ ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܥܒܕ ܒܥܗܕ ܚܕܬܐ . ܥܠ ܡܘܠܕܢܗ ܕܡܪܢ ܘܐܠܗܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ .

Capita 28. quorum primum est in ordine præcedentium trigesimum tertium, ut sequitur.

33. *De genealogia Christi* ܥܠ ܝܘܚܣܗ ܕܡܫܝܚܐ quam ex Matthæo & Luca describit.

34. *De annunciatione Angeli ad Jonachir de nativitate Mariæ.* ܥܠ ܒܫܘܪܬܐ ܕܐܬܐ ܠܝܘܢܟܝܪ . ܕܐܡܪ ܠܗ ܒܫܘܪܬܐ ܕܬܠܕ ܡܪܝܡ . Qui vulgò Joachimus Deiparæ pater appellatur, hunc Bassorensis Jonachirum & Sadochum nuncupat; Annam autem ejusdem Deiparæ matrem alio nomine Dinam dictam fuisse affirmat. ܐܢܐ ܕܝܢܐ ܐܡܗ ܕܝܠܗ ܕܡܪܝܡ ܐܡ ܐܠܗܐ ܐܝܬ ܠܗ ܫܡ ܐܚܪ ܕܝܢܐ ܐܡ ܡܪܝ ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܐܝܬ ܠܗ ܫܡ ܐܚܪ ܕܝܢܐ . . . . ܘܒܥܕ ܫܢ̈ܝܢ ܣܓ̈ܝܐܢ ܩܒܠ

ܗܕܐ ܐܡܪ ܝܘܚܢܢ ܕܗ̇ܘ ܨܕܘܩ ܕܐܡܪ ܥܠ ܝܘܢܟܝܪ ܕܗ̇ܘ ܒܥܠ ܕܝܢܐ ܐܬܬ̈ܐ ܘܗ̇ܘ ܙܕܝܩ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܠܐ ܗ̇ܘ ܠܗ ܒ̈ܢ̈ܝ . ܒ̈ܢ̈ܝ ܗ̇ܘ ܠܗ ܒ̈ܢ̈ܝ ܘܒ̈ܢ̈ܬ̈ܐ ܐ̈ܚ̈ܪ̈ܢ̈ܝ ܐ̈ܚ̈ܪ̈ܢ̈ܝ .

Hic, inquit, *Sadoch, qui & Jonachir dicebatur, cum Dina uxore sua justus erat coram Deo: nec filios habebat . . . . Quare idem Jonachir in desertum perrexit . . . . Angelus autem ipsi annunciavit . . . . & reversus est Sadoch in domicilium suum, & concepit Dina uxor ejus, & peperit Mariam: & ex illa die Anna pro Dina vocata est, quod Dominus misertus ejus esset.* Pergit Mariæ præsentationem in templum educationemque referre usque ad tempus, quo Angelo nunciante Christum Dominum concepit. Sexto, inquit, ab ejus ortu mense cum victimis oblata est sacerdoti: biennio autem expleto quum ablactata fuisset, in Templum à parentibus præsentata est, & à Sacerdotibus educanda matronis commendatur, quæ apud Templum habitabant, ubi unàcum aliis virginibus usque ad annum ætatis duodecimum mansit. Tùm verò ab iisdem Sacerdotibus Josepho, quem Bassorensis viduum dicit, nuptui traditur, postquam super virgam ejusdem Josephi, quæ cum virgis aliorum plurium viduorum probitate insignium in Templo posita fuerat, candida columba requievisset. Oranti denique in Templo Mariæ Archangelus Gabriel specie viri apparens, de Verbi incarnatione annunciavit. Hæc videtur Bassorensis ex libro, qui de Genealogia Beatæ Virginis inscriptus à Jacobo Edesseno citatur, descripsisse.

35. *De annunciatione Gabrielis ad Mariam de conceptione Domini nostri.* ܥܠ ܒܫܘܪܬܐ ܕܓܒܪܝܐܝܠ ܠܘܬ ܡܪܝܡ ܥܠ ܗܪܝܘܢܗ ܕܡܪܢ .

Hanc contigisse ait feria prima, die 25. Martii, vel juxta alios Kalendis Aprilis, anno Græcorum 307. Subditque fabulam de aquis Zelotypiæ, seù probationis, ut Syri vocant, à Sacerdotibus Josepho & Deiparæ propinatis, ut conceptum virgineum experirentur: qua in re Bassorensis à vulgato commento de aquis illis Deiparæ à Josepho traditis recedit, de quo vide observata à nobis Tom. 1. pag. 140.

36. *De nativitate Domini nostri in carne.* ܥܠ ܝܠܕܘܬܗ ܕܡܪܢ ܒܦܓܪܐ .

Hìc narrat Josephum Bethlehem unàcum Beata Virgine petentem, quum cerneret partûs ejus tempus imminere, obstetricem quandam Hebræam, Salomem nomine, arcessiisse: ingressos tamen in spelæum, reperisse Puerum à matre virgine jam in lucem editum, pannis involutum, & in præsepe positum. Mox in hæreticos quosdam, ut vocat, invehitur, qui obstetrici nomen ܗܕܝܘܟܐ *Hadiocham*, non ܫܠܡܘ *Salomem* fuis-

ſe ſcribunt. Verùm aërem verberat Baſſorenſis: nam Jacobitæ, quos hic ſugillat, non obſtetricem illam Hadiocham vocatam affirmant, ſed aromatarium, à quo Maria Magdalena unguentum emit, ut ex eorum libris conſtat, ac præſertim ex Officio Feriæ quintæ in cœna Domini. Quo autem id fundamento ab utriſque dicatur, non liquet. Sed mirari eſt, homines illos relictis graviſſimis Scripturæ quæſtionibus, de nugis hujuſmodi tàm ſollicitos eſſe.

37. *De Vaticinio Zaradoſtæ, ſeù Zoroaſtri de Domino noſtro.* ﻣﺎ ﺗﻨﺒﺄ ﺑﻪ ﺯﺭﺩﺍﺷﺖ ﻋﻦ ﺍﻟﻤﺴﻴﺢ

Mira de hoc Zoroaſtro Syri Arabeſque tradunt. Ejus diſcipulos fuiſſe Guſnaſaphum Regem, Saſanem, & Mahaimadum Perſas, affirmat Baſſorenſis, quibus ille Chriſti nativitatem prænunciaverit, ipſorumque poſteros adhortatus ſit, ut munera ad ipſum deferrent, ubi ſtellam ejus oriri vidiſſent. Id & Gregorius Barhebræus refert lib. 5. Dynaſtiarum in Cambyſe, cujus verba deſcribit Ecchellenſis in notis ad Catalogum Ebedjeſu pag. 266. Sed quod addit Baſſorenſis, Zoroaſtrum non alium fuiſſe, quàm *Baruch ſcribam*, id verò ſingulare ipſius commentum eſt.

38. *De ſtella, quæ apparuit in Oriente in die nativitatis Domini noſtri.* ﻣﺎ ﻇﻬﺮ ﻓﻲ ﺍﻟﻤﺸﺮﻕ ﻓﻲ ﻳﻮﻡ ﻣﻴﻼﺩ ﺭﺑﻨﺎ

39. *De adventu Magorum ex Perſide.* ﻣﺎ ﺟﺎﺀ ﻓﻲ ﻗﺪﻭﻡ ﺍﻟﻤﺠﻮﺱ ﻣﻦ ﻓﺎﺭﺱ De numero ac dignitate Magorum hæc Baſſorenſis.

Duodecim Reges, inquit, *filii Perſarum, quorum hæc ſunt nomina. Zarvandades filius Artabani. Hormiſdas filius Sitruchi. Guſnaſaphus filius Gunaphari. Arſaces filius Miruchi. Quatuor iſti aurum attulerunt. Zarvandades filius Varzudi. Orrhoes filius Choſroæ. Artaxeſtes filius Hulaiti. Eſtunabudanes filius Siſronis. Quatuor iſti myrrham attulere. Maruchus filius Chuami. Aſſuerus filius Asbani. Sardalachus filius Baladani. Merodachus filius Baldad. Hi quatuor thus attulere.* Eadem Magorum nomina, nonnullis apicibus mutatis, occurrunt in pluribus manuſcriptis Codicibus tùm Syriacè, tùm Arabicè: qui etiam à Mahir-Sapore Perſarum Rege ad Chriſtum adorandum miſſi dicuntur in Cod. 30. Tom. 2. pag. 504. Duodenarium etiam numerum confirmat Jacobus Edeſſenus apud Barhebræum in Horreo myſteriorum, commentar. in Evangelium Matthæi, etſi ex numero munerum tres eos fuiſſe, vero propius cenſeant plerique Interpretes. Audi Barhebræum loc. cit.

Venerunt Magi ab Oriente. Nonnulli affirmant tres Principes cum mille viris advenisse. Jacobus verò Epiſcopus duodecim ait Principes eos fuiſſe, qui relictis ſeptem millibus ad Euphratem, cum mille viris Hieroſolymam advenerint. Sed mirum eſt, quod Baſſorenſis, qui fabulas penè omnes in ſuum Spicilegium congeſſit, hanc unam rejiciat, quam cæteri Neſtoriani admittunt: de illis ſcilicet Magorum muneribus, ab Adamo in ſpelunca Theſaurorum, ut ajunt, olim repoſitis.

Quidam ajunt, inquit, *munera ab Adamo in ſpelunca theſaurorum repoſita fuiſſe; Adamum verò Sethо præcepiſſe, ut ab uno ad alterum ea transferenda curaret, uſque ad Chriſti adventum. Verùm id nequaquam ab Eccleſia receptum eſt.* Nimirùm aliquando vigilat bonus Salomon: qui tamen dum cauſam cædis Infantium deſcribit, Longinum neſcio quem obtrudit, inquiens.

Scripſit Longinus ſapiens ad Auguſtum Cæſarem in hæc verba. Venerunt Magi filii Perſarum, tuumque imperium ingreſſi, puero cuidam in Judæa nato munera obtulere. Quis autem ille ſit, aut cujus filius, nobis incompertum.

Cui

Cui Augustus Cæsar; Sapienter, inquit, egisti, hæc nobis significando. Ad Herodem autem scribens, de puero præcepit ut se certiorem faceret. Quum itaque Herodes de puero scrutatus fuisset, seque à Magis delusum vidisset, iratus est, & mittens occidit omnes pueros &c.

quorum de numero subdit : .

Pueri numero fuere bis mille ; vel juxta alios, mille octingenti. Atque hinc ad Joannem Baptistam digreditur, quem ait à Zacharia patre, postquam in templo per manus impositionem sacerdotium accepisset, in desertum, vitandæ cædis causa amandatum, ibidem vixisse usque ad trigesimum ætatis annum, quo in Jordane baptizare cœpit : Zachariam verò patrem ea de re, ob occultatum scilicet filium, inter templum & altare, Herodis jussu interemptum fuisse : quæ communis est Syrorum opinio, etsi à S. Hieronymo improbata.

40. *De descensu Domini nostri in Ægyptum.* .

Multa hic ex apocrypho Infantiæ Evangelio, & ex historia de fuga Christi in Ægyptum, mutuatur Bassorensis : de duobus scilicet latronibus, in quos Josephus cum Beata Virgine & puero Jesu in itinere incidit, qui demum in crucem cum Christo Domino acti sunt : de Hermopoleos idolo, quod Christum præsentem demonstravit : de Lazaro Regis Ægyptii, ut dicitur, amico, qui pro eodem Christo fidem suam obligavit : denique de balsamo, quod in Ægypto natum perhibetur in loco, ubi Beata Virgo ablutis Christi pannis aquam effundebat. Horum quædam apud graves auctores legere est, ut notat Baron. ad ann. 1. à num 43.

41. *De Joanne Baptista, deque baptismo Domini nostri.* .

Christum natum asserit feria quarta, & feria quinta baptizatum. Duos autem discipulos, à Joanne ad Christum missos, Stephanum Protomartyrem fuisse, & Ananiam, qui Paulum Apostolum posteà baptizavit. Sed Patres sextæ Synodi tàm nativitatem, quàm baptismum Christi feria prima contigisse affirmant. Vide Emin. Baron. in Apparatu num. 122.

42. *De Jejunio Domini, deque ejus luctu cum Satana.* .

Cætera hic perstringit, quæ à Christo Domino peracta sunt usque ad passionem.

43. *De Paschate Domini.* .

Dadjesum citat in Expositione libri Abbatis Esaiæ : deque jejunio feriæ quintæ in cœna Domini hæc habet. .

S. Basilius in suis Quæstis permittit, ut Christiani oleo vescantur, vinum bibant, & jejunium solvant hoc vespere, quo vetus quidem Testamentum impletum est, populusque Judaicus sanctitate exutus, nova verò lex incœpit, gentesque sanctitatem & reconciliationem adeptæ sunt. Verùm etsi hic sanctus id permiserit, cæteri tamen Patres nequaquam hujusce rei potestatem faciunt, neque id per nos licet, aut per nostræ fidei alumnos.

44. *De passione Domini.* .

Hìc etiam plura ex apocryphis congerit. 1. Die 9 Aprilis, ait, Christum cruci affixum fuisse. 2. Caipham, à quo damnatus est Christus, eundem cum Josepho facit, antiquitatum nimirùm Hebraicarum scriptore. 3. Bar-Abæ, hoc est, filii Abæ nomen fuisse Josue. 4. Militem, qui lanceâ latus Christi aperuit, Longinum nomine, eum fuisse dicit, qui in faciem Christi exspuit, qui alapa eundem percussit, qui demùm per annos duodequadraginta languerat. 5. Quinque ait fuisse sepulcri Dominici custodes, quorum & nomina ipse Hebraica hæc recitat, Issachar, Gad, Matthias, Barnabas, Simeon. Alios verò opinari quindecim viris eam custodiam demandatam. 6. Lapidem sepulcro impositum ex nonnullorum sententia refert Petram illam fuisse, ex qua aquæ filiis Israël in deserto erupere. 7. Sepulcrum Christi, contra expressam Evangelii auctoritatem, scribit, Josue filio Nun olim paratum fuisse. 8. Purpuram, qua per ludibrium indutus est Christus, à Græcis Syriæ Regibus dono missam ad Machabæos, ab his in Templi ornatum conversam. 9. Triginta argenteos, quibus Christum Judas vendidit, sexcentos sui temporis & patriæ æquare. Eorum autem originem à Thare Abrahæ patre deridiculè arcessit. Hæc tamen fabula de argenteis hisce, ut & alia de virga Moysis, in mss. Syrorum libris frequenter occurrit. 10. De inconsutili Christi tunica aliam item fabellam texit. 11. Denique de Beatæ Virginis obitu hæc habet. .

Ex illa hora duxit Joannes Mariam in ſua, eique miniſtrabat. Vixit autem illa poſt aſcenſionem Domini annos duodecim. Annos univerſim in mundo vixit quinquaginta octo, vel ſecundùm alios, ſexaginta & unum. Nec in terra ſepulta eſt, ſed Angeli in Paradiſum eam intulere, funus ejus cum pompa celebrantes. Convenerunt autem in die obitus ejus, Apoſtoli omnes preceſque ſuper eam fuderunt, & benedictionem ab eadem accepere. Thomas verò quum in India eſſet, ab Angelo adductus, Angelos vidit lectulum ejus in aëre circumferentes: quo ad ipſum demiſſo, oravit & ipſe, benedictionemque ab eadem accepit. Ita nimirùm ex præconcepta de Paradiſo terreſtri opinione, communem deſcribit Eccleſiæ catholicæ traditionem de Aſſumptione Beatæ Virginis, quam *S. Joannes Damaſcenus* orat. 2. de Dormitione Deiparæ antiquam vocat, & ex ipſo Dionyſio Areopagita ſe referre teſtatur: eademque in Officio Syrorum leguntur tàm apud Maronitas, quàm apud Jacobitas: ut mirari ſit, Gregorium Barhebræum, nulla cæteroquin auctoritate in contrarium adducta, à vulgata ſuæ ipſius ſectæ opinione receſſiſſe, quum in comment. in Matth. hæc ſcribat.

Joannes frater Jacobi, idemque Evangeliſta, Hieroſolyma profectus eſt, comite Maria matre Domini, & ſimul relegati ſunt in inſulam Pathmon. Revocatus autem ab exilio, prædicavit in Aſia, & fundavit Eccleſiam Epheſi. Eidem miniſtrarunt Ignatius, & Polycarpus. Idemque beatam Mariam ſepelivit, nec quiſquam novit, ubi eam poſuerit. Porrò deridiculum eſt argumentum, quo Jeſujabus Niſibenus, vel quiſquis eſt auctor libri Demonſtrationis de recta fide, utitur Par. 2. cap. 3. ad probandum juxta hæreſim Neſtorianam, Beatam Virginem non eſſe Deiparam dicendam.

Item, inquit, *ſi Virgo Mater Dei fuiſſet, ut imperitus exiſtimat, ſuſtuliſſet eam in cœlum, nec in terra reliquiſſet poſt Chriſtum annis undeviginti*. Hinc tamen velut aurum ex ſterquilinio colligitur, auctorem illius libri cenſuiſſe, Beatam Virginem decimo nono poſt Chriſti aſcenſionem anno, in cœlum aſſumptam fuiſſe.

45. *De reſurrectione Domini.*

46. *De Aſcenſione Domini.* Refert Joſue Barnun Neſtorianorum Patriarcham exiſtimaſſe, cœnaculum, ubi Chriſtus Paſcha celebravit, Nicodemi fuiſſe.

47. *De illapſu Spiritus ſancti in cœnaculum.*

Quod ſuprà Joannem Zugbi alioſque Neſtorianos de Fermento Euchariſtiæ ab Apoſtolis ad ipſos derivato comminiſci obſervatum eſt; hic à Salomone paucis mutatis traditur. Ait enim, Adæum quidem & Marim id Fermentum ad Orientem detuliſſe; reliquos verò Apoſtolos eo nequaquam uſos fuiſſe.

Joannes, inquit, *particulam illam Euchariſtiæ* (à Domino in Cœna conſecratæ, quam idem Joannes repoſitam cuſtodiiſſe dicitur) *miſcuit cum illa particula* (quam Apoſtoli in die Pentecoſtes conſecraſſe perhibentur,) *Orientales autem Dominus Adæus & Dominus Maris eandem accipientes, Fermentum inde conſecrarunt, quod ad nos delatum eſt. At verò cæteri Diſcipuli nequaquam ex ea acceperunt, ajentes, nos ipſi conſecrabimus, quotieſcumque voluerimus.* Ecce Salomon Apoſtolos omnes, præter Adæum & Marim, Fermento illo caruiſſe fatetur, quod cæteri Neſtoriani ſcriptores ab iis omnibus perſanctè cuſtoditum, fidelibuſque traditum fabulantur. Idem Salomon circa Fermentum olei, quo baptizandi unguntur, ab aliis illius ſectæ auctoribus diſcrepat. Cæteri enim recentiores oleum illud aſſerunt ex oliva expreſſum, & aquæ ex corpore Chriſti, quum in Jordane baptizatus eſt, & ex latere ejuſdem, quum lanceâ apertum fuit, defluenti permiſtum fuiſſe: Salomon verò hanc aliam ejuſdem olei originem tradit.

ܕܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܢ ܡܫܚܐ ܕܡܠܟܐ ܡܫܚܝܢ ܗܘ ܐܠܐ ܡܫܚܐ ܕܡܘܪ ܕܒܪ ܡܢ

& Joseph, & Barsabas. Silas. Judas. Joannes, qui & Marcus. Jason Pauli hospes, qui Mnason perperàm dicitur. Manaël collactaneus Herodis. Simeon, qui & Niger. Jason alter, qui in Actibus nominatur. Rufus. Alexander. Simeon Cyrenensis. Lucius Cyrenensis. Judas alter, cujus mentio in Actibus. Judas, qui & Simeon. ... Euryon latis pedibus. Theorus ... Tertius. qui vitiosè dicitur ... Tornesus. Castor, in Cod. Berœen. dumtaxat. Zabdon ... Zachræn ... Septem Diaconi, videlicet: Philippus, qui filias habebat prophetissas: Stephanus: Prochorus: Nicanor: Timon: Parmenas: & Nicolaus. Andronicus. Junias. Titus. Timotheus. Quinque isti, qui cum Petro Romæ fuere, Hermes, Phlegon, Patrobas, Asyncritus, Hermas. Sex isti, qui cum Petro ad Cornelium profecti sunt, Crescens, Milichus ..., Cheriton ..., Simeon, Cajus Pauli hospes, Aquila vir Priscillæ, in Cod. Berœensi. Abrazon ..., seù Abdon, ut in Cod. Berœensi. Apelles. Duodecim isti ex numero septuaginta Discipulorum exciderunt propter hæresim Cherinti, quam sequuti sunt: videlicet, Simeon, Levi, Barcoba ..., Cleon ..., Hymeneus, Candrus ..., Coleton ..., Demas, Narcissus, Silicispus ..., Thaddæus, & Maruthas: quorum loco ab Apostolis hi suffecti sunt, Lucas medicus, Apollo electus, Amplias, Urbanus, Stachys, Publius, Aristobulus, Adæus, Maris. Trium reliquorum nomina obliterata sunt. SYNOPSIS DISCIPULORUM ex Barhebræo. 1. Adæus. 2. Aghæus. 3. Ananias. 4. Lazarus qui ad vitam revocatus est. 5. Malea ... 6. Cephas. 7. Barnabas. 8. Sosthenes. 9. Cresus ..., fortè Crescens. 10. Joseph ab Arimathæa. 11. Nicodemus. 12. Nathanaël. 13. Justus. 14. Silas. 15. Judas Barsabas. 16. Marcus. 17. Amonius ... 18. Niger. 19. Jason. 20. Manaël. 21. Rufus. 22. Alexander. 23. Simeon Cyrenensis. 24. Lucius. 25. Cleophas. 26. Simeon filius Cleophæ. 27. Joses. 28. Jacobus ejusdem frater. 29. Termus ... fortè Tertius. 30. Quartus. 31. Zabarion ... 32. Mamtus ... 33. Andronicus. 34. Junias. 35. Titus. 36. Patrobas. 37. Asyncritus. 38. Hermas. 39. Cyriacus. 40. Aristobulus. 41. Demas. 42. Timotheus. 43. Lucas. 44. Levi. 45. Ephræm. 46. Nicetas. 47. Herodion. 48. Silvanus. 49. Joannes. 50. Vatidius ... 51. Enghius ... fortè Cajus. 52. Martolus ... fortè Martialis. 53. Lison ... 54. Zacharias. 55. Filius viduæ. 56. Simeon leprosus. 57. Olympas. 58. Stephana. 59. Stachys. 60. Apollo. 61. Theocristus ... 62. Anabestion ... 63. Simeon. 64. Stephanus. 65. Philippus. 66. Prochorus. 67. Nicanor. 68. Timon. 69. Parmenas. 70. Nicolaus. SYNOPSIS AMRI ET MARIS. Jacobus Josephi filius, frater Domini. Simeon filius Cleophæ fratris Josephi. Joses filius Josephi. Simeon filius Josephi. Judas filius Josephi. Barnabas. Meneus. Ananias. Cephas. Joseph ab Arimathæa. Nicodemus. Silas. Nathanaël. Justus. Jason. Judas cognomento Niger. Simeon Barses. Simeon Cyrenensis. Hermas. Philologus. Judas, cujus mentio in Actibus. Arion latis pedibus, socius Cleophæ. Tertius. Castor. Rhodion. Philippus, Prochorus. Stephanus protomartyr. Parmenas. Philippus, Timon. Philippus Antiochenus pater filiarum, discipulus Pauli. Andronicus. Junias. Titus. Patrobas. Asyncritus. Hermes auctor libri Pastoris. Crescens. Priscas. Aquila. Narcissus. Lucas Evangelista. Apollo. Aristobulus. Stephana. Herodion..... Rufus. Carpus. Amplias. Urbanus. Aristarchus. Philemon. Marcus Evangelista. Legatus Regis Edessæ. Adæus. Aghæus. Maris. Demas. Timotheus. SYNOPSIS EX DOROTHEO. Jacobus frater Domini. Timotheus. Titus. Barnabas. Ananias. Stephanus. Philippus. Prochorus. Nicanor. Timon. Nicolaus. Parmenas. Cleophas, qui & Simeon consobrinus Domini. Silas. Silvanus. Crescens. Epænetus. Andronicus. Amplias. Urbanus. Stachys. Appelles. Aristobulus. Narcissus. Herodion. Rufus. Asyncritus. Hermas. Patrobas. Agabus. Linus. Gajus. Philologus. Olympas. Rhodion. Jason. Sosipater. Lucius. Tertius. Erastus. Phigellus. Hermogenes. Demas. Quartus. Apollo. Cephas. Sosthenes. Epaphroditus. Cæsar. Marcus consobrinus Barnabæ. Joseph justus, qui & Barsabas. Artemas. Clemens. Onesphorus. Tychicus. Carpus. Evodius. Philemon. Zenas. Aquila. Priscas. Junias. Marcus, qui & Joannes. Aristarchus. Pudas. Trophimus. Marcus Evangelista. Lucas Evangelista. Eunuchus Candacis Reginæ. In menæo Græcorum inter septuaginta Discipulos hi insuper recensentur: Matthias. Terpnus. Thaddæus. Thaumastus. Achaicus. Fortunatus. In Synaxario Arabico Maronitarum, quod ex Græco translatum est, die 30 Junii, Apostolorum duodecim prædicatio obitusque summatim describitur: deinde horum Discipulorum nomina leguntur: videlicet, Jacobi fratris Domini, qui filius Josephi dicitur. Simeonis Cleophæ, ejusdem Jacobi fratris. Barnabæ, qui & Joseph. Marci Evangelistæ, qui filius Simonis Petri dicitur. Lucæ Evangelistæ. Philippi Diaconi, patris filiarum prophetissarum, qui Eunuchum Reginæ Candacis baptizavit. Ananiæ, qui Paulum baptizavit. Joseph,

qui

qui & Juſtus & Barſabas. Stephani protomartyris. Prochori. Nicanoris. Parmenæ. Nicolai. Die 18. Maji *Epaphroditi.* Die 16. Febr. *Oneſimi.* Die 16. Jul. *Oneſiphori.* Die 17. Jul. *Aquilæ.* 26. Maji *Alphæi.* 17 Maji *Andronici.* 25 Novembris *Clementis.* 16. Maji *Ariſtobuli.* 20. Jun. *Tertii, Marci conſobrini Barnabæ, Jeſu cognomento Juſti, & Artemæ.* 22. Jan. *Timothei.* 25 Aug. *Titi.* 28. Apr. *Jaſonis & Soſipatri.* 26. Maji *Carpi.* 9. Jun. *Ruſi*: qui omnes Diſcipuli & Apoſtoli vocantur. Epiphanius in Panar. lib 1. præter ſeptem Diaconos, numerat *Matthiam, Marcum, Lucam, Juſtum, Barnabam, Apellem, Rufum, & Nigrum.* Euſebius lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap 12. *Barnabam, Soſthenem, Cephan, Matthiam, & Thaddæum.* Papias apud eundem Euſebium lib 3. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 33. *Ariſtionem, & Joannem alium ab Evangeliſta.* Denique lib. 7. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 47. hi ab Apoſtolis Epiſcopi ordinati dicuntur, *Jacobus, Simeon, & Judas Hieroſolymæ. Zacchæus, Cornelius, ac Theophilus Cæſareæ in Palæſtina. Evodius & Ignatius Antiochiæ in Syria. Anianus, & Abilius Alexandriæ in Ægypto. Linus, & Clemens Romæ. Timotheus, & Joannes Epheſi. Ariſton, Strateas, & Ariſton alter Smyrnæ. Gajus Pergami. Demetrius Philadelphiæ. Lucius Cenchreæ. Titus Cretæ. Dionyſius Athenarum. Marathon Tripolis in Phœnicia. Archippus Laodiceæ in Phrygia. Philemon Coloſſenſis. Oneſimus Beræenſis in Macedonia. Creſcens Eccleſiarum Galatiæ. Aquila, & Niceta paræciarum Aſiæ. Criſpus Eccleſiæ Æginenſis.* Ex his, ut vides, & ex Actibus præſertim Apoſtolicis Epiſtoliſque Paulinis Catalogum quiſque Diſcipulorum Chriſti pro arbitrio contexuit, quem tamen Euſebius adhibita quantalibet diligentia integrum reperire ſe non potuiſſe, confeſſus eſt lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 12.

50. *Quæſtiunculæ diverſæ* ...

quæ nimirùm ad diſcipulos Chriſti pertinent. Ait autem Salomon, I. ex ipſis uxores duxiſſe, Petrum Apoſtolorum principem, Philippum Diaconum, & Paulum Apoſtolum. Sed quod de conjugio Pauli ſcribit, ex Clemente Alexandrino deſumptum videtur, cui Paulus ipſe repugnat, quum ait 1. Cor. 7. *Volo enim omnes vos eſſe, ſicut meipſum.* Vide Emin. Baron. ad ann. 57. à num. 59. II. Nathanaëlem eundem cum Bartholomæo Apoſtolo facit: quod & plures alii Syri affirmant. Verùm Salomon ſibi ipſi contradicit, qui duobus præcedentibus capitibus Nathanaëlem inter Diſcipulos ſeptuaginta retulerat. III. de S. Ignatio Antiocheno hæc notat. ...

Puer, quem advocans Dominus noſter erexit, dicens, Niſi converſi fueritis &c. Ignatius eſt magnus, qui fuit Patriarcha Antiochiæ, viditque Angelos alternis choris miniſtrantes, & ſtatuit, ut ſimiliter in Eccleſia miniſtraretur. Quum autem ordinatio iſthæc poſtea obſoleviſſet, Diodorus unàcum patre in Perſidem Legatus profectus, videnſque duobus choris miniſtrari, Antiochiam in regionem ſuam regreſſus, innovavit ut choris duobus pſallerent. Hæc Salomon. Porrò quod de Ignatio puero à Chriſto in medium ſtatuto affirmat, ab aliis etiam Syris & Græcis refertur, ac præſertim à Nicephoro lib. 2 hiſt. cap. 3 Item quod ſubdit de viſione Angelorum, deque inſtitutione ab ipſo Ignatio Eccleſiæ Antiochenæ traditâ, ut choro in duas partes diviſo Pſalmi canerentur, id Socrates etiam confirmat lib. 6. hiſtor. Eccleſ. cap 8. & Barhebræus in 3. Par. Chronici Syriaci in vita S. Simeonis Epiſcopi Seleuciæ ac martyris diſertè tradit, eum ritum ex imitatione Eccleſiæ Antiochenæ in Orientem ab eodem Simeone invectum, ut obſervavi Tom. 2. pag. 399. Verùm quod aſſerit Diodorum neſcio qua legatione in Perſide functum, ritum eundem, qui in Eccleſia Antiochena jampridem obliteratus fuerat, ex Oriente didiciſſe, & in eandem Eccleſiam revocaſſe; allucinatum fuiſſe Salomonem puto ex malè intellectis Theodoriti verbis in hiſtor Eccleſ. lib. 2. cap. 24. de Diodoro & Flaviano hunc in modum ſcribentis. *Hi duo quamquam annumerati laicis, tamen noctu & interdiù ad pietatis ſtudium omnes ſedulò excitarunt. Hi pſallentium Choro in duas partes diviſo Hymnos Davidicos alternis canendos tradiderunt.* Et paulò poſt. *Quæ res primùm incœpta Antiochiæ, ubique pervaſit, & ad ultimas orbis terræ partes pervagata eſt.* Ubi Theodoritus non ita intelligendus eſt, quaſi Diodorus & Flavianus eam primùm conſuetudinem alternis choris Pſalmos canendi abſolutè inſtituerint; ſed quod laicis & reliquis Clericis poteſtatem fecerint, ut choro in duas partes diviſo hymnos Davidicos alternatim canerent, quos anteà ſoli Cantores ex primæva S. Ignatii inſtitutione pſallebant, ut rectè advertit Thomaſinus de vetere & nova Eccleſiæ diſciplina Tom. 1. Par. 1. lib. 2. cap 82. pag 458. IV. Timotheum ait ac Titum eos fuiſſe pueros, qui ad Chriſtum Dominum adducti ſunt, ut manus eis imponeret: ſed abſque ullo antiquorum teſtimonio. V. Marcum Evangeliſtam aſſerit Petri Apoſtoli & Mariæ eſſe filium.

51. *Nomina Catholicorum Orientis* ...

Hoc caput Syriacè & Latinè prodiit Tom. 2. pag. 387.

52. *Nomina Regum, qui regnarunt in mundo à Diluvio.* ———

Hic recenſet I. Reges Medorum à Dario Hyſtaſpis ad Darium Arſami: II. Reges Ægyptiorum ab Alexandro Magno & Ptolemæo Lagi ad Ptolemæum Dionyſium: quumque annos Ptolemæi Philadelphi collegiſſet, de Græca Scripturæ verſione, ejus juſſu à ſeptuaginta duobus Interpretibus adornatâ diſſerit, quorum & nomina ex Ariſtæa deſcribit, ſed ex codice, ut videtur, emendatiori, quàm qui in Bibliotheca Patrum vulgatus eſt. Videlicet: *Ex Tribu Ruben, Joſephus, Ezechias, Zacharias, Joannes, Ezechiel,* (in Bibliotheca Patrum, Ezechias,) *Eliſæus. Ex Tribu Simeon, Judas, Simeon, Samuel, Adæus, Mathathias, Selemias* (ibi Eſchemias.) *Ex tribu Levi, Nehemias, Joſeph, Theodoſius, Baſeas, Adonias*) (ibi Ornias) *Datis. Ex tribu Juda, Jeſus,* (ibi Auxeus) *Ananias, Jonathas, Eliſæus, Chabrias, Helcias* (ibi Sachus.) *Ex tribu Iſſachar, Iſaac, Jacob, Jeſus, Sabbateus, Simeon, Levi. Ex tribu Zabulon, Judas, Joſephus, Simeon, Zacharias, Samuel, Selemias. Ex tribu Gad, Sabbateus, Sedecias, Jacob, Iſaac, Jeſſe, Matthias.* (ibi Sabbateus, Jaſan, Jeſu, Theodorus, Joannes, Jonathas.) *Ex tribu Aſer, Theodoſius, Jaſon, Jeſus, Joannes, Theodotus, Jonathas. Ex tribu Dan, Abraham, Theophilus, Arſamus, Jaſon, Jeremias,* (ibi Endemias) *Daniel. Ex tribu Nephtali, Jeremias, Eleazarus, Zacharias, Banaias, Eliſæus, Datheus. Ex tribu Joſeph, Samuel, Joſephus, Judas, Jonathan* (ibi Joathas) *Doſitheus, Caleb,* (ibi Cabel.) *Ex tribu Beniamin, Iſaëlus* (ibi Iſraëlus) *Joannes, Theodoſius, Arſamus* (ibi Arſamenus) *Onias* (ibi Abietas) *Ezechiel* (ibi Azecelus.) III. Imperatores Romanorum à Caio Julio Cæſare ad Conſtantinum Magnum. IV. Reges Perſarum, à Sapore Hormiſdæ, ad Choſroëm Hormiſdæ, cujus anno decimo quinto expugnatam Daram urbem affirmat, colligitque ab initio regni Saporis ad hanc expugnationem annos ſex ſuprà tercentum; univerſim verò ab Adamo ad hunc Choſroç Regis annum, qui Græcorum erat juxta ipſum annus nongenteſimus decimus ſextus, annos 5861. Ab Adamo verò ad Paſſionem Chriſti annos 5280. Ab exitu filiorum Iſraël de Ægypto ad excidium Hieroſolymæ ſub Tito annos 1601. Ab Abrahamo ad hoc excidium, ann. 2031. ſed mirùm quantum in hac ſupputatione ab aliis auctoribus diſcrepat.

53. *De fine temporum, & mutatione regnorum* ———

Vaticinium de iis, quæ ante conſummationem ſæculi contingent, deſcribit ex Methodio, ut perperàm vocat, Romano Epiſcopo: ſed reverà ex Oratione Methodii Epiſcopi Olympi de reſurrectione, quam etiam à Darenſi laudari, Tom. 2. pag. 120. obſervavi.

54. *De Gog, & Magog.* ———

Mira de his populis fabulantur Syri & Græci ſequioris ævi, dum illos ajunt ab Alexandro Magno in aquilonis fines recedere coactos, muroque æneo ac vaſtiſſimis montibus, ne in Orientalem plagam excurrerent, incluſos, è latebris tandem ſuis prodituros orbemque univerſum devaſtaturos fore. Addit hic Salomon, poſtquam populi illi omnia ſuſque deque verterint, ictu oculi ab Angelo exterminandos fore: deinde Antichriſtum regnaturum: poſtremo homines univerſos reſurrecturos, & ad Chriſti tribunal properaturos. Quod verò de Gog & Magog dicitur, illos nimirùm montibus muroque æneo intercluſos aquilonarem partem degere, de Tartariæ majoris incolis finitimiſque gentibus commodè intelligi poteſt: commentumque illud de muro æneo ab Alexandro Magno exſtructo, deſumptum videtur ex celeberrimo muro à Sinarum Regibus Tartaros inter ac Sinas erecto: vel certe de Pylis Caſpiis, quam urbem ipſius Alexandri, ut ajunt, opus, hodieque Portam ferream ſeù Derbent dici compertum eſt.

55. *De adventu Antichriſti, filii perditionis.* ———

Nonnulla ex hoc capite delibavit Fauſtus Naironus in Evoplia Par. 3. cap. 17. pag. 401. ſed pro Salomone libri Apum auctore nomen Ebedjeſu perperàm obtruſit, & pro capite 55. quadrageſimum quintum.

56. *De morte, deque animæ è corpore migratione.* ———

Primùm ex Eſajæ Abbatis ſermone deſcribit Salomon ſtatum animarum ſimul atque corporibus exuuntur, quas ait Angelis deducentibus coram Deo ſiſti, ſuiſque operibus, vel malis confuſas, vel bonis ſublevatas, in loco ſibi deſtinato manere uſque ad communem reſurrectionem: quo quidem temporis ſpatio nec præmium admittit, nec pœnas, ſed tantùm bonorum vel malorum, quæ quiſque geſſerit, cognitionem atque recordationem. Deinde de loco animarum in ſimplici hujuſmodi recordatione communem reſurrectionem expectantium, hęc ſubjungit:

———

Ubinam autem locorum habitent animæ, quum è corporibus ſuis migraverint, uſque ad reſurrectionem; quidam ajunt, eas in cælum ferri, hoc eſt, in regionem ſpiritus, ubi ſupernæ virtutes morantur. Alii affirmant, eas in Paradiſum migrare, in locum ſcilicet deliciis refertum myſticarum Dei revelationum; animas verò peccatorum extra Paradiſum in profundo Eden, tenebris obrui. Alii dicunt, eas una cum corporibus ſuis ſepultas jacere: nimirùm quæ in Deo per baptiſmum conſepultæ ſunt, in eodem nunc manere uſque ad diem reſurrectionis. Nonnulli exiſtimarunt, illas ad oſtium monumentorum ſtare, Salvatorem ſuum expectantes: ut quæ ſcilicet ſuorum reſurrectionem corporum norunt. Alii denique ajunt, eas ita ſe habere, quemadmodum qui ſomno capti ſunt; eâ ſimilitudine brevitatem temporis ſignificantes, quod etſi nobis longum videatur, iis tamen, veluti momentaneus nutus, breve eſt. Hæc Salomon ex Joanne Saba mutuatus videtur, cujus verba produxi Tom. 1. pag 438. Denique Beatorum animas pro vivis orare, auctoritate Theodori Mopſveſteni *Orat. in B. Theclam* oſtendit.

57. *De communi reſurrectione, deque fine mundi elementaris, & initio ſæculi novi.*

58. *Qua forma, & quafigura reſurgent homines in die reſurrectionis.*

59. *De fælicitate Juſtorum, & pœna peccatorum.*

60. *An Dæmones & peccatores, qui in Gehenna ſunt, poſtquam purgati, paſſique fuerint ſtatutamque pœnam perſolverint, miſericordiam tandem conſequantur, nec ne: & quandonam id continget.*

Inferni pœnas tandem aliquando finem habituras eſſe, ex Origenis errore complures hæretici in Oriente docuere. Stephanum Edeſſenum hujus erroris reum confutarunt S. Jacobus Sarugenſis & Xenajas Mabugenſis, ut obſervavi tom. 1. pag. 303. & tom. 2. pag. 33. Theodorus Mopſveſtenus ac Diodorus Tarſenſis, Neſtorianorum parentes, etſi ab Origene abhorrentes, eandem tamen hæreſim tradidere, quorum ſententiæ hìc ſubſcribens Salomon, verba hæc profert.

Theodori *commentar. in Evangel.*

In futuro ſæculo, inquit, *qui bona hìc elegerunt, cum laude fruitionem bonorum recipient: mali verò, qui toto vitæ ſuæ tempore mala perpetrarunt, poſtquam pœnarum vi atque metu reſipuerint, bonaque eligentes, in malis, dum peccaverunt, non in bonis ſe perſtitiſſe didicerint, perque hæc ſcientiam optimæ doctrinæ timoris Dei conſequuti fuerint, bonâ illum voluntate apprehendere inſtructi; tùm demùm fruitionem divinæ liberalitatis merebuntur. Nunquam enim dixiſſet, donec reddas noviſſimum quadrantem, niſi fieri poſſet, ut pro peccatis pœnas ſolventes, ab iis liberemur: neque dixiſſet, vapulabit multis, & vapulabit paucis, niſi pœnâ peccatis commenſam ſolventes finem tandem habituri eſſent.* Diodori

in libro de œconomia.



Perpetua merces bonis pro ipsorum laboribus paratur, digna Remuneratoris justitiâ & æquitate; pœna verò iniquis, non tamen perpetua, ne immortalitas ipsis præparata eisdem inutilis fiat, sed ut aliquo exiguo tempore juxta meritum & mensuram delicti & impietatis eorum, & secundùm quantitatem malitiæ operum ipsorum torqueantur. Tormentum itaque & pœnam ad exiguum tempus patientur: beatitudo autem immortalitatis, nullum habitura finem, illos manet. Enimverò si bonorum operum præmia tantum excedunt, quantum æternitatis ipsis paratæ spatium, certaminum præsentis ævi curriculo circumscriptorum spatia superat; pœnæ profectò pro gravibus multisque criminibus infligendæ multo magis à magnitudine misericordiæ superantur. Non itaque pro bonis dumtaxat Resurrectionis gratia computatur, sed etiam pro malis. Gratia enim Dei Bonos quidem magnificè copioseque honorat; misericorditer verò & clementer malis supplicia decernit. Hæc Salomon ex Diodoro ac Theodoro. In eandem sententiam detorquere nititur dicta quædam Isaaci Ninivitæ, & anonymi auctoris libri commentariorum. Sed quæ si attentè consideretur, contrarium potiùs evincunt. Hæc sunt Salomonis verba.



Quidam Patres suprà virtutem nostram nos perterrefaciunt, & in desperationem dejiciunt: & illorum qui lem sententia pueris sensu, & prævaricantibus legem utilis est. Sunt alii, qui nos recreant, & divinæ misericordiæ confidere jubent. Istorum verò opinio perfectis, & bene constitutæ mentis, ac operi gnaviter incumbentibus proficua & consentanea est. In libro commentariorum sic legitur. Sæculum hoc, sæculum est pœnitentiæ: futurum autem sæculum, sæculum est vindictæ. Quemadmodum enim in præsenti sæculo pœnitentia ad extremum usque spiritum salvat; ita in sæculo futuro justitia ultimum exigit quadrantem. Et sicut hîc non est videre judicium æquum, quod misericordia temperatum non sit; ita non est illic invenire judicium justum misericordiâ permistum. Et S. Isaac sic habet. Qui apud Gehennam torquentur, charitatis cruciantur tormentis. Aspera autem & magis amara sunt tormenta quæ à charitate inferuntur iis, qui sentiunt se in charitatem deliquisse, tormentis à timore. Rursus ait. Peccatorum retributio hæc futura est, ut pro justitiæ retributione resurrectio ipsa illis retribuatur, & corpora quæ leges ejus conculcaverunt, ipse in novissimo gloriâ perfectionis induet. Major sanè est gratia ista, quæ postquam deliquimus, nobis tribuitur, quàm illa, per quam è nihilo conditi sumus. Hæc quoque habet. In futuro sæculo Gratia erit judex, non Justitia. Quæ sanè omnia nil aliud probant, quàm Beatis quidem suprà meritum gloriam, Damnatis verò citra meritum pœnas à Deo retribui; non tamen gloriæ, aut pœnis finem aliquando imponendum esse, ut perperàm contendit Salomon. Nec mirum, quod ille in suum errorem auctores hosce detorqueat. Nam *Dialogum* etiam *S. Gregorii Nysseni ad Macrinam sororem de Anima* ab hæreticis interpolatum fuisse & Origenianis dogmatibus insperfum, eo præsertim consilio, ut futuram aliquando Diaboli salutem, & dæmonum hominumque impiorum suppliciis finem imponendum esse propugnarent, testatur S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in libro, qui inscribitur *Retribuens & Legitimus*, apud Photium in Bibliotheca Cod. 233. & Nicephorus lib. 2. hist. Eccles. cap. 19 Quod verò Theodorus Mopsvestenus inter cæteros, quibus post obitum convictus fuit, errores, hunc etiam de fine

Gehen-

CAPUT CXCVIII.

Ebedjesus Metropolita Sobensis.

Libri autem, quos composui ego
1 Ebedjesus 1 humilis Sobæ *Episcopus*, hi sunt:
2 Liber 2 expositionis in Textum Scripturæ
Veteris & Novi Testamenti.
3 Liber 3 Catholicus
De admirabili Dispensatione.
4 Liber 4 Carminum,
Inscriptus, Paradisus Eden.

ܗܵܠܹܝܢ ܕܟܬܒܹ̈ ܐܵܢܵܐ ܥܒܕ̈ܝܫܘܥ
ܚܲܒ̈ܝܼܒܵܐ ܡܸܫܟܵܢܵܐ ܕܣܘܿܒܵܐ :
ܗܵܠܹܝܢ ܦܫܺܝܛ̈ܵܬ̈ܵ ܕܦܘܼܫܩ̈ܵ ܗܵܐ
ܘܚܲܕ̈ܬܵܐ ܘܥܬܺܝܩ̈ܵ .
ܗܵܠܹܝܢ ܣܗܲܕ̈ܘܼܬ̈ܵ ܣܲܟ̈ܠܬ̈ܵܢܵܝ
ܘܠܵܐ ܡܬܲܒ̈ܥܝܼ ܠܵܗ̇ ܠܵܐ ܠܡܲܠܦ̈ܵ
ܗܵܠܹܝܢ ܫܝܼܪ̈ܵ ܕܫܝܼܪ̈ܵ ܗܵܐ
ܘܦܲܪ̈ܕܝܼܣܵ ܥܕܲܢ .

Epito-

Gehennæ docuerit, constat ex Leontio *de Nestorianorum impietate secreto tradita*. Vide Natal. Alexand. sæcul 6. pag. 606.

1 *Ebedjesus* Catalogi hujus auctor, patre *Bricha* hoc est, Benedicto, Sigaræ & Arabiæ primùm Episcopus præfuit circa annum Christi 1285. deinde ad metropolim Sobæ seù Nisibis post obitum Jesuzachæ à Jaballaha Patriarcha circa annum 1290. evectus est. Obiit mense Novembri anno Christi 1318. sub Timotheo ejusdem Jaballahæ successore, cujus ipse Ordinationi mense Februario ejusdem anni & Synodo ab eodem habitæ interfuerat. Vide observata Tom. 1 pag. 539. Tom. 2. pag. 456. & 497. & hoc Tom. p 3. ubi abundè ostensum est, hallucinari Ecchellensem, Renaudotium, Naironum, aliosque, Sobensem hunc Nestorianum decimi quarti sæculi Scriptorem cum juniore Ebedjesu confundentes, qui sub Pio IV. Summo Pontifice in Urbem profectus fidemque Orthodoxam professus, in Chaldæorum Patriarcham consecratus fuit. Eam eruditionis famam tùm apud sectarios suos, tùm apud reliquos Syros obtinuit, ut nemo alius sermone Syriaco tàm soluta, quàm vincta numeris oratione elegantius scripsisse existimetur. Et quidem Doctoribus Syris Ephræmo, Isaaco, & Jacobo comparandus esset, nisi dicendi copiam, styli nitorem, sacram denique eruditionem, Nestorianorum erroribus contaminasset.

2 *Liber expositionis in Textum Scripturæ Veteris & Novi Testamenti*. Hottingerus perperàm pag. 232. *Commentarium Allegoricum in V. & Novum Testamentum*. Theodorus Mopsvestenus, ejusque sectarii Nestoriani in exponendis sacris Scripturis mirum quantum ab Allegoria abhorreant. Sobensis in hoc Catalogo Theodorum testatur, *quinque Tomos adversùs Allegoricos* scripsisse. Idem Sobensis sua ipsius scripta recensens, in Textum Scripturæ sese commentaria edidisse affirmat, nihil *de commentario Allegorico* habet. Id Hottingerus de suo addit, voce illa ܣܘܪܬ ܟܬܒ *Surat Chtab* deceptus, quam ipse *figuram libri*, hoc est, figuratam seù allegoricam dictionem interpretatus est, quum hìc, & ubique apud Syros, pro *Textu Scripturæ* accipienda sit.

3 *Liber Catholicus de admirabili dispensatione*, idest, de œconomia, seù Incarnatione Verbi gestisque Christi Domini juxta catholicam, ut Sobensis arbitratur, Nestorianorum sententiam. Ecchell. & Hottinger. *de admirabili regimine*.

4 *Liber Carminum, inscriptus, Paradisus Eden*. Ecchell. *Paradisus voluptatis*. Hottinger. *Paradisum voluptatis, carmine*. Exstat in Bibliotheca Vaticana apographum descriptum ex optimo codice Bibliothecæ cœnobii monachorum Maronitarum Romæ commorantium apud Ecclesiam SS. Marcellini & Petri, qui olim ad Josephum I. Patriarcham Chaldæorum pertinuerat. In eo binas hasce notas legere est: alteram quidem initio codicis præfixam manu Abdjesu seù Ebedjesu Gazartensis, qui postmodùm à Pio IV. ut mox dicebam, in Patriarcham Chaldæorum inauguratus fuit, qua testatur librum illum spectare ad Presbyterum Abrahamum, & subscribit in hæc verba:

ܗܵܕܵܐ ܟܬܒ̈ܵ ܐܵܢܵܐ ܥܒܕ̈ܝܫܘܥ ܥܲܒ̈ܕܵܐ ܕܡܫܺܝܚܵܐ ܚܲܒ̈ܝܼܒܵܐ ܡܸܫܟܵܢܵܐ ܕܣܘܿܒܵܐ ܒܲܪ ܒ̈ܪܝܼܟܵܐ ܕܡܲܪ̈ܝ ܐܲܒ̈ܪܗܵܡ ܩܲܫ̈ܝܫܵܐ ܕܓܲܙܪ̈ܬܵܐ ܕܒ̈ܝܬ ܢܘܼܗ̇ܪ̈ܵ ܕܡܲܪ̈ܝ ܐܲܒ̈ܪܗܵܡ ܩܲܫ̈ܝܫܵܐ ܕܓܲܙܪ̈ܬܵܐ ܕܒ̈ܝܬ ܢܘܼܗ̇ܪ̈ܵ .

Propria manu scripsi ego humilis Abdjesus Gazartæ. Qui legit, preces pro mea vilitate ex

cor-

corde fundat propter Dominum noſtrum: Alteram ad calcem ejuſdem codicis à Salomone Presbytero amanuenſi appoſitam : ـــــــ



Ex Arabum gente, inquit, *quidam sermonis quidem ornatu Poëtis, verborum autem copia Grammaticis accensendi, Syriacam linguam quasi minus copiosam, incultam, & rudem imperitè stultèque vituperant; suæ verò linguæ copiam ac venustatem hoc tempore vindicare nituntur, perpetuoque & obviis quibusque ad faciendam dictis fidem producunt librum, quem*



Rythmos appellant. (Rythmicas orationes intelligit, quas celeberrimus apud Arabas Hariræus composuit.) *Omnes proinde externorum Poëtarum, Rhetorumque cujusvis linguæ lucubrationes suis posthabendas contendunt. Fabulas itaque quinquaginta commentitiis textas narrationibus, quas quidem caulis male compactis & sepulcris dealbatis viri sapientes simul ac legerint, similes esse deprehendunt, laudant, extollunt, magnificant, & gloriabundi ostentant. Hinc nata occasio est mihi Syrorum postremo, & Christianorum humillimo adversùs illorum præposterum fastum insurgendi, superbas criminationes convellendi, & antiquo sermoni nostro victoriam asserendi, ejusque accusatores veris argumentis refellendi: præsertim postquam præstantissimorum virorum gloria, & inter gloriosos viros præstantissimus nostrorum castrorum Dux* (Nestorianorum Patriarcha) *& nostræ religionis sol, optimus, felix, sapientissimus ac beatissimus pro potestate mandavit, atque vehementer incitavit, ut illorum objecta confutarem, & aliquod Syriacæ elegantiæ specimen exhiberem ad retundendas eorum obtrectationes fastumque comprimendum: elucubrationem nempè aliquam ederem, sententiarum luminibus perspicuam, verbis copiosam, ad Poëtices leges exactè efformatam, atque Rhetorum regulas clarè exquisiteque docentem & complectentem, vinctâque oratione gesta admiranda, & historias multiplices retexerem: doctrinas etiam, atque ad componendos mores utiles paræneses jungerem: precationes insuper adjicerem ad ciendam gemituum & lacrymarum copiam idoneas, nec non orationes obsecrationibus permistas: Ænigmata præterea per parabolas expositа colligerem, & hymnos & cantica ad laudes Dei prædicandas artificiosè elaborata, & cantiones ad lætitiam & gaudium excitandum augendumque compositas: profundas denique paræmias, & sapientiæ arcana in compendium contracta, secundùm mensuram meæ parvitatis, & imbecillem insciticæ meæ intelligentiam conscriberem.* Hæc Sobensis. Et ipsum quidem in hoc opere multos Arabas oratores superasse, comparatione facta facile sibi quisque persuaserit. At Syriacam linguam, ut contendit, Arabicæ præferendam esse, nemo profectò, nisi utriusque imperitus dixerit. Constat enim meridiana luce clarius, Arabicam vocabulorum copiâ non modo Syriacam, sed & Græcam antecellere; elegantia verò & phrasis concinnitate omnibus Orientalibus linguis esse anteponendam: qua de re legesis Pocockii de laudibus ejusdem orationem. Ea sanè fuerat sermonis Syriaci dignitas, quam hic prædicat Sobensis, sub latissimo Assyriorum & Chaldæorum imperio. Sed hæc quid ad præsentem illius statum?

Singulis porrò Carminibus expositionem verborum obscuriorum idem Auctor adjecit; idque septimo decimo anno, postquam librum suum publicaverat, ut Sobensis ipse in Præfatione Scholiorum testatur in hęc verba.



Quum ab anno Græcorum sexcentesimo secundo post millesimum, hunc ego Ebedjesus Sobæ & Armeniæ Metropolita librum composuissem, usque ad hunc annum millesimum sexcentesimum vigesimum septimum superstes & vivus rogabam obvium quemque, qui meum hunc librum legerat aut descripserat, an quæ legisset, in-

intelligeret; quumque ſine magiſtro haudquaquam illum intelligi poſſe audirem; viſum mihi eſt, expoſitiones & declarationes vocum & ſententiarum obſcuriorum, quas ad marginem prioris editionis adjeceram, in hac poſteriori in ipſum textum inducere propter commodum atque utilitatem legentium Dei amantium: cui honor, & ſuper nos miſericordia ejus in ſæcula. Amen. Ex quo uno loco tùm Sobenſis ætas, editique hujuſce operis tempus, tùm hallucinatio eorum, qui ipſum cum juniore Ebedjeſu ſæculis duobus poſteriore unum eundemque faciunt, apertè demonſtratur.

Quo autem artificio Carmina conſcripta ſint, ex ſequenti Syllabo liquet.

Liber I. Paradiſi Eden. Carmen I. De Trinitate, & Unione (ſeù Incarnatione) *ordine Alphabetico: ſingulis autem Alphabeti literis binæ ſtrophæ attributæ ſunt.*

Metrum heptaſyllabum: unaquæque autem Stropha verſibus quatuor conſtat. Initium:

Carmen II. Doctrina, & Paræneſis. Unaquæque Alphabeti litera continet decem verſus: Singuli autem verſus in iiſdem elementis deſinunt, quibus incipiunt.

Speciminis ergo priores iſtos verſus accipe.

Stropha Aleph.

Ubi uterque verſus elemento Aleph, quo incipit, in eodem deſinit. Metrum dodecaſyllabum.

Carmen III. Ænigmata Eccleſiaſtica, quæ eadem manent etiam, dum voces ordine retrogrado leguntur.

Metrum octoſyllabum: ſingulæ ſtrophæ verſibus quatuor conſtant: in ſtrophis autem ordo alphabeticus ſervatur. Pro paradigmate primam ſtropham accipe: Ubi eaſdem voces habes, ſive à dextera ad ſiniſtram hos verſus legas, ſive à ſiniſtra ad dexteram ordine retrogrado.

Carmen IV. De Sapientia. Singulæ hujus carminis voces elemento Aleph terminantur: quod autem elementum ante Aleph in fine verſuum eſt, idem ſtropham ipſam inchoat.

Exempli gratia.

Ubi in hac ſtropha, quæ verſibus quatuor heptaſyllabis conſtat, ſingulæ voces elementum Aleph finale habent, & penultima litera uniuſcujuſque verſus, eadem eſt ac prima ſtrophæ, nimirùm Aleph. Et ſic in ſequentibus ſtrophis de litera Beth, & reliquis.

Carmen V. De mente, & contemplatione. Omnes verſus deſinunt in Aleph: quæ verò litera eſt ante Aleph, ordinem alphabeticum exhibet à Tau uſque ad Aleph.

metro heptaſyllabo.

Carmen VI. De divinis judiciis. Triplici metro legitur: nimirùm, cum literis quidem minio exaratis, juxta metrum ſancti Ephræmi, ideſt, heptaſyllabum: *iis verò demptis, juxta metrum Narſetis & Balæi,* hexaſyllabum ſcilicet & pentaſyllabum.

Carmen VII. Querelæ filii ſenioris adversùs filium Prodigum, de quo in Evangelio.

metro dodecaſyllabo: ſinguli verſus deſinunt in *Mar.*

Carmen VIII. Reſponſio filii Prodigi ad fratrem ſeniorem, eodem metro. Verſus omnes deſinunt in .

Carmen IX. De bono Perfectionis tempore, & ſimilitudine menſis Niſan. Litera initii ſtrophæ (quæ ſcilicet ordinem alphabeticum exhibet) *eſt ante literam Aleph, quæ habetur in fine verſuum. Omnis autem ſtropha* (ideſt, quodlibet tetraſtichon) *deſinit in Het.*



metro heptaſyllabo.

Carmen X. Revelatio mentalis de ordine contemplationis corporeorum & incorporeorum: & de purificatione, deque modo illuſtrationis.



metro heptaſyllabo, ordine alphabetico, ſinguli verſus definunt in ـم.

Carmen XI. De humanis affectibus, Dialogus inter corpus & animam. Verſus omnes definunt in Aleph, ipſumque Aleph antecedunt literæ, quæ ordinem alphabeticum ſequuntur.



metro heptaſyllabo.

Carmen XII. Hymnus de Reſipiſcentia. Omnes verſus definunt in Aleph, ipſumque Aleph antecedunt literæ, juxta ordinem alphabeticum.



metro hexaſyllabo, quod Narſetis appellant.

Carmen XIII. Narratio & paræneſis ex perſona Defuncti. Didactica eſt, ædificationem afferens, impetumque cupiditatum compriment. Triplici ordine alphabetico.



metro heptaſyllabo.

Carmen XIV. Parabola myſtica de revelatione Jeſu Chriſti in mundo carnis ad eos, qui viam regiam premunt.



metro dodecaſyllabo, ordine alphabetico.

Carmen XV. Deprecatio, & laudatio. Nullum in eo eſt Aleph, & omnes verſus definunt in Nun, ipſumque Nun antecedunt literæ ex alphabetico ordine.



metro heptaſyllabo.

Carmen XVI. Paræneſis.



metro dodecaſyllabo, ordine alphabetico, & ſinguli verſus definunt in ـم.

Carmen XVII. De reſurrectione, & de futuro ſæculo. Omnes verſus definunt in Aleph, ipſumque Aleph antecedunt literæ juxta Alphabeticam ſeriem.

metro heptaſyllabo.

Carmen XVIII. In illud ſapientum, homo eſt microcoſmus, & mundus eſt magnus homo.

metro heptaſyllabo, omnes verſus definunt in ـا.

Carmen XIX. De amaritudine ſeparationis, tàm ſenſibilis, quàm intelligibilis: & de temporis infelicitate.

metro dodecaſyllabo, omnes verſus definunt in ـها.

Carmen XX. Capita gnoſtica, & ænigmata eccleſiaſtica atque aſcetica. Omnes verſus definunt in Jod poſt Aleph.

metro heptaſyllabo, ordine alphabetico.

Carmen XXI. Paræneſis, & Exercitatio. Singuli verſus continent duas ac viginti literas Alphabeti, nec plures nec pauciores.

metro dodecaſyllabo, ordine alphabetico, omnes verſus definunt in ـه. Sit pro exemplo.

Carmen XXII. Doctrina & paræneſis ad quemlibet.

metro dodecaſyllabo, ordine alphabetico, omnes verſus definunt in ـه.

Carmen XXIII. De invidia, deque pravis ejus moribus, quos in omni generatione exſeruit.

ﻣﺎﻣﺮ ﻗﻲ . ﻻ ﺳﻌﺪﻳﺎ ﻣﻦ ﺣﺴﻨﺎ ﻣﺰﻳﻪ
. ﻗﻨﻪ ﺑﻘﻲ ﺑﺤﻞ metro dodecaſyllabo, or-

dine alphabetico, ſinguli verſus deſinunt in ﻟ .

Carmen XXIV. De Adam. Narratio parabolica, & demonſtratio myſtica de omni regimine ſpirituali. ﻣﺎﻣﺮ ﻗﻲ . ﻻ ﺳﻌﺪﻳﺎ . ﺑﺮ
. ﻗﻼﺋﻤﺎ ﻣﻠﻤﺎ ﻗﺎﺋﻤﺎ ﻻ ﻣﻦ ﺑﻤﺎ ﺑﻨﻮ

metro dodecaſyllabo, ordine alphabetico quater repetito, omnes verſus deſinunt in ﻟ .

Carmen XXV. Sapientia, doctrina, & exercitatio de correptione. ﻣﺎﻣﺮ ﻗﻲ
. ﺳﻌﺪﻳﺎ ﻣﻌﻜﻤﺎ ﻣﻨﻮﻋﺎ ﺑﺤﻜﻤﺎ

metro heptaſyllabo, ordine alphabetico ter repetito, ſinguli verſus deſinunt in ﻣ .

Liber II. Paradiſi Eden. ﻫﺪﻳﺎ ﺑﻨﻲ
. ﺑﺮﻳﺎ ﺑﻨﻮﻳﺎ *Carmen XXVI De fide orthodoxa. Singuli verſus deſinunt in Aleph, ipſumque Aleph antecedunt literæ, quibus ordo alphabeticus exhibetur. Nullum verò in hoc Carmine eſt* ﺙ, *nec* ﺫ, *nec* ﺽ, *nec* ﻅ, *nec* ﻍ, *nec* ﻑ.
ﻣﺎﻣﺮ ﻗﻪ . ﻻ ﻣﻌﻨﺎﻳﺎ ﻣﻌﻜﻢ .
ﺑﻨﻪ ﻣﻠﻜﻲ ﺑﻤﻠﻜﻪ ﻣﻠﻜﻪ ﺑﻤﻠﻜﻪ
ﻻﻣﺪ ﻣﻜﻪ ﻣﻪ ﻣﻜﻪ ﻣﻪ ﻻﻣﺪ
. ﻣﻪ ﻻﻣﺪ ﻻﻣﺪ ﻻﻣﺪ ﻻﻣﺪ ﻻﻣﺪ ﻣﻪ

metro heptaſyllabo, ordine alphabetico.

Carmen XXVII. De fide Eccleſiæ. Nulla vox caret Aleph: quæ autem litera ipſum Aleph finale præcedit, ordinem alphabeticum ſequitur. ﻣﺎﻣﺮ ﻗﻪ . ﻻ ﺑﻨﻲ ﺑﻨﻲ
ﻣﻜﻪ ﻣﻪ ﻫﻢ ﺑﻜﻪ ﻣﻪ ﻛﻪ ﺑﻤﻤﺮ
. ﻛﻪ ﺳﻨﺎ ﺑﻨﻪ ﻗﻪ ﻫﻢ ﺑﻨﻪ

metro heptaſyllabo, quaternus quiſque verſus deſinit in ﻋ .

Carmen XXVIII De filio Prodigo. Omnes voces habent Aleph; quæ autem litera in fine trium priorum verſuum ponitur, ordinem alphabeticum reddit. ﻣﺎﻣﺮ ﻗﻲ . ﻻ ﺑﻨﻲ
ﻫﻢ ﺑﻨﻲ ﺳﻨﺎ ﻫﻤﺎ . ﻣﻜﻪ ﻣﻜﻤﻲ ﻫﻤﺎ
. ﺑﻨﻪ ﺑﻨﻪ ﺑﻨﻪ metro heptaſyllabo, ſingula tetraſticha deſinunt in ﻟ .

Carmen XXIX. Reprehenſio pravorum morum: & de temporis malitia. Nulla vox caret Beth. ﻣﺎﻣﺮ ﻗﻲ . ﻻ ﻣﺪﻣﻨﺎ ﺑﻨﻲ

ﻣﻨﻲ ﻻ ﺣﺴﻨﺎ ﺑﻨﻲ . ﻣﻜﻪ ﻣﻪ ﻫﻤﺎ
. ﻣﻪ ﻣﻪ ﻫﻢ metro heptaſyllabo, verſus omnes deſinunt in Aleph.

Carmen XXX. De ſapientia filii Jachi: & precatio. Nullum in hoc carmine eſt ﻅ, *nec* ﻉ, *nec* ﻍ, *nec* ﻑ: *ſed in unaquaque voce eſt* ﻻ. *Quæ verò litera in trium priorum verſuum fine ponitur, ordinem alphabeticum ſequitur.* ﻣﺎﻣﺮ ﻻ . ﻻ ﺳﻌﺪﻳﺎ ﺑﻨﻲ
ﻣﻜﻪ ﻣﻪ ﻫﻢ ﻣﻪ ﻣﻪ ﻣﻪ . ﻣﻜﻪ
ﻣﻪ ﻣﻪ . ﻣﻜﻪ ﻫﻢ ﻫﻢ . ﻣﻜﻪ ﻫﻢ
. ﺑﻨﻪ ﻣﻠﻜﻲ ﺑﻨﻲ ﺳﻨﺎ ﺑﻨﻲ metro heptaſyllabo, quaternus quiſque verſus deſinit in ﻟ .

Carmen XXXI. De Providentia Dei ab initio & uſque in ſæculum. Omnes voces habent Daleth. Per literam autem, quæ in fine eſt trium priorum verſuum, ordo alphabeticus ſervatur. ﻣﺎﻣﺮ ﻻ . ﻻ ﻣﺪﻣﻨﺎ ﺑﻨﻲ
. ﻣﻲ ﺣﻨﻌﻢ ﻣﻠﻜﻢ . ﻣﻜﻠﻤﻨﺎ ﺑﻨﻲ
. ﻣﻠﻜﻲ ﺑﻨﻪ ﺑﻨﻲ ﺣﺴﻨﺎ ﺑﻨﻲ

Metro heptaſyllabo, quodlibet tetraſtichon deſinit in ﻣ .

Carmen XXXII De myſteriis Incarnationis. Omnes voces habent He, in quo & ſinguli verſus deſinunt. Quæ verò litera ante He poſtremum in unoquoque verſu occurrit, ordinem alphabeticum reddit. ﻣﺎﻣﺮ ﻛﻪ . ﻻ ﺑﻨﻲ
ﻣﻜﻪ ﻣﻪ . ﻣﻜﻪ ﻫﻢ ﻫﻢ . ﻣﻜﻪ ﻣﻪ
. ﻣﻪ ﻣﻪ ﻣﻪ . ﻣﻪ ﻣﻪ ﻣﻪ

metro heptaſyllabo verſus omnes deſinunt in ـــ.

Carmen XXXV. De Amore. In unaquaque voce legitur Het: nullum verò Ain. Finalis verò trium priorum verſuum litera, ordinem alphabeticum reddit. ـــ

metro heptaſyllabo, quodlibet tetraſtichon deſinit in ـــ.

Carmen XXXVI. De Evangelio & Evangeliſtis. Singulæ voces habent Teth, nullum verò Sade; ſinguli autem verſus deſinunt in Nun & Aleph. ـــ

metro dodecaſyllabo.

Carmen XXXVII. De diſſolutione hujus mundi, & de vanitate ſæculi temporalis. In unaquaque voce legitur Jod. ـــ

metro heptaſyllabo, ſinguli verſus deſinunt in ـــ.

Carmen XXXVIII. Adhortatio de bonis moribus. In unaquaque voce eſt Coph, in quo & ſinguli verſus deſinunt. Quæ autem litera ipſum antecedit, ordinem alphabeticum exhibet. ـــ

metro heptaſyllabo.

Carmen XXXIX. Deprecatio & Laudatio. In unaquaque voce eſt Lamed: ſinguli autem verſus deſinunt in Nun, cui litera juxta ordinem alphabeticum præponitur. ـــ

metro heptaſyllabo.

Carmen XL. De Virtute. In unaquaque voce eſt Mim; ſinguli autem verſus deſinunt in Aleph, cui præponuntur literæ ordinem alphabeticum à Tau ad Aleph reddentes. ـــ

metro heptaſyllabo.

Carmen XLI. De tempore malo: & de raritate virtutum, & multiplicitate vitiorum. In unaquaque voce adeſt Nun, ſinguli autem verſus deſinunt in Nun & Aleph. ـــ

metro heptaſyllabo.

Carmen XLII. Precatio, & Pœnitentia. In unaquaque voce eſt Semcath; nullum verò ـــ, *nec* ـــ, *nec* ـــ. *Litera autem finalis trium priorum verſuum, ordinem alphabeticum reddit.* ـــ

metro heptaſyllabo, quodlibet tetraſtichon deſinit in ـــ.

Carmen XLIII. Enarratio de mundi caducitate. In unaquaque voce legitur Ain, nullum verò Het. Quæ autem litera tres priores ſtrophæ verſus terminat, ordinem alphabeticum ſequitur. ـــ

metro heptaſyllabo, quaternus quiſque verſus deſinit in ـــ.

Carmen XLIV. Precatio & Pœnitentia. In unaquaque voce eſt Phe. ـــ

metro heptaſyllabo.

Carmen XLV. Oratio ad divinam Eſſentiam, & Precatio pro natura humana. In unaquaque voce habetur Sade; nullum verò ـــ, *nec* ـــ, *nec* ـــ. *Singuli autem verſus deſinunt in He.* ـــ

metro dodecaſyllabo.

Carmen XLVI. Paræneſis, & conſilia utilia. Legitur in unaquaque voce ـــ, *nullum verò* ـــ, *nec* ـــ, *nec* ـــ, *nec* ـــ. *Singuli autem verſus deſinunt in Nun & Aleph.* ـــ

Epitome [1], seù brevis collectio, Canonum Synodicorum.

Liber

metro dodecasyllabo.

Carmen XLVII. De præstantia & sublimitate Sanctorum. In unaquaque voce est ; ; *omnes autem versus definunt in Aleph, ipsumque Aleph antecedunt literæ, quæ ordinem alphabeticum à Tau ad Aleph reddunt.*

metro heptasyllabo.

Carmen XLVIII. De anima, ejusque facultate cogitativa. In unaquaque voce est Scin: nullum verò , *nec* , *nec* . *Litera autem finalis in tribus prioribus uniuscujusque strophæ versibus ordinem alphabeticum exhibet.*

metro heptasyllabo, quodlibet tetrastichon definit in .

Carmen XLIX. De Pœnitentia & Maria peccatrice. In unaquaque voce est Tau. Singuli autem versus definunt in Aleph, ipsumque Aleph antecedunt literæ, quæ in tribus prioribus uniuscujusque strophæ versibus ordinem alphabeticum referunt.

metro heptasyllabo, quodlibet tetrastichon definit in .

Carmen L. de resurrectione, deque perfectione & mundo novo. In unaquaque voce habes Tau: singuli autem versus definunt in Tau & Aleph.

metro heptasyllabo.

In expositione hujus postremi Carminis, notandus Sobensis error, ubi ait, Damnatos post communem Resurrectionem terram habituros.

Fovea, inq uit, *animi dolore incendens est Gehenna, terra scilicet tenebrosa: nam deficiente luminarium cursu, sublataque luce ac splendore, tenebrarum mare terra fiet, & caliginis chaos juxta sermonem S. Narsetis Doctoris ajentis: Terra fiet terræ filiis Gehenna, & qui terram dilexere, in eadem punientur, juxta ea quæ amaverunt.* Idem Sobensis dum paucis interjectis Sanctorum Beatitudinem in lumine, in revelationibus divinis, in visione Humanitatis Christi collocat, errorem Nestorianorum naturam divinam intuitivè videri posse negantium, haud obscurè prodit: de quo suprà hoc tom pag. 95 & 259.

Porrò artificium, quod in carminibus Sobensis hucusque prolixiùs fortasse quàm oportebat, observavimus, idem adnotarunt viri docti apud Poëtas Græcos & Latinos: & illorum quidem exempla non pauca habes Epigrammatum Græcorum lib 6 cap. 4 Latinorum verò apud Stephanum Menochium tom. 2 miscellaneorum cap. 64. & alibi in eodem opere.

1 *Epitome Canonum Synodicorum.* Bina exemplaria extant in Bibliotheca Vaticana. Alterum Cod. Syr. Vat. 14. priorem hujusce Collectionis partem continens, exaratum anno Christi 1557. Alterum integrum, Cod. Syr. 4. Tom. 2 Biblioth. Orient. pag. 497. sed prioribus foliis lacerîs, quæ tamen ex priori codice suppleri possunt, exaratum anno Christi 1332. quatuordecim scilicet annis ab obitu Auctoris. Et priori quidem codici ad calcem hæc adnotatio apposita legitur:



Domini Deique noſtri ope finitus fuit hic codex feria 5 die 17. menſis benedicti Canun prioris (Decembris) *an.* 1868. *Græc.* (Chr. 1557.) *Deo autem ſit gloria, & miſeratio & gratia ejus ſuper nos deſcendant nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum Amen. Deſcriptus eſt prædictus codex ſub umbra & protectione beati & illuſtris ſancti* SAN (ita habetur in textu,) *Franciſci, quem ſermone noſtro Mar Franſe appellamus: ubi eſt ſanctitatis domicilium, perfugium peregrinorum & pauperum, portus beneficiorum, & afflictorum refugium, in urbe benedicta Baſain, quæ ab urbe magna ac celebri Goa ſexaginta leucis diſtat, cujus habitatores, oro, cuſtodiantur ab omnibus noxis occultis & manifeſtis per Dominum Spiritum, etiam Amen. Nomini porrò iſtius ſancti celeberrimi beati San Franciſci, quem Mar Franſe interpretamur, in hoc loco benedicto ſanctique Petri fide prædito Indiarum, addictæ ſunt ſeptem Ædes* (Conventus) *magnificæ & glorioſæ: atque in iſtis ſeptem Ædibus commorantur centum ferè cœnobitæ moribus ſuis comparandi Patri Antonio, & Patri Macario, & Patri Paulo: quorum orationes, precor, ſint murus & antemurale univerſo mundo etiam Amen. Eſt autem in hac urbe benedicta Baſain alia eccleſia admodum glorioſa & excelſa, quæ S. Mariæ appellatur: & aliud cœnobium, cujus magnificentiam nulla poteſt lingua eloqui, quod S. Pauli dicitur. Præterea in eadem ur-*

be

urbe aliud visitur cœnobium, quod S. Sebastiani nuncupatur, cui simile ædificium oculus non vidit: atque alia Ecclesia, quæ Misericordiæ & Gratiæ appellatur. Habetque insuper hæc benedicta regio Indiarum altaria, sacras ædes, ecclesias, & cœnobia, quorum numerum nemo novit. Prædictæ porrò ædes, & ecclesiæ plenæ sunt cœnobitis morum gravitate atque sanctitate insignibus, quorum conversatio atque alta creatas voces & linguas virtute & numero superant. Illorum orationes, precor, prosint mihi, atque infirmis mei similibus etiam Amen. In istis porrò altaribus, ædibus, ecclesiis, & cœnobiis perpetuo & quotidie oblatio Corporis & Sanguinis Domini nostri diligenter peragitur. Eorum, oro, preces sint nobiscum Amen. Metropolis autem Indicæ regionis omnis est Goa, atque in ea residet Syncletus, hoc est, supremus præfectus Regis magni & victoris, Regis Portugalliæ, qui appellatur Don Guan, & lingua nostra dicitur Rex, hoc est Soltanus Jochanan, nimirùm Joannes: Dominus tribuat illi regnum in terris & in cælo etiam Amen: atque auferat ab ista urbe sancta & benedicta atque S. Petri fide prædita Goa correptiones malas & virgas furoris Amen. Conspurcavit, hoc est, corrupit chartas istas infimus peccator, vilis & infelix, abjectus & contemptus, piger & ignarus, iners & confusus, imbecillus, fæx & peripsema, furni verriculum, abominationum operarius, & vitiorum luto inquinatus, à virtutibus alienus, mandata solvens & turpia perpetrans, stercus & purgamentum omnium filiorum Adam: cujus nec nomen omnino memorandum foret coram hominibus, nisi forte ut mereatur orationem illorum omnium, qui versus istos viles lecturi sunt, pauper & miser JOSEPHUS Episcopi & Metropolitæ nomen gerens, ab operibus verò remotus & vacuus, quantum distat oriens ab occidente, & boreas ab austro, ac cœlum a terra, & initium rerum conditarum à fine ipsarum.

Posteriorem codicem pag. 169. amanuensis hac nota absolvit. ﻫﻜﺬﺍ ﺣﺴﺐ

ﻫﻜﺬﺍ ﻛﺘﺒﻪ ﺍﻟﻌﺒﺪ ﺍﻟﺨﺎﻃﺊ ﺍﻟﺤﻘﻴﺮ ﺍﻟﺴﺎﻗﻂ ﺍﻟﻤﺤﺘﻘﺮ ﺍﻟﻤﻬﻤﻞ ﺍﻟﻤﻨﺒﻮﺫ ﺍﻟﻤﺘﻬﺎﻭﻥ ﺍﻟﻤﺘﻌﺜﺮ ﺍﻟﻤﺘﺒﺎﻋﺪ ﺍﻟﻤﺘﺠﺎﻫﻞ ﺍﻟﻤﺘﻐﺎﻓﻞ

Canones omnes Synodicos religiosam vitam complectentes in duas Partes divisi: & in priori quidem omnia quæ laicis universim generatimque præcepta sunt, recto ordine digeram, sive quæ ad sponsalia ac matrimonia, & hereditatum divisiones, & decisiones judiciales circa ea omnia, quæ inter eos contingere solent; seu ea, quæ spectant ad fidem, & probitatem atque morum conversationisque decorem. Altera autem Parte canones comprehendam singulis Ordinibus convenientes, aliquod in sancta Ecclesia officium obtinentium: ubi de electione, & ordinatione omnium Ordinum differam, & canones ad eorum officium pertinentes indicabo, nec non cætera, quæ eisdem consentanea & convenientia sunt.

In *Præfatione*, quæ incipit ... *Tatianus philosophus*, Sobensis scribit, se Tatiani, qui Evangelia quatuor in unum digessit, exemplum sequutum, Synodorum Canones Patrumque statuta in unum volumen collegisse, idque opus in dignitate Archiepiscopali jam constitutum perfecisse; Eliam verò Patriarcham, qui de Hæreditatum divisione Tractatum, ut suprà dictum est, composuerat, Presbyterum tùm fuisse, quum eam Collectionem publicavit.

Tomi primi Pars Prima, De iis, quorum cognitio omnibus necessaria est. Caput I. Undenam Synodi nomen desumptum, & quid significet. ...

Caput II. Quod Canones ab Episcopo, vel Doctore extra Synodum sanciti, Synodales minimè vocandi sunt. ...

Excipit Sobensis ...

Si verò, inquit, *eos* Canones *Catholicus recipit, & ipse Patriarcha eorum causa Concilium cogit, in quo recipiantur, tum verò Synodici appellantur, ut sunt Judicia Timothei, & Josue Barnun, quæ à Synodo Patrum recepta sunt, & Synodica appellata.*

Cap. III. Historia Oecumenicorum (hoc est, Nicæni œcumenici Concilii Patrum) *ex Marutha Maipherctæ Episcopo, rogatu Isaaci Catholici.* ...

Fabulosa nimirùm, & Maruthæ supposita, ut suo loco ostendam, ubi de Synodis.

Cap. IV. Fides Patrum CCCXVIII. cum brevi expositione Synodi Jesujabi. ...

Hæresim suam in hac Expositione minimè produnt Nestoriani ejus Synodi Episcopi: sed si eorum doctrina circa mysterium Incarnationis attentius expendatur, anguis in herba latere deprehenditur. Ajunt enim: ...

Et factus est homo Jesus Christus in unione suarum naturarum, & in apparitione sua in carne, & in incarnatione sua. Naturæ enim unio Divinitatem & humanitatem indicat. Ea autem verba, descendit, & incarnatus est, & homo factus est, Primitiarum nostrarum assumptionem absque contentione significant. Et infra. ...

Hæc est incorrupta fides, atque hæc summatim illius sententia juxta verborum consequentiam: perfectè scilicet Nicæni Patres *prædicarunt Christi Prosopon, ejusque Divinitatis atque Humanitatis naturas tùm adversùs eos, qui Divinitatem negantes, confitentur eum purum hominem esse, aut sanctorum cuipiam similem faciunt.* Nam *apparitio in carne, assumptio primitiarum nostrarum, unum Prosopon duæque naturæ*, voces sunt, quibus Nestoriani unionem Verbi hypostaticam negantes, affectivam intelligunt.

Cap. V. Nomina Episcoporum Synodi œcumenicæ, provinciarumque eorum & civitatum, ut nobis invenire licuit. ...

Longum esset errores in descriptione tàm Episcoporum, quàm Episcopatuum hìc commissos referre. Sed, ut bene advertit Severinus Binius in notis ad subscriptiones Patrum Nicænorum, *nihil est in auctoribus temporum injuriæ & librariorum erroribus magis expositum, quàm propria locorum personarumque nomina.*

Pars II. De matrimoniis, deque canonibus & regulis Sponsaliorum Christianorum, & quomodo hæc peragenda sint, deque cæteris ad hanc rem spectantibus.

Caput I. Quot & quales sint personæ, quibus nubere nefas est.

Sexaginta quinque gradus virorum, totidemque seminarum enumerat, quibus nubere apud Nestorianos fas esse negat: sed ab Ecclesiæ Catholicæ ritu mirum quantum recedit.

Cap. II. De ritu & regulis sponsaliorum.

Statutum Patrum illius sectæ describit, in quo sponsalia æquè ac matrimonia, quæ præter Ritum Christianum absque Presbytero & testibus celebrantur, irrita ac nulla declarantur.

Cap. III. Siquis in regione fuerit, ubi nullus est Sacerdos, quid ipsi agendum, quum feminam sibi sponsare voluerit?

Quinque nimirùm, aut quatuor ad minus testibus adhibitis matrimonium tùm contrahi fas esse affirmat, subditque, benedictionem postea à Sacerdote suppleri debere.

Cap. IV. Quot annorum esse debeat sponsa?

Cap. V. Quis mulieris fidejussor desponsatorque esse debeat.

Cap. VI. Quomodo desponsanda sit puella, quæ propinquos vel affines non habet? & idem de viro extraneo.

Cap. VII. An liceat post ritè celebrata sponsalia, sponsis ab invicem separari, & sponsalia solvere?

Jesubochti auctoritatem adducit docentis matrimonium ratum, non consummatum, ex pari utriusque consensu dirimi posse.

Cap. VIII. Quantum temporis expectare debeat sponsa, cujus sponsus abiit in longinquam regionem.

Cap. IX. De eo, qui repugnantibus Parentibus feminam desponsavit.

Cap. X. De eo, qui feminam desponsavit, deinde eam fraudulenter dimittit sub obtentu vitæ monasticæ, qua demùm abjectâ, aliam ducit.

Cap. XI. De monachis & virginibus, fœdus professionis violantibus.

Episcopo id permittente, monachis nuptias monialibusque concedit Sobensis: ex impura nimirùm Barsumæ doctrinâ, de qua vide Tom. 2 pag. 403. Verba Sobensis hæc sunt.

ﻟﻪ ﺧﻤﺮ ﺩﻫﻮﻣﺒﻪ ﺩﺍﻟﻤﺴﺪﻫﺎ .

Monachus aut monialis si à proprio instituto exciderint, & ad nuptias ex infirmitate descenderint, absque Episcopi jussu nullatenus matrimonio jungantur, neque in Ecclesia, & coram populo benedicantur. Sed si Episcopus jusserit, privatim domi. Si autem constiterit pactum inter virum & feminam à tempore monachatus initum fuisse, benedictionem conjugii nullatenus accipiant, neque illud ipsis permittatur, donec publicam ac diuturnam pœnitentiam in cilicio & cinere peregerint, vir quidem cum viris, & femina cum feminis, sicut Rector illis præceperit. Neque Anachorita quispiam, qui à statu suo exciderit, orare præsumat in capite Ecclesiæ, aut sacrum peragere, nisi annuente Episcopo. Rem novam & Orientalium Canonibus ac rectæ disciplinæ prorsùs contrariam hìc Auctor profert, de qua suo loco pro merito differendum erit.

Cap. XII. De mulieribus & sponsabus, quæ vi rapiuntur. ﻟﻪ . ﺍﻟﻨﺴﺎ ﺩﻣﺘﺨﺬﺍ ﺑﻌﻨﻔﺎ ﻭﺍﻟﻤﺨﻄﻮﻓﺎ ﺣﻜﻤﻬﻦ .

Cap. XIII. De mulieris dote, ejusque quantitate. ﻟﻪ . ﻣﺪﻭﻥ ﺑﻴﺖ ﺍﻟﺒﻨﺎﺕ ﻭﻛﻤﻴﺘﻪ .

Citat *Ambrosium*, quem *Episcopum & martyrem* perperàm vocat; *Græcos Imperatores*, Theodosianum scilicet Codicem; *Timotheum & Josue Barnun* Patriarchas Nestorianorum.

Cap. XIV. Quod oporteat, fideles ex omni secta uxores ducere. ﻟﻪ . ﺍﻥ ﻳﻨﻜﺢ ﻣﻦ ﻛﻞ ﻫﻨﺎﻧﺎ ﻭﻫﻨﺎﻧﺎ ﻣﻦ ﻛﻞ ﺍﻧﺴﺎ .

Adducit Canonem Nicænum Syriacè, qui est Arabicus 57. juxta interpretationem Abr. Ecchellensis.

Cap. XV. Quod non oporteat, Christianam infideli viro tradi. ﻟﻪ . ﻟﺎ ﻳﻨﺒﻐﻲ ﺍﻥ ﺗﺰﻭﺝ ﺍﻟﻤﺴﻴﺤﻴﺔ ﻟﻠﻜﺎﻓﺮ .

Cap. XVI. Quanto tempore servare debet mulier honorem defuncti mariti, antequam ab alio ducatur? Et idem de viro respectu uxoris. ﻟﻪ . ﻛﻢ ﻳﻨﺒﻐﻲ ﺍﻥ ﺗﺤﻔﻆ ﺍﻟﻤﺮﺃﺓ ﺍﻛﺮﺍﻡ ﺯﻭﺟﻬﺎ ﺍﻟﻤﻴﺖ ﻗﺒﻞ ﺍﻥ ﺗﺘﺰﻭﺝ ﻏﻴﺮﻩ . ﻭﻛﺬﻟﻚ ﺍﻟﺮﺟﻞ ﻣﻊ ﺍﻣﺮﺃﺗﻪ . ﻫﺬﺍ ﺍﻳﻀﺎ Hìc quoque Sobensis *Ambrosium*, cujus testimonio utitur, *martyrem & Episcopum* appellat.

Cap. XVII. Quot ob causas dimittitur uxor à viro, & sponsa à sponso? ﻟﻪ . ﻛﻢ ﻋﻠﺔ ﺗﻄﻠﻖ ﺍﻟﻤﺮﺃﺓ ﻣﻦ ﺯﻭﺟﻬﺎ ﻭﺍﻟﺨﻄﻴﺒﺔ ﻣﻦ ﺧﻄﻴﺒﻬﺎ . Laudantur *Timotheus*, *Josue Barnun*, & *Græci Imperatores*.

Cap. XVIII. De muliere contentiosa, & viro contumelioso. ﻟﻪ . ﻋﻦ ﺍﻟﻤﺮﺃﺓ ﺍﻟﻤﺸﺎﻏﺒﺔ ﻭﺍﻟﺮﺟﻞ ﺍﻟﻤﺸﺎﺗﻢ .

Cap. XIX. Quot modis deprehenditur adulterium, & quot testes ad id probandum requiruntur. ﻟﻪ . ﻛﻢ ﺍﻧﻤﺎ ﻳﺪﺭﻙ ﺍﻟﺰﻧﺎ ﻭﻛﻢ ﺷﺎﻫﺪ ﻳﺤﺘﺎﺝ ﺍﻟﻴﻪ .

Cap. XX. De viro testante, se vidisse uxorem adulterantem; testes verò adducere nequit. ﻟﻪ . ﻋﻦ ﺍﻟﺮﺟﻞ ﺍﻟﺸﺎﻫﺪ ﺑﺎﻧﻪ ﺭﺃﻯ ﺍﻣﺮﺃﺗﻪ ﺗﺰﻧﻲ ﻭﻟﻴﺲ ﻟﻪ ﺷﻬﻮﺩ .

Cap. XXI. De viro & muliere, quorum alter in captivitatem abducitur. ﻟﻪ . ﻋﻦ ﺍﻟﺮﺟﻞ ﻭﺍﻟﻤﺮﺃﺓ ﺍﺣﺪﻫﻤﺎ ﺳﺒﻲ .

Cap. XXII. De eo, qui corrumpit virginem, aut matrimonio junctam. ﻟﻪ . ﻋﻦ ﺍﻟﺬﻱ ﻳﻔﺴﺪ ﺍﻟﺒﺘﻮﻝ ﺍﻭ ﺍﻟﻤﺘﺰﻭﺟﺔ .

Cap. XXIII. De statuto tempore pœnitentiæ fornicariis, iisque, qui illegitimo matrimonio fœdantur, deinde convertuntur. ﻟﻪ . ﻋﻦ ﺍﻟﺰﻣﺎﻥ ﺍﻟﻤﻌﻴﻦ ﻟﻠﺘﻮﺑﺔ ﻟﻠﺰﻧﺎﺓ ﻭﻟﻠﺬﻳﻦ ﻳﺘﺰﻭﺟﻮﻥ ﺑﺎﻟﺤﺮﺍﻡ ﺛﻢ ﻳﺘﻮﺑﻮﻥ .

Ex Synodo Nicæna Can. 72. de ducente duas uxores.

Cap. XXIV. De eo, qui ancillam suam ducere vult in uxorem. ﻟﻪ . ﻋﻦ ﺍﻟﺬﻱ ﻳﺮﻳﺪ ﺍﻥ ﻳﺘﺰﻭﺝ ﺟﺎﺭﻳﺘﻪ .

Cap. XXV. De matrimonio servorum & ancillarum Christi fidelium. ﻟﻪ . ﻋﻦ ﺍﻟﻌﺒﻴﺪ ﻭﺍﻟﺠﻮﺍﺭﻱ ﺍﻟﻤﺴﻴﺤﻴﻴﻦ .

Cap. XXVI. Quantum temporis sustinere debet mulier, quam vir relinquens, in longinquas regiones proficiscitur. ﻟﻪ . ﻛﻢ ﻳﻨﺒﻐﻲ ﺍﻥ ﺗﺼﺒﺮ ﺍﻟﻤﺮﺃﺓ ﺍﻟﺘﻲ ﻳﺴﺎﻓﺮ ﻋﻨﻬﺎ ﺯﻭﺟﻬﺎ ﺍﻟﻰ ﺍﻗﺎﺻﻲ ﺍﻟﺒﻼﺩ .

Cap. XXVII. De sententia & pœna ferenda ab Ecclesia in eos, qui illegitimis matrimoniis polluuntur, & perseverant in peccato usque ad mortem absque pœnitentia. ﻟﻪ . ﻋﻦ ﺍﻟﺤﻜﻢ ﻭﺍﻟﻌﻘﻮﺑﺔ ﺍﻟﺘﻲ ﺗﻠﺰﻡ ﺍﻟﻜﻨﻴﺴﺔ ﺍﻥ ﺗﻠﺰﻣﻬﺎ ﻟﻠﺬﻳﻦ ﻳﺘﺰﻭﺟﻮﻥ ﺑﺎﻟﺤﺮﺍﻡ ﻭﻳﺪﻧﺴﻮﻥ ﺑﻪ ﻭﻳﺼﺮﻭﻥ ﻋﻠﻴﻪ ﺍﻟﻰ ﺍﻟﻤﻮﺕ ﻭﻻ ﻳﺘﻮﺑﻮﻥ .

ex Synodo Marabæ.

Pars III. De divisione Hæreditatum.

Præfatur de Synodis & Statutis Imperatorum, qui leges hac de re sanxerunt: deinde Syros enumerat Canonum collectores, Patriarchas quidem Ananjesum, Timotheum, Josue Barnun, Joannem & Eliam; Episcopos verò Jesubochtum, Simeonem, Ebedjesum & Eliam. Verba Sobensis recitata sunt hoc tom. pag. 267. Quæ autem sequuntur capita XXV., Eliæ Nisibeni sunt à Sobensi Ebedjesu ex Arabico sermone in Syriacum translata.

Cap. I. De hæredibus eorumque ordine juxta affinitatem & consanguinitatem.

Cap. II. De numero eorum, qui ab hæreditate excluduntur.

Cap. III. De marito & uxore, & quantum hæreditatis alteri ex altero contingat.

Cap. IV. De filiis & filiabus: & quantum hæreditatis eis ex parentibus contingat.

Cap. V. De patre & matre: & quantum eis hæreditatis ex filiis contingat.

Cap. VI. De fratribus & sororibus: & quantum hæreditatis alteri ex altero contingat.

Cap. VII. De avis, & aviis: & quantum hæreditatis eis ex filiis filiorum contingat.

Cap. VIII. De fratribus & sororibus patris, deque fratribus & sororibus matris; & qualis eis hæreditas ex filiis fratrum sororumque suarum contingat.

Cap. IX. Quod hæreditas avis paternis cum fratribus sororibusque matris minimè contingat, neque avis maternis cum fratribus & sororibus patris.

Cap. X. De viro & muliere consanguineis: & quantum hæreditatis alteri ex altero propter conjugium & affinitatem contingat.

Cap. XI. De sponso & sponsa: & quod nulla alteri ex altero hæreditas contingat.

Cap. XII. De monacho, an possit consanguineorum hæres esse, aut illos hæredes instituere?

Cap XIII. De Testamento.

Timothei Patriarchæ Canon de testamentis.

Cap. XIV. De dimissa & dimisso; & quod nulla ab invicem hæreditas contingat.

Cap. XV. De Apostata: & quod neque hæres esse, neque hæredes instituere possit, nisi pœnitentiam egerit, & ad fidem redierit.

Cap. XVI. Quod qui hæredes non habet, ejus hæreditas Ecclesiæ contingit.

Cap. XVII. De filio spurio.

Cap. XVIII. De filio, cujus pater ad aliam sectam transiit.

Cap. XIX. De filio, qui nascitur patre longè absente.

Cap. XX. De filio ex baptismo, & ex educatione.

Cap.

Cap. XXI. De filio contumace. ܐ . ܟܠ ... ܗܢ Citat Jesubochtum Metropolitam Persidis, nec non Timotheum & Eliam Patriarchas.

Cap. XXII. De filia, quæ fornicatur vivente patre. ... ܟܠ . ...

Cap. XIX. De eo, qui judiciis audiendis præest, & munerum acceptione corrumpitur.

Ex Synodo Nicæna.

Pars V. De iis, quæ omnibus universim Christianis canonicè imposita sunt.

Cap. I. Ad quot, & quas preces tenentur singuli Christianorum ordines? Clerici & monachi, inquit Sobensis, ad septem horas canonicas tenentur; laici verò ad quatuor, nimirùm *ad vesperas, ad eas quæ recitantur antequam quis cubitum eat, ad nocturnum, & ad matutinum.*

Cap. II. An hæc quatuor laicorum officia ordinem eundem habeant, an diversum?

Cap. III. Quænam harum quatuor horarum primum locum habeat?

Cap. IV. Quidnam recitare debeant laici, qui Psalterium legere nesciunt?

Cap. V. Quasnam preces recitare debeant senes, rustici, pastores, & nautæ, qui nihil discere queunt?

Cap. VI. Quod non liceat laicis in officio divino præcipere.

Ex Synodo Joannis.

Cap. VII. De veneratione diei Dominicæ.

Ex Constitutionibus Apostolorum, ex Jesujabo, & ex Joanne Patriarchis.

Cap. VIII. De adoratione ad Orientem, & quandonam hæc incepta est?

Ex Constitutionibus Apostolorum, & ex Canonibus Nicænis.

Cap. IX. De adoratione Crucis, & undenam incepta est.

Cap X. De jejunio feriæ quartæ & sextæ.

Ex Constitutionibus Apostolorum, & ex Joanne Patriarcha.

Cap. XI. Quod non liceat jejunare die Dominica.

Ex Synodo Gangrensi, & ex statutis Orientalium.

Cap. XII. De honore Martyribus debito.

Ex Canonibus Synodi Nicænæ.

Cap. XIII. Quod non liceat Christianis, filios aut filias suas ab ethnicis ad Ecclesiam deducendas mittere.

Cap. XIV. Quibus ornamentis se ornare debeant Christi fideles, quum Ecclesiam adeunt diebus Dominicis & Festis.

Cap. XV. Quod non liceat mulieres ethnicas filiorum Christianorum nutrices esse. Ex Joanne Patriarcha.

Cap. XVI. De nocturnis pollutionibus, & menstruis. Ex eodem.

Cap. XVII. Quod non liceat fidelibus comedere cum Judæis. Ex eodem.

Cap. XVIII. Quod non liceat Christifidelibus conversari cum cantatricibus, aut bibere cum eis.

Ex eodem.

Cap.

Cap. XIX. An laici ex canone teneantur jejunare hebdomada Apoſtolorum, Eliæ, & Annunciationis? Ex Gabriele Baſſorenſi id jejunium arbitrio laicorum permittit.

Cap. XX. De viſitandis carceribus. Ex Canonibus Arabicis Synodi Nicænæ.

Cap. XXI. De Xenodochiis. Ex Canonibus Nicænis Arabicis, ex Synodo Antiochena, & ex Chalcedonenſi, cujus convocationis annum diemque his verbis notat.

Chalcedonenſis Synodus congregata eſt die 25. Octobris anno Alexandri milleſimo ſexageſimo tertio. Sed pro *milleſimo* annus *ſeptingenteſimus* reponendus, qui reliquis ſervatis anno Chriſti 451. reſpondet.

Cap. XXII. De iis, qui magos & incantatores conſulunt. Ex Joanne Patriarcha.

Cap. XXIII. De ablutione corporum defunctorum. Ex Canonibus Nicænis Arabicis.

Cap. XXIV. De conducentibus lamentatrices, & Pſaltas. Ex Joanne Patriarcha.

Cap. XXV. Quod non liceat quemquam in Eccleſia ſepeliri. Martyres excipit & Epiſcopos: & illos quidem ſub altari, Epiſcopos verò in Eccleſia ſepeliri fas eſſe docet

Cap. XXVI. Quod non liceat feretra intra cancellos altaris inferri. Ex libro Synodico, in quo Severiani & Jacobitæ fugillantur, qui feretra clericorum intra altare inferebant.

Cap. XXVII. De commemorationibus defunctorum.

Cap. XXVIII. An liceat defunctorum commemorationes celebrare diebus Dominicis & feſtis ſolemnioribus. Ex libro Synodico.

Timothei Patriarchæ Synodus habita menſe Februario anno Græcorum 1629. (*Chriſti* 1318.) cui ſubſcripſere præter Timotheum, *Joſephus* Metropolita Elamitarum, *Ebedjeſus* Metropolita Niſibis, *Simeon* Metropolita Moſul, *Simeon* Metropolita Garmæorum, *Simeon* Epiſcopus Tirhanæ, *Simeon* Epiſcopus Baladæ, *Joannes* Epiſcopus Beth-Vazich, *Joannes* Epiſcopus Singaræ, *Ebedjeſus* Epiſcopus Honitæ, *Iſaac* Epiſcopus Beth-Daron, & *Jeſujabus* Epiſcopus Telæ & Barbeliæ. *Ejuſdem Synodi* Canones XIII. Atque hìc deſinit Tomus I hujuſce Collectionis. Quæ ſequuntur, exſtant ſolùm in Cod. Syr. 14. de quo vide Tom. 2. Biblioth. noſtræ pag. 497.

Tomus II. Collectionis Canonum Synodicorum.

Pars VI. Quæ communiter Eccleſiaſticis omnibus, propriè verò Diaconatui ac Presbyteratui conveniunt.

Cap. I. De Ordinibus Eccleſiaſticis, & diviſione talentorum.

Hoc caput, quod in hoc Codice imperfectum eſt, integrum habetur in Cod. Syr. Vat. 14. fol. 198.

Cap. II. De honore eccleſiaſticis ordinibus à laicis debito: deque eccleſiaſticorum erga laicos amore exhibendo. Ex Synodo Jeſujabi. Deeſt initium hujus capitis.

Cap. III. Quem quiſque Diſcentium ordo librum legere & meditari debeat.

Quinque Canones citantur. I. Apoſtolorum poſtremus de numero ſacrorum Librorum. II. Canon Scholæ Niſibenæ de puerorum exercitationibus per tres priores ſtudiorum annos. III. Canon Sabarjeſu Patriarchæ cognomento Damaſceni, de eadem re editus anno Hegiræ 220. quo ſe viſitaſſe ait Scholas regionis Aramæorum, Theodori, ſcilicet, Maris, & Mahuzæ, nec non Scholas regionis Elamitarum, Meſenæ, Perſidis, & Choraſanæ: iiſque omnibus methodum in tradendis diſciplinis præſcribit. IV. Canon Theodoſii Patriarchæ, quo præfatæ Sabarjeſu conſtitutioni inhærens, hæc ait:



Qui medendi scribendive artibus incumbunt, neutiquam negligant attentè legere expositionem Novi Testamenti, & codicem Sacramentorum auctore Mar Theodoro magistro magistrorum & interprete interpretum. Siqui verò Presbyterorum locum in Ecclesia obtinent, sedulo etiam percurrant Homilias totius anni, opus Mar Ananjesu Catholici, & Josue Barnun, atque Pauli: & Paracleticas orationes Barsumæ, & Josue Barnun, ac Pauli. V. denique Canon Abrahæ Patriarchæ, quod senes, & qui annum ætatis quinquagesimum attigere,



perlegant librum Paradisi, & libros Abbatis Esaiæ, & Mar Evagrii, & Patrum monachorum scripta: ut puta Macarii, Ammonæ &c.

Cap. IV. De electione, & consecratione Lectorum, Hypodiaconorum, & Diaconorum: & quo quisque ætatis anno separandus (hoc est, consecrandus) *est.*



Quatuor canones Synodi Orientalium adducit Sobensis. I. quod in Ecclesia & coram altari ordinatio Clericorum peragenda est; Diaconissarum verò ante fores cancellorum. II. de ætate Lectorum, Hypodiaconorum, Diaconorum, & Presbyterorum: in quo tamen Nestoriani à statutis Conciliorum paulùm recedunt. III. de doctrina, quæ in Diaconis & Presbyteris requiritur. IV. de numero Diaconorum & Presbyterorum in civitatibus, & pagis.

Cap. V. De electione & ordinatione Presbyterorum.



quinque canones Synodi Orientalium profert.

Cap. VI. Canones de Presbyteris, & Diaconis, & de universo Clericorum Ordine.



Undeviginti canones profert, quorum primus ex Concilio Nicæno, reliqui ex Synodo Joannis Patriarchæ, qui can. 14. præcipit, ut Presbyter sive Diaconus, qui postquam fidem abnegasset, resipuerit, denuò ordinationem accipiat.

Cap. VII. De electione, & ordinatione Chorepiscopi, hoc est, Periodeutæ seù Visitatoris: deque regulis Visitationis.



Sex Canones profert ex Nicæna Synodo; ex iis scilicet, quos Arabicos appellant.

Cap. VIII. De electione & ordinatione Archidiaconi, deque ordine ministerii ejus.



Canones duo, alter ex Synodo Jesujabi, ex Nicæna alter.

Cap. IX. De Oeconomo, & Procuratore, deque ejus administratione.



Canon primus ex Synodo Jesujabi, posteriores duo ex Nicæna.

Pars VII. De regulis & canonibus monachatus, deque perfectis operibus, religiosisque moribus angelicum hujusmodi institutum amplectenti convenientibus.



Cap. I. Undenam deducitur hoc monachatus institutum, & à quo initium habuit.



Cap. II Canones & regulæ monachis præscriptæ à Patribus tercentum decem & octo.



Septem canones describit Sobensis, qui sunt ex interpretatione Abr. Ecchellensis 1. 4. 8. 10. 11. & 13. ex XV. decretis, quæ *de monachis & anachoritis* inscribuntur: Vide Labb. collect. concil. tom. 2. à pag. 343.

Cap. III. Regulæ præscriptæ à Mar Abrahamo magno, monachorum totius Persidis patre.



Canones XI. de quibus suprà pag. 155.

Cap. IV. Regulæ Mar Dadjesu Præfecti cœnobio magno, qui Abrahæ successit.

Canones XIII. de quibus ſuprà pag. 98.

Cap. V. De iis, qui Orationem negligunt, & perceptionem Sacramentorum Chriſti minimè curant, & falſum habitum præferentes, abſque cœnobio vagantur ſecumque mulieres circumducunt, & in uno eodemque monaſterio viri ſimul ac mulieres commorantur.

Ex Synodo Jeſujabi. Deeſt finis hujus capitis.

Cap. VI. De privilegiis monaſteriorum, eorumque exemptionibus à poteſtate epiſcoporum. Deeſt initium hujus capitis. Quæ autem cœnobia à Patriarchis Neſtorianorum exempta fuerint, & in quo ſita ſit hujuſmodi exemptio, liquet ex hac Ebedjeſu Patriarchæ conſtitutione, quam Sobenſis hoc capite deſcribit.

EBEDJESU CATHOLICI. Æqua & justa ratio postulat, ut Patriarcha cum omni timore Dei, & certitudine veritatis investigare & explorare studeat omnia communia & particularia negotia, eaque secundùm rectam gubernationem disponere. Nos igitur vestigiis Patriarcharum sanctæ memoriæ prædecessorum nostrorum inhærere volentes, & quemadmodum illi, prout unicuique visum est utile & profuturum ædificationi, aliquas ecclesias & monasteria exempta fore decreverunt: ita nos etiam considerantes monasterium sancti & Angelorum comitis Mar Michaëlis prope urbem Mosul ab antiquo ordine excidisse, coacti sumus exemptionis privilegium illi concedere: sicut olim Apostolo Adæo placuit ecclesiam Sciahargardæ exemptam declarare, & Apostolo sancto Mari monasterium & Scholam in eodem positam in Dora-Konæ. Similiter Mar-Aba Catholicus ab ecclesiæ Nuhadrensis jurisdictione monasterium Abunæ exemptum decrevit: & Mar Sabarjesus Catholicus monasterium suum, in quo jacet ejusdem sanctum corpus, eodem privilegio decoravit: & Jesujabus Gadalensis Catholicus monasteria Bar-turæ, & Mar Jacobi in Beth-Abe exempta itidem voluit. Timotheus quoque Catholicus superius monasterium (Izlense scilicet) & Scholam ibidem constructam exemit. Josue item Barnun Catholicus monasterium sancti Eliæ vindicavit; idemque Mosulum Metropolitæ Assyriæ & Adiabi tradidit, & Niniven episcopatu spoliavit, & Assyriæ univit. Emmanuel verò Catholicus monasterio Abbatis Josephi in Balada idem exemptionis privilegium concessit: quo etiam Israël Catholicus cœnobium sancti Gabrielis in Charsa ornandum putavit. Ebedjesus Catholicus eodem jure monasterium Beth-Saiarense exemptum fore sanxit. Joannes Catholicus cœnobium Jesujabi Scezense similiter exemit, idemque privilegium concessit monasterio sancti Ezechielis Kokensi, & sancti Jacobi inclusi, & magistri nostri Aphnimarani Churcomensi, & monasterio magistri nostri Hormisdæ. Hæc porrò est constitutio cœnobii exempti, ut ad Patriarcham propriè & privativè pertineat, nemque Patriarchæ duntaxat in illo prædicetur: neve liceat cuiquam ex Metropolitis & Episcopis provinciæ illius, aut aliarum provinciarum ullo pacto eius rebus sese immiscere: neve itidem cuipiam Presbyterorum, Diaconorum, monachorum, & laicorum illud monasterium festis diebus aut quovis alio die frequentantium, nomen cujuspiam ex Metropolitis aut Episcopis recitare, neque istis fas sit petere, ut suum nomen in ecclesia monasteriorum exemptorum proclametur, nisi nomen Patriarchæ solummodo. Instante autem necessitate fratribus monachis prædicti monasterii, consecrandi novum altare oleo, sive ordinationis faciendæ Presbyterorum aut Diaconorum, conceditur iisdem invitare quem elegerint Metropolitam sive Episcopum. Quum autem venerit qui hujusmodi functiones peracturus est, conceditur Directoribus, Præsidentibus, & Seniori-bus monasterii, offerre illi habitum Pontificum, utque Pallium, & Amictum, Pedum. que pastorale seu baculum ferat, ejusque nomen post nostrum recitetur, dum ipse stat in ordine Patrum in capite ecclesiastici cœtus. Permittere verò, ut quilibet Metropolitanorum aut Episcoporum in hoc monasterio recipiatur, definitivo canone interdicitur Sin autem contigerit, aliquem ex Metropolitis & Episcopis ex causa primatum ecclesiæ abdicare, haudquaquam fas illi esto cubiculum & cellam in illo monasterio sibi coëmere, sive is monachus loci fuerit, sive extraneus quispiam. Quum verò ad monasterium venire illum contigerit, velut peregrinus & hospes excipiatur. Prælato autem seù Directori monasterii conceditur consecrare altare in monasterio, si casu illud prophanari contigerit, neque consecratione per Chrisma indiguerit. Sin autem ipse Prælatus id per se efficere nequiverit, cuipiam ex Presbyteris sociis suis id committere & delegare poterit, ut nimirùm functionem illam ritè peragat.

Quas Syri monasteriorum [illegible] exemptiones vocant, Græcis ταυροσκύλια, hoc est, crucis Patriarchalis fixiones dicuntur, de quibus erudite Goar. in not. ad Eucholog. à pag 612.

Cap. VII. De cœnobiis, studio antiquorum conditis, & negligentia posteriorum collapsis.

ex Synodo Jesujabi.

Cap. VIII. De ecclesiis & cœnobiis, quæ noviter excitantur.

Ex eadem Synodo.

Cap. IX. De cœnobiis & monasteriis destructis: & quis eorum hæres instituendus est.

Pars VIII. De electione & ordinatione Metropolitanorum & Episcoporum: deque iis, quæ ab ipsis aut erga ipsos debentur: deque canonibus summi eorum Sacerdotii.

Cap. I. De electione & ordinatione Episcoporum per Metropolitanos.

Cap. II. De iis, qui ex monastico instituto ad Episcopatum assumuntur.



Cap. III. Quod quum Episcopus à Metropolitano ordinatur, convocet ipse Metropolitanus plures Episcopos ad ordinationem.



Ex Synodo Nicæna, can. Arab. 5.

Cap IV Quod non liceat Episcopo, dum in vivis est, præcipere, ut quis in locum suum post obitum subrogetur, sive ex discipulis suis, sive ex conjunctis, aut ex primoribus civitatis.



Ex eadem Synodo, can. 52.

Cap V. De eo, qui criminis cuiusdam accusatus est, nec pœnitentiam publicam exhibuit, sed ad domesticos aut exteros recurrit, ut chirotoniam Episcopatus accipiat.



Ex eadem Synodo.

Cap. VI. De eo, qui munera dat provincialibus, aut Metropolitano, ut Episcopus eligatur.



Ex eadem.

Cap. VII. De eo, qui ad Episcopatum vocatus, minimè consentit.



Ex eadem.

Cap. VIII Quod quum quis Episcopus ordinatur, non debet per seipsum sedem suam inire.



Ex eadem can. 36.

Cap. IX. Quod necessariò observandus est canon, ut Episcopi à Patriarcha perficiantur: & quod qui à Metropolitano ordinatur, antequam Patriarcham adeat ab eoque perficiatur, non audeat Pontificalia exercere.





Ex Synodo Isaaci, Occidentalium, & Ezechielis.

Cap X. De Synodo clericorum locorum cum proprio Episcopo quotannis celebranda.



Ex Synodo Nicæna can. 60.

Cap. XI. De Synodo Episcoporum cum proprio Metropolitano celebranda.



Ex eadem can. 45.

Cap. XII.



Quantum temporis abesse possit Episcopus à propria sede. Ex eadem.

Cap. XIII.



Quod debeant separari bona Ecclesiæ à bonis Episcopatus. Ex Synodo Antiochena habita in Encæniis Ecclesiæ, can. 24.

Cap. XIV.



Si mortuo Episcopo alter Episcopus sedem illam ambierit, provincialesque subornarit, ut sibi consentiant; an is transferri possit, nec ne. Ex Nicæna, & ex constitutionibus Timothei Patriarchæ, in quibus ait à temporibus Apostolorum ad suam ætatem Synodos quadraginta & amplius habitas fuisse, in iisdemque definitum, quod non liceat Episcopis ab una ad aliam Ecclesiam transire; Socratem tamen Novatianum ex præconcepto, ut asserit, in Nestorium odio, & ex nimio in Proclum amore, hunc ait ritè ex Cyzicena in Constantinopolitanam Sedem transisse, quum is transitus, ut inquit, illegitimus fuerit.

Cap. XV.



Quot sunt Provinciæ, quibus Metropolitani præsunt: & à quonam unaquæque instituta. Loquitur Sobensis de gentis suæ Metropolitanis, quorum de institutione & primatu hæc habet. *Causa primatus Sedium inter se ex prioritate temporum desumitur, quibus earum fundatores Patriarchæ vixerunt. Quare hunc inter se ordinem temporis habent. Primus qui Metropolitas discreverit Papa Patriarcha fuit, qui Patriarchalem dignitatem ad annos circiter octo & sexaginta tenuit, atque ante omnes Metropolitam Elamitidis discrevit, & paulò post etiam Nisibis, tùm tertium Perath-Mesenes* (hoc est, Bassoræ) *& post hunc Assyriæ. Quatuor hi Metropolitæ à Papa constituti fuere. Sub tempora verò trecentorum decem & octo Patrum Synodi œcumenicæ, Garmachitæ Metropolitas à Simeone Barsabaë postularunt: & Ardabadeni quidem ajebant, patriæ nostræ dignitas Metropolitana debetur: Beth-Seleucienses verò similiter dicebant, in patria nostra Metropolitanus constituendus est. Præcepit itaque Simeon Barsabaë, utriusque Episcopi examinari in docendo diligentiam, uter utri numero discipulorum præstaret, idemque Metropolita crearetur. Compertum autem fuit in hac parte Episcopum Seiabargardæ Ardabadensi esse anteponendum. Sic itaque Garmæis Metropolita datus est à Simeone Barsabaë. Istos porro Metropolitas alterum post alterum confirmavit Synodus Isaaci. Mentionem quoque faciunt Synodi Isaaci Patres & Persidis, & Maruæ, non autem quasi Metropolitanorum, sed quasi celeberrimarum Sedium Episcoporum. Metropolitanam postmodum dignitatem sexta Sedes Persidis, tùm septima Maruæ à Jaballaha legitimè acceperunt. Octavam verò Sedem Jesujabus Gadalensis Hulunæ* (hoc est, Halavanæ) *constituit. Heriæ verò, & Samarcandæ & Sinarum Metropolitas creavit Saliba-Zacha. Ajunt verò quidam, Achæum & Silam illos constituisse: sed ordine Sinensem antecedunt Metropolitæ Heriæ, & Indiæ, & Sinensis Samarcandensem. Postea Timotheus alias sex Sedes instituit, quarum quatuor interiere, reliquæ duæ manent: Armeniæ nimirùm, quæ est tertia decima, & post istam Sciamæ* (hoc est, Syriæ) *quæ est quartadecima. Atque hæ sunt Sedes primariæ Provinciarum, & hæc ratio, unde petenda est prærogativa primatus earum, & ipsarum ordo.* Alias præterea Nestorianorum Metropolitanas Sedes fuisse, quàm quæ hìc à Sobensi memorantur, liquet ex Tabula Amri, & Eliæ, quam retuli tom. 2. pag. 458.

Cap. XVI.

De electione & ordinatione Metropolitani. Ex Synodo Georgii Patriarchæ canones duo: & ex Epistola Timothei, qua eos redarguit, qui Regi primùm, deinde Patriarchæ factam ab ipsis Metropolitani electionem significaverant.

Cap. XVII.

ܡܢܝ ܐܝܟܡܝ ܕܡܫܬܠܡ ܘ

Quænam Metropolitanis debentur, & quæ exercere possunt in Sedibus Episcoporum suorum: quæ verò canonicè ipsis prohibentur. Ex Synodo Isaaci canones duo: item ex Synodo Nicæna.

Cap. XVIII. ܠܐ ܗܘ ܐܝ ܕܐܬܩܛܥ

ܚܕ ܡܢ ܐܝܟ ܕܐܬܝ ܒܕܝܠܗ ܡܢ ܐܬܪ ܕܐܬ ܠܗ ܗܕ ܡܢ ܐܝ

Quodnam discrimen sit inter excommunicationem, & suspensionem: Et quis ex Præsulibus habeat facultatem deponendi: & quænam depositio irrita sit ac nulla. Ex Nicæna.

Pars IX. De iis, quæ spectant ad magnam Patriarchatus dignitatem, deque ejus sublimitate, & quæ honori ipsius congruunt atque debentur.

Cap. I. Quot Patriarchæ ab Apostolis instituti sunt in universo mundo.

Quinque Patriarchas enumerat, Romanum scilicet, Alexandrinum, Antiochenum, Constantinopolitanum, & Seleucienſem seù Babylonium: eorumque institutionis causam refert, in hæc verba.

Loca itaque, in quibus à sanctis Apostolis dignitas Patriarchalis instituta fuit, urbes istæ sunt quinque, in orbe scilicet universo maximè celebres & conspicuæ, quas & urbium esse matres novimus. Primo loco est Babylon: ea quippe metropolis est materque urbium, & idcirco caput regni Assyriorum fuit, sicut primogenitus Prophetarum (Moyses in Geneſi) docuit. Secunda est Alexandria, quæ ab Alexandro magno condita fuit. Tertia Antigone, quæ ab Antigono ædificata, ab Antiocho postea aucta & exornata, ex ejus nomine Antiochia appellata fuit. Quarta est magna Roma, quæ à Romulo condita, ab eodem nomen accepit. Quinta Byzantium, quæ urbs ab Imperatore Constantino Constantinopolis dicta est. In his ergo quinque urbibus post revelationem Dei Verbi in carne à beatis Apostolis constituti fuere quinque Episcopi metropolitæ, qui & Patriarchæ nominantur. Et quoniam prædictis civitatibus non ex principatu & antiquitate solummodo Patriarchalis dignitas & præroga-

tiva

tiva accessit; sed etiam propter Apostolum, qui in ea docuit, & regem, qui in ea regnavit; magnæ Romæ data fuit propter geminas columnas in eadem positas, Petrum, inquam, Apostolorum principem, & Paulum Doctorem gentium: ipsaque est Sedes prima & caput Patriarcharum. Secunda autem Sedes est Alexandrina. Tertia Ephesina. Quarta Antiochena. Et verò causa propria hujus rei est excellentia Apostolorum, qui istas Sedes condidere atque erexere; Simonis, inquam, Petri, Marci Evangelistæ, Lucæ & Joannis Evangelistarum. Quinta autem Sedes est Babylon, ob reverentiam trium Apostolorum, qui terras ditioni illius subjectas ad Christianam fidem traduxere: fuerunt autem Thomas Indorum & Siuensium Apostolus, & Bartholomæus qui & Nathanaël, Aramæorum, & Adæus unus ex septuaginta, qui fuit magister Aghæi & Maris, & Apostolus Mesopotamiæ & universæ Persidis. Plena autem Patriarchicæ dignitatis prærogativa, qua nomine tenus Apostolicus Seleuciæ & Ctesiphontis Thronus, ut diximus, fruebatur, ex hac causa postmodum concessa est, nimirùm ex occasione turbarum, quæ Ecclesiæ acciderunt ex calumnia servorum Diaboli crucifixorum, (Judæorum) atque Manichæorum. Duo quippe Patriarchæ cruci affixi fuere ante fores Ecclesiæ Antiochiæ, alter Aramæorum, Antiochenus alter, & factus est luctus unus Orienti & Occidenti communis: atque horum Patrum sanguine duplicata illi potestas est instar Patriarcharum: & primum, qui Patriarchicam prærogativam accepit, quidam ajunt Sciachlupham fuisse, alii Papam. Hæc Sobensis. Subjungit in confirmationem eorum, quæ suprà dixit, Canones Nicænos duos, qui respondent Arabicis per Ecchellensem editis 37. 38. & 39. Verùm multa hic peccat auctor, quæ non vacat singula expendere. Duo tamen silentio minimè prætereunda sunt, quæ Seleucienſi seù Babyloniæ Sedi ab ipso perperàm tribuuntur: nimirùm quod Patriarchalis ejus dignitas ad Apostolorum tempora referatur; & quod quintus ipsi locus inter Ecclesias Patriarchales adjudicetur. Nam ex Nicænis ipsis Canonibus, quos hìc Sobensis laudat, utrumque planè tamquam falsum refellitur, palamque fit, à Nicænis Patribus eam dignitatem tùm primùm Seleucienſi Ecclesiæ attributam fuisse, nec quintum, ut ipse perperàm scribit, sed septimum eidem locum assignatum, post Romanum scilicet, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, Ephesinum, & Hierosolymitanum Pontifices. Verba Canonis Arabici 39. hæc sunt: *Et sit ejus* (hoc est, Seleucienſis Episcopi) *sessio in ordine septima post Episcopum Hierosolymitanum*: quæ à Sobensi dolo malo omissa sunt, quod asserto Babyloniis Patriarchis privilegio repugnarent. Verùm de his alibi.

Cap. II. ... *De electione & ordinatione Patriarchæ, quo pacto, & à quo peragenda sit.* Citat Epistolas Synodicas Marabæ, & Jesujabi: Et Marabæ quidem Epistolam habes suprà pag. 77. De Jesujabi verò Epistola alibi sermo erit.

Cap. III. ... *Si res publicæ turbatæ fuerint, aut Ecclesiæ persecutio contigerit, quo pacto instante necessitate ordinatio Patriarchæ peragenda sit.* Ex Maraba & Isaaco.

Cap. IV. ... *Si Metropolitanus Elamitidis unàcum aliis vocatus ad ordinationem accedere recusaverit, quid faciendum erit?* Ex Synodo Timothei, quæ præcipit, ut Patriarcha è vivis sublato, Episcopus Cascarensis ad electionem successoris per literas invitet Metropolitanos Elamitidis, Nisibis, Bassoræ & reliquos, quorum nomina descripta sunt in Epistola Pragmatica, hoc est, Synodica Mar-Abæ. Si Patriarcha per tumultum eligatur, antequam isti advenerint, aut invitati fuerint, irritam ac nullam hujusmodi electionem declarat: sin autem invitati advenire distulerint, vel recusàverint, eos quidem censuræ ecclesiasticæ subjicit, factam verò ipsis absentibus electionem ratam habet probatque. Verba Synodi accipe. ...



Canon ex Synodo Timothei. Ne in posterum contingat, quod nostris hisce diebus accidit, & ex quorundam negligentia, seù ex aliorum festinatione in Ecclesia schisma oriatur & dissensiones augeantur: canonem etiam istum sanximus, atque verbo Dei cœlum terramque sua potestate continentis firmavimus, præcipientes in verbo Dei omnipotentis & cuncta gubernantis, nequis illum transgrediatur. Quum ergo contigerit Patriarcham vita decessisse, accedat Episcopus Cascarensis unàcum fratribus suis Episcopis Provinciæ magnæ ad civitates Catholicas (Seleuciam scilicet ac Ctesiphontem) *atque de consensu civitatum literas scribant, quas primùm mittent ad Metropolitam Elamitidis, & ad ejus Episcopos: deinde ad Nisibenum, postea ad Bassorensem, & ad reliquos descriptos in Epistola Pragmatica* (hoc est, in Epistola Mar-Abæ Patriarchæ, de qua suprà pag. 77.) *moneantque eos, ut ad fratres suos accedant ad ordinationem Patriarchæ. Sin verò Episcopi, & habitatores Civitatum* (ideſt, Seleuciæ & Ctesiphontis cives) *electionem & consecrationem Patriarchæ facere præsumpserint antequam Metropolita Elamitidis, & reliqui suprà descripti Metropolitæ unàcum tribus Episcopis ex singulis provinciis accesserint, aut suum suffragium propria manu subscriptum per legatos ad ipsos missos transmiserint; dicimus in verbo Dei, cujus potestas cœlum & terram continet, istud attentare illis nullatenus licuisse. Si verò temerè hoc præsumpserint, definitionem istam transgredientes, alienos fore declaramus & interdictos ab Ecclesia, quæ in cœlis est, & ab Ecclesia quæ est in terris, unàcum filio, hoc est abortivo temeritatis quem peperere. Ita in verbo Domini nostri. Ipsi autem Metropolitæ Elamitidis, ac Metropolitis suprà nominatis & Episcopis præcipimus, ne postquam literas acceperint ab Episcopis Provinciæ magnæ, & habitatoribus Civitatum, accedere per se cunctentur, sive suffragium suum transmittere ad fratres suos: & hoc dicimus in verbo Dei, cujus potestas cœlum & terram continet, illis neutiquam licere. Quare si neque suffragio scripto, neque per seipsos cum primis legatis ad eos missis, cum fratribus suis communicare voluerint, alienos fore declaramus & interdictos ab Ecclesia quæ est in cœlis, & ab Ecclesia quæ est in terris, in verbo Domini omnipotentis. Tùm verò licebit illis, qui secundùm canonem congregantur, omnia perficere legitimè & juxta ordinem. Qui porrò virtutibus minus ornatus fuerit, neque munda mente fulserit, neque orthodoxæ fidei splendoribus nituerit, neque divinarum Scripturarum scientia claruerit; hunc verò nolumus eligi, aut promoveri ad ministerium illud tremendum ac divinum. Qui dotibus hujusmodi carentem eligere præsumpserint, terribilis judicii sententiam merebuntur: qui verò animam suam dederit, quum sit prædictorum ornamentorum expers, sese flammis devotum noverit.*

Cap. V.



Quinam sint canones, quibus ostenditur potestas Patriarchæ ad universa Christianorum negotia: deque honore, qui ab universis ipsi debetur. Profert Sobensis 1. Epistolam Synodicam, ut ait, Occidentalium ad Orientales transmissam de institutione Patriarchatus Seleucensis. 2. Timothei Patriarchæ in eandem Epistolam notas, quibus eam scriptam asserit anno quadragesimo post obitum SS. Apostolorum Petri & Pauli, & anno ante Nicænum Concilium ducentesimo octogesimo.

3. Al-

3. Alteram Occidentalium Epiſtolam in cauſa Papæ Seleucienſis exaratam, in qua illum Patriarcham declarant ſupremum Orientalium judicem, ipſumque ſolius Chriſti judicio ſubjectum eſſe. 4. Ejuſdem Timothei Patriarchæ obſervationem in eandem Epiſtolam, cui ſubſcripſiſſe ait Cajum Romæ, Petrum Alexandriæ, Paulum Antiochiæ, Flavianum Epheſi, Alexandrum Hieroſolymæ, & Gregorium Thaumaturgum. 5. Canonem Synodi Dadjeſu Patriarchæ eadem de re: hoc eſt, de auctoritate Seleucienſis Patriarchæ, & quod is à nemine judicari poſſit. 6. Canonem Synodi Iſaaci Patriarchæ de primatu ejuſdem Seleucienſis Eccleſiæ, & quod Orientales omnes Epiſcopatus ipſam tamquam matrem agnoſcere debeant. 7. Denique Canonem Nicænum de Patriarchæ auctoritate in ſubjectos Epiſcopos, qui eſt ex Arabicis per Ecchellenſem editis quadrageſimus quartus. Verùm de his vide quæ ſuprà obſervavi hoc tom. à pag. 57.

Cap. VI. ... *De librorum auctoribus.* Exſcribit Synodicam Timothei Patriarchæ Epiſtolam, de libris abſque Patriarchæ approbatione minimè publicandis, quam exaratam ait in Synodo habita anno Arabum 174. & confirmatam in altera Synodo habita anno Arabum 189. Vide ſuprà hoc tom. pag. 162. Subjungit hunc ... *Antiquorum*, ut vocat, Canonem. ...

Doctores, aut Eccleſiæ Antiſtites, aut monachi, ſiquid non rectum ac reprehenſione dignum elucubraverint, ſi quidem auctor in vivis eſt, habeatur de eo commune conſilium, ſique non rectè ſcripſiſſe fuerit convictus, ſi ſponte reſipuerit, & ad regiam viam redierit, & priora damnaverit, ſuſcipiatur, proprioque ſcripto pœnitentiam ſuam ſignet & confirmet. Sin autem ab errore ſuo minimè converſus fuerit, ſed in ſua nequitia temerè perſtiterit, excommunicetur, & ab Eccleſia unàcum ſuo ſcripto ejiciatur. Si autem auctor è vivis jam exceſſit; ejus quidem ſcripta damnationi ſubjaceant; ipſe verò ad Chriſtum judicem ſuum abiit.

Cap. VII. ...

Pactum & fœdus à Patribus initum, de canonum iſtorum obſervatione. Ex Synodo Jeſujabi poſtremum caput profert, quo Patres quæcumque in ea Synodo definita fuerant, ſe accuratè obſervaturos profitentur, utque ii Canones ſemel in anno in conventibus legantur, curaturos.

Cap. VIII. ... *Benedictiones in conventibus Synodicis appoſitæ.*

Auctores, qui in hac Sobenſis Epitome citantur, hi ſunt. 1. *Patriarchæ* Chaldæorum Neſtorianorum, *Iſaac* cap. 9. 17. 20. Par. 8. & cap. 3 5. Par. 9. *Dadjeſus* cap. 5. Par. 9. *Maraba* cap. 27. Par. 2. cap. 19. Par. 8. cap. 2. 3. Par. 9. *Ezechiel* cap. 9. & 19. Par. 8. *Jeſujabus* cap. 16. Par. 4 cap. 1. 2. 8. 9. Par. 6. cap. 5. 7. Par. 7. cap. 19. Par. 8. cap. 2. 7. Par. 9. *Sabarjeſus* cap. 3. Par. 6. *Georgius* cap. 16. Par. 8. *Timotheus* cap. 1. 2. 6. 16. Par. 4. cap. 14. 16. 18. Par. 8. cap. 4. 5. 6. Par. 9. *Joſue Barnun* cap. 3. 12. Par. 4 *Abraham* cap. 3. Par. 6. *Theodoſius* cap. 3. Par. 6. cap. 19. Par. 8. *Joannes Abgari* cap. 1. Par. 4. cap 6. 7. 8. 13. 15. 16. 17. 18. 22. 24. Par. 5. cap. 6. Par. 6. *Ebedjeſus* cap. 6. Par. 7. *Timotheus junior* in fine Par. 5. II. *Epiſcopi* & *monachi* ejuſdem gentis, *Jeſubochtus Perſidis*, à cap. 3. ad 17. Partis 4. & cap. 7 Par. 5. *Simeon Perſidis* cap. 16. Par. 4. *Gabriel Baſſoræ* cap. 8. Par. 4. & cap. 19. Par. 5. *Elias Niſibis* auctor Præfationis & capitum 25. Partis 3. *Abraham archimandrita* cap. 3. Par. 7. *Dadjeſus archimandrita* cap. 4 Par. 7. *Regulæ Scholæ Niſibenæ* cap. 3. Par. 6. *Synodicorum*, ſeù *Orientalium Canones* cap. 11. 23. 25. 26. 28. Par. 5. *Liber Traditionum* ſeù *Commentariorum* cap. 8. & 9. Par. 5. III. *Canones Occidentalium*: hoc eſt, *Apoſtolorum* cap. 1. 7. 8. 10. Par. 5. & cap. 3. Par. 6. *Nicænæ Synodi* cap. 23. Par. 2. cap. 19. Par. 4. cap. 8. 12. 20. 21. 25. Par. 5. cap. 6. 7. 8. 9. Par. 6. cap. 2. Par. 7. cap. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 17. 19. 20. 22. Par. 8. *Chalcedonenſis* cap. 21. Par. 5. *Antiochenæ* cap. 21. Par. 5. cap. 13. Par. 8. *Gangrenſis* cap. 11. Par. 5. *Occidentalium*, ut dicitur, *Epiſtolæ duæ* de Patriarchæ Seleucienſis inſtitutione & primatu, deque Epiſcoporum per ipſum perfectione, cap. 9. Par. 8. & cap. 5. Par. 9. *Codex Imperatorum Græcorum*, hoc eſt, Statuta, quæ Conſtantino, Theodoſio ac Leoni tribuuntur, quæque à Sobenſi ad *Ambroſium* referuntur, cap. 13. 16. Par. 2. cap. 3. 7. 8. 11. 12. 15. 18. Par. 4. & in Præfatione Partis 3.

1 Liber 1 Sciah-Marurid,
Quem Arabicè compoſui,

2 Liber 2 Margaritæ
De veritate Fidei,

Li-

ﻣﺤﻤﺪ ﺑﻦ ﻣﺤﻤﻮﺩ ﺑﻦ ﻣﺤﻤﺪ ﺑﻦ ﻣﺤﻤﻮﺩ .
ﻭﺍﻟﻤﺮﻭﺭﺫﻱ ﺍﻟﻤﺤﺪﺙ .
ﻣﺤﻤﺪ ﺑﻦ ﻣﺤﻤﻮﺩ ﺑﻦ ﻣﺤﻤﺪ
ﺑﻦ ﻣﺤﻤﻮﺩ ﺑﻦ ﻣﺤﻤﺪ ﺑﻦ ﻣﺤﻤﻮﺩ .

NOTÆ.

1 *Liber Sciah-Marvarid, quem Arabicè compoſui*: hoc eſt, liber de rebus geſtis *Sciah*, ſeù *Regis Maruenſis* in Choraſana. Ita habet Codex Vaticanus, qui olim ad Abrahamum Ecchellenſem pertinuerat. At idem Ecchellenſis, neſcio qno uſus Codice, legit, ﻣﺤﻤﺪ ﺑﻦ ﻣﺤﻤﻮﺩ ﺑﻦ ﻣﺤﻤﺪ ﺍﻟﻤﺮﻭﺭﺫﻱ ﺍﻟﻤﺤﺪﺙ. *Et librum Bahmarurid, Arabicè* ﻛﺮﻭﺭﺫﻩ *locatio ejus*. Nec meliora Hottingerus, qui Ecchellenſem ſic exſcribit, *Liber Bahmarurid, Arabicè* ﻛﺮﻭﺭﺫﻩ: perinde ac ſi id nomen libro impoſitum fuiſſet. Atqui Sobenſis habet ﻣﺤﻤﺪ *compoſui eum*, non ﻣﺤﻤﻮﺩ *locatio ejus*: nec iis verbis titulum libri indicat, ſed quo ipſum ſermone compoſuit, nimirùm Arabico.

2 *Liber Margaritæ de veritate Fidei*. Ecchell. & Hotting. *Liber Margaritarum de confirmatione & veritate fidei* Laudatur ab eodem Ecchellenſi ad calcem Eutychii Vindicati in Indice Auctorum, unàcum Epitome Canonum, cujus ſuprà facta eſt mentio, in hæc verba: *Ejuſdem Auctoris*, Sobenſis ſcilicet Ebedjeſu, *extat etiam inter alia Collectio Canonum, quam nos in hoc noſtro laudavimus opere, cujus exemplar Chaldaicum in Vaticana extat Bibliotheca. Item alium ejuſdem citavimus* (Eutych. Vindic. pag. 223.) *librum, qui* ﺍﻟـــــــ

Cap. III. De ejus æternitate.

Cap. IV. De ejus incomprehensibilitate.

Cap. V. De Trinitate.

Pars II. Contemplatio de creatura.

Cap. I. De creatione mundi.

Cap. II. De peccato primi hominis.

Breviter differit de lapsu Adæ, deque hominum corruptione ab orbe condito ad Noë.

Cap. III. De legibus & judiciis divinis, deque Prophetis.

Nimirùm de lege tradita Noëmo, Abrahæ, & Moysi.

Cap. IV. Prophetiæ de Christo. Ex Pentateucho, ex Psalterio, ex Isaia, Zacharia, & Daniele.

Pars III. Contemplatio de dispensatione Christi.

Cap. I. De adventu Christi, deque unione.

Verbi Incarnationem ex Nestorianorum mente Nestorianus ipse Sobensis ita exponit.

Postquam doctrinæ nostræ Antistes nostræque gentis Pater (hoc est, Jaballaha Nestorianorum Patriarcha) *librum, cui titulus Paradisus Eden, à me omnis generis metris compositum approbasset, rursùs mihi mandavit, ut alterum conscriberem de firmitate Christianæ religionis, & fidei nostræ veritate, ad usum ipsius discipulorum, sperans fore ut ex eo materiam meditandi excolendique ingenii haberent, nec minus ad utilitatem & profectum suorum subditorum Christi amantium conferret: sibi verò inde apud posteros pastoralis vigilantiæ laudisque argumentum constaret. Ego verò utili ejus præcepto velut servus obsequentissimus parui, atque brevi methodo & simplici stylo exiguum quidem mole, sed virtute & rerum notitia magnum librum hunc confeci. Quamobrem eum Margaritæ de veritate Christianæ religionis titulo insignivi. In hoc porrò de fundamentis Ecclesiasticæ doctrinæ deque articulis ab eadem velut ramis pluribus una ex arbore provenientibus breviter differui: & opus universum in quinque Tractatus distinxi, & singulos Tractatus in plura capita.*

Pars I. Contemplatio de Deo.

Cap. I. Quod Deus est, mundus autem factus, creatus ac temporalis.

Cap. II. Quod Deus unus est, non plures.

Propterea hominem in ſuum habitaculum aſſumpſit, ac templum & domicilium ſuum effecit, & cum divinitate ſua mortalis naturæ participem univit unione ſempiterna & indiſſolubili, ſibique conſortem conſtituit in dominatione & poteſtate ac regno. Nempe natura divina humanam naturam illuminavit per adhæſionem, ſicut margarita optima & pura lumine ſolis ſibi affulgente colluſtratur: adeò ut illuminati natura naturæ illuminantis fiat ſimilis, indeque micantibus radiis & fulgoribus ſpeciem natura ſuſcipiens præbeat, qualem natura effectrix, ut factor nullam mutationem ex factura patientis ſubeat. Et quemadmodum verbum intra animam conceptum ſcripturæ ſenſibili unitur per intellectualem conſenſum, & ex uno loco in alterum mittitur, ut locum ſuum minimè deſerat: ita Verbum ex Patre homini ex nobis per intellectum unitum fuit, atque in mundum venit, ita ut à Patre ſuo in ſua eſſentia minimè receſſerit. Verbum enim caro factum eſt, & habitavit in nobis.

Cap. II. de diſpenſatione Chriſti.

Brevem Dominicæ œconomiæ enarrationem texit à Chriſti nativitate ad Pentecoſten. Ubi duo notanda: primum, quod de Verbi incarnatione ſcribit in hæc verba:

Simul cum voce Angeli ad Beatam ajentis, Dominus noſter tecum, Benedicta inter mulieres, proculdubio unitus eſt Deus Verbum ei, quem in utero ſanctæ Virginis extemplo abſque humano ſemine formavit: atqui Theologi omnes, & Neſtoriani ipſi, teſte Jeſujabo Niſibeno ſuprà pag. 300. docent, eo temporis momento Unionem Verbi cum humanitate factam fuiſſe, non quo Angelus B. Virginem primùm ſalutavit, ſed quum illa dixit, *ecce ancilla Domini* &c. Alterum, quod Chriſtum ait anno Græcorum 347. baptizatum fuiſſe, adeoque natum anno 311. quæ eſt communis Syrorum opinio:

Quumque eſſet, inquit, *quaſi annorum triginta, ad Joannis baptiſmum acceſſit anno quintodecimo Tiberii Cæſaris, qui erat Alexandri annus trecenteſimus quadrageſimus primus.*

Cap. III. De veritate chriſtianæ fidei.

ex doctrina, & miraculis.

Cap. IV. De ſectarum diviſione.

Hic Epheſinæ & Chalcedonenſis Synodorum geſta quum ex mente Neſtorianorum narraſſet, de tribus chriſtianorum opinionibus hæc ſubjungit.

ܗܘ ܕܥܠ ܗܕܐ ܐܬܦܠܓ ܥܡܐ ܠܬܠܬ ܟܬܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܩܕܡܝܬܐ ܕܡܘܕܐ ܒܚܕ ܩܢܘܡܐ ܒܡܫܝܚܐ ܘܒܚܕ ܟܝܢܐ ܘܗܝ ܕܡܬܩܪܝ ܝܥܩܘܒܝܐ ܡܢ ܝܥܩܘܒ ܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ ܕܒܝܢ ܣܘܪܝܐ ܘܐܪܡܢܝܐ ܒܗ ܣܓܝ ܐܬܬܩܢ ܠܡܩܝܡ ܠܗ ܠܗܝ ܕܬܪܥܐ ܕܐܬܐ ܡܢ ܩܕܡ ܩܘܪܝܠܘܣ ܐܒܗ ܕܐܦ ܗܘ ܡܢ ܐܒܗ ܕܐܬܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܝ ܡܠܟܝܐ ܘܗܝ ܕܡܬܩܪܝ ܢܣܛܘܪܝܐ ܗܕܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܢ

Cap. I. Numerus ſacramentorum eccleſiæ.

Initium hujus capitis citatur ab Ecchell. in notis ad hunc Catalogum pag. 252. Et Sobenſis quidem ſeptem Eccleſiæ ſacramenta agnoſcit: verùm pro extrema Unctione *Signum ſanctæ Crucis*, & *Fermentum* pro matrimonio perperàm obtrudit, in hæc verba.

Sacramenta eccleſiæ ſeptem ſunt juxta mentem divinarum Scripturarum. Primum eſt Sacerdotium, quod perficit omnia ſacramenta. Secundum, ſanctum Baptiſma. Tertium, Chriſma unctionis. Quartum, Oblatio Corporis & Sanguinis Chriſti. Quintum, Remiſſio peccatorum. Sextum, ſacrum Fermentum. Septimum, Signum vivificæ Crucis. Subjungit, uniuſcujuſque ſacramenti neceſſitatem, naturam, materiam, formamque exponens.

Hæc autem neceſſaria eſſe, ex iis quæ homo ad vitam carnalem exigit, demonſtratur. Homo ſiquidem primo indiget, ut ſit & in rerum natura locum obtineat: ut nimirùm ex matre corporea per patrem carnalem generetur, etſi forma & complementum à Patre luminum impertiantur: ita & ad ævum immortalitatis ex alvo ſpirituali Baptiſmi per Sacerdotem, qui pater eſt ſpiritualis, generatur, etſi forma ſpiritualis & complementum a Spiritu ſancto & virtute Altiſſimi concedantur. Rurſus qui in mundum intravit, temporario cibo & terreno potu ad vitæ ſuſtentationem indiget: ita & ſpiritualis cibus & divinus potus baptizato æternæ in Deo vitæ ſuſtentationem præbent. Et quemadmodum ſtatus corporis ex tempeſtatum viciſſitudine & pravo regimine in morbos & ægritudines incidit, atque inde medicorum curatione indiget, ut priſtinam recuperet ſanitatem, quando juxta eorum præſcripta ſe ſe continet: ita & homo Dei ex errore, & peccatorum ſordibus morumque depravatione morbos peccati contrahit, atque à medicis ſpiritualibus, qui ſunt Sacerdotes eccleſiæ, curatur, quando eorum præceptis vitæ ſuæ regimen accommodat. Oleum verò Unctionis, generationem ex baptiſmo ingreditur: & ſanctum Fermentum cibum Corporis Chriſti componit. Signum autem Crucis vivificæ perpetua eſt Chriſtianorum cuſtodia, & omnium ſacramentorum perfectio & perficiens. Qui verò ex Chriſtianis

Fer-

Fermentum non habent, Matrimonium juxta legem Christi initum pro septimo sacramento enumerant, in quo pro persona, quæ è vivis decessit, alius ipsi simlis substituitur. Si quis autem ex externis scisciteur, quo pacto singula prædicta septem Sacramenta sanctitatem & sacramenti rationem obtinent. Respondemus, tria ad confectionem cujuslibet Sacramenti concurrere: primum quidem est ipse Sacerdos verus, ad quem ecclesiastică viâ traductum est sacerdotium: alterum verò est verbum & præceptum Domini Sacramentorum, quod de singulis sacramentis mandavit: tertium conscientię minimè hæsitantes suscipientium & forti fide roboratæ, pro certo habentes ea quæ in Sacramentis significantur, virtute cœlesti fieri.

Cap. II. De Sacerdotio.

Illud dividit Sobensis in Sacerdotium legis naturæ, Mosis, & Christi; & hujus quidem postremi conditiones ex Apostolo recenset.

Cap III. De Baptismo.

Septem Baptismi species notantur. 1. Baptisma commune & vulgare, hoc est, ablutio quælibet. 2. Baptisma legale, hoc est, purificationes juxta legem Mosaicam. 3. Baptisma juxta traditionem seniorum: nimirùm ablutiones calicum, vasorum &c. 4. Baptisma Joannis. 5. Baptisma Christi, de cujus materia & forma hæc habet auctor.

Ejus autem materia est aqua munda, juxta illud, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu, non potest intrare in regnum cœlorum. Forma verò, baptismus in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, juxta verbum Salvatoris nostri. 6. Baptismus sanguinis.

Quemadmodum significavit Dominus, inquiens, & baptismum habeo, quo baptizer, & multum coarctor, donec perficiatur. 7. Denique Baptisma lacrymarum

de quo, inquit, *Patres loquuti sunt: atque hæc duo Baptismata species sunt quinti, quod est figura mortis & resurrectionis.* Eadem ferè de speciebus, & materia ac forma Baptismi tradunt reliqui Scriptores Syri tùm orthodoxi, tùm hæretici: ut hinc pateat, antiq uam esse & ex traditione Ecclesiæ derivatam illam Theologorum doctrinam de tribus Baptismi Christiani speciebus, fluminis scilicet, seu Aquæ, Sanguinis seu martyrii, Flaminis seu in voto.

Cap. IV. De Chrismate Unctionis.

Eius institutionem, materiam formamque his verbis describit Sobensis.

Chrisma Unctionis, Apostolica traditio est, & ex illo, quod ab Apostolis consecratum fuit, usque in præsentem diem in Ecclesia Dei traducitur..... Ejus autem materia, oleum puræ olivæ est: forma verò, benedictio Apostolica. Hæc ille. Verùm de Nestorianorum erroribus circa Sacramentum Confirmationis, alibi sermo erit.

Cap. V. De Oblatione, ideſt Eucharistia.

Fragmentum ex hoc capite profert Ecchellensis in notis ad hunc Catalogum pag. 155. Quod verò Nestoriani circa Sacramentum Eucharistiæ cum Ecclesiæ catholicæ doctrina consentiant, ex sequentibus Sobensis verbis liquet.



Oblatio, inquit, *eſt miniſterium, quod per res ſenſibiles ab Infimis Superis offertur in ſpem veniæ peccatorum, & precum exauditionis. Et oblationes quidem antiquorum mutis animantibus cæſarumque hoſtiarum cruore conſtabant: apud nos verò Unigenitus Dei, qui ſervi formam aſſumpſit, corpus ſuum hoſtiam Patri ſuo pro mundi vita obtulit: quapropter Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, à Joanne fuit appellatus, ejuſque Sanguis in novum teſtamentum pro multis in remiſſionem peccatorum effuſus fuit. Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret, qui hoſtia viva & rationalis pro omnibus Patri ſuo oblatus eſt, mundumque cum majeſtate ſua reconciliavit, ſalutemque Angelis & hominibus operatus eſt. Quoniam verò fieri non poterat, ut mactatio ejus in cruce pro omnium ſalute, in omni loco atque tempore, & apud quemlibet hominem in ſua ſubſtantia ſine mutatione repræſentaretur; miſericorditer reſpexit & clementer atque ſapientiſſimè providit, ac illa nocte, in qua tradebatur pro mundi vita, accepit panem in ſanctas & immaculatas manus ſuas, & benedixit ac fregit deditque diſcipulis ſuis dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro mundi vita frangitur in remiſſionem peccatorum. Similiter ſuper calicem gratias egit, deditque eis dicens: Hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum: accipite ergo omnes, manducate ex hoc pane, & bibite ex hoc calice, atque ita facite, quotieſcumque convenietis in meam commemorationem. Hoc itaque præcepto Dominico mutatur panis in ſanctum ejus Corpus, & vinum in pretioſum ejus Sanguinem, & fiunt in remiſſionem peccatorum, & in emundationem, & illuminationem, & propitiationem, & ſpem magnam reſurrectionis à mortuis, & in hæreditatem regni cœlorum, & in vitam novam illis, qui in fide ſine hæſitatione hæc percipiunt. Quotieſcumque enim ad hæc myſteria accedimus, in ipſum Chriſtum occurrimus, ipſumque in manibus noſtris geſtamus & oſculamur, & eorundem perceptione cum ipſo unimur. Miſcetur enim ſanctum ejus Corpus cum noſtris corporibus, ejuſque pretioſus Sanguis noſtro cum ſanguine contemperatur. Unum namque corpus atque idem per fidem novimus illud quod in cœlo, & hoc quod eſt in Eccleſia. Tradidit porrò illud in materia tritici, & vini, quia valdè affinia ſunt ſanguini & corpori. Formam autem impertit vivo verbo ſuo & per illapſum Spiritus ſancti.* Hæc Sobenſis. Quod autem ait, Formam Euchariſtiæ eſſe *vivum verbum Chriſti*, prolata à Chriſto, Eccleſiæque tradita verba hæc intelligit, *Hoc eſt corpus meum &c.* Quod verò ſubjungit *de illapſu Spiritus ſancti*, Græcorum recentiorum errorem, in invocatione Spiritus ſancti formam conſecrationis agnoſcentium, redolere videtur, de quo vide quæ obſervavi tom. 2. pag. 200. de iis, qui ex verbis Chriſti, & Invocatione Spiritus ſancti formam completam Euchariſtiæ conſtare contendunt.

Cap. VI. De ſacro Fermento.



Scriptor Neſtorianus hæretico faſtu jactat, dum aſſumit quod minimè probat nec probare poteſt, S. Thomam & S. Bartholomæum Apoſtolos, deinde Adæum & Marim ambos ex ſeptuaginta Chriſti Diſcipulos, Fermentum, ut vocat, conſecratum tradidiſſe, ejuſdemque uſum docuiſſe Chriſtianos Orientales. Ad tuendam autem hanc hypotheſim, pari temeritate & audacia S. Petrum alioſque Apoſtolos Chriſtianis Occidentis idem præſcripſiſſe ſubdit; hæreticorum tamen Principum potentiâ fuiſſe deinde ſublatum, & Latinos quidem azymis, Græcos verò fermentatis panibus, ſed non ex veteri fermento confectis, uti cœpiſſe. Verùm ad confutanduw putidum iſtud Sobenſis commentum, ſatis eſt Salomonis Baſſorenſis ex eadem Neſtorianorum ſecta Scriptoris teſtimonium, à

no-

nobis ſuprà pag. 318. relatum, ubi ait, ſolos Adæum & Marim fictitio illo fermento uſos fuiſſe; cæteros Apoſtolos non item.

Cap. VII. De Remiſſione peccatorum, & de Pœnitentia.

Integrum hoc caput Syriacè & Latinè publicavit Ecchellenſis in notis ad Catalogum Ebedjeſu à pag. 254.

Cap. VIII. De matrimonio, & virginitate.

Pars V. Contemplatio eorum, quæ futurum ſæculum ſignificant.

Cap. I. De adoratione ad Orientem.

Laudat commentaria S. Ephræmi, his verbis:

In commentariis ſancti Ephræmi dicitur, Angelus Gabriel Virgini ſæculorum ex Oriente apparuiſſe &c.

Cap. II. De adoratione Dominicæ Crucis.

Naironus in Evoplia Par. 3. cap. 5. pag. 332. ad retundendam Wiclefiſtarum, Calvinianorum, & Magdeburgenſium adorationem Crucis deteſtantium petulantiam, exempla profert ex Ritibus Syrorum Maronitarum, Jacobitarum, & Melchitarum. Neſtorianos addere potuiſſet, ſi librum hunc Sobenſis, quem certè præ manibus, ut ſuprà dixi, habuerat, attentè legiſſet. In eo ſiquidem debita Cruci adoratio diſertè probatur, menſque fidelium in eo cultu quænam ſit, verbis iſtis exponitur.

Chriſti humanitatem propter Deum in eo exiſtentem adoramus. Ita etiam in Cruce Deum Salvatorem noſtrum veneramur. Crucifixus enim nomen eſt Chriſti, ſicut & occiſus, & adoratus. Neque enim ligno, argento, aut æri illud nomen congruit. Fundamentum quippe magnum Chriſtianæ religionis hoc eſt, quod innovationem & ſalutem communem per Crucifixum partam fateamur. Et Crucis figura, quam habemus, eſt ſignum Salvatoris noſtri, quod ante ipſius revelationem in cœlo apparebit, ſicut ipſe ait. Quum enim ſignum ſalutis noſtræ contemplamur, & in eo Salvatorem noſtrum crucifixum cogitamus, ſolutionem debiti noſtri, & univerſi innovationem putamus nos intueri; atque hanc ob cauſam fervidam adorationem cum gratiarum actione offerimus: neque verò materiam ſenſibilem, ſed illum, qui crucì ſuffixus fuit, meditamur; imò Deum, qui Filium ſuum tradidit, ut pro nobis crucem ſubiret: hic autem per ſuam in cruce mortem nobis innovationem peperit, ſalutem, ac vitam ſempiternam in cœleſti regno, quantumvis immerentibus, impertivit.

Cap. III. De ſacra Dominica die, deque Feſtis Domini.

Ab operibus ſæcularibus in iis ceſſandum ait, ſacriſque dumtaxat exercitationibus vacandum.

Cap. IV. De Feria ſexta.

Item de feria quarta. Eſum carnium in utraque feria vetitum eſſe.

Cap. V. De jejunio, oratione, & eleemoſyna.

Hìc ex apocryphis S. Thomæ Apoſtoli actis profert hiſtoriam, ſeù potiùs fabulam illam de ædibus, quas Indorum Rex eidem Apoſtolo exſtruendas mandavit. Id commentum in Eccleſiaſticis etiam Græcorum Syrorumque officiis obrepſit. Acta autem illa à ſancto Gelaſio Pontifice olim proſcripta, Arabicè exſtant in Vaticana Bibliotheca, ut ex Indice Codicum manuſcriptorum ad calcem hujus Tomi appoſito liquet.

Cap. VI. De Cingulo.

Ex illa Chriſti Domini ſententia, *ſint lumbi veſtri præcincti &c.*, Syri, Arabes, & Ægyptii Chriſtiani religioni ducunt, ad Eccleſiam abſque zona accedere.

Cap. VII. De reſurrectione, & de futuro judi-

1 Liber abditorum 1 Arcanorum
Philoſophiæ Græcorum.

2 Liber 2 Scholaſticus
Solutionis hæreſeon omnium.

3 Liber ordinationis 3 judiciorum,
Et legum Eccleſiaſticarum.

4 Liber continens 4 Orationes duodecim
Complectentes omnes ſcientias. In-

ܟܬܒܐ ܕܓܢܙܐ ܕܪܙܐ
ܘܦܠܣܘܦܐ ܕܝܘܢܝܐ .
ܟܬܒܐ ܣܟܘܠܣܛܝܩܘܣ
ܕܚܠܨܐ ܠܟܠ ܗܪܣܝܣ .
ܟܬܒܐ ܕܣܕܪ ܕܕܝܢܐ ܘܢܡܘܣܐ
ܕܥܕܬܐ ܕܡܫܪܝܢܐ .
ܟܬܒܐ ܕܡܟܠܠ ܬܫܥ ܣܕܪ̈ܐ ܕܨܠܘ̈ܬܐ
ܕܟܠܝܠ ܟܠ ܡܕܥܐ .

judicio, deque vita æterna. ... .

Eundem errorem, quem ſuprà in lib. Carminum pag. 332. tradiderat, hìc etiam de Paradiſo & Gehenna repetit, inquiens:

... ; ...

Surgent incorrupti: & boni quidem ad cœleſte regnum aſcendent, & cum Domino ſuo ſupernos in thalamos intrabunt, & contemplationibus, revelationibus, ejuſdemque luce colluſtrati, beatiſſimam ducent vitam cum ſummo atque ineffabili gaudio: & hæc eſt vera beatitudo. Mali verò ſuper terram manebunt, tenebroſa caligine compediti, igne doloris ac pœnitentiæ cremati cruciatique, reminiſcentes opera ſua, & quomodo ſempiternam felicitatem ob imaginariam ac momentaneam voluptatem perverſa commutatione amiſerint, & veram poſſeſſionem terreno ſtercori poſthabuerint: & hæc eſt vera gehenna, cujus ignis non extinguetur, & vermis non morietur . . . Tùm demum quodlibet humanum corpus reſurget, & priſtinum ſtatum recuperabit ad menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Præmia verò atque pœnæ juxta merita ſuſcipientium retribuentur: & bi quidem ad tormentum ſempiternum, juſti verò ad vitam immortalem abibunt.

Eundem *Margaritæ* librum Arabicè redditum idem Sobenſis publicavit, teſte Amro in libro Turris, qui ejus titulum & capita his verbis refert. كتاب اصول الدين وهو كتاب فرايد الفوايد فى اصول الدين والعقايد فى مية الف وثمانية وثلثة وعشرين يونانية الموافقة لسنة الف وثلثماية وثلثة عشر مسيحية واثبت فيه ان عدد الاصول الدينية فى مذهب النصرانية سبعة . الاول فى ان العالم محدث الخ .

Liber de fundamentis Fidei, cui titulum fecit, Liber ſingularium utilitatum de fundamentis fidei & religionis, anno Græcorum 1623. compoſitus, *hoc eſt, anno Chriſti* 1313. (imò 1312.) *in quo ſtatuit ſeptem fidei Chriſtianæ articulos.* 1. *Quod mundus creatus eſt &c.*

1 *Liber abditorum arcanorum Philoſophiæ Græcorum.* Ita Ecchellenſis & Hottingerus. Verùm in Codice Vaticano ſic legitur: ... .

Et Liber Sacramentorum Eccleſiæ, Philoſophiæ Græcorum: quibus verbis duos indicari tractatus exiſtimo, alterum de Sacramentis Eccleſiæ, de Philoſophia Græcorum alterum.

2 *Liber Scholaſticus ſolutionis hæreſeon omnium.* Ecchell. & Hottinger. perperàm legunt, *Liber Scholaſticorum, in quo refelluntur omnes hæreſes.*

3 *Liber ordinationis judiciorum, & legum Eccleſiaſticarum.* Eâdem methodo, ſed fuſiùs, quàm in Epitome Canonum Synodicorum, de qua ſuprà.

4 *Liber continens Orationes* (ſeù Carmina) *duodecim, complectentes omnes ſcientias.* Sobenſis Barhebræum æmulatus eſt, qui Carmine Syriaco ſcientias tradere conſuevit,

1 Interpretationes 1, & ſermones 2
2 Paracletici,
3 Et Orationes 3 de diverſis rebus.

4 Explicatio Epiſtolæ 4 magni
Et admirabilis Ariſtotelis,
Quam ſcripſit ad Alexandrum
De magna Arte.

5 Epiſtolæ 5 diverſæ
Varii ac multiplicis argumenti.
6 Solutio denique 6 quæſtionum
difficilium:
7 Et Ænigmata, & Capita, 7
& Parabolæ.

CAPUT CIC.

Epilogus.

8 Hæc 8 quemadmodum invenimus,
Librorum Catalogum deſcribendo,

Me-

vit, ut obſervavi tom. 2. pag. 308. Obiit autem anno Chriſti 1286., duobus ſcilicet ac triginta ante Sobenſis obitum annis.

1 *Interpretationes:* id eſt, Homiliæ. Quinque exſtant in Cod. Syr. Amidenſi XI. Tom 1. Bibliothecæ noſtræ pag. 583. quarum duæ priores Abdjeſu Gazartæ tribui ſolent: in fine autem Liturgiæ Syriacæ ad populum recitari ſolent.

2 *Sermones Paracletici:* nimirùm de Defunctis.

3 *Orationes* metricæ *de diverſis rebus*. Tom. 1. Bibliothecæ noſtræ pag. 631. exſtant Carmina Sobenſis *de peregrinatione*, & *de S. Cyriaco*, metro dodecaſyllabo: & pag. 632. Carmen heptaſyllabum *de vocibus æquivocis*. Tom 2 pag. 487. & 504. *Carmina* diverſa, quorum nonnulla ex libro ejuſdem Auctoris, qui Paradiſus Eden inſcribitur, deſumpta ſunt.

4 *Explicatio Epiſtolæ, quam ſcripſit Ariſtoteles ad Alexandrum de magna arte:* hoc eſt, de arte Chimica. Syri Arabeſque plures tractatus de hac arte reliquerunt, quam Ægyptiorum inventum eſſe nonnulli conjiciunt ex ipſo *Chimiæ* nomine: nam XHMH ſermone Coptico ſeù Ægyptiaco, Ægyptum ſignificat, unde *Chimia*, & cum articulo Arabico *Alchimia* derivatur. De ipſa verò Ariſtotelis ſuppoſititia Epiſtola conſule cl. Fabricium tom. 2. Biblioth. Græc. pag. 167. & 168. ubi diverſos illius titulos Arabicè, & Latinè refert.

5 *Epiſtolæ diverſæ*. Laudatur apud Amrum Epiſtola Arabica Sobenſis *de Trinitate & Unitate, deque Verbi incarnatione*: ſed cujus titulus dumtaxat in Codice noſtro ſupereſt, de quo Tom. 2. Bibl. Orient. pag 510.

6 *Solutio quæſtionum difficilium*. Huc revocatur *Elucidatio Carminis Simeonis Sancalabarenſis* Sobenſi auctore ad Abrahamum Presbyterum, quæ habetur Tom. 2. Biblioth. noſtræ pag. 487.

7 *Ænigmata, capita, & parabolæ*. Ænigmata octo metro dodecaſyllabo, ſine auctoris nomine, exſtant Tom. 1. Biblioth. noſtræ pag 617.

8 *Hæc*. Ecchellenſis totum hoc caput ſic contraxit.

Hæc quemadmodum invenimus, propoſuimus, recenſuimus, & correximus (imò, deſcripſimus) *& portam meditandi amatoribus ſcientiæ nos quoque aperuimus.*

Atque hic adnotationibus noſtris in Catalogum Sobenſis finis eſto.

Meditationi hominum
Doctrinæ amantium nos quoque ordinatim disposita exhibuimus.

Omnes porrò per Spiritum loquuti sunt,
Sicut ait Paulus Apostolus.
Preces eorum oves Christi,
Et nos quoque custodiant & glorià induant.

Sit memoria eorum in sæculum,
Quoniam doctrina sua Ecclesiam ornarunt,
Ejusque filios profectu suo ditarunt:
Laus Spiritui, qui eos ditavit.

APPENDIX
AD CATALOGUM
EBEDJESU SOBENSIS
De Scriptoribus Syris Neſtorianis.

ABSOLUTO Sobenſis Catalogo, ſupereſt, ut quos ille Syros Scriptores prætermiſit, ſervata temporum ratione recenſeam, ſive ii orthodoxi fuerint, ſive hæretici: utrique enim ad eos populos ſpectant, quos Chaldæos, Aſſyrios, Orientales, ſeù Neſtorianos appellamus. Et potiorem quidem hujus Appendicis partem Neſtoriani occupant, quorum notitiam Thomæ Margenſi, Mari, Amro, Eliæ, Barhebræo, Abulbarcato, & Eccleſiaſticis ejus gentis libris debemus. Catholicos paucos Scriptores habemus, quorum ſcripta ex nuper illatis in Bibliothecam Vaticanam Codicibus comperta ſunt: Iſaacum, ſcilicet, Achæum, & Jaballaham, qui ante exortam Neſtorii hæreſim Seleucienſi Eccleſiæ præfuere; & Sahadunam Garmæorum Epiſcopum, qui ejuratis gentis ſuæ erroribus orthodoxam fidem amplexus eſt; Joſephum denique hujus nominis ſecundum Chaldæorum Patriarcham, cujus operâ plures ex ea ſecta ad Eccleſiam Catholicam adducti ſunt.

CAPUT I.
Iſaac Seleuciæ & Cteſiphontis Archiepiſcopus.

I. Iſaaci Archiepiſcopi geſta ex Amro.

ISAAC quintus poſt S. Simeonem martyrem, Jezdegerde Perſarum Rege, ac Theodoſio Imperatore, Seleucienſem rexit Eccleſiam, de quo hæc Amrus.

اسحق نصيبين تومرصا وكان زاهدا رحيما عاقلا يصنع المعجزات. ولما راى قيومسا ما هياه الله من اجتماع النصرانية واستقامة الامور كتب الى كل مطران واسقف فى مدن المشرق. فصاروا اليه فى بيعة المدايين واجتمعوا بحضرته مع ماروثا المتطبن اسقف ميفرقين قال لهم انتم تعلمون انى لا اصلح لهذه الرياسة لضعفى وخطاى وانى وهبت نفسى لله جل وعز لما لم اجد احدا يبذل نفسه لله تبارك وتعالى وخوفى من دروس النصرانية من المشرق ودروس بيعها والرياسة منها. والان فقد كشف الله ما كنا نحاذره بالملكين المباركين وهذا الاسقف المبارك. فانا اسالكم ان تعفوني من هذه الرياسة وتبصروا لها غيرى ممن يختاره الله جل اسمه لكم وعلى ايديكم. فبكوا وقالوا له كيف نستحل هذا وقد وهبت نفسك لله جل ذكره وصبرت على الشدايد ويجب علينا ان نكون عبيدا لك. فلم يزل يضرع اليهم حتى عقدوا معه رياسة الفطركة لاسحق هذا المذكور بالمدايين على الروم واشترطوا عليه ان يكون ضبيها بالولد

بين يدى قيوما الشيخ المبارك ولا يمضى شيأ
الا عن رايه . ففعل اسحق ذلك ووفاه اكثر مما
شرط عليه الى وفاة قيوما . فلما توفّى دُفن
بالمدايين . ولم يزل ماروثا الاسقف المتطبب
يعرّف اهل المشرق كلّ منّة وحكم اهل المغرب
كان اتّفقوا عليه وقت اجتماعهم وثبت ذلك منه .
فقبلوه منه واثبتوه عندهم واعلموه ان المغربيين
اخوتهم وشركاؤهم . وجمع موروثا من عظام الشهدا
الذين استشهدوا بالمشرق شيأ كبيرًا ونسخ كل
كتاب وجد لهم وحمل ذلك معه . فخلّف
هيفرقين فى كرسيه بعضه وذلك معروف هناك
الى هذا الوقت يتبرّك به ومضى بالباقى الى
المغرب وفرقه فى البيع . واجتمع مار موروثا مع
ماية وخمسين اسقفًا كانوا اجتمعوا بقسطنطينية
فوصف لهم صحّة امانة اهل المشرق وديانتهم
وصبرهم على الشهادة وقال ان ذمابه كان سببًا
للخير . لانه راى هولا القوم وتواضعهم وخلوص
نياتهم ما صاروا فى نفسه بمنزلة الروحانيين
فان ليس فى مداينهم ولا فى بيعهم خلف فى
المقالات ولا محل ولا ميل الى غير ما جاء به
الانجيل ورسايل فولوس الصليح وما دوّنه لوقا
الصليح من اخبار السليحيين . واستعاد الملك
فى الرجوع الى المشرق والتبرّك به . فاذن له .
فعاد ومعه اسقف امد الذى كان يقال له اقاق .
وكان فى ايام هذا الاسقف بطريق من بطارقة
الروم قد سبى قوم من باعربايا وناحى الكبزيرة
زها اربعة الف انسان منهم اساقفة هذه النواحى .
فقال هذا الاسقف . لا يحمل بنا ولا تقبل
صلاتنا واخوتنا هولا قد سبوا من بلدهم ونرام
على هذه الحال ولا نخلّصهم . فباع كل حلية
لساير بيع بلده من ذهب وفضه فاجتمع من
ذلك مية عشر الف درهم . فاشتراهم وردّهم الى
اوطانهم . فوقع ذلك من فطرك المشرق اجمل
موقع . وتوفى اسحق الفطرك ودفن بالمدايين
وكانت مدته احد عشر سنة .

Isaac Tomarsæ consanguineus. Hic mundi contemptu, misericordia in pauperes, prudentia & miraculorum patratorum numero clarus fuit. Quum verò Cajumas Christianos rebus divina ope bene compositis perfecta pace concordiaque frui videret, universos Orientis Metropolitas & Episcopos convocavit: (Id factum anno primo Jezdegerdis Persarum Regis, Christi 399. vel 400., ex dicendis patet.) *qui ad ipsum continuo profecti, Synodum illo & Martha medico Episcopo Majapharchinensi præsentibus in Ecclesia urbis Modainæ* (Seleuciæ) *celebrarunt: ubi assurgens Cajumas, his verbis Patres est alloquutus. Optimè nostis, me hac præfectura & dignitate ob imbecillitatem & peccata mea planè indignum esse, quodque Deo, cui honor & gloria, animam meam dederim, quum neminem, qui Dei causam periculo suo tueri vellet, invenirem, extremamque timerem nominis Christiani in Oriente perniciem, Ecclesiarum itidem excidium, & universæ Ecclesiasticæ hierarchiæ ruinam. Nunc verò quum Deus tandem nobis quod expectabamus exhibuerit, geminorum Regum benedictorum* (Arcadii & Jezdegerdis) *& hujus benedicti Episcopi* (Maruthæ) *beneficio atque opera; oro vos, ut me ab ista præfectura amoto, alium, quem Deus, cujus nomini gloria, vobis unà simul convenientibus elegerit, constituatis. Cui Patres in hunc modum obortis lacrymis responderunt. Quomodo id nobis permissum arbitrabimur, quum tu animam tuam Deo, cujus nomini honor & laus, commiseris, totque ærumnas & incommoda fortiter pertuleris, nosque proinde obligaveris tibi servorum loco in posterum fore? Attamen quum ille porrò instaret, compulsi sunt demùm prædictum Isaacum ipsi in eadem Patriarchali dignitate successorem juxta ordinem creare in Modaina, adjecta conditione, ut in morem pueri seniori benedicto Cajumæ obsequeretur, neve quidpiam ipso inconsulto decerneret. Quod & Isaac sanctè perfecit, & plus quam spoponderat, etiam præstitit usque ad obitum Cajumæ, qui mortuus, in urbe Modaina sepultus est. Interea Maruthas Episcopus medicus Orientales Christianos universas leges & canones ab Occidentalibus in Synodis conditos docere pergebat, eisque persuasit, ut eos reciperent. Quamobrem eos quidem*

rece-

receperunt; Maruthæ autem compertum fecere, Christianos Occidentis fratrum & sociorum loco ab ipsis haberi. Per eam occasionem Maruthas plurima martyrum, qui in Oriente passi fuerant, lipsana collegit, eorumque historias quas reperire licuit, descripsit: eaque secum abstulit, quorum partem in sua Majapharchinensi Ecclesia deposuit; (quod quidem usque ad hæc tempora ibidem notissimum est, confluentibus ad sanctarum reliquiarum venerationem Christianis:) reliqua in varias Occidentis Ecclesias distribuit. Interfuit porrò laudatus Episcopus Constantinopolitanę Synodo centum quinquaginta Patrum, eisdemque narravit Orientalium Christianorum fidem, religionem, & in martyrio patientiam: adjecitque suum illuc iter salutis causam fuisse: quoniam viderat eos populos, illorumque humilitatem, & sinceritatem cordis; Angelos proinde illos se credere, neque in eorum locis, aut Ecclesiis esse aliquam in fidei articulis dissensionem, aut in quopiam capite illos declinare ab iis, quæ in Evangelio, aut in Pauli Epistolis, aut Lucæ de Actibus Apostolorum libro leguntur. Impetrata itaque ab Imperatore facultate, in Orientem regressus est, unàcum Episcopo Amidæ, qui Acacius [1] *dicebatur. Accidit porrò sub ejusdem* Acacii *Episcopatu, ut Patricius quidam ex Romanorum gente Ba-Arbajam & Mesopotamiæ fines populatus, quatuor ferè hominum millia in servitutem abduceret, inter quos illorum locorum quidam Episcopi erant. Dixit autem iste Episcopus: nequaquam nos decet fratres nostros negligere, nec Deus nostras preces exaudiet, nisi istos, qui modo patria sua abacti sunt, redimamus. Quam ob causam aurea & argentea ornamenta omnium Ecclesiarum suarum distraxit denariis sexdecim millibus, quibus à servitute ereptos, patriæ suæ eosdem restituit. Quod præclarissimum* Acacii *facinus, Orientis Patriarchæ* Isaaco *summam* apud Regem Persarum *gratiam conciliavit. Mortuus est autem Isaac Patriarcha, & in urbe Modaina sepultus, quum annos undecim sedisset.* Hucusque Amrus.

II. Chronologia Amri emendatur.

Verùm quæ de S. Marutha narrantur, præpostero ordine contigere. Nam ille primum Concilio Constantinopolitano anno Christi 381. sub Theodosio magno interfuit: deinde sub Arcadio iterùm in urbem Regiam profectus, inde in Syriam regressus, habitæ in urbe Seleucia Synodo, in qua Isaacus Cajumæ subrogatus est, interfuit; mox à Theodosio Arcadii filio ad Jezdegerdem Persarum Regem allegatus, anno ejusdem Jezdegerdis undecimo Concilium unàcum Isaaco Seleuciæ & Ctesiphontis Primate celebravit: Constantinopolim denique reversus, non longo post tempore ab eodem Theodosio legatus iterùm missus est ad Persas anno vigesimo primo & postremo Jezdegerdis, quo alteram Synodum cum Jaballaha Seleuciæ Primate & Acacio Amidæ Episcopo habuit, de qua mox sermo erit. Vide Tom. 1. Bibliothecæ Orientalis pag. 175. & seq.

In altero Amri Codice, quem Anonymus interpolavit, quoque in recensendis Seleuciæ Primatibus Nestorianorumque Patriarchis Tomo 2. Bibliothecæ nostræ usus sum, de obitu Isaaci hæc adnotantur:

وامتناح امحق فى السنة الثانية عشر ليزدجرد
وفى سنة ثمان وعشرين ومبعماية يونانية وذفن
بالمداين وكانت مدة رياسته احد عشر سنة .
وفى ايامه كان يوحنا فم الذهب وبيلاهما
من عر عبدا صاحب العجايب .

Requievit Isaacus anno duodecimo (in Tom. 2.

NOTA.

[1] *Acacius*. Socrates lib. 7. cap. 21. refert Romanorum in Azanenam irruptionem, captivos autem Persas fuisse *circiter septem hominum millia*. Dionysius verò in Chronico ad annum Græcorum 735. depopulata, inquit, à Romanis Arzunitide, *familias decem mille* in captivitatem abductas, & à S. Acacio redemptas.

Tom. 2. pag. 401. irrepsit annus decimus octavus) *Jezdegerdis, hoc est, anno Græcorum septingentesimo vigesimo octavo, & Modainæ sepultus fuit, quum annos undecim sedisset. Sub eo floruere Joannes Chrysostomus, & Jaballaha ex cœnobio Abdæ Thaumaturgi.* Quum autem Jezdegerdes Persarum Rex ab anno Græcorum 710. Christi 399. regnare cœpisset, ut Pagius ad annum Christi 420. num. 14. ostendit, sequitur duodecimum ipsius annum, quo Isaacus obiisse dicitur, in annum Græcorum 722. Christi 411. incidisse, non in annum Græcorum 728. Christi 417. ut perperàm scribit Amri interpolator.

III. Isaaci Synodus & Canones.

Synodus Isaaci laudatur à Sobensi in Catalogo suprà pag. 279. & in Epitome Canonum Synodalium citantur ex eadem canones XI. Par. 8. c. 9. 17. 20. & Par. 9. c. 3. 5. Ejusdem Synodi meminere Simeon Beth-Arsamensis, cujus verba tom. 1. p. 194. protuli, & Renaudotius tom. 2. Liturg. Oriental. pag. 272. qui ejus Canones se legisse testatur in vetustissimo ms. Codice Syriaco Bibliothecæ Florentinæ. Amri interpolator occasionem legationis Maruthæ celebrateque ab Isaaco Synodi his verbis exponit. وكان قد عرض ليزدجرد إملك الفرس مرضًا اعيا اطبّا الفرس علاجه . وكان اطبّا النصارى قد قتل اكثرهم فى ايام سابور ومن تخلّف منهم هرب . فارسل الى ملك الروم يطلب منه طبيبًا حاذقًا . فارسل اليه ماروثا اسقف ميافارقين عالمًا فاضلًا وطبيبًا حاذقًا مشهورًا بمكافاة الله وعمل الخير . وكان قد اتصل بارقاديوس ملك الروم ما يلحق النصارى فى بلاد الفرس من العذاب والنفى والقتل . فاحزنه ذلك واغمّه ولم يكن له سبيلٌ الى اعانتهم بشى . فوجد بذلك فرصه وكتب الى يزدجزد كتابًا يقول فيه الخ . وانفذ الكتاب مع ماروثا الاسقف . فلما وصل الى يزدجرد وعالجه وابراه من علته اعرض عليه الكتاب . ففرح وسرّ به واجاب عنه وانفذ له هدايا وعمل ما ساله . واشتمل السكون على النصارى وزال عنهم ما كانوا فيه . واحبّ

مار اسحق القطرك ان يعمل قوانينًا مفيده فى الفرايض والاحكام الدينية . فارسل الى الابا الذين له فى البلدان واحضر منهم اربعون اسقفا ومطرانا فى السنة الحادية عشر لملك يزدجرد . واجتماعهم كان يوم عيد الميلاد . وكان ماروثا معهم حاضرًا . وعمل اسحق باتفاق الجميع اثنان وعشرون قانونًا مما يحتاج اليه فى تدبير البيعة بالمشرق . وحسن ذلك فى عين ماروثا واستصوبه . ثم انه اورد لديهم القوانين التى كتب الابا المغربيون جميعها . فعند ذلك احضروا له جميع ما وجد من القوانين والتقاميز عند الابا المشارقة التى ليست موجودة عند اليونانيين .

Accidit, ut Jezdegerdes Persarum Rex in morbum incideret, quem quum Persæ medici curare non potuissent, (nam medici christiani plerique sub Saporis regno interfecti fuerant, reliqui in alienas terras profugerant,) Rex Imperatorem Romanorum, ut peritum medicum ad se mitteret, etiam atque etiam rogavit. Missus est Maruthas Episcopus Majapharchinensis, vir doctrina & pietate clarissimus ac peritissimus medicus. Venerat jampridem ad aures Arcadii Imperatoris Romanorum, quæ mala in Persarum regionibus Christiani paterentur, & alios quidem sævissimis quæstionibus fuisse subjectos, alios verò interfectos, aut exulare compulsos. Id enimverò vehementer Imperator ægrè ferebat, angebaturque, quod nulla occurreret via ferendæ opis. Ea igitur oblata occasione, ad Jezdegerdem hanc scripsit epistolam &c. eamque Maruthæ Episcopo ut ad Regem perferret, præcepit. Quum ergo Maruthas ad Regem venisset, eumque curasset & morbum feliciter depulisset, epistolam eidem legendam porrexit. Qua perlecta Rex vehementer lætatus est, postulatisque annuit, & munera insuper Imperatori perferenda adjecit. Eo modo sublata persecutione, quam hactenus Christiani passi fuerant, & pace restituta, simul patefacta via est Isaaco Patriarchæ perficiendi quod olim in votis habuerat, condendique canones ad tuendam religionem utiles. Quamobrem

obrem Synodum quadraginta Episcoporum & Metropolitarum ex variis locis convocavit anno undecimo Regis Jezdegerdis : eaque in festo Natalis Domini celebrata fuit, Marutha etiam præsente. Duos itaque & viginti canones unanimi omnium Patrum suffragio constituit de iis, quæ ad gubernationem Ecclesiæ Orientalis necessaria judicavit : quos quum legisset Maruthas, mirificè probavit : dein vicissim omnes Patrum Occidentalium canones ejusdem Synodi Patribus obtulit,

1 *& illi rursùs canones* 1 *& expositiones apud Orientales Patres repertas exhibuere, quas nimirùm apud Græcos minimè exstare constabat.*

IV. Epocha ejusdem Synodi.

Hæc ille. Sed quum Synodus Isaaci habita dicatur anno Jezdegerdis undecimo, stare nequit quod de Arcadio Imperatore narratur: hic enim obiit an. Chr. 408. Jezdegerdis autem annus undecimus in Christi annum 410. incidit, ut suprà dictum est. Non igitur sub Arcadio, sed sub Theodosio Arcadii filio ea Synodus celebrata. Prætereà quod de Marutha ab Arcadio ad Persarum Regem misso refertur, de prima Maruthæ in Persidem profectione intelligendum est, quando relicta urbe regia, in qua conciliabulum adversùs S. Joannem Chrysostomum agebatur, in Mesopotamiam sese recepit, & Synodo, quæ Seleuciæ pro subrogando in Cajumæ locum Isaaco anno Christi 399. congregata fuerat, interfuit, ut suprà ex Amro retuli.

V. Quid de eadem Elias Damascenus.

Eandem Synodum describit Elias Damasci Metropolita in Nomocanone, quem è Syriaco Arabicum fecit Cod. 37. Tom. 2. Bibliothecæ nostræ pag. 507. in hæc verba. كان الذى جاء بالسنن والقوانين التى وضعها اساقفة الروم فى زمان بعد زمان الى ناحية المشرق ونقل سنن الاساقفة الثلثماية والثمانية عشر الذين اجتمعوا بمدينة نيقية من اليونانية الى السريانية ماروثا اسقف امد وميافارقين حين قدم على يزدجرد ملك الفرس بكتابه من ملك الروم فى توجّهه اليه وكان الجاثليق ببلاد المشرق ايامئذ اسحق . فلما التقا هو وماروثا بالمداين : استاذنا الملك فى جمع اساقفة المشرق لينظروا فى تلك السنن ويرفعوها ويتفقوا على الاخذ بها فاذن لهما فى ذلك . فاجتمع الى اسحق وماروثا من المطارنة والاساقفة اربعون انسانا . وذلك فى سنة احدى عشرة من ملك يزدجرد . فقرى عليهم ما قدم به ماروثا من تلك السنن والايمان التى اتفقت عليه اساقفة الثلثماية والثمانية عشر . فقبلوا ذلك ورضوا به وصلوا واتفقوا عليه وحرموا كل من يخالفه وكتبوا به فيما بينهم كتابا اثبتوا فيه الايمان والسنن بابا بابا وشيا شيا واثبتوا فيه اسمام رجلا رجلا بدرجته المطارنة والاساقفة واسم البلد الذى هى وختموه بخواتمهم الخ .

Auctor editionis Canonum Episcoporum Occidentalium, quæ Orientalium manibus teritur, Maruthas fuit 2 *Amidæ & Majapharchin Episcopus, qui Patrum trecentorum decem & octo Nicænorum canones ex Græco Syriacos fecit ea tempestate, quum ad Jezdegerdem Persarum regem, Romanorum Imperatoris literas attulit : quo tempore Catholici locum tenebat Isaacus. Ambo itaque isti Antistites in urbe Modaina communi consilio facultatem*

2

NOTÆ.

1 *Canones apud Patres Orientales.* Quum ante Isaacum nulla alia fuerit Orientalium Synodus, ut Orientales ipsi in recensione Synodorum testantur, non constat, quos *canones* exhibere potuerint Maruthæ, qui apud Orientales, hoc est, Chaldæos Patres, non apud Græcos exstarent. Hæc anonymus interpolator scripsisse videtur, ut Synodalibus Orientalium canonibus auctoritatem conciliaret, perinde acsi ab Isaaco & Marutha sanctissimis Episcopis collati & approbati fuerint : sed immani anachronismo, quo vitio recentiores Nestoriani passim laborare solent.

2 *Amidæ & Majapharchin Episcopus.* Quo tempore Maruthas Majapharchinensem Ecclesiam tenebat, Amidensi Acacius præerat, ut constat ex Syrorum Græcorumque auctoritate. Elias itaque Damascenus ex more temporum suorum loquitur, dum Marutham utriusque urbis Episcopum vocat: nam sequiori ævo unus apud Nestorianos Episcopus Amidæ simul & Majapharchinæ præfici consuevit.

tatem à Rege petierunt convocandi Synodum Episcoporum Orientalium, in qua prædicti canones discuterentur, & de eorum receptione tractaretur. Annuente Rege, quadraginta Episcopi 1 *& Metropolitæ ad Isaacum & Marutham convenere anno undecimo regni Jezdegerdis. In eo conessu quum Maruthas prædictos Concilii Nicæni canones Patribus audientibus legisset, & fidei regulam ab illo traditam exposuisset, Patres omnes eadem probavere communi suffragio & unanimi consensu, & contradicentes anathematizarunt. Inde in volumen redacti canones & fidei formula, ab omnibus & singulis Metropolitis & Episcopis juxta cujusque gradum manu propria subscripti & proprio nomine ac sigillo signati fuere.* Pergit Elias summam canonum ejusdem Concilii Seleucienſis referre, de quibus alibi sermo erit.

1

المسيح ايام مابور وكتب قصصهم وعمل كتابًا فى اخبار الشهدا وما فى سبب قتل كل واحد منهم وشرح قصة مار عبدا المستناح. ومدته سبع سنين واشهر. وفى ايامه وجدت عظام اسطفانوس الشامد وجمعت ببيت المقدس. واعتمد هرمزداد وعمّر البيع وصان النصارى. وبنى على عظام اسطفانوس بيعة كبيرة وظهرت فيها الجرايح. وكانت ايامه طيبة ودفن بالمداين.

Achæus communi fidelium consensu cathedram conscendit, vir abstinentiæ singularis, adeo ut præter panem & olera nihil gustaret, coctum quidpiam idque modicum adjicere quandoque solitus. Antequam ad Catholici dignitatem eveheretur, multas peregrinationes suscepit, & martyrum, qui pro Christo passi fuerant sub Sapore, monumenta visitavit, eorumque acta scripsit, & integrum de eo argumento volumen edidit, in quo singulorum martyrum gesta persequitur & cædis causam. Scripsit itidem sancti Abdæ historiam. Seditque septem annos, & aliquot menses. Sub ejus Episcopatu inventæ sunt reliquiæ 2 *S. Stephani martyris & in sancta urbe* (Hierusalem) *repositæ. Hormisdates* 3 *prætereà suscepta christiana fide baptizatus fuit, & ecclesias ædificavit, Christianosque contutatus est. Ecclesia autem amplissima S. Stephani reliquiis excitata fuit, in qua plura miracula patrata sunt. Felicissima itaque Achæo tempora fluxerunt, mortuusque in urbe Modaina humatus fuit.*

2

3

CAPUT II.

Achæus Seleuciæ & Ctesiphontis Archiepiscopus.

I. Achæi ætas & gesta ex Amor.

ACHÆI gesta summatim describuntur ab Amro in hæc verba.

احى عقدت له الرياسة باتفاق المومنين وكان لا يطعم غير الخبز والبقل فى الوقت بعد الوقت اليسير من الطبخ وانه سافر قبل ان يتحقلق فطاف قبور المتقدمين بسبب

Amri interpolator, ex quo vitam Achæi tom. 2. pag. 401. descripsi, addit, eum Abdæ discipulum fuisse & in cœnobii præfectura successorem;

II. Eadem ex Amri interpolatore.

NOTÆ.

1 *Episcopi & Metropolitæ*. Sobensis in epitome canonum Par. 8. cap. 15. refert, quinque Metropolitas huic Concilio Seleucienſi subscripsisse, nimirùm Elamitidis, Nisibis, Bassoræ, Assyriæ, & Garmæorum: duos præterea Antistites, qui Metropolitanorum quidem nomine, sed non privilegiis carebant, hoc est Persidis & Maruæ: reliquos tres suprà triginta Episcopos fuisse. Vide suprà pag. 346.

2 *Reliquiæ S. Stephani*. De inventione reliquiarum S. Stephani protomartyris, deque Ecclesia in ejus honorem ædificata & miraculis à Deo precibus ejusdem patratis, vide Emin. Baron. ad annum Christi 415.

3 *Hormisdates*. Alius fuit ab Hormisda Abbate, qui sub Jesujabo Gadalensi Patriarcha circa annum Christi 630. vixit, cujusque cœnobium millibus passuum ferè octo ab Ninive abesse, ex Chaldæorum monumentis refert Masius laudatus tom. 1. Bibl. Orient. pag. 525.

rem; Jezdegerdis autem Perſarum Regis ad Bihurum fratrem legatione functum: ſediſſe demum annos quatuor. هذا كان من دور قفى وهو احى . تلميذ مار عبدا القديس وكان قد جعله رئيسا على ديره وفوض اليه تدبير الاسكولانيين فيه . ولما توفى اسحق : اجتمع اصحاب الاختيار واختاروه واميم على الرسم بالمدايين سنة تسعة وعشرين وسبعمايـة يونانية . واحبه يزدجرد ومال اليه وبعد مدة من تقلده ارسله الى فارس فى مهمة كانت له لامور حدثت بينه وبين بهور ابن سابور اخيه المتقلد لفارس واعمالها . ولما وصل هذا الاب الى فارس واصلح الامور التى توجّـه لاجلها : مال من قبور الشهدا الخ . وكانت مدة رياسته اربع عشـرين واستتاح ودفن بالمدايين .

Achæus, inquit, *iſte Dorkenam patriam habuit, præceptorem verò ſanctum Abdam, à quo proprio monaſterio præfectus fuit, & rector Scholarium eius loci conſtitutus. Mortuo autem Iſaaco, in publico Chriſtianorum conventu omnium electorum ſuffragio electus eſt & in urbe Modaina de more ordinatus anno Græcorum vigeſimo nono ſuprà ſeptingenteſimum. Achæum Jezdegerdes ſingulari benevolentia complectebatur, & paulò poſt aſſumptum Epiſcopatum in Perſidem eum ablegavit ad componenda quædam magni momenti diſſidia, quæ ipſi Jezdegerdi cum Bihuro Saporis filio ſuoque germano Perſidis principe emerſerant. Illuc itaque profectus Achæus, negotium pro quo legatus fuerat, ex ſententia expedivit: tùm ad perquirenda martyrum lipſana ſe convertit.* (Reliqua vide Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 401.) *Quum autem annos quatuor ſediſſet, obiit, & Modainæ ſepultus fuit.*

III. Annus ſedis & obitus Achæi ſtatuitur.

At quum ſuperiori capite oſtenſum fuerit Iſaacum Achæi præceſſorem anno Chriſti 411. obiiſſe, quumque ex infrà dicendis conſtet, Jaballaham Achæi ſucceſſorem poſtquam annos quinque ſediſſet, poſtremo Jezdegerdis anno, hoc eſt, Chriſti 420. è vivis migraſſe; palàm quoque fit, Achæum anno Chriſti 411. ſedere cœpiſſe, & anno demùm circiter quadringenteſimo decimo quinto ex hac luce migraſſe: adeoque Amrus quidem in ea parte corrigendus eſt, quum ſeptem annos ei tribuit; Amri verò interpolator, quum eumdem ab anno Græcorum 729. Chriſti 418. Sedem iniiſſe ſcribit.

IV. Hiſtoriæ martyrum & ſancti Abdæ ab Achęo deſcriptę.

Ad Hiſtorias Martyrum quod ſpectat, quas Achæum ſcripſiſſe Amrus teſtatur, dubium moveri poteſt, an eædem ſint, ac illæ, quas ex duobus præſtantiſſimis Codicibus Syriacis Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 606. recenſui. Verùm quum Sobenſis in Catalogo affirmet, Marutham opus hujuſmodi aggreſſum fuiſſe; Sozomenus verò lib. 2. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 14 dicat, Syros, Perſas, atque Edeſſenos operam ſuam in eorumdem martyrum geſtis percenſendis poſuiſſe, liquido apparet eandem quidem materiam ab utroque auctore, à Marutha ſcilicet, & Achęo, tractatam; non tamen conſtat, utri potius tribuendæ ſint hiſtoriæ eorum Martyrum qui ſub Sapore paſſi ſunt. Quum verò Maruthas perſecutioni ab Jezdegerde & Vararane Perſarum Regibus poſt Achæi obitum motæ ſupervixerit, martyrumque in eadem coronatorum certamina in laudatis Codicibus unàcum geſtis eorum, qui ſub Sapore paſſi fuerant, contineantur; haud improbabili argumento utraſque hiſtorias uni eidemque Maruthæ adſcripſi tom. 1. à pag. 181.

Abdas autem, qui Achæi magiſter dicitur, cujuſque acta idem Achæus literis mandavit, non is fuit Suſæ Epiſcopus, cujus cauſa motam ab Jezdegerde perſecutionem Theodoritus lib. 5. hiſtor. Eccleſ. cap. 39. refert; ille enim poſt Achæi mortem vivebat, ut tom. 2. pag. 401. dixi, & ex ſupra relatis Amri verbis colligitur, quibus ait, Achæum, antequam perſecutio in Chriſtianos excitaretur, diem clauſiſſe; ſed alter patria Dorkonenſis, qui ſub Tamuza Cajumæ, Iſaaci, & Achæi præceſſore cœnobium apud Sarſaram flu-

vium condidit, ut dixi tom. 2. pag. 400.

CAPUT III.

Jaballaha Seleuciæ & Cteſiphontis Archiepiſcopus.

I. Jaballaha Achæi ſucceſſor, Abdæ diſcipulus, Jezdegerde Perſarũ Rege Seleucienſem Eccleſiam regit.

ACHÆO ſucceſſit Jaballaha, qui extremis Jezdegerdis annis Seleucienſem eccleſiam rexit, ut Amrus in ſua hiſtoria refert his verbis. واقيم بعده اى بعد احى يبلاها ثليثه لمار عبدا. وكان زاهدًا قديسًا فاضلًا عالمًا. وانفذه مار عبدا الى دسكره ابيشوع بالقرب من دير حزقيال النبى لينصّرهم ففعل واحبّ التفرّد. فبنى ديرًا بقرب الفراة واجتمع اليه الاخوة. ولما كثروا فرّقهم ثلثة فرق كلما خرجت واحدة من صلاة عدان دخلت الاخرى والتى تخرج من الصلاة تتشاغل بخدمة الضعفا والغربا ومصالح الدير. وكان مار عبدا يطوف المواضع. وانقطع الغيث فى بعض السنين وبصلاة يبلاها ورد. وعند موت مار احى اجتمع الناس لاختيار اب. وكان يزدجرد يعرف فضله. فوقع الاختيار عليه بمساعدته. واقام ابنا لملك الفرس بعد موته وحضر ماروثا الاسقف وانهى ذلك الى الابا المغربيين. فعظم محله عندهم وجعلوا اسمه فى جملة رومايهم. وبعد ثلث سنين من جلوسه انفذ ثاداسيس ملك الروم باسقف امد الى يزدجرد. فاجتمع مع مار يبلاها وجدّد القوانين التى تصلح لتدبير البيعة واتفقا على قوانين الثلثماية والثمانية عشر وجدّد القوانين التى تصلح للبيعة. وفى هذا الوقت اسم قورلوس الاسكندرانى مكان ثاوفيلا. واحبّ يزدجرد مكافاة ثاداسيس على انفاذ افاق. فانفذ يبلاها بهدايا جليلة وكتب اصحابه باكرامه. ولما وصل مرّ

به ثاداسيس رساله عن امور النصارى بالمشرق واعلمه ملامتهم من الاختلاف ودفع اليه مالًا وطرفا. ولما عاد بادّى الرسالة جدّد بيعة المدايين وبنى بيعة كبيرة من جملة ما صحبه. وتغيّرت نية يزدجرد فى النصارى فهدم البيع. فعاد الصداع عليه. واستدعى يبلاها فصلّى عليه فبرى وعوفى وعاد الى احسن عنايته وامر ببنا البيع. ولعلم يبلاها بما سوف يجرى على النصارى مال قبضه واستناح ودفن بالمدايين. وكانت مدته سبع عشر سنة. وبعد موته عاد يزدجرد هدم البيع وقتل النصارى وفعل معهم امرًا عظيمًا. وكان فى جملة المقتلين مار عبدا اسقف الاهواز. لان قسًا من اصحابه تعرّض ببيت نار كان يجاور البيعة وكان النصارى يتاذّى به. وكان هذا مما ايقظ يزدجرد ففعل ما فعله. وبشفاعة اصحق بطريق ارمنية كفّ وهو جعل للارمن فى طاعة يزدجرد.

In ejus, ideſt, Achæi locum Jaballaha diſcipulus ſancti Abdæ ſubrogatus fuit, vir monaſticæ vitæ ſtudioſus, probitate morum, pietate doctrinaque ſpectatiſſimus. Hic à ſancto Abda ad Abjeſum in Doſcoram apud cœnobium Ezechielis Prophetæ miſſus, eam ut gentem ad chriſtianam religionem traduceret, quum commiſſum ſibi negotium expediiſſet, ſolitariam vitam adamavit. Quamobrem monaſterium ad Euphratis ripas conſtruxit, confluentibus ad eum undique fratribus. Aucto paulatim monachorum numero, eos in tres ordines [1] *partitus eſt, eo conſilio, ut in ſacra Pſalmodia alteri alteris ſuccederent, atque iſtis pſallentibus, illi poſt conſtitutam ſibi Pſalmodiam, ægrotorum & peregrinorum obſequiis interim vacarent, reſque monaſterii procurarent. Solebat inter hæc ſanctus Abda loca circumobire. Quo tempore imbribus anno quodam minimè cadentibus, hunc defectum ſuis precibus Jaballaha ſuppleviſ-* 1

NOTA.

1 *In tres ordines partitus eſt*. Acœmetarum inſtitutum his verbis deſcribitur, cujus parens S. Alexander & ipſe Syrus dicitur, qui per eadem tempora florebat, ut ex ejus vita liquet apud Bollandum die 15. Januarii. *Jugem Pſalmodiam*, & *Laudem perennem* monachi Benedictini appellavere, de quibus erudite Mabillonius Præfat. II. Sæcul. IV. Ordinis S. Benedicti à num. CCIV.

pleviſſe dicitur, & pluviam impetraſſe. Achæo defuncto conventus indictus eſt pro electione ſucceſſoris: atque adnitente Jezdegerde, qui Jaballahæ virtutem optimè noverat, aliis in electione prælatus fuit. Per eam tempeſtatem defunctum Perſarum regis filium ad vitam revocavit, præſente Marutha, qui id miraculum Patribus Occidentalibus ſignificavit: atque idcirco magno honore ab eiſdem Jaballaha habitus eſt, ejuſque nomen Epiſcoporum ſuorum Catalogo inſcripſere. Anno tertio Jaballahæ, à Theodoſio Romanorum Imperatore Epiſcopus Amidæ (Acacius) *ad Jezdegerdem legatus, Jaballaham amicè convenit, qui eodem ſuggerente, canones pro eccleſiæ gubernatione atque diſciplina reſtituit, admiſſis Nicænorum Patrum canonibus. Hoc tempore Cyrillus* 1 *Alexandrinus Theophilo ſuffectus eſt. Jezdegerdes verò volens Theodoſio pro Acacii ad ipſum legatione gratiam rependere, Jaballaham ad eundem legavit, ejque dona & literas honorificas ad ipſum ejuſque familiares perferendas tradidit. Legatum Theodoſius libentiſſimè excepit, deque Chriſtianorum in Oriente ſtatu multa ſciſcitatus eſt. Cui quum Jaballaha plenè ſatisfeciſſet, eoſque ab omni diſſenſione liberos eſſe affirmaſſet, ab Imperatore pecuniæ ſubſidia & præclara munera conſequutus eſt. Ea verò legatione perfunctus, eccleſiam Modainæ inſtauravit, atque alteram ampliſſimam corrogato ære à fundamentis excitavit. Paulò poſt Jezdegerdes adversùs Chriſtianos indignatus, eccleſias dirui juſſit. Quam ob cauſam capitis dolore divinitùs iterùm correptus, Jaballaham rursùs arceſſivit: cujus precibus revaleſcens, Chriſtianos amare cœpit, & eccleſias reſtituit. At Jaballaha imminentia prope Chriſtianis mala divinitus edoctus, mortem optavit, & à Deo impetravit, atque in urbe Modaina ſepultus fuit. Sedit autem annos ſeptemdecim. Ejus poſt obitum rurſus Jezdegerdes eccleſias diruere & Chriſtianos vexare adorſus eſt, atque atrociſſimè in eoſdem deſæviit: qua in perſecutione cæſus etiam fuit ſanctus Abda Huzitarum Epiſcopus, eò quod ex ejus clero Presbyter contiguam eccleſiæ Ignis domum, chriſtianis infeſtam, diruendam procuraſſet. Hanc ob cauſam ad iram concitatus Jezdegerdes, perſecutionem illam commoverat, quam poſteà Iſaaco* 2 *Armeniæ Patricio intercedente, qui Armenos ut eidem parerent induxerat, ſuſtulit.* 2

II. Amri hallucinationes in hiſtoria Jaballahę.

Multa hìc affirmat Amrus, quæ mihi haud probantur. Primum ait, Jaballaham, poſtquam in locum Achæi electus fuit, filium Regis Perſarum ad vitam revocaſſe. Atqui Socrates lib. 7. hiſt. eccleſ. cap. 8. filium Jezdegerdis non ad vitam revocatum, ſed à dæmonio, quo vexabatur, liberatum ſcribit: idque miraculum, nulla Jaballahæ facta mentione, ad Marutham & Abdam epiſcopos refert. II. Eundem Jaballaham teſtatur Amrus tertio epiſcopatus anno unàcum Acacio Amidæ Epiſcopo, quem Theodoſius ad Jezdegerdem allegarat, Concilium celebraſſe. Verùm quum Achæus, ex ſupradictis, anno Chriſti 415. deceſſerit, ſequitur tertium Jaballahæ annum incidiſſe in annum Chriſti 418. qui erat Jezdegerdis decimus nonus; quod non modò illius Synodi actis ex Elia Damaſceno mox recitandis repugnat, ſed etiam Socrati, qui Acacium Amidenſem à Theodoſio ad Jezdegerdem extremis hujus Regis annis miſſum fuiſſe ſcribit, poſtquam milites Romani Azanenam ſeù Arzunitidem vaſtaverant, ideſt, paulò ante Jezdegerdis obitum: hic autem anno Chriſti

NOTÆ.

1 *Cyrillus Alexandrinus.* Ejus ordinatio contigit ex Socrate lib. 7. cap. 7. anno Chriſti 412. Ex chronico verò Edeſſeno & ex Dionyſio Jacobitarum Patriarcha, anno 410. Vide tom. 1. pag. 401.

2 *Iſaaco Armeniæ Patricio.* Armenos ſub Jezdegerde partim Perſis, partim Romanis ſubjectos fuiſſe, oſtenditur ex Pagio ad annum Chriſti 420.

ſti 420. deceſſit, quum annos unum ſuprà viginti regnaſſet, ut oſtendit Pagius ad annum prædictum nu. 14. Etſi enim Socrates lib. 7. cap. 21. illam Acacii legationem ad conſulatum Honorii 13. & Theodoſii 10. hoc eſt, ad annum Chriſti 422. referat, & Dionyſius Jacobitarum Patriarcha præclarum ejuſdem Amidenſis Epiſcopi facinus anno Chriſti 424. deſcribat; quum tamen conſtet id ſub Jezdegerde contigiſſe, & Jezdegerdem ipſum anno 420. in vivis eſſe deſiiſſe, palàm fit, utrumque auctorem eam hiſtoriam loco non ſuo narraſſe. III. Ait Amrus, Jaballaham poſt celebratam illam Synodum, à Jezdegerde ad Theodoſium allegatum fuiſſe: quod nullus Scriptorum Græcorum refert. IV. Jezdegerdem, quum poſthæc perſecutionem in eccleſiam moviſſet, in morbum incidiſſe, à quo per Jaballaham curatus, pacem Chriſtianis reſtituerit. Atqui ex Socrate lib. 7. cap. 8. liquet id factum ad S. Maruthan referendum eſſe, qui in prima legatione, qua ſub Theodoſio ad Jezdegerdem anno regni ejus undecimo, Chriſti 410. functus eſt, *diuturnum capitis dolorem, quo Magi Jezdegerdem liberare non potuerunt, precibus ſuis curavit*: quo quidem tempore non Jaballaha, ſed Iſaacus Seleucienſem Eccleſiam regebat, ut ex ſuprà dictis palàm fit. V. Denique ſtare nequit, quod ſcribit idem Amrus, Jaballaham nempe, quum annos ſeptemdecim ſediſſet, antequam perſecutio ab Jezdegerde iterum moveretur, obiiſſe; eo autem vita functo, Chriſtianos ab Jezdegerde propter famoſum Abdæ factum vexatos fuiſſe. Nam primo certum eſt, Jezdegerdem, ut ſuprà dixi, anno Chriſti 420. periiſſe: quum autem Jaballaha epiſcopatum anno 415. inierit, ſi annos decem & ſeptem illum tenuiſſet, ſequeretur, eum Jezdegerdi annos ſeptem ſupervixiſſe. Deinde perſecutio ab Jezdegerde ob factum Abdæ, teſtibus Theophane ac Theodorito, poſtremo illius anno mota eſt, adeoque circa finem epiſcopatus Jaballahæ, non poſt ejus obitum cæpta fuit. Quare dicendum eſt, Jaballaham annos quinque dumtaxat ſediſſe, ab anno ſcilicet Chriſti 415. ad annum 420.

III. Ejuſdem Jaballahæ geſta ex Amri interpolatore.

Eaſdem ferè hallucinationes deprehendere eſt apud Amri interpolatorem, qui Jaballaham anno Græcorum 734. electum fuiſſe ſcribit, & anno 739. obiiſſe, quum annos quinque ſediſſet. يبلاها اختير للفطركة فى السنة السادسة عشر ليزدجرد واسيم بالمداين سنة اربعة وثلثين وسبعماية. وفى ايامه وصل اقاق مطران امد وماروثا اسقف ميافارقين برسالة قاداسيوس ملك الروم الى يزدجرد ملك الفرس. وكان ابنه مريضًا وقد اشرف على الموت. فانفذ يبلاها اليه ليستعين بصلاته ومع دخوله اليه انطفا ابنه ومات وكان حاضرًا مع يبلاها اقاق وماروثا. فتقدم هذا الاب وصلّى. فعادت روح الصبى اليه وعاش. فارتفع قدره وزال الجور عن النصارى بسببه وعظم فى عين الاسقفين المذكورين وكتبوا اسمه معهم فى سفر الحياة. وفى السنة الثالثة من رياسته انفذه يزدجرد الى ملك الروم للجواب عن رسالته. فسرّ ملك الروم وساله عن الامانة. فاجابه بما عنده: فاستحسن امانته واقبل عليه غاية القبول ورجع بهدايا كثيرة عالية القدر. وهو الذى جدد بنا بيعة المداين وسال الله ان يقبضه قبل ان يرا مكروه فى النصارى. فاستراح ودفن بالمداين وكانت مدة رياسته خمس سنين سنة تسع وثلثين وسبعماية. ومن بعد وفاته امر يزدجرد بهدم بيع النصارى ونفيهم ولحقهم مكروه عظيم منه وقتل منهم خلقًا كثيرًا الخ.

Anno, inquit, *ſexto decimo Jezdegerdis Jaballaha electus fuit Patriarcha, & anno trigeſimo quarto ſuprà ſeptingenteſimum in urbe Modaina conſecratus eſt. Ejus tempore Acacius Amidæ Metropolita & Maruthas Epiſcopus Majapharchinenſis à Theodoſio Romanorum Imperatore ad Jezdegerdem Perſarum Regem legati venerunt. Accidit inter hæc, ut Regis filius ingraveſcente periculoſo morbo, propè de vita deſperaret. Arceſſitus*

eſt

est eam ob causam Jaballaha, ut suis precibus puero valetudinem impetraret. Is verò vix pedem in regias ædes intulerat, quum ægrum extremam efflasse animam nunciatur. Progressus nihilominus Jaballaha ad defuncti cubiculum, præsentibus Acacio & Marutha oravit, & confestim puer revixit. Quo miraculo Rex virum in magna existimatione habuit, & glisscentem adversùs Christianos persecutionem cohibuit: sed & à duobus illis episcopis magni fieri cœpit: quare ejus etiam nomen in librum vitæ (hoc est, in Diptycha) *retulerunt. Anno porrò Episcopatus sui tertio ab Jezdegerde ad Imperatorem Romanorum vicissim legatus est, à quo magna cum lætitiæ significatione exceptus fuit, atque de sua fide ac religione interrogatus, quum fidem quam tenebat exposuisset, eamque Imperator approbasset, eum perhonorificè tractavit & magnificis* 1 *donis muneratus est. Idem Jaballaha collabentem urbis Modainæ ecclesiam instauravit. Tùm demùm Deum rogavit, ut spiritum ipsius in pace susciperet dignaretur, ne imminentia Christianæ rei mala spectare cogeretur: annuitque votis ejus Deus, & mortuus in eadem urbe Moduina conditus fuit anno trigesimo nono post septingentesimum, quum annos quinque sedisset. eo defuncto Jezdegerdes ecclesias solo æquari jussit, Christianosque expulit & vehementer afflixit, atque ex illis quamplurimos morte affecit.* Pergit referre interfectum Jezdegerdis jussu Abdam Huzitarum Episcopum, eò quod Hosee Presbyter delubrum Ignis destruxit: eam autem persecutionem operâ Isaaci Armenorum Ducis sedatam fuisse, qui eam gentem Jezdegerdi subegerat: quæ sunt eadem ferè Amri verba à nobis suprà relata.

IV. Persecutio Abdæ causa ab Jezdegerde Christianis mota, circa finem regni ejusdem; sopita autem, post præclarum Acacii Amidénis facinus vivente adhuc Jaballaha.

Et Jezdegerdem quidem Agathias lib. 4. pag. 136. & Procopius lib. 1. de bello Persico cap. 2. affirmant, *dum vixit, nullum adversùs Romanos bellum suscepisse, nec Christianos ulla molestia affecisse.* Sed contrarium tradunt præter Syros scriptores, Marcellinus in Chronico, Theodoritus lib. 5. cap. 39. Theophanes ad annum 10. Theodosii, & Cyrillus in vita S. Euthymii Abbatis, idque Socrates ipse lib. 7. cap. 21. confirmat, dum Romanas copias in Azanenam Persis subjectam provinciam hostiliter irrupisse scribit, & septem circiter hominum millia abduxisse, quos Acacius Amidæ Episcopus venditis Ecclesiæ vasis redemit. Horum itaque auctorum sententiam sic conciliabis, si dicas, motam quidem ab Jezdegerde fuisse Abdæ causa persecutionem, sed mox sopitam, quum præclarum illud Acacii facinus contigit: idque totum *circa finem regni ejusdem Jezdegerdis* factum, ut notat Cyrillus in vita S. Euthymii Abbatis, cujus verba tom. 1. p. 182. descripsi, hoc est, circa annum Christi 419. Quod enim ait Pagius eam persecutionem ab anno 414. ad annum 420. ideſt, usque ad obitum Jezdegerdis, sine ulla interruptione durasse, quodque addit Amrus, eandem semel initio Episcopatus Jaballahæ, & iterùm post ejusdem obitum motam fuisse; id verò sine ullo idoneo teste affirmatur; imò iis ipsis Scriptoribus repugnat, qui Jezdegerdem Christianos vexasse testantur.

Syno-

NOTA.

1 *Magnificis donis muneratus est.* Amrus in Vita Maanæ, qui post Jaballaham Sedem Seleuciæ invasit, de persecutione à Vararane Jezdegerdis filio ac successore in Christianos excitata differens, hæc habet.

فهدم البيع ورمى عظام الشهدا فى الما وقتل
الناس وتناول ماكان صحب بيلاعا من الات
المدابح عند نعوده الى الروم.

Ecclesias evertit, ossa martyrum in profluentem projecit, plures interfecit, & quæ altarium instrumenta à Jaballaha, quum ad Romanos profectus est, comparata fuerant, abstulit. Munera scilicet, quæ Theodosius Imperator Jaballahæ largitus fuerat.

V. Synodus Jaballahæ.

Synodus à Jaballaha præsentibus Marutha Majapharchinensi & Acacio Amidensi Episcopis celebrata fuit anno Jezdegerdis vigesimo primo, Christi 420. de qua hæc Dionysius Jacobitarum Patriarcha in Chronico ad annum Græcorum 725.

ܒܗܝ ܕܒܘܬܗ ܐܬܐ ܠܒܝܬ ܡܕܝܢܚܐ ܡܪܘܬܐ ܡܦܪܚܢܝܐ ܘܐܩܩܝ ܐܡܝܕܝ ܘܥܒܕܘ ܬܪܥܐ ܕܡܕܝܢܚܐ ܘܫܠܡ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܚܐ ܘܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܡܦܝܪܐ ܘܐܬܒܢܘ ܥܠ ܡܕܝܢܬ ܐܢܛܝܟܝܐ ܘܩܢܘܢ ܠܐ ܫܪܝ ܠܡܥܒܕ ܒܗ ܐܠܐ ܒܫܠܡܐ ܘܒܚܕ ܠܒ ܟܠ ܐܢܫ ܕܐܬܝ ܠܡܥܒܕ ܒܗ ܕܢܛܪ ܠܗ ܕܠܐ ܢܫܬܢܐ ܡܢ ܕܝܢ ܕܐܒܗ ܕܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܡܦܝܪܐ ܕܐܬܝ ܠܡܥܒܕ ܒܗ ܐܠܐ ܒܫܠܡܐ ܘܒܚܕ ܠܒ ܟܠ ܐܢܫ ܕܐܬܝ ܠܡܥܒܕ ܒܗ ܕܢܛܪ ܠܗ ܕܠܐ ܢܫܬܢܐ ܡܢ ܕܝܢ ܕܐܒܗ ܕܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܡܦܝܪܐ

Per idem tempus (non quidem anno Græcorum 725. sed 731. ut ex infrà dicendis apparebit,) *celebrata fuit Synodus Persica, quæ fidem Nicænam statuit. Præfuerunt illi Synodo Maruthas Maipheractæ, & Jaballaha Catholicus Ctesiphontis. Habita verò fuit in ipsa urbe Ctesiphonte.* Ejusdem Synodi acta summatim describuntur in Collectione Arabica Canonum Synodalium Codice manuscripto 36. Tom. 2. Bibliothecæ Orientalis pag. 507. his verbis.

مونذوس بيلاها الجاثليق اجمع فى الوقت الذى ورد فيه اقاقيوس امقف امد للصلح بين المملكتين. وكان فيها عدة من المطارنة والاساقفة وفى الجملة هوشع مطران نصيبين. ولم تحدّد قانونًا سوى ان اجمعت واتفقت على العمل بالقوانين المغربية وبما حدّده مار احق الجاثليق وماروثا امقف ميافارقين وانها لا تخالف على ذلك. وطاعة الاب الكبير الجالس فى كرسى اسليق وقطيسفون وامتثال اوامره.

Synodus Jaballahæ Catholici coacta fuit, quum Acacius Amidæ Episcopus pro pace inter utrumque imperium concilianda advenit. Adfuere porrò in ea plures Metropolitæ & Episcopi, quos inter Hosee Nisibis Metropolita. Nullos autem Canones condidit, sed solùm in ea unanimi consensu decretum fuit, observandos esse Occidentalium Patrum Canones, & quidquid sanctus Isaacus Catholicus & Marutha Majapharchinensis Episcopus definierunt, accuratè custodiendum nec ulla ratione violandum esse: præstandam præterea Patri magno super Seleuciæ & Ctesiphontis thronum sedenti obedientiam, ejusque præceptis obsequendum.

VI. Canones nullos condidit.

Amrus causam reddit, cur nulli in ea Synodo Canones conditi sint: Maane nimirùm, qui post Jaballaham sedem occupavit, id prohibente.

ويقال ان فى جملة من اجمع لعمل القوانين مع بيلاها معنا مطران فارس. فاشار ان لا تعمل القوانين وكان فاضلا. فلم يلتفت عليه بيلاها. فسقط الجاثليق مغشيًا عليه ومات فجاه. وهموا الناس فى اجلاس معنا.

Ferunt, inquit, *ex Patribus ad condendos Canones cum Jaballaha congregatis Maanem Persidis Metropolitam fuisse virum præstantissimum, eundemque Jaballahæ suggessisse, ne Canones conderet. Quum autem Jaballaha Catholicus nullam ejus dictorum rationem haberet, apoplexia correptus interiit. Maanes itaque in locum ejus subrogatus fuit.* At quis & qualis fuerit Maanes iste, quem Amrus immeritis laudibus extollit, videbimus cap. sequenti.

VII. Ejus Acta ex Elia Damascено.

Elias Damascenus ejusdem Synodi gesta fusiùs prosequitur, ejusque celebrandæ occasionem Acacii Amidensis adventum fuisse scribit, nulla Maruthæ mentione facta:

فلما استفاح احق الجاثليق صلواته تحفظنا جثلق بعلة بيلاها ووجّه يزدجرد الملك فى سنة تسع عشرة من ملكه بيلاها الجاثليق الى ملك الروم ليعقد المواعيد والصلح بينهما. ففعل بيلاها ذلك وصلح الامر على يديه وبصلواته وسعيه. فلما كان فى سنة احدى وعشرين من ملك يزدجرد وجّه ملك الروم اليه اقاقيوس امقف امد. فلما التقى بيلاها مع اقاقيوس بباب يزدجرد فى مدينة نهر سير: اجمع اليهما مطارنة بلاد المشرق واساقفتها للتسليم على الجاثليق والنظر الى اقاقيوس فسلّموا عليهما وقضوا حقهما وقالوا للجاثليق محضر من اقاقيوس. اما اذا قدم اخوك اقاقيوس وجمعكما

اله هاهنا وحضركهنة مدابن فارس الاطهار
فقد ينبغى لك ان تحدث النظر فى السنن
والقوانين التى وضعها الابا الذين اجتمعوا
بالروم فى زمان بعد زمان وهى ذكرها محضر
منكما وتكتبها وتتفق عليها وتحقها بخواتمنا
ليصلح المسيح لاخذنا بها وامتثالنا اياها امر
بيعته ويرفع غبط الشعوب والاختلاف الذى لا
يزل يعرض فيها بكيد الشيطان وحيله وبلزومها
من تخلف بعدنا ويوثق ويحرم كل من خالفها
وتعداها ولم يعمل بها الى ابد الدهر. فقال
يبلاها. انا الاول من يجيب الى هذا التى سالتم
ويوجب على نفسه العمل بتلك السنن ويحرم من
يتعداها. فكتبوا جميع تلك السنن التى وضعت
ببلاد الروم على ما وضعت عليه فى مدينة مدينة
وزمان بعد زمان وتعاهدوا وتواقفوا على اسنانها
والعمل بها وحرم من خالفها. واثبتوا اسماء
فيها وختموا الكتاب بخواتمهم واخذ
كل واحد منهم نسخته.

Isaaco, inquit, *Catholico, cujus preces nos custodiant, è vivis sublato, eam dignitatem obtinuit Jaballaha, qui anno Jezdegerdis undevigesimo ab eodem ad Imperatorem Romanorum pro pace legatus missus fuit. Quod & ille feliciter confecit, resque utriusque Imperii suis precibus atque prudentia egregiè composuit. Anno autem Jezdegerdis vigesimo primo ad eundem venit legatus Acacius Amidæ Episcopus, ab Imperatore Romanorum destinatus. Per eam occasionem accidit Jaballahæ cum Acacio in ipsa Jezdegerdis aula in urbe Nahar-Sira congressus & colloquium. Quumque ad salutandum Catholicum videndumque Acacium Orientis Metropolitæ & Episcopi illuc convenissent, eo officio perfuncti, Catholicum his verbis alloquuti sunt Acacio præsente. Quandoquidem hic frater tuus Acacius huc accessit, vosque ambos conjunxit Deus, & adsunt præterea Persicarum urbium sancti Sacerdotes; justum & æquum videtur, ut leges & Canones à Romanis Patribus variis temporibus atque in variis Synodis sancitos vobis præsentibus examinemus, posque accuratam discussionem eosdem approbemus, nostrisque chirographis subsignemus. Speramus enim fore, ut postquam eos susceperimus & ad eorum normam mores nostros exegerimus, Christus Ecclesiæ suæ res statumque componat, atque perturbationes dissidiaque populorum Diaboli astu suscitata compescat: ita ut posteri quoque nostri prædictos Canones observare teneantur, adjecto anathemate in perpetuum mansuro adversus omnes eorundem transgressores aut contemptores. Primus ego, respondit Jaballaha, quæ postulatis faciam, & prædictos Canones observandos amplectar, atque transgressores anathemati subjiciam. His dictis universos illos Canones in ditione Romanorum variis in locis atque temporibus editos descripserunt, communique suffragio approbatos, sibi in posterum observandos susceperunt, lata in transgressores excommunicationis sententia. Codicemque proprio sigillo & chirographo signarunt, singulis proprium exemplar inde descriptum secum auferentibus.* Hucusque Elias. Eo Canonum Codice, qui primum in Synodo Isaaci & Maruthæ, deinde in hac Jaballahæ descriptus approbatusque fuisse dicitur, utuntur hodieque Chaldæi, ejusdemque authenticum exemplar Syrorum sermone expressum, postea à Benattibo Abulpharagio, ab Amro, ab Elia Damasceno aliisque in Arabicam linguam translatum, multis interpolationibus infectum est, ut suo loco ostendam.

CA-

CAPUT IV.

Maanes Perſa.

I. Maanes Edeſſenæ Perſarum Scholæ alumnus, Hardaſciri primùm Epiſcopus, deinde Seleuciæ, demùm in Perſidem relegatus.

MAANES genere Perſa, Hardaſcirum urbem patriam habuit, & in ſchola Edeſſena ſub Rabulæ [1] Epiſcopatu ſocius fuit Acacii, Barſumæ, Abſotæ, Joannis, Michææ, Pauli, Abrahæ, Narſetis, Ezeliæ, Jazidadis, aliorumque, quos memorat Simeon Beth-Arſamenſis in Epiſtola de Barſuma Niſibeno deque hæreſi Neſtoriana per ipſum in Orientem invecta. In Perſidem circa annum Chriſti 415. regreſſus, quum patriæ Epiſcopatum per aliquot annos geſſiſſet, poſt Jaballahæ Catholici obitum anno Chriſti 420. Sedem Seleucienſem invaſit, ex qua paulò poſt exturbatus, Eccleſiam Hardaſcirenſem repetiit, ibique uſque ad tempora Pherozis Regis Perſarum vixit. Hæc ſummatim ex Beth-Arſamenſi & Barhebræo, quos laudavi tom. 1. p. 352. & tom. 2. pag. 402. Porrò Barhebræus hallucinatus fuiſſe mihi videtur, dum Maanem cum prædictis ſociis ex Edeſſena [2] Perſarum Schola à Rabula ejectum ſcribit: nam Rabulas adversùs Neſtorii Theodorique ſectatores ita animari cœpit poſt annum 431. ut notavi Tom. 1. pag. 198. Maanes autem quum ſub Jezdegerde Epiſcopatum Seleuciæ poſt Jaballaham tenuerit, hoc eſt anno Chriſti 420., palàm fit, eum multis ante ſociorum expulſionem annis ex ea Schola & urbe diſceſſiſſe.

II. Sub Jezdegerde Sedem occupat, ac deponitur.

Geſta ejuſdem ex Amri interpolatore deſcripſi pag. cit. Eadem ex Amro accipe. معنا كان مطران فارس وكان ماهرًا بالسريانية والفارسية ونقل كتبًا كثيرة من السريانية الى الفارسية واعجب يزدجرد لما دخل عليه مع نبلاها. وبعد موت بيلاها كما ذكرناه اختارته الجماعة وسالت صاحب جيش يزدجرد سوال الملك فى بابه فاجابها وخاطب الملك واعلمه انه فارس ويصلح لخدمته فاسيم وظن الناس ان الامور تجدّد على يديه. فلم يكن كما ظنّوا. ودخل يومًا الى يزدجرد ومعه جماعة من الابا. فلما بصر به ذكر هدم بيت النار وظهر اثار الغضب فى وجهه. فقال كما ان قيصر مسلّط فى مملكته ان يفعل ما احبّ هكذا انا. فاجابه نرسى القس ذلك مسلط على ان ياخذ الجزية والخراج فاما ان يلزم الناس الانتقال عن مذاهبهم فلا. فاغتاظ الملك وامر بقتله. فقال الجاثليق انما اجاب عن السوال. فخرقت ثياب معنا وقتل القس بعد ان عرض عليه الكفر فلم يفعل. ونفى معنا الى فارس. فاتصل بيزدجرد انه يدبر رعيته. فامر بحبسه. وبعد مدّة استنقذه بعض الروسا وخرج وجرم من تسمية جاثليقًا فى حياته وبعد موته. *Maanes Perſidis Metropolita fuit.* Sy-

NOTÆ.

1 *Sub Rabulæ Epiſcopatu.* Rabulas Edeſſæ Epiſcopatum iniit anno Chriſti 412. obiit autem die 8. Auguſti anni 435. ut ex Chronico Edeſſeno obſervavi Tom. 1. pag. 197. 401. & 403.

2 *Ex Edeſſena Perſarum Schola.* Duplicem Perſarum ex Edeſſena Schola & urbe expulſionem fuiſſe, oſtenſum eſt Tom. 2. pag. 402. Alteram ſcilicet ſub Rabula Epiſcopo ac Theodoſio Imperatore circa annum Chriſti 431. Alteram ſub Cyro ac Zenone Imperatore circa annum Chriſti 489. De hac poſteriori loquuntur Theodorus Lector lib. 2., Simeon Beth-Arſamenſis in cit. Epiſtola de Neſtorianis, Dionyſius Patriarcha Jacobitarum, & auctor Chronici Edeſſeni ad annum prædictum. Priorem deſcribit Barhebræus in tertia parte Chronici Syriaci, cujus narrationis ſummam exhibui Tomo 2. pagina citat. etſi in eo hallucinationis convincitur, quod operâ Xenajæ ſeù Philoxeni Mabugenſis id factum dicat, & ſimul à Rabula Epiſcopo Edeſſeno Perſicam Scholam extirpatam fuiſſe, & unàcum reliquis Maanem quoque inde ejectum: nam Scholares quidem Perſæ præter Maanem, qui jam inde diſceſſerat, ſub Rabula propter nefariam Theodori ac Neſtorii doctrinam exturbati ſunt, ſed Schola illa à Cyro, non à Rabula everſa eſt, ut ex auctoribus Cyri ferè æqualibus liquet, Theodoro ſcilicet Lectore & Simeone Beth-Arſamenſi. Xenajas autem Rabulæ temporibus necdum natus fuerat: Rabulas enim obiit anno 435.; ille verò Juſtini juſſu in exilium pulſus fuit anno 518. ut dixi tom. 2. pag. 19.

Syriaci atque Persici sermonis peritissimus, plures ex Syriaco libros in Persicum convertit. Jezdegerdi porrò innotescere cœpit, cujus etiam gratiam promeruit, quando ipsi unàcum Jaballaha Regem adire atque alloqui contigit. Jaballaha postea defuncto, ut suprà narravimus, eidem unanimi Ecclesiæ suffragio suffectus est, ejusdemque Ecclesiæ rogatu regius Archistrategus pro electi confirmatione intercessit, allegans eum genere Persam esse, regiisque negotiis non inutilem futurum. Quamobrem ordinatus est: existimatumque à multis, Christianorum rem ejus operâ restitutum iri. At spei successus minimè respondit. Enimverò quum aliquando unàcum aliis Patribus Jezdegerdem Maanes adiisset, ut primùm hominem Rex conspexit, sacri Ignis ædem à Christianis eversam, vultu indignationem prodente, statim commemoravit, subdens: sibi utique in ditionibus suis negandum non esse quidquid in suis Cæsari liceret. Cui Narses Presbyter: At illi, respondit, licet tributa & vectigalia exigere; cogere verò mortales propriam religionem deserere, haudquaquam licet. Excanduit ad hæc verba Rex, & hominem extemplo jussit ad supplicium duci. Quum autem Maanes Presbyterum excusaturus suggessisset, nihil ab eo extra propositam quæstionem dictum, ejusdem vestes ignominiosè consciscæ fuere. Presbyter verò data optione si mallet vitam apostasia redimere, quum negasset id se facturum, interfectus est. Maanes autem in Persidem est relegatus. Et rursus quum Jezdegerdes illum Christianorum regimen haudquaquam reliquisse intellexisset, in carcerem rapi jussit: unde tamen quorundam Antistitum operâ eductus atque liberatus fuit. Hanc ob causam & vivus & mortuus Catholici titulo carere coactus est.

III. Idque uno eodemque anno, qui fuit Jezdegerdis postremus, & Christi 420.

Hæc Amrus. Ex quo liquet uno eodemque anno Maanem Ecclesiam Seleuciæ invasisse atque inde exturbatum fuisse: jussu nimirùm Jezdegerdis Persarum Regis, qui eodem anno, hoc est, Christi 420. interiit. Idem Amrus quum dicat Marabochtum sub Beheramo seù Vararane Jezdegerdis filio ac successore sedi illi impositum ac statim depositum, Dadjesum verò anno Græcorum 741. Christi 430. communi Episcoporum suffragio, annuente eodem Vararane electum fuisse; significat Sedem annos novem vacasse, nimirùm ab anno 421. ad annum 430. idque propter excitatam ab eodem Vararane in Christianos persecutionem, de qua Tom. 1. pag. 181.

IV. Causa depositionis Maanæ.

Cur autem Maanes depositus fuerit, veram causam dissimulat Amrus, obtruditque factam de Pyreo destructo mentionem & frigidum nescio quod Maanæ responsum, quo Jezdegerdes irritatus, hominem in Persidem relegaverit. Barhebræus scribit, *quum Nestoriano morbo laborare deprehensus fuisset*, eum damnatum ac depositum fuisse. Addere potuisset, quod *Theodori libros* è Græco in Syriacum sermonem converterat. Verùm anno Christi 420., quo Maanes simul intrusus & depositus fuit, Nestorius adhuc privatam in Syria vitam monachus agebat, nec dum suam hæresim publicaverat: de Theodori quoque scriptis nondum controversia nata fuerat in Oriente: eo enim anno, hoc est, Christi 420. Theodorus in vivis erat, ut liquet ex dictis tom. 1. pag. 400. & Rabulas Edessenus scripta Theodori Mopsvesteni ac Diodori Tarsensis exagitare cœpit post annum Christi 431. ut ostensum est eodem Tom. pag. 198. Veram itaque causam depositionis Maanæ censeo, quod illegitimè Sedem invaserit, subornatis scilicet Jezdegerdis, cui pergratus fuerat, ministris: id enim ægrè ferentes Episcopos, ad quos jus electionis spectabat, apud eundem Jezdegerdem curasse probabile est, ut inde exturbaretur; atque inter alios Acacium Amidensem, & Marutham Majapharchinensem, qui eodem anno cum Jaballaha Synodum celebraverant & Jezdegerdi ipsi non

minus quàm Maanes accepti erant, contrariam ſacris Canonibus iniqui hominis intruſionem nequaquam tuliſſe. Hoc pacto in ordinem redactum Maanem, imbibitum ex Theodori Diodorique libris venenum palàm poſtea, conjuncta præſertim cum Barſuma aliiſque in Schola Edeſſena olim ſociis opera, poſt annum Chriſti 431. Aſſyriis Perſiſque propinare cœpiſſe.

V. Libros Theodori Mopſveſteni è Græco Syriacos facit.

Locum Maanæ inter Scriptores ex Barhebræo tribuimus, qui eum refert Theodori Mopſveſteni commentaria in Schola Edeſſena è Græco in Syriacum convertiſſe, & ex ea librorum interpretatione magnam ſibi apud Perſas doctrinæ famam comparaſſe. Ibam quoque Edeſſenum Epiſcopum, quum adhuc ſub Rabula Presbyterum ageret, nonnullos ejuſdem Theodori libros Syriacè vertiſſe, eoſque per omnem Orientem diſſeminaſſe, teſtantur Presbyteri Ibæ ipſius accuſatores in Actis Concilii Chalcedonenſis. Teſtantur & Simeon Beth-Arſamenſis in epiſtola de Neſtorianis, cujus verba tom. 1. pag. 350. deſcripſi, & Sobenſis in Catalogo pag. 85. de Iba, Cumi, & Probo. Auctor denique Catalogi Patriarcharum Chaldæorum ad calcem laudatæ Simeonis Epiſtolæ, non uni Maanæ verſionem commentariorum Theodori adſcribit, ſed aliis etiam Edeſſenæ Scholæ ſociis, de quibus hæc notat. ܘܠܗܠܝܢ ܘܟܡܗ ܘܚܢܢܝܐ ܕܐܒܠܐ ܡܢ ܒܝܬ ܐܕܬܐ ܘܐܘܪܗܝ ܡܢ ܒܝܬ ܐܘܪܗܝ ܕܐܒܠܐ ܘܐܘܪܗܝ ܕܐܒܠܐ ܐܬܐ ܘܬܠܡܝܕ ܠܗܘܢ ܘܟܬܒ ܠܗܘܢ ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܢܣܛܘܪ ܘܬܐܘܕܘܪܘܣ ܒܝܡܘܗܝ ܕܦܝܪܘܙ ܡܠܟܐ.

Hi unàcum Barſuma ex Schola Edeſſena à Rabula Edeſſæ Epiſcopo ejecti, ſecum tulerunt ediderunt que libros impii Neſtorii ac Theodori diebus Pherozis Regis. Sed manifeſta eſt in hac narratione contradictio. Nam Rabulas quidem anno Chriſti 435. in vivis eſſe deſiit; Pherozes autem regnum Perſarum ante annum 462. non iniit. Prætereà Maanes, ut ſuprà vidimus, anno 420. Epiſcopus jam erat, quo tamen Neſtorii hæreſis nequaquam publicata fuerat, quinimò Neſtorius ipſe Conſtantinopolitanam Eccleſiam non ante annum 428. adminiſtrare cœpit. Dicendum eſt itaque, auctorem paucis verbis, non tamen ſervato temporum ordine, tria illorum hæreticorum facinora perſtringere voluiſſe: primum, quod ſub Rabula Edeſſeno nonnulli ipſorum anno Chriſti 415. alii verò circa annum 430. ejecti fuerint: alterum, quod in Aſſyriam & Perſidem regreſſi, Diodori, Theodori ac Neſtorii libros erroreſque poſt annum 431. propagarint: tertium denique, quod ſub Pheroze rege poſt annum 480. conciliabulum Barſumas cum iis qui ſuperſtites erant, habuerit, in quo palàm ab Eccleſia Catholica, Neſtorianis adhærentes, defecere.

CAPUT V.

Acacius Seleuciæ & Cteſiphontis Archiepiſcopus.

I. Acacius Babuæi ſucceſſor, & affinis.

POſtquam Babuæus, qui Dadjeſum anno Chriſti 465. exceperat, Barſumæ Niſibeni inſidiis anno Epiſcopatus vigeſimo, Chriſti 485. è medio ſublatus fuit; Acacius ejuſdem affinis communibus electorum ſuffragiis eodem anno in Synodo Seleuciæ eſt ordinatus: quumque annos quinque ſedilſet, obiit anno Chriſti 489. de quo hæc Amri interpolator ſcribit. اتاق شيخًا خيّرًا فاضلًا وهو قرابة بـــابوى وكان بالرها. ولما صار بابوى فطركًا استدعاه وجعلـــه ملفانًا اى معلّمًا بالمدايين. ولما استشهد بـــابوى اختير فاميم بالمدايين وهو لابـــس بيرون اخضـــر صبغة

منة متة وتسعين وسبعماية يونانية ودبّر اخفى تدبير وقاوم المجوس وناظرهم فى دينهم . فاذوه وحبسوه مدة من الزمان . واراد فيروز ملك الفرس ان يردّ جواب زينون ملك الروم فى امر الصلح والمهادنة . فارسل اقاق القطرك ومعه هدايا جليلة القدر . لانه كان عالمًا ماهرًا متكلما وحضر عند زينون ملك الروم وقبله احسن قبول وساله ان يردّ الاساقفة الذين كان نفاهم . وعمل مجمرًا على الامانة كشف فيه عورة من يعتقد جوهرًا واحدًا فى المسيح وثلثة ميامر اخر فى الصوم . وشهد له الروم والفرس بالدكاوة والخيرية . وفى ايامه مات برصوما مطران نصيبين . وفى ايامه كان مار نرسى الملفان والبشع مطران نصيبين . وفى زمانه زادوا اليوربانية فى

صَوْمِهِمْ وَأَبْطَلَهُ سُلْفُهُمْ .

واستناح اقاق ودفن بالحيرة مدة مبعة وثمانماية .

Acacius ſenex bonus, pius, Babuæi conſanguineus, ab eodem ſimul ac Patriarchatum iniit, ab urbe Edeſſa accitus fuit, & in urbe Modaina Doctor & magiſter creatus: eidemque Babuæo ob Chriſtianæ fidei teſtimonium interfecto, ſuffectus fuit, & in urbe Modaina conſecratus, viridi amictus pallio, anno Græcorum nonageſimo ſexto ſupra ſeptingenteſimum. Hic porrò Eccleſiam optimè gubernavit; & quoniam Magis reſtitit ipſorumque religionem oppugnavit, ab iiſdem vexatus & in carcerem conjectus eſt: unde poſtremum Rege Perſarum Pheroze jubente eductus fuit. Quum enim legatum ad Zenonem Romanorum Imperatorem pro pace quæreret, Acacium Patriarcham ad eam legationem maximè idoneum arbitratus, illum cum magnificis donis allegavit. Erat quippe vir doctus, eruditus, & diſertus. Quamobrem à Zenone benè exceptus eſt, quem & rogavit, ut Epiſcopos exules revocaret. Orationem de fide compoſuit adversùs eos, qui unam in Chriſto ſubſtantiam credunt, treſque alias orationes de Jejunio. Romanis Perſiſque ejus prudentiam atque probitatem laudantibus. Ejuſdem tempore Barſumas Niſibis Metropolita deceſſit, atque Severiani additamentum illud ad Triſagium hymnum, Qui crucifixus es pro nobis, invenerunt. Quum autem Acacius obiiſſet, in Hirta conditus fuit anno ſeptimo ſupra octingenteſimum.

II. Quot annis ſedit: & quo anno obiit.

Amrus Modainæ ſepultum Acacium ſcribit, eumque annos quindecim ſediſſe. واستناح مار اقاق ودفن بالمداين وكانت مدته خمس عشر سنة .

Mortuus eſt, inquit, *ſanctus Acacius, & Modainæ* (hoc eſt, Seleuciæ) *conditus, quum annos quindecim ſediſſet*. Unde, quum Epiſcopatum Acacius anno Chriſti 485. iniit, ſequeretur, ipſum obiiſſe anno 499. vel 500. quod tamen iis repugnat, quæ Amrus ipſe de eodem Acacio legatione Pherozis Perſarum Regis ad Zenonem Imperatorem perfuncto narrat. Nam Pherozes juxta Pagium anno Chriſti 481. obiit: vel certè ultra annum 488. vitam minimè produxit, ut ex eo probatur, quod Obolam ſeu Balaſcem Perſici Imperii ſucceſſorem habuit, quem annos quatuor regnaſſe teſtatur Agathias lib. 4. eique ſucceſſiſſe Cavadem poſtremo Zenonis anno, hoc eſt, Chriſti 491. ineunte, affirmat Joſue Stylites illius temporis ſcriptor, cujus verba retuli tom. 1. p. 265. Anno autem ſecundo Obolæ ſcù Balaſcis Regis, hoc eſt, Chriſti 489. Babæum Acacio ſucceſſiſſe & Synodum habuiſſe, omnia Neſtorianorum monumenta clamant. Eo igitur anno Acacium deceſſiſſe oportet, quum ſediſſet annos quinque, non quindecim, ut vult Amrus, nec undecim, ut Amri ejuſdem interpolator affirmat. At inquies Zacharias Rhetor Tom. 1. pag. 57. citatus ſcribit, *bellum Perſarum cum Hunnis ſub Pheroze rege commiſſum anno Anaſtaſii Imperatoris decimo tertio, in quo Pherozes ipſe periit, & Cavades in locum ejus ſubſtitutus, in fines Romanorum invaſit*; adeoque quum Anaſtaſius imperium anno Chriſti 491. inierit, in annum 503. interitus Pherozis ex Zachariæ ſententia conferendus erit. Sed obſcurus ille

Zachariæ locus *de Amidæ expugnatione*, quæ prædicto anno Chriſti quingenteſimo tertio Anaſtaſii 13. contigit, intelligendus eſt, ut ex contextu liquet; non de morte Pherozis, aut initio regni Cavadis, ut verba ſignificare videntur. Certum enim eſt, Cavadem regnum iniiſſe eodem anno quo Zeno Anaſtaſii præceſſor deceſſit, ut ait Joſue Stylites cit. tom. 2. pag. 265. *Cavades regno petitus, legatos cum ingenti elephante ad Zenonem mittit, poſtulans pactam auri ſummam ſibi tranſmitti. Sed quum illi Antiochiam pervenißent, comperißentque Zenone defuncto Anaſtaſium Romani Imperii gubernacula ſuſcepiſſe, monent Cavadem de novi Imperatoris inauguratione.* Atque adeo annus Anaſtaſii decimus tertius non ad Pherozem, qui dudum obierat, ſed ad Cavadem, qui poſt Balaſcem Pherozis ſucceſſorem regnum Perſicum adminiſtrabat, referendus eſt, ut ſequentia verba indicant, *Cavades in locum ejus ſubſtitutus, in fines Romanorum invaſit*: non enim primo regni ſui anno Cavades Amidam, de qua ibi ſermo eſt, obſedit, ſed decimo tertio, qui idem Anaſtaſii Imperatoris tertius decimus erat.

III. Neſtoriani erroris accuſatur.

Auctor Catalogi Patriarcharum Chaldæorum ad calcem Epiſtolæ Simeonis Beth-Arſamenſis de Neſtorianæ hæreſeos primordiis, Barſumam Niſibenum refert Acacio vim intuliſſe, donec eum ad ſuſcipiendum Neſtorianum errorem compulit.

ܘܥܠ ܕܐܟܩܝܘ ܩܛܠ ܗܘܘ : ܗܘܐ ܟܕ ܐܬܐ ܠܐܟܩܝܘ ܘܡܬܘ ܥܡܗ . ܒܟܪ ܕܢ ܒܪܣܘܡܐ ܠܐܟܩܝܘ ܒܥܐ ܘܐܟܝܪ ܗܘ . ܗܘ ܡܝܣ ܒܢܝ ܟܬܒܐ ܕܐܬܘܡܐ ܕܐܬܐ ܠܗ ܒܬܪ ܗܘ ܕܐܬ

IV. An Maanes Acacii socius fuerit in Schola Edessena, eumque ad hæresim Nestorii amplectendam adegerit.

Verùm quod à Barhebræo de Maane dicitur, haudquaquam probare possum, quum ille ante annum Christi 420. Metropolita Persidis fuerit; eo verò anno, ut suprà dictum est, ex Episcopatu Seleuciæ, quem invaserat, dejectus sit: adeoque usque ad annum 485. quo Acacius dignitatem Catholici iniit, vitam ipsum produxisse vix credibile videatur. Præterea Maanæ, Barsumæ, Narsetis & Acacii ex Edessena Schola expulsio non uno eodemque tempore contigit, ut idem Barhebræus asserit, sed planè diverso: nam Acacium Amrus testatur in Schola Edessena commoratum fuisse usque ad initium Episcopatus Babuæi, qui illum in Assyriam arcessitum, Seleucienſis Scholæ magistrum instituit: Babuæus autem anno Christi 465. episcopatum iniit, hoc est quadragesimo quinto anno postquam Maanes depositus fuerat, & trigesimo quinto postquam Barsumas Nisibènam Ecclesiam occupaverat: hic enim Metropolita Nisibenus ordinatus est anno 435. Maanes verò è Seleucienſi throno dejectus an. 420. ut ex Syrorum monumentis constat. Non igitur unàcum Maane & Barsuma contingere potuit Acacii expulsio, etsi eos habere potuit in illa Schola socios, adolescentulus nimirùm adultos, puer viros. Quid enim obstat, quo minus Acacius puer Edessam studiorum causa missus fuerit circa annum Christi 412. ibique emenso studiorum curriculo magistrum gentilium suorum egerit usque ad annum 465. quo ab affini Babuæo Catholico in patriam revocatus est: eoque temporis spatio, quo Edessæ morabatur, Barsumam, Maanem, Narsetem aliosque socios habuerit? Nihil enimvero probabilius esse potest; si Simeoni Beth-Arsamensi, si Amro, si Barhebræo fides adhibenda est, qui in hoc sibi consentiunt, dum scribunt, illos omnes in ea Schola socios fuisse.

V. Acacius Barsumæ infestus juxtà Scriptores ipsos Nestorianos.

Item quod de Acacio Scriptores Syri tùm Nestoriani, tùm Jacobitæ tradunt, *eum* scilicet *Barsumæ vexationibus compulsum fuisse Nestorianam hæresim amplecti*, non video, quomodo cum iis cohæreat, quæ ab utriusque sectæ historicis de Acacio & Barsuma narrantur. Nam ex Nestorianis quidem Amrus res ab Acacio ante episcopatum gestas his verbis refert: اتاق قرى لبابويه الجاثليق وتعلم مع برصوما فى اسكول الرها وكان فاضلا ولما وقعت المشاجرة بين بابويه وبين برصوما خرج من الرها وصار الى المداين وبقى فيها ملفانا مدة ايام بابويه ونقص ومالة لبرصوما.

Acacius Babuæo Catholico affinitate conjunctus, in Schola Edessena unàcum Barsuma literis vacavit, spectatæ virprobitatis. Quum autem Babuæum inter & Barsumam contentio orta fuisset, urbe Edessa excedens, Modainam petiit, ibique magistri munus cunctis Babuæi diebus exercuit, & Barsumæ epistolam acriter oppugnavit. Quum autem Catholici dignitatem obtinuit, scribit eum inter & Barsumam gravissimas simultates intercessisse. واختير للجاثليقة وعقدت لـه بالمداين على الرسم بالاجتماع عليه وقاوم المجوس وحبسوة الخ وبرصوما قرى اتاق بالزنا والفجور وذلك زاد على اتاق فجمع جمعا من الاساقفة والمومنين وادخلهم مخدعا كرها واكشف عورته وارام واذا عضو التناسل منه لا يكون مثل النواه فحيروا وعلموا يقينا براءه ساحته مما حكى عنه. وعلم ذلك برصوما وخجل الخ.

In Catholicum, inquit, *communibus suffragiis electus, Modainæ de more consecratus est: & Magos oppugnavit, qui ut in carcerem detruderetur, egerunt &c. Barsumas autem Acacium fornicationis & stupri accusavit. Quod quum Acacius tolerare non posset, Episcoporum & fidelium coacto conventu, in conclave quoddam intrare coëgit universos: ubi nudato corpore, virilibus membris carere se demonstravit, calumniasque in ipsum conjectas palam convicit. Id quum Barsumas resciviſset, facti eum pœnituit*

tuit puduitque. Postquam verò ex legatione Regis Persarum ad Romanorum Imperatorem rediisset, testatur eum Barsumæ depositionem cogitasse: وعاد اقساق من إبلد الروم على ان يقترى برصوما مطران نصيبين لان الابا والقطرك ببلاد الروم ولاساقفة خاطبوه وقالوا لم امسكت عن برصوما لما معى ببطركه حتى قتل فوعدهم بالكشف. فلما استقر بالمدابن وافق ذلك موت برصوما فامسك وكان عازما عند قطرك الروم اننا فى سلطان من لا يطلق لنا الانتصاف منه. *Acacius* (verba sunt Amri) *ex Romanorum ditione reversus, Barsumæ Metropolitæ Nisibeni depositionem meditabatur: nam Patres, & Patriarcha, & Episcopi Romani Imperii illum incusaverant, quod Barsumæ faveret, qui in suum Patriarcham* (Babuæum) *conspiraverat, ejusque necem procuraverat: quibus pollicitus est, se in hoc factum severè inquisiturum. Nihilominus quum Modaïnam ingressus est, accepto de Barsumæ obitu nuncio, sibi ab eo judicio abstinendum censuit; & Patriarchæ Romanorum respondit, se sub ejus Domini imperio vivere, qui à Barsuma pœnam exigere non permitteret.* Denique in Vita Babæi, qui Acacio successit, diserte affirmat, Barsumam ab Acacio excommunicatum fuisse, eamque excommunicationem post utriusque, hoc est Barsumæ & Acacii obitum, à Babæo in pseudo-Synodo tandem abrogatam. Verba Amri descripsi tom. 2. pag. 408. Constat itaque ex Amro Acacium nequaquam Barsumæ suggestionibus cessisse, sed eum potiùs anathematizasse, ejusque depositionem cogitasse, & ad exitum perducturum fuisse, nisi ille morte præreptus fuisset.

VI. Idem ex Jacobitis probatur.

Amro Barhebræus consonat, Nestoriano historico Scriptor Jacobita. Acacium enim refert, quum legatione Pherozis Persarum Regis apud Zenonem Imperatorem fungeretur, ab Episcopis Occidentalibus reprehensum, quod Barsumæ Nisibeni viri sacrilegi & Babuæi interfectoris scelera dissimularet, & quod Nestorianam hæresim foveret; respondisse, in Barsumam quidem, ubi in Persidem rediisset, sententiam depositionis illico se laturum; à Nestoriana verò hæresi alienum se esse, neque quis aut qualis fuerit Nestorius, se nosse: quum autem in Persidem regressus fuisset; reperisse Barsumam jamdiu è vivis sublatum.

ܒܗܝ ܙܒܢܐ ܕܐܬܐ ܗܘ ܐܓܓܐ ܕܐܬܐ ܠܘܬ ܩܕܡܝܐ ܘܐܬܐ ܠܘܬ ܒܪܨܘܡܐ ܕܢܨܝܒܝܢ ܘܐܬܐ ܠܘܬ ܩܕܡܝ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܗܘ ܡܐ ܕܐܬܐ ܠܘܬ ܒܪܨܘܡܐ ܕ

nobis deiicieris. Pollicitus est eis Acacius, se dictis eorum obtemperaturum. Quumque de hæresi Nestorii interrogatus fuisset, negavit omnino, sibi neque hominem illum, neque ejus hæresim compertam esse: Xenajam [1] *ipsorum inimicum illud nomen ipsis affinxisse. Quum autem Acacius in Orientem regressus fuisset, reperit Barsumam jamdiu interiisse.*

Si itaque Acacius à Nestorii erroribus alienum se, Barhebræo teste, coram Patribus Græcis professus est: si Barsumam, ut Amrus scribit, excommunicavit: si denique eundem ab episcopali etiam dignitate deiicere meditabatur, dejecisseque, nisi illum mortuum reperisset; non igitur stare potest, quod ab auctoribus Jacobitis affirmatur, Acacium nempe à Barsuma ad amplectendum Nestorianum dogma impulsum fuisse.

VII. Nestorianorũ mendacium de apostasia Acacii.

Nestorianorum fraude doloque malo id factum suspicor, gestaque Acacii aliter narrari ac contigere. Nam ex supra dictis liquet, Acacium Barsumæ usque ad obitum infensum fuisse, hæresimque Nestorii ab eodem Barsuma propagatam in publico Patrum Græcorum conventu detestatum. Acacio tamen Scriptores Nestorianos tribuisse existimo, quæ ejus diebus ab impio Barsuma gesta sunt: ut ejus scilicet nomine auctoritatem impuris illius apostatæ canonibus conciliarent. Hinc Synodus illa, quam Barsumam habuisse certum est, Acacii nomen in Synodicis ejus sectæ libris præfert, ut mox dicam. Hinc etiam Amrus Acacium cum Barsuma, & Nisibenos etiam cum impio suo Antistite reconciliatos scribit, inquiens: واتصلحت الحال بينه وبين اقاق . وانفذ فيروز الملك اقاق برسالة الى ملك الروم واجتاز بنصيبين وصحبه برصوما ومضيا فاكرمهما الملك واعترض امانتهما ورضى بهما والابا . ولما عاد اقاق الى نصيبين ضج اهلها من برصوما وعددوا مساويه . وخاف برصوما منه . فقال لا اكافيك على شى فعلته . فقال لهم اقاق احضروني خيرًا منه لامرفه . فهذا بلد لا يحتمل ان يبقا بلا رئيس واصلح بينهم.

Postquam sibi mutuo reconciliati fuere Barsumas & Acacius, hic à Pheroze rege ad Romanorum Imperatorem cum Epistola allegatus fuit. Quumque per urbem Nisibin iter cepisset, eidem se viæ comitem adjunxit Barsumas, & ambo ad Imperatorem profecti sunt, à quo perhonorificè excepti, fidem suam exposuerunt, & ab ipso atque à Patribus approbata est. Quum verò Nisibin reversus fuisset Acacius, populus in Barsumam tumultuari cœpit, ejus scelera exaggerans. Quum autem Barsumas Acacium timeret; non ego, inquit Acacius, à te quam actibus tuis commeruisti, pœnam repetam. Tùm ad populum conversus: afferte, ait, mihi virum isto meliorem, ut hunc abire hinc jubeam. Est enim hæc regio, quæ Præsule carere non potest. Et per hunc modum populum cum suo Episcopo reconciliavit. Sed nugæ hæ sunt, commentaque ad excusandum impium Barsumam excogitata. Nam primum tam ex Barhebræo, quàm ex Amro locis suprà citatis constat, Acacium solum legatione Regis Persarum ad Romanorum Imperatorem functum fuisse, nullumque in ea locum Barsumam habuisse. Deinde si præsens cum Acacio Barsumas fuisset, ipsum utique Occidentales Episcopi videntem audientemque damnassent, non autem Acacio præcepissent, ut quum in Orientem rediisset, in hominem

NOTA.

[1] *Xenajam*. Beth-Arsamensis in epist de Nestorianis, quam tom. 1. publicavi, Xenajam iis accenset, qui in Assyria ac Persidе conatibus Ibæ, Barsumæ Nisibeni sociorumque Nestorianæ hæresi faventium fortiter restitit. Sed quum ille nullum discrimen Catholicos inter duarum naturarum, & hæreticos duarum personarum assertores agnosceret, eoque nomine solis Monophysitis & Petro Cnapheo inprimis Antiochenæ Sedis invasori, à quo Episcopus Mabugensis seu Hierapolitanus ordinatus fuit, placeret; merito conqueritur Acacius, ab ipso nomen Nestorianum Chaldæis & Assyriis adhuc Orthodoxis duarum naturarum uniusque Christi personæ assertoribus affictum fuisse.

minem tot ſcelerum reum inquireret: neque ejus fidem præſentis, ut hìc Amrus mentitur, approbaſſent, quem Neſtorianis erroribus infectum perditiſſimiſque moribus imbutum noverant. Demum poſtquam ex ea legatione redìit Acacius, eodem Amro teſte loco ſuprà citato, Barſumam reperit jamdiu interiiſſe. Falſum eſt itaque, quod hìc narrat de pace Barſumam inter & Niſibenum populum, operâ Acacii ex ea legatione revertentis, inita.

Nec minus falſum eſt, quod idem Amrus ſubjungit, de Acacio, Barſuma, Narſete, ac Theodulo diſſerens: *Quum Acacius* (textum Arabicum deſcripſi ſuprà pag. 70.) *in Romanorum ditionem veniſſet, convenit aliquando unacum Barſuma, Narſete, & Theodulo &c.* Nam Barſumas & Narſes Niſibi erant, quando Acacius ad Romanorum ditionem miſſus fuit: adeoque eos convenire non potuit in Romanorum ditione, quos Niſibi in urbe Perſis ſubjecta reliquerat. Adeo hujus Scriptoris fides in iis quæ ad ſectæ Neſtorianæ primordia ſpectant, vacillat, ut ſibi ipſi paſſim repugnet.

VIII. Item de Jacobo Sarugenſi, deque Severo, & Jacobo altero Baradæo.

Repugnat etiam veritati quod idem Amrus hoc loco de Monophyſitarum primipilis Severo & Jacobo Baradæo narrat, quibus & Jacobum Sarugenſem per ſummam injuriam adjungit. Ejus verba, etſi pleraque veritati minus conſona, ſubdam: in deſerto quippe arentique ſolo lutulentam frequenter aquam bibere cogimur. وفى هذه الايام انتشر اصحاب ساورى وبعقوب بالمشرق وعمل قوانينا وقوى امره بحلوس انسطوس الملك لانه كان على مذهبه وزاد فى قديشا الغير مايت مصلوب من اجلنا وشغب الناس على انسطوس الملك فى نصب الله الى ذلك وخرج عليه صاحب جيشه وكان صحيح الامانة واستصفح مدة وعاود. وبقى جماعة من الديرانيين والاساقفة معاونة لساورى وكان ساورى اقام فى دير بناه قوم من اصحاب اوطاخى وكانوا لا يقبلون العماذ الا فيه لانهم اعتقدوا ان الامانة فسدت باعتقاد الجوهريين فى المسيح على ما قرره جمع قلكيدونية. ولما دنت رئيس هذا الدير الوفاه حاروا وقالوا ممن نقبل الكهنوت بعدك. فاعطاهم معفره وقال اتركوه على راس المحام. فقطعوا يده وجعلوها مع المعفر واقام ساورى فى هذا الدير وراى اساقفة هذا المذهب نصرة له. فجعلوه قطركا على انطاكية وجمع ساورى اساقفته وحرم من قال بالجوهرين واستعان بانسطوس الملك وكتب الى البلاد والى فارس بمقالته. وبعقوب السروجى كان قديمًا صحيح الامانة وتربى مع برصوما فى اسكول الرها. فلما راى ميل الملك الى ساورى قال بمقالته ونصرها وعمل ميامره واثبت المسيح جوهر واحد وان الالام حل بجوهر اللاهوت. وطلب فيروز الملك اليعاقبة وقتلهم وقتل منهم بتكريت خلق وتمجس الباقون. وبعقوب البرادعى هرب بان لبس بردعة على شكل المتصوفين ومضى الى سروج واسام ثم نحو ثمنين الف قس وشماس. ويقال ان فيروز الملك ظفر منهم بعد ذلك بقوم يلبسون الحديد فتنكر لباسهم وقتلهم وقتل من اليعاقبة فى شرقى الموصل خلق.

Per eam tempeſtatem Severi & Jacobi gregales per Orientem ſeſe circumfudere, novique canones conditi ſunt Anaſtaſii Imperatoris favore, qui Severi hæreſim tenebat: additumque fuit Triſagio, Sanctus immortalis qui crucifixus es pro nobis. Quæ res populum adversùs Anaſtaſium vehementer concitavit, ut qui mortalem Deum faceret. Quumque ejuſdem Archiſtrategus in eum arma moviſſet, factum excuſavit & veniam petiit: poſteà tamen errorem reſumpſit, conſentientibus & faventibus Severo non paucis ex utroque ordine monachorum & Epiſcoporum. Is porrò in quodam cœnobio ab Eutychianis ædificato commoratus fuerat, in quo illius hæreſis ſectatores baptiſmum ſuſcipere ſolebant, aientes, orthodoxam fidem ubique terrarum defeciſſe illorum fraude & perfidia qui duas in Chriſto ſubſtantias ſecundùm decreta Calchedonenſis Concilii affirmabant. Quum verò prædicti cœnobii præfectus propediem moriturus crederetur, ſectarii deli-

deliberare cœperunt, rogaruntque morientem antistitem, à quonam hominum sacros ordines ipsos deinceps susciperet oporteret. Quibus tradito pallio: hoc, respondit, super caput ordinandi imponite. Illi itaque demortui antistitis resectam manum unàcum pallio, Severi capiti superimposuerunt: eoque pacto Severus in illo monasterio antistes factus, deinde ab Episcopis illius erroris fautoribus, magnum suæ sectæ columen in eo reperisse se sibi gratulantibus, Patriarcha Antiochenus est renunciatus. Porrò Severus convocatis ad Synodum suæ factionis Episcopis, duarum in Christo substantiarum assertores condemnavit, Anastasio Imperatore novo dogmati suffragante: & pro erroris defensione tùm ad provincias Romanæ ditioni subjectas, tùm etiam ad Persidis incolas literas dedit. Et Jacobus Sarugensis olim quidem orthodoxus fuerat, & in Schola Edessena unàcum Barsuma eruditus: at postea Imperatorem Severo favere intelligens, ejus errorem amplexus est, scriptisque sermonibus unam Christo inesse substantiam, & Divinitatem passam fuisse affirmavit. Pherozes verò Persarum Rex Jacobitas acriter est insectatus, & ex illis bene multos Tagriti necavit, reliquis in Magorum sectam commigrantibus. In ea persecutione Jacobus Baradæus fuga mortem evasit, straguloque 1 *laneo indutus Sophæorum more, Sarugum urbem profugit: ubi octoginta millia Presbyterorum & Diaconorum ordinavit. Ferunt autem Pherozem regem quum comperisset Jacobitarum quosdam ferreis thoracibus uti, simulato hujusmodi habitu indutum eos deprehendisse, pluresque eorum interfici jussisse: sed & ex iisdem Jacobitis non paucos in locis Orientalibus urbis Mosulensis ultimo supplicio affecisse.* Hæc ille: Addit in Vita Silæ, qui secundus post Acacium Seleucienſi Ecclesiæ præfuit, de rebus Monophysitarum sic differens. وكان اقاق الجاثليق حرم اقنميس فطرك القسطنطينية لما زاغ عن مذهب الحق ومال الى مذهب الملك وملك بعده يوسطوس الملك على الروم واظهر الامانة والاقرار بالجوهرين وفى ايامه اجتمع مائة وثلثة واربعين اسقفًا وحرموا ساورى وشيعته وجميع من يقول بجوهر واحد واخرج المخالفين والهراطقة من ارض الروم وكان فى ايامه انقطع المطر والثلج والجراد مدة. واجتمع مع يوحنا فطرك اورشليم ثلثين اسقفًا وحرموا ساورى. واجتمع ايضا بصور اربعون اسقفًا وحرموه وتشرّد فى البلاد وحصل فى بريّة مصر ومات واكل الدياب جسده. ولما مات يعقوب السروجى قوّى مذهب ساورى يعقوب البرادعى وهذا قصد المشرق ومال الى قوله اهل تكريت وكرمى والحصّاصه وانتشر من دعا باسمه وعاش ثلثة وسبعين سنة وصحبه جيورجيس وجيورجيس وحطليها اسقفين وجعلاه جاثليقًا. ونفى يوسطوس الملك جميع الهراطقة وحبسهم وهرب كثير منهم الى الشام وكتب بنفى من يعتقد غير الجوهرين ووافا بعضهم الجهرة. وخرج شيلا الجاثليق اليهم وفضح اعتقادهم. وكتب يوسطوس الى النعمان باخراج المنفيين عنه ففعل ومن بقا ردّه مار عبدا ابن حنيق عن مذهبه وجمع يوحنا فطرك قسطنطينية ثلثة واربعين اسقفا وحرم ساورى ويعقوب واشياعهما واعاد عظام ماقدونس الفطرك ودفنها وبقى سنتين وكان بعده افيفنيس وكان ملفانًا وجمع الابا وحرموا فطرا وساورى ويعقوب بامر يوسطوس.

Porrò Acacius Catholicus cognominem Acacium Constantinopolitanum Patriarcham anathematizavit, quod vera religione posthabita ad Imperatoris sectam

NOTA.

1 *Stragulo laneo.* Arabicè بردعة *Bardaa*, unde Jacobo *Baradæi* cognomentum. Hæc vox, quæ *clitellam* etiam *lacerumque pannum* significat, pro *stragulo laneo* juxta Amrum hic desumitur, quo *Sophæi* Mahometanæ religionis Pseudo-monachi utuntur: ex laneo enim habitu, quem صوف *Suph* Arabes dicunt, *Suphiorum*, seù *Sophæorum* appellationem natam esse constat. Hinc تصوّف *Suphiorum* asceticam vitam profitentium institutum, & متصوّف vir illius instituti cultor.

ſectam tranſiiſſet. Poſt eum autem (ideſt, poſt Anaſtaſium) *Juſtus* (ita Juſtinum ubique appellat) *Imperator Romanum Imperium tenuit, qui* orthodoxam *fidem confeſſionemque duarum ſubſtantiarum promulgavit. Hujus diebus congregati centum quadraginta tres epiſcopi, Severum ſectamque ejus anathematizarunt & quotquot unam ſubſtantiam affirmabant. Ipſe verò Imperator refractarios hæreticoſque ex Romana ditione*
1 *excedere juſſit. Per idem tempus* 1 *imber & nix defecit, & locuſtæ terram infeſtarunt. Convenientes autem cum Joanne Hieroſolymorum Patriarcha triginta Epiſcopi, Severum condemnarunt. Altera item Synodus epiſcoporum quadraginta Tyri habita, in eundem anathematis ſententiam tulit, qui quum diverſas regiones vagus profuguſque obiiſſet, in Ægypti deſertum tandem ſecedens, ibi interiit; defuncti cadaver lupi abſumpſere. Defuncto verò Jacobo Sarugenſi, Jacobus alter Baradæus Severi ſectam propagavit. Hic quum Orientem petiiſſet, Tagritenſes, Charmenſes, & Haſſaſſinos in ſuam ſententiam pertraxit, ſectariis nomine ipſius impoſito. Vixit autem annos tres ſuprà ſeptuaginta, ſocioſque habebat Georgium & Georgium alterum, quos ipſe quidem Epiſcopos ordinavit, ii verò ipſum viciſſim Catholicum crearunt. At Juſtus Imperator indicto hæreticis omnibus bello, quoſdam relegari juſſit, alios in carcerem detrudi, omnes denique exilio plecti, qui duas ſubſtantias nequaquam profiterentur. Plerique igitur eorum in Syriam ſeſe recepere: nonnulli Hirtam profecti ſunt, quos Sila Catholicus adortus, acriter impugnavit, errores eorum detegens. Juſtus verò datis ad Naamanem literis, eos inde exturbari curavit, quos ipſe è ſua ditione ejecerat. Quod quum Naamanes feciſſet, reliquos qui remanſerant, ſanctus Abdas Hotaiphi filius ab errore revocavit. Joannes autem Conſtantinopolitanus Patriarcha coacto quadraginta trium Epiſcoporum concilio, Severum, Jacobum eorumque gregales excommunicavit; Macedonii* 2 *autem Patriarchæ oſſa,* 2 in urbem regiam *reduxit tumuloque condidit quumque biennium ſedißet, ſubrogatus ei fuit Epiphanius vir doctrina clarus, qui coacta Patrum Synodo, Petrum, Severum, & Jacobum, Juſto jubente, damnavit.*

IX. Amri hallucinationes circa originē & progreſſus Monophyſitarum.

Hucuſque Amrus. Sed in hac narratione, ut ſummatim dicam, nullus temporum ordo, locorum perſonarumve diſtinctio nulla, perpetua nominum rerumque geſtarum confuſio.

Ut verò ſingula expendam, hæc ſunt, quæ Amrus circa origines Monophyſiticas peccat.

Ait primo, Anaſtaſium Imperatorem ad Triſagium hymnum appendicem illam, *Qui crucifixus es pro nobis*, adjeciſſe. Atqui ea particula ſub Zenone Anaſtaſii præceſſore primum Antiochiæ à Petro Fullone addita fuerat, ut omnes norunt. Sub Anaſtaſio poſtea anno Chriſti 512. quo Severus Sedem Antiochenam invaſit, Marini ſeu Maximi cujuſdam ſuggeſtione id Conſtantinopoli tentatum, quod jam Antiochiæ invaluerat: unde & tumultus contigit, quem ex Zacharia Rhetore deſcripſi Tom. 2. pag. 59. & ſeq.

Ait ſecundo, Severum ſacerdotio initiatum fuiſſe, in quodam Eutychianorum monaſterio, non quidem per legitimum Epiſcopum, ſed defuncti Abbatis manu pallioque ipſius

NOTÆ.

1 *Per idem tempus*. Id non ſub Juſtino Imp. ſed ſub Anaſtaſio anno Chriſti 500. accidiſſe, oſtenſum eſt To. 1. pag. 27. & 407.

2 *Macedonii oſſa*. In Synodo Conſtantinopolitana ſub Joanne Patriarcha anno 518. habita, plebs catholica Severi aliorumque hæreticorum conclamata damnatione, Euphemii & Macedonii reſtitutionem ſupplicibus votis poſtulavit. *Euphemium*, ajebant, *& Macedonium Eccleſiæ reſtitue. Reliquias Macedonii Eccleſiæ reſtitue*. Vide Baron. an. 518. num. 15. & Pagium an. 519. num. 3.

sius capiti impositis. Quum autem Antiochenam Sedem invasisset, indeque postea ejectus fuisset, in Ægypti deserto interiisse, ejusque cadaver à lupis devoratum fuisse. Sed temerè de Severi ordinatione deque ejus cadaveris exitu affirmat Amrus, quod nemo Scriptorum orthodoxorum, qui res ejus gestas accuratè persequuti sunt, de homine illo, cæteroquin flagitiosissimo hæretico, literis mandavit. Videtur autem idem Amrus ad Severum oscitanter traduxisse quod ex Dionysio Jacobitarum Patriarcha de illegitima Æthiopum, Homeritarum, Indorumque ordinatione descripsi Tom. 1. pag. 385.

Ait tertio, Jacobum Sarugensem initio catholicam fidem coluisse, à qua postea ad errores Anastasii Imperatoris transierit, librosque ediderit de una Christi substantia, & quod passio in substantiam Divinitatis Christi ceciderit. Hunc Amri locum profert Renaudotius Tom. 2. Liturg. Orient. pag. 367. ut ostendat, Jacobum hunc hæreticorum Monophysitarum antesignanum fuisse, nedum hæreticum. Verum ad istud Renaudotii objectum adversùs sanctissimum Syrorum Doctorem occurri Tom. 1. pag. 293. nec Amri testimonium hac in re tanti faciendum est, qui Nestorianorum adversarios omnes, sive Catholicos sive Monophysitas uno eodemque loco habere solet. Quod autem de editis ab eo libris subjungitur, vel uno sancti Doctoris carmine falsitatis convincitur, cui titulum fecit *Corpus Christi passibile fuisse ac mortale ante resurrectionem*; ubi doctrinam catholicam disertè tuetur. Vide To. cit. p. 325.

Ait quarto, Pherozem Persarum Regem in Jacobitas animadvertisse, eorumque ingentem multitudinem Tagriti interemisse: eos præsertim, qui thoracibus ferreis novitio ritu utebantur. At sub Pheroze, qui ante obitum Zenonis Imperatoris, hoc est, ante annum Christi 491. interiit, nulli in Persarum ditione Jacobitæ erant, nec hujus sectæ nomen ante annum 560. auditum est, aut in Oriente cognitum. Quotquot Pherozes vexavit, catholicam fidem adversùs Nestorianos profitebantur. Barsumas Nisibenus Pherozis jussu in eos animadvertit, qui Nestorianum dogma respuebant. Ita nimirùm Amrus Jacobitas oscitanter dicit, qui Nestorianis minimè consentiebant.

Ait quinto, Jacobum Baradæum quum ex ea Pherozis persecutione mentito Sophærorum habitu se subduxisset, Sarugum urbem petiisse, ibique post obitum Jacobi Sarugensis Severianos errores plurimum propagasse; octoginta millia Presbyterorum & Diaconorum ordinasse; in Orientem postea regressum, Episcopos Georgium & Georgium alterum consecrasse, ab ipsis vicissim in Patriarcham ipsum consecratum fuisse; Tagritenses, Charmenses, & Hassassinos populos in suam sententiam pertraxisse; obiisse denique, quum annos septuaginta tres vixisset, hæresimque de suo appellatam nomine reliquisset. Hæc totidem ferè verbis descripsit Renaudotius To. 2. Liturg. Orient. pag. 342. Georgii alterius, qui Baradæi socius dicitur & ab ipso Episcopus consecratus, nomine in Gregorium mutato. Sed, ut adverti Tom. 2. pag. 63., nugæ sunt Nestorianorum, qui Jacobum hunc, Jacobitis ipsis reclamantibus, Patriarcham faciunt, quum merus Edessæ Episcopus decesserit: ei præterea tot facinora affingunt, qualia nec Jacobitæ somniarunt.

Ait sexto, ab Acacio Seleucensi Catholico cognominem Patriarcham Constantinopolitanum anathematizatum fuisse, quod à recta fide ad Imperatoris sententiam declinasset: additque, ei Imperatori mortuo Justum (imò Justinum) successisse. At Justino Anastasius præcessit, qui imperare cœpit anno Christi 491. obiitque anno 518. Acacius autem Constantinopolitanus Patriarcha sub Zenone Anastasii præcessore interiit, nec à cognomine Acacio Seleucien-

si, sed à Romanis Pontificibus reprehensus legitur.

Ait septimo, quinque Synodos adversùs Severum ejusque asseclas, Justino imperante, coactas fuisse: primam nimirùm in urbe regia, in qua adfuere Episcopi centum quadraginta tres: alteram sub Joanne Hierosolymorum Patriarcha, in qua Episcopi triginta convenerunt: tertiam Tyri quadraginta Episcoporum: quartam Constantinopoli sub Joanne Patriarcha, in qua Episcopi fuere quadraginta tres: quintam denique in eadem urbe sub Epiphanio Joannis successore. Sed mirum quantum fallitur in hac Synodorum recensione. In quibus enim Severus damnatus fuit, hæ Synodi memorantur. I. Tyria sub Epiphanio illius urbis Metropolita habita anno Christi 518. II. Hierosolymitana eodem anno sub Joanne sanctæ urbis Patriarcha, in qua adfuere Episcopi tres suprà triginta. III. Constantinopolitana eodem quoque anno sub Joanne regiæ urbis Patriarcha in qua Episcopi fuere quadraginta. IV. item Constantinopolitana sub Menna anno 536. Episcoporum quinquaginta. V. postremò Hierosolymitana eodem anno 536. sub Petro Patriarcha, in qua Episcopi convenere quadraginta tres. In ea autem, quæ sub Epiphanio anno 520. Constantinopoli congregata fuit, nulla Severi mentio: quemadmodum nec in Quinta Oecumenica habita anno 553. in qua Patriarchæ tres, & Episcopi centum quadraginta quinque interfuere. Prætereà non unus idemque Imperator fuit, cujus diebus Synodi ab Amro supra relatæ coactæ fuerunt, quemque ipse Justum perperàm vocat, sed duo; Justinus scilicet, qui ab anno 518. ad annum 527. imperavit; & Justinianus, qui anno 527. imperium iniit, obiit autem anno 565.

Ait postremo, Justum, (imo Justinum seu potius Justinianum) Imperatorem Naamani Hirtæ regulo præcepisse, ut relegatos ab ipso unius substantiæ assertores, finibus suis excedere juberet. Quis autem fuerit Naamanes iste, aut cujus religionis, non exprimit Amrus. Colligitur tamen ex Evagrio lib. 4. cap. 12. & 13. & ex Theodoro Lectore lib. 2. pag. 564. qui Alamundarum seù Monderum Saracenorum Phylarchum scribunt anno Christi 513. sub Anastasio Imp. baptizatum, Severianos Episcopos à vero fidei sensu eum divertere machinantes mira arte coarguisse. Hujus an alterius Alamundari filius Naamanes fuit eodem Evagrio teste, qui lib. 6. cap. 22. eum affirmat sub Mauricio Imperatore fidem Christianam amplexum esse, hoc est circa annum Christi 585. Certè Barhebræus & Amrus in Vita Jesujabi Arzunitæ Tom. 2. pag. 415. & hoc tom. pag. 110. testantur Naamanem Monderi filium sub Mauricio relicta ethnica superstitione baptismum suscepisse; etsi alter ipsorum contendat, illum Nestorianis erroribus, alter Monophysiticis faviisse: quod tamen ex immoderato sectæ suę amore ab utroque dictum existimo, quo scilicet Reges Arabum ad Christianam religionem conversos, suæ quisque hæresi studuisse comprobaret. Sed quidquid sit de hujus Naamanis fide, Catholica ne fuerit, an Nestoriana, aut Monophysitica; Justinianus certè, & Justinus, quibus imperantibus ille adhuc ethnicus erat, si quidem eorum tempora attigit (nam Justini imperium desiit anno 527. Justiniani verò anno 565. Mauricius autem imperare cœpit anno 582.) Justinianus, inquam, & Justinus Imperatores neque Monophysitis, neque Nestorianis faverunt, sed Catholicam fidem propugnavere. Assertio autem duarum substantiarum seù naturarum in Christo, quam Amrus velut tesseram Nestorianismi prædicat, æquè à Catholicis atque à Nestorianis defenditur: à solis Monophysitis impugnatur. Discrimen Catholicos inter ac Nestorianos non est in numero naturarum Christi, sed in perso-

na

na atque hypoſtaſi, quam unam eſſe veritas orthodoxa docet, error Neſtorianus negat. Jure igitur Imperatores exagitarunt Monophyſitas unius ſubſtantiæ atque naturæ aſſertores: non tamen ex hoc facto ullum Neſtoriani adminiculum ad ſuos ſtabiliendos errores trahere queunt.

X. Acacii ſcripta.

Sed ad Acacium regredior, cujus ſcripta ab Amro his verbis recenſentur. وعمل عدة ميامر على الصوم والامانة ورد على القايلين بان الجوهر واحد.

Plures compoſuit Orationes de Jejunio, & Fide: eoſque impugnavit, qui unam ſubſtantiam aſſerunt. Et paulò antea. ونقض رسالة لبرصوما

Idem Epiſtolam Barſumæ impugnavit.

Eadem Acacii ſcripta laudat Amri interpolator, cujus verba initio hujus capitis deſcripſi. *Orationem*, inquit, *compoſuit de Fide, in qua eorum errores detegit, qui unam in Chriſto ſubſtantiam credunt. Tres præterea orationes de Jejunio.*

Idem Amrus translatum Perſicè ab Acacio librum memorat, quem Eliſæus Niſibenus de fide ediderat. اليشاع مطران نصيبين عمل كتابًا فى الامانة لما القس قباد ان يكتب الناس اعتقاداتهم ونقله اقاق الى الفارسية وعرض عليه فاستحسنه.

Eliſæus, inquit, *Niſibis Metropolita librum de Fide compoſuit, quum Cavades præcepit, ut ſinguli fidem ſuam exponerent. Acacius verò illum Perſicè redditum, eidem* Cavadi *obtulit, à quo & probatus fuit.*

XI. Synodus Acacio tributa.

Synodum ab Acacio habitam Neſtoriani & Monophyſitæ ſcriptores referunt: de qua hæc Barhebræus, poſtquam Acacium affirmaſſet Barſumæ & Maanæ comminationibus ad Neſtorianorum partes tranſiiſſe.

ܘܟܢܫ ܗܘ ܐܦ ܣܘܢܗܕܣ ܘܥܒܕ ܠܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܒܗ ܐܦ ܗܘ ܕܐܬܐ ܥܠ ܐܡܪ ܕܝܠܗ ܘܐܬܒܥ ܠܗ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܕܝ ܒܗ ܐܦ ܗܘ ܕܐܬܐ ܥܠ ܐܡܪ ܕܝܠܗ ܘܐܬܒܥ ܠܗ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܕܝ

Congregavit, inquit, & *Synodum, ut fidem Neſtorii ſtabiliret. Exinde verò cæpit Neſtorianiſmus in toto Oriente dominari. Sed & Epiſcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, atque laicorum ſcortationes eo uſque crevere, ut veluti expanſa ad capiendas aves retia ſuper ſterquilinia & per compita viarum projectos Chriſtianorum filios cernere eſſet, quorum plerique à canibus diſcerpebantur. Quamobrem Acacius compulſus fuit ædes exſtruere, in quibus nothi colligerentur: nutricibus præterea alimenta præbuit, quæ ſemina immunditiæ educarent.* Quibus verbis alludere videtur Barhebræus ad impios canones, quos in eo Conciliabulo conditos dicunt de conjugio Monachis, Presbyteris, Epiſcopis, & Patriarchæ ipſi permittendo.

Ejuſdem Synodi meminit Elias Damaſcenus in Nomocanone. فلما كان فى السنة الثمانية من ملك بلاش والجاثليق يوميد اقاق اجمع اليه المطارنة والاساقفة فجددوا بينهم الاقرار بايمان الاولين ومن خلق بعدهم والسنن والقوانين التى وضعوها بالمشرق والمغرب وتعاهدوا وتوافقوا على لزوم ذلك والتمسك به وترك تعديه الى غيره. وحرموا كل من يلزم الاهوت سيدنا المسيح الام والغيار الخ.

Anno, inquit, *ſecundo Balaſcis* Perſarum

sarum *Regis*, *quum Acacius Catholicus esset*, *convenere ad eum Metropolitæ & Episcopi*: *qui fidem priorum posteriorumque se tenere professi sunt*, *eorumque statuta & canones observare*, *quos in Oriente sive in Occidente condiderant*: *communique suffragio decrevere*, *id sibi in posterum accurate observandum esse nec ulla ratione violandum*. *Præterea sententiam excommunicationis in eos omnes tulerunt*, *qui Christi Domini Divinitatem passibilem & mutabilem affirmant &c.*

Denique in libro Synodico, qui è Syriaco Arabicè redditas Synodos complectitur, titulus ei Concilio hic præfigitur: مجمع اقاق وكان فيها برصوما مطران نصيبين والجماعة من الابا.

Synodus Acacii, *cui Barsumas Nisibis Metropolita interfuit*, *aliique Patres*. Tres verò ipsius Canones describuntur, quorum primus est adversùs quosdam monachos, qui conjugium ciboſque nonnullos damnabant, unam autem in Christo substantiam profitebantur. Alter in eosdem, ut per vicos & civitates ne discurrerent, neque munia Episcoporum aut Parochorum in sacramentis administrandis exercerent, sed subditi Episcopis essent, & in cœnobiis suis manerent. Tertius de conjugio laicis & clericis omnibus permittendo, cujus hæc sunt verba: من الان لا يمنع احد لاحد من التزويج. فيكفى ما مضى من البلايا فى الوعية من الفجور والزنا حتى سمع به الغربا. لكن يكون هذا مباحا فى الاقليرس والعلمانيين بحسب الواجب. فالمسيح قال وليس كل احد يقتدر على هذه الكلمة والسليح يقول حسن بالانسان الا يدنوا الى امراة لكن بسبب الزنا يمتلك بزوجته واريد الناس ان يكونوا مثلى وان لم يصبروا فليتزوجوا والانسان ينبغى له ان يبعد من العالم بالجملة او يتصل به بتقوى وان يكون الكاهن هو الذى له زوجة واحدة على ما فى رسالة السليح الى طيماثاوس. ومن الان لا يمنع الاسقف يده على احد بالشمامة الا بعد البحث عنه ويكون له زوجة ساموصية وبسامر بسان من يختار ترك التزوج فليطلب مكانا بعيدا من الناس. فان عطف على شى من امور الكهنوت تزوج وغيره يؤدب ويحل ان كان كاهنا من درجته الى ان يتوب. والمتزوج يكون له زوجة واحدة. ومن تعدى هذا يبعد من البيعة ومن درجة الكهنوت. والكاهن غير المتزوج او الذى ماتت امراته لا يمنعه الاسقف من التزوج الناموسى ان شا قبل الكهنوت او بعده. ومن خالف هذا كان تحت الحرم ان كان عالميا ومقطوع الكهنوت ان كان كاهنا.

Neque m Episcopus in posterum nubere prohibeat: *satis enim sint mala calamitatesque*, *quæ Christianis contigere*, *adulteria*, *inquam*, *& scortationes*, *quæ ad externorum etiam aures pervenerunt*: *sed id fas esto clericis æquè ac laicis*, *quemadmodum ratio postulat*. *Nam Christus ait*: *non omnes capere possunt hoc verbum*: *& Apostolus*: *Bonum est*, *inquit*, *homini ad mulierem non accedere*; *sed propter fornicationem uxorem suam teneat*: *&*, *volo homines similes mei esse*: *sin autem se minimè contineant*, *nubant*. *Unusquisque itaque debet vel à sæculo se omninò separare*, *vel ei cum pietate adhærere*; *Sacerdos autem is esse*, *qui unam uxorem habet*, *ut in Epistola Apostoli ad Timotheum dicitur*. *Nunc itaque Episcopus non amplius cuiquam Diacono manus imponat*, *nisi postquam diligenter de illo inquisierit*, *constiteritque eum uxorem legitimam habere*; *eum verò*, *qui conjugio abstinere decreverit*, *jubeat semotum ab hominum consuetudine domicilium habitare*. *Quodsi ad secularia posthac conversus fuerit*, *ut ad nuptias aut alia id genus*, *pœnis subjaceat*, *&*, *si quidem Sacerdos sit*, *à gradu suo amotus esto*, *donec resipiscat*. *Qui autem nubit*, *unam uxorem habeat*. *Quisquis verò id transgressus fuerit*, *ab Ecclesia segregetur*, *& ab ordine sacerdotii*. *Sacerdos autem conjugii expers*, *aut cujus uxor vita defuncta est*, *si legitimas nuptias optaverit*, *ne prohibeatur ab Episcopo*, *sive ante*, *sive post Sacerdotium nubere voluerit*. *Qui his contradixerit*, *si laïcus fuerit*, *anathema-*

ordinatus esto; si Sacerdos, à gradu Sacerdotii deponatur.

Postremò de concordia Acacium inter & Barsumam inita hæc subjunguntur. في ايام هذا الاب انصلح امر برصوما مطران نصيبين . فانهما اجتمعا في جمع الاساقفة في مدرى قرية في معلثايا واعترف بالخطا . الذي عمله في جنديسابور هو واساقفته وانه يحضر جمع الاساقفة بالمدايين ويبطله . واصطلحا وعملا الرازين وكتب ببطلان كلما عمله بجنديسابور واعترف انه ضد راى البيعة وان الراى الردى حمله عليه وانه ظلم مار بابويه الجاثليق وكتب الى اهل جنديسابور بذلك وان فعله اذى الى ان حلّ في نصيبين ما حلّ من الاذى وانه موافق لجميع ما يعتقد بالمدايين بجميع من المنهودس .

Hujus Patris diebus Barsumæ Nisibeni Metropolitæ causa feliciter confecta est. Convenere siquidem in Synodo Episcoporum in Adri pago Maaltajæ, ibique Barsumas peccatum, quod ipse cum suis Episcopis in Gandisapor urbe perpetraverat, confessus est, assensusque fuit, ut in Concilio Episcoporum Modainæ cogendo, sua præsentis volentisque acta rescinderentur. Hoc pacto exortum inter eos (Acacium & Barsumam) *dissidium sublatum est, sacraque simul mysteria peregerunt. Scripto itaque quidquid in urbe Gandisapor attentaverat, Barsumas damnavit irritumque declaravit, illudque Ecclesiæ judicio contrarium, perversaque se opinione ad id perpetrandum actum fuisse confessus est, & in sanctum Babuæum Catholicum iniquè se gessisse. Quibus de rebus ad Gandisaporenses epistolam quoque scripsit, testatus, quæcumque antea perpetraverat, iniquè à se gesta, donec ea Nisibi contigere, quæ iniquè facta sunt; seque insuper susceptum quidquid Synodus Modainæ cogenda decrevisset, promisit.* Hucusque libri Synodici collector, seù interpres de Concilio Acacii.

XII. Barsumæ Nisibeni fuit, non Acacii.

Verùm eam Synodum nullo pacto ad Acacium referendam esse, nec ab eo approbatam aut congregatam, sed à Barsuma Nisibeno, argumentis pluribus evincitur. Nam Sobensis Ebedjesus in recensione Synodorum Orientalium, quam suprà pag. 279. descripsi, Barsumæ Synodum memorat, non Acacii. Barsumam etiam in Adri oppido aliisque locis conciliabula tenuisse impurosque Canones in iis condidisse, omnia Syrorum monumenta docent. Simeon Beth-Arsamensis in Epistola sæpius citata de Nestorianis. ܗܘ ܕܒܘܗܝ ܒܝܘܡܝܗܝ ܐܬܬܪܥܝܬ ܥܒܕܬܐ ܕܒܪܫܘܡܐ ܡܛܪܦܠܝܛܐ ܕܢܨܝܒܝܢ ܕܐܬܝ ܠܒܝܬ ܡܫܚܐ ܒܬܪ ܥܡ ܦܠܚܘܗܝ ܒܥܝܪ ܓܢܕܝܫܦܘܪ ܐܬܝܕܥ ܒܗ ܘܐܫܬܡܥ ܠܗ ܕܢܬܒܛܠ ܒܟܢܘܫܐ ܕܐܣܝ ܕܒܝܬ ܡܕܝܢܐ ܕܐܕܪ ܒܐܬܪ ܡܥܒܕ ܕܐܬܪ ܕܐܬܥܒܕ ܒ

ܟܬܒ̈ܐ . ܚܒܝܫ ܐܝܟ ܕܐܡ̈ܪ ܒܗ̇ ܚܙ̈ܝܐ ܕܐ̈ܠܗ̈ܐ ܟܠ ܗ̇ܘ ܕܐܬ̈ܐ ܘܡ̈ܠ̈ܐ ܕܐ̈ܠܗ̈ܐ ܘܒ̈ܢ̈ܝ ܐ̈ܢܫ̈ܐ ܕܐ̈ܠܗ̈ܐ ܟܠ ܗ̇ܘ ܕܐ̈ܡ̈ܪ ܒ̈ܢ̈ܝ ܐ̈ܢܫ̈ܐ ܕܐ̈ܠܗ̈ܐ ܘܐ̈ܠܗ̈ܐ ܕܐ̈ܡ̈ܪ ܐ̈ܠܗ̈ܐ ܟܠ ܗ̇ܘ ܕܐ̈ܡ̈ܪ ܐ̈ܠܗ̈ܐ ܘܐ̈ܠ̈ܗ̈ܐ ܕܐ̈ܡ̈ܪ ܐ̈ܠ̈ܗ̈ܐ ܟܠ ܗ̇ܘ ܕܐ̈ܡ̈ܪ ܐ̈ܠ̈

ܘܥܠ ܦܪܣܡܐ ܕܢܦܩ ܠܬܘܒ ܠܗ ܠܐ ܐܬ ܠܗ ܠܡܐ ܕܥܒܕ ܠܗ ܐܠܐ ܠܡܐ ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܪܗ ܘܐܡܪ ܠܗ ܐܢ ܐܬ ܠܟ ܠܡܐ ܕܥܒܕ ܠܟ ܐܠܐ ܠܡܐ ܕܐܡܪ ܠܟ ܡܪܟ

ejuſdem Babuæi, Conciliabulum ab eodem Barſuma habitum memorat, in quo Clericis omnibus conjugii poteſtas facta. وكان المومنون يعبرون البيع ويعملون القربان فى بيوتهم ويعمدون خارج البيعة وكان النسا يدخلون بيت العماد باذن الاساقفة لمامة المعمودية . وكثر الزنا والتزويج على غير السنة واجمع الابا لمعاتبة بابويه وحظروا التزويج بامراة الاب والاخ وبامراتين وعملوا قوانين غير هذه وقاومهم بابويه باساقفة معه وحرم كل منهم صاحبه وكتب برصوما مطران نصيبين منهودى اطلق فيه تزويج الكهنة والديرانيين الذين لا يمكنهم ضبط نفوسهم احتجاجا بقول فلوس. *Fideles*, inquit, *adminiſtrabant eccleſias, & Oblationem in ædibus ſuis faciebant, & baptizabant extra eccleſiam: mulieres autem, permiſſu Epiſcoporum, baptiſterium ingrediebantur, videndi baptiſmi cauſa. Hinc multiplicata eſt fornicatio & illegitimæ nuptiæ. Quamobrem congregati ſunt Patres, ut Babuæum* 1 *reprehenderent: decreveruntque, nefas eſſe ducere uxorem patris & fratris, aut duas ſimul feminas; condideruntque alios canones. Reſtitit autem eis Babuæus unàcum Epiſcopis ſuis; & alter in alterum anathema intorſit. Barſumas verò Niſibenus Metropolita Synodicam ſcripſit, in qua ſacerdotibus monachiſque, qui ſeipſos continere nequirent, poteſtatem nubendi faciebat, dictum Pauli uſurpans.*

Quum igitur Sobenſis, Beth-Arſamenſis, Barhebræus, & Amrus teſtentur, Barſumam Synodum illam coëgiſſe, in qua præter Theodori ac Neſtorii errores impurum etiam de ſacerdotum monachorumque connubio canonem edidit; quumque ea, quæ Acacii nomen præfert, Synodus nil aliud præter id, quod à Barſuma geſtum decretumque dicitur, contineat; quum denique impuræ illius Barſumæ Synodi acta canoneſque idem Sobenſis ſuo tempore non ſecus exſtare affirmet, atque canones aliarum Synodorum, quæ à Patriarchis & Epiſcopis Neſtorianis celebratæ ſunt quæque ab eodem Sobenſi in Catalogo memorantur; ſatis apertè colligitur, Acacio perperam tributam eſſe quæ revera Barſumæ Synodus fuit. Cur enim in Synodico Neſtorianorum omitteretur Barſumæ Synodus, quæ à Sobenſi memoratur, quæque fundamentum ejus ſectæ fuit?

Conjecturam noſtram confirmant ipſa Acta, à nobis ſuprà relata, quæ illi Synodo ſubjunguntur. In iis enim multa veritati contraria affirmantur. Primum dicitur Adrenſe conciliabulum ab Acacio ſimul & Barſuma celebratum. Deinde in eo Conciliabulo Barſumas peccatum ſuum, quod ipſe cum ſuis Epiſcopis in

NOTA.

1 *Ut Babuæum reprehenderent*. Neſtorianus ſcriptor quum Barſumam Babuæo infeſtum fuiſſe ejuſque necem procuraſſe, hinc negare non poſſet: res enim lippis & tonſoribus nota erat, de qua ipſe Barſumas gloriabatur, cujuſque mentio in ipſis Neſtorianorum Synodorum actis occurrit; inde verò quum Babuæi pro catholica fide martyrium vitio aliquo inficere conaretur; Babuæo hæc crimina affinxit, ob quæ Barſumam in eum inſurrexiſſe ait. Primum, quod corrogandæ per ſummam avaritiam pecuniæ intentus, ſacramenta plus offerentibus venderet. Alterum, quod ſub ejus Præſulatu diſciplina Eccleſiæ relaxata eſſet, adeo ut ſacramenta Liturgiæ & Baptiſmi in ædibus privatis celebrarentur, & mulieres etiam intra baptiſterium admitterentur. Tertium denique, quod illicita connubia cum duabus ſimul uxoribus, aut cum uxore patris vel fratris permitteret. Ita nimirùm veram cauſam ejus diſſidii reticens, Barſumæ quidem flagitia diſſimulat, totam verò culpam in Babuæum rejicit. Pura puta calumnia, eſt quod de ſimoniaco crimine deque illicitis illis connubiis aſſeritur. Quod verò in ædibus privatis per id tempus ſacra celebrarentur, id perſecutio à Pheroze in Chriſtianos mota, ſiquidem verum eſt, effecit. Scortationes autem & conjugia illegitima ex impuro Barſumæ canone ſequuta ſunt, quo Clericis omnibus & monachis ipſis nubendi poteſtatem fecit. Id in Conciliabulo illo definitum, id à Babuæo impugnatum, id denique unàcum inducto Neſtorii dogmate, cauſa fuit diſſidii inter Babuæum & Barſumam: reliqua omnia à ſectariis conficta.

in Gandisapor urbe adversus Babuæum perpetraverat, confessus fuisse, assensusque, ut in Concilio Episcoporum Modainæ cogendo sua ipsius acta rescinderentur. Postremo his peractis exortum inter Acacium & Barsumam dissidium sublatum fuisse, sacraque simul Liturgia peracta, & Barsumas epistolam ad Gandisaporenses scripsisse, in qua quidquid apud ipsos in Babuæum attentaverat, damnabat irritumque declarabat. Verùm nihil horum in Adrensi conciliabulo gestum, sed potiùs impios canones circa fidem & mores à solo Barsuma & sectariis conditos, vicinus eorum temporum Beth-Arsamensis, & ex synceris Syrorum monumentis Barhebræus testantur, quibus major fides adhibenda est, quàm Nestorianis scriptoribus, qui ut Barsumæ flagitia excusarent, fabulis historiam respersere. Barsumam autem nec de illata Babuæo nece doluisse, nec cum Acacio ejusdem Babuæi successore reconciliatum fuisse, sed potiùs ab utroque anathematizatum, constat ex dictis suprà pagina 68. Quemadmodum igitur Adrense Conciliabulum quod anno Pherozis vigesimo septimo, hoc est, Christi 488. juxta Beth-Arsamensem habitum est, Acacio tribuitur, quod certè solius Barsumæ ejusque sectariorum fuit; ita & Seleucienſe, quod Elia Damasceno teste, congregatum dicitur anno Balasis Persarum Regis secundo, hoc est, Christi 489. Ut enim conciliabulis suis fucum Nestoriani facerent, ea sub nomine Acacii Patriarchæ venditarunt, quæ à Barsuma furioso Episcopo vel à sectariis coacta fuerant.

His adde, in epocha ejus Conciliabuli mendum esse manifestum. Tàm enim Collector libri Synodici, quàm Elias Damascenus ei Barsumam & Acacium interfuisse scribunt. Atqui Barsumas Nisibenus ex omnium sententia postremo Pherozis regis anno interiit; hoc est, Christi 488. quo Adrense Conciliabulum, aliaque à Barhebræo & Beth-Arsamensi memorata habuerat, ut liquet etiam ex Amro, qui docet regressum ex legatione Pherozis ad Imperatorem Romanorum Acacium, quum in Barsumam animadvertere moliretur, reperisse eum jam è vivis sublatum. Non igitur Seleucienſi Concilio idem Barsumas interesse potuit, quod coactum dicitur anno Balasis secundo, hoc est, altero ab obitu Pherozis: nam Balascem Pherozi successisse, & Balasci Cavadem, certum est ex Agathia lib. 4. & ex Theodoro Lectore lib. 2. pag. 566.

Itaque hoc Conciliabulum, cujus tres Canones exstant quodque Acacio perperàm adscribitur, non aliud esse existimo à Lapethensi, Adrensi & Seleucienſi, in quibus illos ipsos Canones Barsumas publicavit. Titulum ejus, Epocham, aliasque adnotationes, Nestorianorum additamenta esse, qui res ab impio Barsuma sub Acacii Præsulatu gestas, eidem Acacio perperàm affingunt.

CAPUT VI.

Babæus Nestorianorum Patriarcha.

I. Babæus quo anno Sedem iniit, & quo obiit.

ACACIO, cujus suprà memini, anno Christi 496. defuncto, postquam Sedes biennium vacasset, Babæus à Nestorianis Episcopis anno Christi 498. substitutus, quum annos quinque sedisset, obiit anno Græcorum 814. Christi 503.

Ex Episcoporum Seleucienſium, & Regum Persarum serie hæc demonstranda sunt, in quibus neque Græcos scriptores, neque Syros secum convenire video. Staturâ autem Regum Persarum, qui per eam tempestatem regnarunt, chronologiâ, Seleucienſium quoque Pontificum successio restituitur.

CHRONOLOGIA
REGUM PERSARUM
Ab Jezdegerde I. ad Jezdegerdem postremum ejus gentis Regem.

Jezdegerdes I. AB Jezdegerde I. Saporis filio, initium sumo, quem ab anno Christi 399. ad annum 420. per integros annos 21. regnum tenuisse, demonstratum est suprà in hac Appendice cap. 1. numero 2. idemque ex Pagio constat ad prædictum Christi annum 420. num. 14. Sed & confirmatur ex actis martyrii S. Jacobi Intercisi à nobis Tom. 1. pag. 181. relatis, in quibus hic Sanctus passus dicitur *anno Græcorum* 732. *die* 27. *Novembris*, *feria sexta*, *anno primo Vararanis Persarum Regis*; qui sunt characteres anni Christi 421. Si autem primus Vararanis annus anno Christi 421. currebat, necessario sequitur, Jezdegerdem ejusdem Vararanis patrem ac præcessorem vel eo anno ineunte, vel præcedenti exeunte obiisse. Hinc Amri sententia cum Græcis, Syris, Arabibusque facilè conciliatur, à quibus in eo dissentit, quod in vita Maanæ annos Jezdegerdi *duos suprà viginti* tribuit; de anno enim vigesimo secundo inchoato loqui censendus est.

Vararanes V. Vararanes seù Varamus hujus nominis quintus (nam tres alii post Hormisdatem Saporis filium & ante Saporem Hormisdatis regnarunt; quartus verò Jezdegerdis, de quo proximè dictum est, pater fuit, teste Agathia,) quem Persæ Arabesque بهرام Beheramum appellant, Jezdegerdi patri anno Christi 420. successit: quumque annos 20. secundùm eundem Agathiam regnasset, obiit anno Christi 440. Ita & Pagius. At Amrus eum regnasse scribit *annos duodeviginti* : ومات بهرام بعد ان ملك ثمنية عشر سنة وملك بعده يزدجرد.

Mortuus est (inquit in vita Dadjesu) *Beheramus, postquam annos decem & octo regnasset, eique in regno successit Jezdegerdes*. Conciliatur tamen cum Agathia, si annum, quem Jezdegerdi patri addidit, ad Vararanem filium referas; menses præterea aliquot, quibus annus ejusdem Vararanis vigesimus, Christi verò 440. inchoatus sit. Verùm Auctor Historiæ Arabicæ, cui titulus جهينة الاخبار

Compendium narrationum, aliique Persicarum rerum Arabes scriptores, Beheramum *annos quatuor suprà viginti* regnasse testantur, ex quorum sententia sequitur, illum anno Christi 444. obiisse. Barhebræus verò in Chronico Syriaco Par. 1. in vita Theodosii Junioris, Vararanem annos viginti duos regnasse scribit. Idem Amrus in vita Maanæ, passionem S. Jacobi Intercisi, quam anno Christi 421. contigisse diximus, *ad annum Græcorum* 730. refert: sed fallitur: nam is annus Christi fuisset 419. quo Jezdegerdes, non Beheramus regnabat. Pergit narrare, sub Beheramo Acheballaham هقب الاما Bagermæ metropolitam claruisse, qui sub Sapore fidem confessus, deinde monachus & sacerdos factus, Bagermæ demùm Metropolita consecratus, plures Ethnicos tùm prædicatione, tùm miraculis ad Christianam religionem adduxit: quumque filiam ipsius Beherami à morbo curasset, excitatam ab eo adversùs Christi fideles persecutionem sedavit. Sed mox orto Persas inter & Romanos bello, Beheramum in Christianos suæ ditionis desæviisse, ipsumque Acheballaham interfici jussisse; qui quum vasa Ecclesiæ prodere nollet, in pellibus ea abscondit, ut Magos laterent, quæ postea à Joanne tertio post Acheballaham Bagermæ Metropolita

polita inventa, in magnæ eccleſiæ ædificium expenſa ſunt. Reddita demùm ab eodem Beheramo Eccleſiæ pace, ac depoſito Marabochto, qui poſt Maanem Sedem invaſerat, Samuelis Tuſenſis Epiſcopi operâ, eodem Rege permittente, Dadjeſum Seleucienſis throni gubernacula ſuſcepiſſe. Id anno Chriſti 430. contigiſſe, ex eodem Amro liquet, qui Dadjeſum addit anno 465. obiiſſe, quum annos triginta quinque ſediſſet.

Jezdegerdes II. Jezdegerdes ſecundus, Vararanis quinti filius, regnavit, teſte Agathia, annos 17. & menſes circiter 4. Adeoque ex dictis obiit anno Chriſti 457. Amrus initio regni ejus ſuſceptum ab Jezdegerde adversùs quemdam rebellem in Choraſana feliciterque confectum bellum ſcribit: ea autem victoria elatum, in Chriſtianos deſæviiſſe; martyrum autem corpora in oppido Jazdino condita: atque inter alios ſanctum Phetionem claruiſſe, qui in urbe Halavana ortus, ex Mago in oppido Gedan Chriſtianus & monachus factus, quum Jazdinum patruum ad Chriſti fidem convertiſſet, eandemque in Badraja, Baxaja, & Baſendana annunciaſſet, filiam quoque præſidis Halavanæ, quam à dæmonio curaverat, unàcum patre baptizavit, ſimulque omnes martyrium ſub eodem Jezdegerde ſubiere. Cœnobium poſtea ad tumulum S. Phetionis conditum. Jezdegerdem verò pace cum Romanis inita, à vexandis deinceps Chriſtianis abſtinuiſſe.

Hormiſdates. Hormiſdates Jezdegerdi ſucceſſit, ex laudato Auctore Chronologiæ Arabicæ Regum Perſarum, qui & *annos ſeptem* ei tribuit; adeoque ex ejus ſententia ab anno 457. ad 464. regnaſſe eum oportet, donec Pherozes eo dejecto regnum occupavit. Hormiſdatem memorat & Amrus, qui illum poſt Jezdegerdis obitum de regno cum Pheroze contendiſſe teſtatur: واختصم هرمزد وفيروز بعد يزدجرد بن بهرام وحصلت الملكة لفيروز.

Altercati ſunt (inquit in vita Dadjeſu) *Hormiſdates & Pherozes poſt Jezdegerdem Beherami filium: ſed Pherozes regnum occupavit*. Non tamen quot annis id diſſidium duraverit, exprimit. Hormiſdatis hujus neque Agathias meminit, neque Barhebræus, aut alii, quod ſciam, ſcriptores. Jezdegerdem tamen inter ac Pherozem aliquot fluxiſſe annos, ex dicendis de initio regni Cavadis liquet. Verùm Auctori Chronologiæ Arabicæ aſſentiri nequeo, qui ſeptem annos Hormiſdatem regnaſſe affirmat. Quum enim Cavades anno Chriſti 491. regnum inierit, & ante ipſum Balaſces annos quatuor ſaltem incompletos, & ante Balaſcem Pherozes annos viginti ſeptem regnaverint; ſequitur, Hormiſdatem quatuor dumtaxat annos regnaſſe, anno verò Chriſti 462. eodem in ordinem redacto aut interfecto, Pherozem regnare cœpiſſe.

Pherozes. Pherozes, ſeù Perozes ab anno 462. ad annum 488. per annos 27. regnum tenuit, teſtibus Simeone Beth-Arſamenſi & Auctore Chronologiæ Arabicæ regum Perſarum, quorum auctoritatem produxi Tom. 1. pag. 354. Agathias annos 24. dumtaxat ei tribuit: Pagius verò ab anno 457. ad annum 481. eum regnaſſe ſcribit. At Barhebræus in chronico Syriaco Par. 3. diſertè affirmat, Pherozem anno Chriſti 488. periiſſe.

ܘܟܕ ܡܛܘ ܠܡܠܟܐ ܦܝܪܘܙ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܐܐ ܘܬܫܥ ܒܗ ܡܬ ܦܝܪܘܙ ܡܠܟܐ ܘܡܠܟ ܒܪܗ ܩܒܐ ܫܢܝܢ ܐܪܒܥ . ܘܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܐܐ ܘܬܫܥ ܥܣܪ ܫܢܝܢ ܡܬ ܩܒܐ .

Anno Græcorum *ſeptingenteſimo nonageſimo nono* (in Tom. 2. pag. 407. obrepſit annus Græcorum 798.) *obiit Pherozes Rex, qui Barſumæ tyrannicam poteſtatem dederat; regnavitque poſt eum Balaſces ejuſdem filius annos quatuor*. Amrus poſtquam Hormiſdate dejecto Pherozem regnaſſe dixiſſet, ſubjungit: وقصد بلاد الغرب

واخذ

واخذ مدنا كثيرة وفى الدفعة الثانية قطع بـه الزاد فى بعض المسافات التى ملكهـا بحيلـة عملها عليه وزير ملك الترك واخذه اسـيـرًا. فاستجاش الفرس فى تخليص ملكهم بموقيانوس ملك الروم قال يجب علينا معاونتهم لانهم لجوا الينا ولان ارقديس استعان دفعة بيزدجرد فانفذ اليه احد قواده وتنصّر ذلك القايد واهله. وكتـب الى ملك الترك فى اطلاق فيروز وقصده فتهلاه وانصرف الى المدائن وشرط عليه ان لا يعـاود.

Hic Turcorum regionem invadens, plures urbes occupavit. Quumque iterùm eam expeditionem susceptisset, exercitumque in deserta loca duxisset, commeatum Duce regis Turcorum prohibente, captus est. Persæ itaque ut Regem suum liberarent, ad Marcianum Romanorum Imperatorem profugere: qui annuit, inquiens: æquum est, ut opem illis feramus, quoniam ad nos confugerunt, & quoniam Arcadius olim quum Jezdegerdem rogasset, ab eodem obtinuit, ut copias ei mitteret, quorum Dux cum tota familia christianam fidem amplexus est. Scripsit igitur ad Regem Turcorum, ut Pherozem liberum dimitteret. Dimissus autem, Modainam repetiit, postquam fidem obstrinxerat, in illorum fines non ampliùs se incursurum. Eadem ab Agathia, à Procopio, & à Josue Stylita narrantur: sed quos hìc *Turcos* Amrus appellat, illi vocant *Hunnos*, *Nephtalitas*, & *Ephtalitas*, ideſt, Hunnos albos: & quod Amrus sub Marciano gestum refert, illi Zenoni tribuunt; & quidem rectè: nam Marcianus anno 457. obiit; Zeno autem ab anno 474. ad annum 491. imperavit; Pherozes verò, ut suprà dictum est, anno 462. regnum iniit. Quod denique in secunda adversùs Hunnos expeditione Pherozem captum narrat, id à Josue Stylita confirmatur, qui asserit Pherozem ter Hunnis bellum movisse, & in prioribus quidem duabus expeditionibus ab iis captum, deinde dimissum; in tertia verò interfectum. At Procopius lib. 1. de bello Persico cap. 3. & 4. & Theophanes ad annum 1. & 2. Zenonis, duas tantùm Pherozis expeditiones memorant, in quarum ultima eum scribunt cum triginta filiis & universo Persarum exercitu periisse. Idem Amrus subjungit motam à Pheroze in Christianos persecutionem, in qua Barsumæ operâ Babuæus Catholicus interfectus. Sed hæc fusiùs narrata sunt suprà. De ejusdem verò Pherozis interitu hæc scribit. وبعد عود فيروز من بلد الترك قدّر ان سلامته كانت بنفسه عاد الى شرّه ورام ابطال دين النصرانية وعاود الترك وتقدم الى مرزبان كان له ان يهدم البيع والديـارات الى حين عوده فهدم اسكول مار عبـدا وهرب النصارى وفى يوم واحد قتل فى اجتيازه ثلثماية رجل من النصارى. ولما راى الترك رجوعه اليهم حاربوه وهزموه وقتلوا خلقًا من اصحابه وخاف ان يوخـذ اسيرًا فقتل نفسه بسيفه وكفـيـت الدنيا شرّه واراح الله الـبـيـعـة من يده.

Pherozes à Turcorum regione regressus, suamque salutem propriæ virtuti adscribens, nihilo melior evasit, sed christianam religionem penitus delere statuit. Rursus itaque Turcos bello adoritur. Priùs autem quàm eam expeditionem susciperet, Marzabani quidem (ita Duces appellant Persæ) *præcepit ut ecclesias & cœnobia solo æquaret, donec ipse ex acie rediret: ipse verò Scholam sancti Abdæ destruxit, Christianis fugam inde arripientibus, quorum & trecentos una die interfecit, quos obvios habuit. At Turci instauratum ab eo adversùs ipsos bellum conspicati, arma capiunt, Regem cum Persarum exercitu profligant, multosque ex ejus domesticis interimunt. Ille verò ne ab hostibus caperetur, veritus, suo seipsum gladio interficit: atque ita ab ejus tyrannide Ecclesiam Deus liberavit.* Sed Barhebræus causam postremi Hunnici belli, in quo Pherozes periit, ex Zacharia Rhetore aliter refert: ait enim in Chron. Syr. Par. 1. in Vita Anastasii Imperatoris. حمهمّد امّلم حمنه

ܘܦܘܫܘ ܗܘ ܒܝܕ ܕܐܚܘܗ ܘܠܐ ܫܒܩ ܠܗܘ
ܡܕܝܢܬܐ ܘܥܒܕ ܠܗܘ ܡܘܪܕܢܘ ܚܕ ܒܚܕ
ܡܢܗܘܢ . ܚܒܝܒ ܐܢ ܫܪ ܘܩܛܠ ܠܗ
ܢܗܘ . ܐܢ ܕܐܡܪ ܠܗ ܢܗܒܘ . ܗܘ
ܘܫܪ ܦܪܣ ܘܟܠ ܠܗܘ ܡܕܝܢ
ܘܥܒܕ . ܐܠܐ ܠܡܐ ܗܘܐ ܐܡܪ .
ܦܪܣ ܘܫܪ ܒ ܒܫܠ ܡܗܠ
ܠܗܘ ܘܐܦ ܗܘ ܐܡܪ ܘܢܫܒ
ܡܕܝܢܬܐ ܡܘܪܕ ܠܗܘ . ܘܥܒܕ
ܠܐ ܢܐ ܗܦܟ ܠܗ ܘܟܕ
ܗܘ : ܟܕ ܐܬ ܒ ܡܠܟ
ܘܐܡܪ ܠܗ ܕܐܦ ܗܘ ܘܐܡܪ ܠܗ
ܡܐ ܕܐܡܪ : ܡܠܟ ܦܪܣ ܠܦܪܣ
ܘܟܠ . ܡܢ ܕܒ ܗܘ ܠܗ
ܠܦܪܣ ܡܗܠ ܠܗ ܕܐܦ ܡܐ
ܕܦܪܣ ܗܘ ܐܒܕ .

Sub Zenone miſerunt Hunni ad Pherozem Perſarum regem, ajentes, ſtipendium ſibi ab ipſo pactum nequaquam ſufficere; duplo plus à Romanis ſolvi. Aut igitur Perſæ tantundem ſolvent, aut bellum pararent. Quos Pherozes decipere volens, reſpondit, ſe utique quod petebant, daturum. Eo pacto Hunni rediere. Pherozes verò eductis copiis, Hunnos quidem qui ſtipendii recipiendi cauſa remanſerant, interfecit, cæteros verò qui abierant, inſequutus eſt. Tùm Apameenſis quidam Græcus mercator, qui cum Hunnis erat, æquo animo eos eſſe juſſit, conſuluitque, ut ubi jusjurandum factum fuerat, thus adolerent: Deum enim perjuros Perſas deleturum. Quumque id illi feciſſent, Perſis obviam facti, Pherozem occiderunt, depopulataque Perſide, in regionem ſuam rediere.

Balaſces. Balaſces, quem alii Blaſen, Blaſſum, Balbam, & Obolam vocant, Pherozis frater ſecundùm Joſue Stylitam ac Theodorum Lectorem, vel filius juxta Barhebræum, regnum iniit anno 488. quumque illud annos quatuor utrinque incompletos tenuiſſet, ineunte anno 491. excœcatus fuit à Cavade, regnoque exturbatus. Ita Agathias lib. 4. Theodorus lib. 2. pag. 566. Joſue Stylites citatus à nobis Tom. 2. pag. 264. & Barhebræus, cujus verba ex Chron. Syr. Par. 3. ſuprà retuli, ubi de Pheroze. Hic tamen auctor in eodem Chron. Par. 1. quum de Zenone Imp. loquitur, duo de Balaſce affirmat, quæ neque ſecum, neque cum iis, quæ Par. 3. ſcribit, ſtare poſſunt. ait enim: ܒܙܒܢ ܚܕ ܠܗ ܒܫܠܛ
ܒܦܪܣ ܠܒܠܫ ܫܢ ܐܪܒܥ ܒܚܕ
ܫܢܬܐ . ܒܙܒܢ ܫܬܝܢ ܘܒܟܗ
ܒܦܪܣ ܠܒܠܫ ܫܢ ܐܪܒܥ ܘܬܪ
ܡܢ ܫܢ ܫܬ ܒܫܠ .

Anno Zenonis nono regnavit in Perſide Balaſces annos quatuor. Anno autem ejuſdem (utique Zenonis) *undecimo poſt Balaſcem regnavit Cavades Pherozis filius annos undecim.* Si Balaſces regnavit annos quatuor regnumque anno Zenonis undecimo iniit, Cavades itaque non anno Zenonis undecimo, ſed tertio decimo regnare cœpit. Prætereà idem Barhebræus Par. 3. refert, Pherozem anno Græcorum 799. Chriſti 488. periiſſe, à quo ſi initium regni Balaſcis ducatur, eum regno exturbatum conſtat anno Græcorum 802. Chriſti 491. vel ſaltem anno Græcorum 801. Chriſti 490. ut idem Barhebræus affirmat in eadem Par. 3. poſt citata de Pherozis interitu & Balaſcis inauguratione verba, inquiens: ܘܡܠܟ ܩܒܕ ܒܫܘܡ ܚܕܘ
ܒܬܪ ܗܘ ܠܐܚܝܗ ܡܪ ܒܫܢܬ .

Et regnavit poſt eum (Balaſcem) *Cavades ipſius frater anno Græcorum octingenteſimo primo.* Atqui Zeno Imperium iniit anno Chriſti 474. obiitque die 9. Aprilis anni 491. ut

eſt

eſt certum. Nonus itaque & undecimus illius annus in annos Chriſti 483. & 485. confertur, quibus nec dum Pherozem interiiſſe, ex ſuprà dictis liquet. Pagius, qui obitum Pherozis ad annum 481. conſignaverat, eodem quoque anno Balaſcem regnaſſe, anno verò 485. dejectum fuiſſe affirmat. Procopius verò lib. 1. de Bello Perſico cap. 5. ab omnibus diſcrepat, quum ait, Pherozi Cavadem ſucceſſiſſe; Cavadi verò ob legem de promiſcuo feminarum uſu ejecto Balaſcem ſubſtitutum fuiſſe. Sed ejecto ob eam cauſam Cavadi, ex omnibus Scriptoribus liquet Zamaſphem, de quo mox ſermo erit, non Balaſcem ſuffectum. Amrus nullam Balaſcis mentionem facit, ſed Pheroze mortuo Cavadem gubernacula regni ſuſcepiſſe ſcribit: paucos nimirùm annos, quibus is regnaverat, Cavadi tribuens. Cauſam ejectionis Balaſcis ejuſque excœcationis, Joſue Stylites accuratè deſcribit. *Balaſces*, inquit, *quum exercitum ob pecuniæ defectum alere non poſſet, à ſuis ſpretus, Magorum etiam factione oculis orbatus, regno exuitur, eique Cavades Pherozis filius, qui obſes apud Hunnos fuerat, ſubſtituitur. Magorum autem in Balaſcem odii cauſa erat, quod eorum leges parvipenderet, & balneas ædificare cogitaret.* Perſarum Reges quum idolorum cultores eſſent, nunc Zoroaſtrianorum Magorumque ſectam, nunc Manichæorum profitebantur. Cavadem Zoroaſtrianis faviſſe, Choſroëm verò ipſius filium Manichæis, ex Amro mox videbimus.

Cavades. Cavades, ſeù Cabades, Pherozis filius ineunte anno 491. Zenone adhuc vivente inauguratus, ob latam de communi uxorum uſu legem à Satrapis ad necem quæſitus, ad regem Hunnorum profugit, eique Zamaſphes ſubſtituitur. Vide Tom. 1. pag. 265. Tom. 2. pag. 407. & hoc Tom. pag. 384. Pagius, qui initium regni Cavadis ab anno 485. ducit, ejus abdicationem ad annum 496. refert: idque ex eo, quia communis fert Scriptorum opinio Cavadem *annos undecim* regnaſſe, antequam ad Hunnos profugiſſet, ut Agathias lib. 4. diſertè affirmat, inquiens: *conſpiratione facta omnibuſque inſurgentibus, eum* (Cavadem) *abdicant, undecimo ex quo regnarat, anno, & in Lethes caſtellum conjiciunt: regni verò poteſtatem in Zamaſphem transferunt, qui & ipſe Perozi filius erat.* Verùm quum ex una parte certum ſit Cavadem anno poſtremo Zenonis, hoc eſt, ineunte Chriſti 491. regnum iniiſſe, ut ſuprà oſtenſum pag. 384., ex altera verò parte conſtet tùm Zamaſphem Cavadi ejecto ſubſtitutum, tùm etiam Cavadem ipſum recuperato regno circa finem menſis Auguſti anni Chriſti 502. in Romanorum ditionem irrupiſſe & anno ſequenti Amidam cepiſſe; neceſſariò ſequitur, ipſum antequam regno exturbatus fuiſſet, minus annis undecim regnaſſe: alioquin nullus Zamaſphi locus relinqueretur; maximè ex eorum ſententia, qui annos quatuor Zamaſphi tribuunt: ſequeretur enim Cavadem anno 501. ejectum, & Zamaſphen quarto poſt anno, hoc eſt, Chriſti 505. regnum abdicaſſe: adeoque non ſub Cavade, ſed ſub Zamaſphe memoratam Scriptoribus omnibus in Romanorum fines Perſici exercitus irruptionem contigiſſe: quæ omnia Græcis, Latinis, Syris, Arabibuſque Hiſtoricis repugnant. Quamobrem undecim illos Cavadis annos exiſtimo intelligendos eſſe de toto temporis ſpatio, quod ab ejus inauguratione uſque ad recuperatum regnum effluxit, complectendo illos etiam annos, quos Zamaſphes, Cavade apud Hunnos commorante, regnavit. Conjecturam meam duo Barhebræi loca confirmant. Primus in Chron. Syr. Par. 1. in Vita Anaſtaſii Imperatoris.

ܡܚܢܐ ܠܡܢܐ ܘܡܟܘ ܡܢܘ ܠܐ ܡܘ
ܫܘܘܡ ܐܡܕܡ ܡܡܟ ܡܟ ܐܘ
ܒܢܝ ܡܟܘ ܡܘ ܡܟ ܫܡܠ ܡܐ

ܫܢܬ ܬܡܢ ܥܣܪ ܡܠܟ ܩܒܕ ܒܪ ܦܝܪܘܙ ܥܠ ܩܒܕ ܐܚܘܗ ܕܙܡܣܦ ܘܫܠܛ ܫܢܝܢ ܘܐܙܠ ܠܗܘ ܩܒܕ ܒܥܡ ܓܝܣ ܘܐܬܓܪ ܥܡ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܣܓܝܐ ܗܕܐ ܗܘ ܕܡܠܟ ܩܒܕ ܒܬܪ ܒܠܫ ܫܢܝܢ ܐܚܕ ܥܣܪ ܘܐܙܠ ܠܗܘ ܩܒܕ ܒܥܡ ܗܘܢܐ ܘܐܬܓܪ ܥܡ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܣܓܝܐ ܗܕܐ ܗܘ ܕܡܠܟ ܙܡܣܦ ܒܪ ܦܝܪܘܙ ܐܚܘ ܩܒܕ ܫܢܝܢ ܬܪܬܝܢ ܥܣܪ ܘܐܙܠ ܠܗܘ ܩܒܕ ܒܥܡ ܗܘܢܐ ܘܐܬܓܪ ܥܡ ܐܚܘܗ ܘܩܛܠ ܘܡܠܟ ܫܢܝܢ ܣܓܝܐ ܗܕܐ ܗܘ ܕܡܠܟ ܩܒܕ ܒܪ ܦܝܪܘܙ

res, habebis eum obiisse anno Christi 531. quo & Pagius ejus obitum consignat. In his autem annis biennium regni Zamasphis comprehenditur à Barhebræo: adeoque ex illius sententia priores undecim anni Cavadis totum illud spatium complectitur, quod ab initio regni ejusdem usque ad ejectionem Zamasphis reditumque ipsius Cavadis excurrit, hoc est, ab ineunte anno Christi 491. usque ad annum 501. exeuntem.

Zamasphes Pherozis filius.

Zamasphes Cavadis frater, quem Josue Stylites ܙܰܡܰܣܦ *Zamsaphem*, Barhebræus ܙܰܡܰܣܰܦ *Zamasaphem*, & Elias Damascenus جاماسب *Giamasabem* appellant, ab anno Christi 498. ad annum 501. quibus Cavades apud Hunnos commoratus est, regnum administravit. Postquam enim Cavades Hunnorum ope ad sua remissus fuit, *sua sponte*, inquit Agathias, *regio solio exteßit, regnumque potiùs relinquere censuit*. Idem Agathias subdit, *eum annos quatuor regno potitum fuisse*: utrinque scilicet incompletos, ut ex suprà dictis constat. Pagius initium regni Zamasphis ducit ab anno 496. finemque in annum 501. collocat: ut nimirùm undecim annis Cavadis locum daret, quos ab anno 485. inchoat. Sed jam demonstratum est, & Cavadem non ante annum 491. regnum iniisse, & in undecim ejus annis tempus quoque regni Zamasphis comprehendi. Hinc Zamasphes in serie Arabica Regum Persarum omittitur, ejusque anni ad Cavadem referuntur.

Cavades Pherozis filius iterùm.

Cavades, abdicante Zamasphe, iterùm regnum occupat ab an. 501. ad annum 531. quo moritur. Quoad triginta istos posteriores Cavadis annos conveniunt Scriptores omnes: non tamen quoad annum, quo mortuus est. Nam Baronius obitum ejus ad annum Christi 530. consignat. Barhebræus mortuum affirmat Cavadem *anno Græcorum* 843. qui in annum Christi 532. incidit. Sed verior sententia mihi videtur, quæ mortem ejus ad annum 531. collocat: nam Agathia teste, annus Justiniani quintus erat, quum Cavades decessit: hoc est, Christi 531. Vide Pagium ad annum 530. num. XI. Barhebræus sibi non constat, dum in Par. 3. Chronici Syriaci in vita Babuæi scribit Cavadem *anno Græcorum* 843. hoc est, Christi 532. obiisse; in prima verò Par. in vita Justiniani Imp. de Chosroë Cavadis filio ac successore ait, ܡܰܠܟܐ ܩܘܕ̈ܐ ܒܪ ܦܝܪܘܙ ܡܠܟ ܐܚܪ̈ܢ ܫܢ̈ܝܢ ܐܪ̈ܒܥ ܒܡ̈ܐ ܕܫܢ̈ܬ ܚ̈ܡܫ ܕܝܘܣ̈ܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ.

Anno ejus (Justiniani) *quarto regnavit Persis Chosroës Cavadis filius*: nam quartus Justiniani annus in Christi annum 530. competit. Amrus oscitanter scribit dejecto ob legem de promiscuo feminarum usu Cavadi, statim filium ejus Chosroëm Anuscervanum substitutum fuisse.

ولما ملك قباد بن فيروز امتفرج المياة وبنى المدن ورای ان يقوی مذهب زرادشت فی اباحة النسا والرجال اباحة البعض مع البعض وغلظ ذلك على المجوس لاجل نسايهم واجتهدوا الى ان خلع وملك بعده انوشروان وكان متفلسفا محبًا للنصارى فظهر مذهب مانی وعدل عن مذهب زرادشت وهو الذی بنی الايوان باصفانير.

Quum Cavades, inquit in Vita Acacii, *Pherozis filius regnum susceßisset, aquas duci urbesque ædificari jussit; Zaradosti verò* (hoc est, Zoroastri) *sectam de communi feminarum virorumque commercio stabilire conatus est. Cujus rei causa propter suas uxores Magi indignati, depositionem ejus procurarunt. Regnavit autem post eum Anuscervanus, Philosophiæ & Christianorum studiosus, qui sectam Manetis Zoroastrianæ prætulit, palatiumque in Spanira* (Ctesiphonte) *exstruxit*. Sed inter Cavadis dejectionem, & Anuscervani inaugurationem anni integri duo suprà triginta ex dictis effluxere. Cavadis

dis gesta ab anno Christi 502. ad annum 507. ex Josue Stylita & ex Zacharia Rhetore descripta habes Tom. 1. pag. 272. & Tom. 2. pag. 56. & seqq. ubi de Amidæ expugnatione, Edessæ obsidione, & Daræ urbis conditu. Quod autem Zacharias cit. tom. 2. pag. 57. Cavadi refert Christum Dominum dixisse, ne Amidæ obsidionem solveret, id ab Amro quoque narratur in hæc verba:

وفى هذه الايام فتح قباد لامد وانه سمع شخصًا يقول له توقف فانك تفتحها فلما دخلها راى صورة سيدنا فى البيعة فقال هذا رابت وهو يقول لى توقف فاننى افتحها على يديك فسجد للصورة وكف عن النصارى .

Per eadem tempora Cavades Amidam obtinuit. Audiverat autem quemdam sibi dicentem: mane, donec eam expugnes. Ingressus verò urbem, videnſque imaginem Domini nostri in Ecclesia, Hunc, ait, vidi dicentem mihi, mane, quoniam urbem tibi expugnandam tradam. Adoravit itaque Imaginem, & à Christianorum cæde abstinuit. Idem Amrus in vita Silæ addit, Cavadem Christianis favisse, causamque ad Jozachum Huzitarum Episcopum refert, inquiens:

وكان قباد يكرمه بسبب يوزق امسقف الاهواز لانه شفاه من علة كان به وكان النصارى لاجل ذلك على مكون وبنيت البيع .

Eum (hoc est, Silam) *Cavades honorabat propter Jozachum Huzitarum Episcopum, qui ipsum à morbo curaverat. Quam ob rem Christiani pace fruebantur, & ecclesias ædificarunt.* Sed Cavadem christianis Catholicis, non Nestorianis propensum fuisse, Barhebræus disertè affirmat in Vita Babuæi, etsi eum Regis favorem ad Monophysitas detorquere videtur.

ملكهم وجمعهم ونهبهم وحاربوا وملكوا ولا حسب لهم محمدا ومحمديين لا لحق وشبه ملكهم بضعه

Ibi compertas habuit (inquit, hoc est, postquam è Perside ad Hunnos fugit, quos Barhebræus Græcos perperàm appellat) *res Christianorum. & Nestorianorum suæ ditionis: hos scilicet ab omnibus fidelibus dissentire, eosque sectari ac recipere, quos ceteri omnes rejecerunt damnaruntque. Noverat*

verat etiam, quomodo Pherozes ipsius pater potestatem Barsumæ dederat, qui vim fidelibus intulit, ut à fide patrum Occidentalium recederent. Quamobrem eos vehementer oderat, maximè verò quod Patres eorum cerneret nefariis nuptiis pollui, Catholicum, inquam, & Episcopos: fornicationem autem ab ipsis nihili pendi. Erat autem per id tempus Presbyter quidam, Simeon nomine, ex Beth-Arsam pago apud Seleuciam sito, vir orthodoxus. Hic quum regis Cavadis animum comperisset, eum adiit, jussionemque ab eodem obtinuit, ut totam terram Sennaar, Persidemque universam perlustraret, atque Orthodoxos excitaret, ut liberè conventus facerent, impetumque Nestorianorum retunderent. Hæc igitur peregit. Quacumque autem pertransiit, chirographum ex Armenis, Græcis Syrisque accepit, profitentibus se à fide Nestorianorum alienos esse; literasque subscriptionibus singulorum firmatas ad Regem attulit, qui sigillo regio easdem confirmavit: appellatæque sunt Codices confessionis, & in ecclesia Tagriti urbis repositæ, quæ sola corruptionem Barsumæ evaserat.

Chosroës Anuscervanus.

Chosroës, cognomento Anuscervanus, seù Nuscervanus, Cavadis filius, post diem 19. Februarii anno Christi 531. regnum iniit, quumque illud per annos 48. tenuisset, obiit anno 579. Initium regni Chosroæ ex dictis de obitu Cavadis colligitur: constat etiam ex martyrio sanctæ Siræ, quæ anno 559. passa dicitur anno ejusdem Chosroæ vigesimo octavo, ut rectè observat Pagius ad annum 530. num. xi. idemque deducitur ex Amro, qui Tom. 2. pag. 412. obitum Marabæ Nestorianorum Patriarchæ consignat ad annum Græcorum 863. Christi 552. eumque annum dicit esse regni Chosroæ vigesimum primum. Annos verò 48. eum regnasse liquet tùm ex Agathia & Procopio, quos idem Pagius citat; tùm etiam ex Arabe Auctore Chronologiæ regum Persarum: ex quorum sententia sequitur, ipsum anno 579. decessisse. Barhebræus ab his dissentit, dum inaugurationem Chosroæ ad annum Græcorum 843. obitumque ad annum 889. refert:

ܒܫܢܬ ܐܡܬܥܠ ܐܘܪܕܝ ܡܠܟܐ
ܘܡܠܟ ܒܗ ܫܢ̈ܝܢ ܬ ܘܕ ܫܢܐ
ܐܬܟܠ ܘܫܢܐ ܐܚܪ ܒܫܢܐ
ܕܡܬܥܠ ܚܣܪܘ ܒܪܗ ܕܩܒ̈ܕ:

Anno Græcorum (inquit in 3. Par. Chron. in vita Babuæi) *octingentesimo quadragesimo tertio mortuus est Cavades Pherozis filius Rex Persarum, eique in regno successit Chosroës Anuscervanus ipsius filius.* Et in vita Kamjesu.

ܒܫܢܬ ܐܡܬܥܠ ܡܠܟܐ ܕܡܬܝ
ܡܠܟ ܒܗ ܫܢ̈ܝܢ ܬ ܘܫ ܫܢܐ
ܡܢ ܚܣܪܘ ܒܪܗ ܕܩܒ̈ܕ.

Anno Græcorum *octingentesimo octogesimo nono obiit Chosroës Anuscervanus, quem Hormisdates filius excepit.* Et in prima Par. ejusdem Chronici in vita Justiniani:

ܒܫܢܬ ܚܕ ܒܡܠܟ ܐܘܪܕܝ ܡܠܟܐ
ܕܦܪܣ ܘܡܠܟ ܫܢ̈ܝܢ ܬ ܘܫ ܫܢܐ
ܕܚܣܪܘ ܒܪ ܩܒ̈ܕ ܐܬܟܠ ܡܠ.

Anno ejus (Justiniani) *quarto regnum iniit Chosroës filius Cavadis, idque annos septem suprà quadraginta tenuit.* Sed præterquàm quod falsum est Chosroëm anno Græcorum 843. hoc est Christi 532. inauguratum fuisse, Barhebræus hìc in tribus sibi repugnat: primum quod annum quartum Justiniani, quo initium regni Chosroæ collocat, fuisse Græcorum ait octingentesimum quadragesimum tertium: nam Justinianus imperare cœpit anno Christi 527. adeoque annus Græcor. 543. idemque Christi 532. sextus, non quartus Justiniani annus esset. Deinde ab anno Græcorum 843. ad annum 889. anni fluxere triginta sex, non triginta septem. Demùm quum in vita Babuæi dicat, eum anno Græcorum 889. obiisse, in prima Parte Chronici

nici in vita Tiberii Imperatoris ſcribit id factum anno poſt: ...

Eodem anno, quo Tiberius imperium iniit, hoc eſt, Græcorum 890. (Chriſti 579.) *mortuus eſt Choſroës*: atqui Tiberius imperare cœpit à die 26. Septembris anni Chriſti 578. ut ex Auctore Chronici Alexandrini demonſtrat Pagius ad annum prædictum numero 3. Idem Barhebræus Choſroæ geſta annis non ſuis refert. Nam ut Procopius lib. 2. de Bello Perſico cap. 9. & ſeqq. Continuator Marcellini, Marius in Chronico, Agathias lib. 2. Auctor Chronici Edeſſeni, aliique narrant, Choſroës anno Chriſti 540. Juſtiniani 13. primam expeditionem adversùs Romanos ſuſcepit, in qua Antiochiam captam diripuit: & per quatuor ſequentes annos cum Romanis pugnavit: Anno 545. inducias quinquennales cum Juſtiniano fecit: quas in alios quinque annos poſtea inſtauravit. Anno 556. pacem, quæ rupta fuerat, per aliud quinquennium firmavit, eoque abſoluto eandem anno 561. iterùm ſtatuit obſervavitque uſque ad annum 572. quo indictum Romanis bellum uſque ad obitum, hoc eſt, uſque ad ann. 579. geſſit. At Barhebræus initium expeditionis Choſroæ ad annum regni ejus octavum, Juſtiniani undecimum ponit; nec pacem aliquando cum Romanis factam memorat, niſi poſt obitum Juſtiniani, quam poſtea propter Armenos, qui ad Romanos confugerant, ruptam affirmat.

...

Et pax fuit (poſtquam ſcilicet regnum iniit Choſroës, inquit in vita Juſtiniani) *Romanos inter ac Perſas per annos ſeptem. Anno autem undecimo Juſtiniani rupta eſt: eodemque anno aſcendit Choſroës, & Callinicum* (Amro aliiſque Arabibus ſcriptoribus راقة *Raka* appellatur) *totamque Meſopotamiam diripuit. Item Edeſſam invaſit, quam quum expugnare nequiviſſet, Batnas depopulatus abiit. Poſthæc Antiochiam petiit, expugnavit, incendit, & univerſim populatus eſt, Perſis ipſos marmoreos parietum ſtipites inde in Perſidem aſportantibus. Rursùs Perſæ in univerſam Limitis* (confinium ſcilicet utriuſque Imperii) *regionem irrumpunt, & Callinicum atque Beth-Balas devaſtant, oſſa ſancti Bacchi martyris aurumque, quo ſancti Sergii arca tegebatur, auferentes.* Et in vita Babuæi:

...

ܘܐܬܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܚܠܘܒܢ : ܘܠܐ ܟܬܫ
ܠܗܘܢ ܘܒܬ ܚܕܬܗ ܕܐܬܚܕܬ ܘܐܬܝ
ܟܠ ܗܘܢ . ܘܐܫܟܚ ܒܗ ܠܘܩܕܘܗܝ
ܚܕܒܫܐ . ܘܒܫܢܬ ܟܠ ܗܘܐ ܚܕܟܐ
ܐܒܫܐ ܘܒܗ ܗܘܬ ܒܢܐ ܗܝ ܒ
ܩܪܘܗ ܕܡܚܘܬ ܘܒܝ ܗܘ .

Poſt annos octo Antiochiam petiit, incenditque, ejuſque incolas captivos duxit, quibus habitandam Mahuzam 1 *condidit, Antiochiæ nomine urbi impoſito. Quarto poſt anno, hoc eſt,* Græcorum 885. *quum Edeſſam fruſtrà tentaſſet, habitatores ejus regionis quotquot ceperat, in Perſidem tranſtulit. Tùm verò multiplicati ſunt in Oriente orthodoxi. Verùm nullus erat in Oriente Epiſcopus præter Carem Sigaræ Epiſcopum.* Cætera deſcripſi Tom. 2. p. 411. Pergit Choſroæ prælia ſub Juſtino juniore deſcribens. ܘܥܒܕܘ ܡܢ ܚܕܐ ܘܥܒ
ܐܚܕܐ ܘܒܐ ܘܥܒܐ ܘܐܒܕܘ ܚܒܘ
ܡܚܡܐ ܘܒ ܚܕܐ ܕܐܠܡ ܘܟܗ
ܚܟܡܬܗ ܚܠܝܒ ܡܫܝܚ ܩܗܡܥܡ
ܥܟܡܐ . ܘܒ ܘܒ ܗܘܐ ܚܕܐ
ܘܠܚܪܒ ܠܐܘܡܐ ܘܒܗ ܚܕܘ
ܐܡ ܡܝ ܗܘ : ܚܕܘ ܐܘܡܐ ܠ
ܗܘܐ ܐܠ ܒܗ ܚܕܐ .
ܘܘܡܐ ܐܚܘ ܚܡܐ :

At primum quidem pacem uterque colebat, (Choſroës ſcilicet & Juſtinus) *ita ut munera etiam Juſtinus anno imperii ſui ſecundo eidem Choſroi per Joannem Patricium Callinicenſem mitteret. Quum autem Armenos ad ignem inſtar Magorum adorandum compellere Perſæ cœpiſſent, ab his Armeni deſtitientes, ad Romanos confugerunt: atque ita pax rupta eſt.* Eo in bello refert, obſeſſam à Romanis fruſtrà Niſibin, Daram 2 verò à Perſis 2
dolo captam, poſtquam Juſtinus Marcianum Ducem injuria amoviſſet, in eaque expeditione interfectos affirmat viros centum quinquaginta millia, captos nonaginta millia: mox Antiochiæ, Beth-Balas, & Kenneſrini regiones, & Apameam ipſam direptam, captivis biſcentum nonaginta duobus millibus in Perſidem tranſmiſſis, duobus verò virginum millibus Turcorum genti dono datis, quæ in rapidum flumen ſervandæ caſtitatis cauſa præcipites ſe egere. Choſroëm denique rupta iterùm pace, quæ à Juſtino per Zachariam legatum cum ipſo firmata fuerat, quum Sebaſten, & Melitenen incendiſſet, anno primo Tiberii Imperatoris, Græcorum 890. periiſſe. Amrus Anuſcervanum ſcribit Neſtorianis impensè faviſſe, adeo ut Abam ſeù Marabam ejus gentis Patriarcham, quem antea Magorum inſtigatione in carcerem detrudi juſſerat, in deliciis poſtea habuerit ejuſque colloquio, conſiliis, & operâ, maximè in expeditione adversùs filium, qui in Gandiſaporenſi regione rebellaverat, uſus fuerit; Joſephum verò, quem olim ob medicinam ſibi acceptiſſimum, Marabæ ſubſtituendum curaverat, ut ejuſdem ſectæ Epiſcopis faceret ſatis, Narſe medico Niſibeno procurante, Epiſcopatu dejici juſſerit; Ezechielem autem,
qui

NOTÆ.

1 *Mahuzam.* Amrus in vita Joſephi Patriarchæ de conditu hujus urbis hæc habet.
وجرت فى ايامه امور كثيرة مذمومة منها قصد كسرى انطاكية وسبيه اهلها وبنايه لهم مدينة على شكلها تسمى الرومية .
Ejus, hoc eſt, Joſephi, *diebus multa infauſta contigere, ut quum Choſroës Antiochiam petiit ejuſque incolas captivos abduxit, quibus aliam urbem Antiochiæ ſimilem condidit, quam Romæam appellant*: Romanorum ſcilicet civitatem.

2 *Daram.* Ejus, & Apameæ urbis expugnatio, necnon hiſtoria duorum millium Virginum, quæ hic à Barhebræo narratur, totidem ferè verbis legitur in Cod. Syr. Vat. de quo Tom. 2. pag. 62.

qui Josepho defuncto succesſerat, itineris, quod ipſe Chosroes in urbem Nisibin ſuſcepit, comitem habere voluerit. Eundem Anuſcervanum non modo Neſtorianorum ſtudioſum fuiſſe, ſed reliquos Chriſtianos etiam in Perſide ad eorum ſectam amplectendam coëgiſſe, affirmat Renaudotius Tom. 1. Liturg. Orient. pag. 360. & Tom. 2. in Præfat. idque ex his Theophanis verbis colligit. *Edeſſam*, (inquit Theophanes ad annum eræ Alexandrinæ 620.) *profectus Heraclius, eccleſiam ſub Choſrois temporibus à Neſtorianis occupatam, orthodoxis reſtituit*. Hinc deducit vir doctus, Neſtorianos ſub Choſroë Anuſcervano orthodoxis eccleſias eripuiſſe. *Choſrois Nuſchiſruani* (loquitur de Neſtorianis) *poteſtate abutentes, orthodoxos expulerunt Edeſſena ſchola & Eccleſia, quam Heraclius pace cum Perſis facta, primis poſſeſſoribus reſtitui curavit*. Verùm ut de Edeſſena Eccleſia primum diſſeram, quum Romanis Edeſſa ſub Juſtiniano ſubjecta eſſet, nec unquam in ditionem Choſroïs Anuſcervani deveniſſet, ut Procopius, Evagrius, Theophanes, auctor Chronici Edeſſeni, Barhebræus aliique docent; non apparet, quo pacto Neſtoriani ſub catholicis illius urbis præfecto & Epiſcopo Eccleſiam orthodoxis eripuiſſe potuerint. Renaudotius ad Anuſcervani tempora perperam refert, quæ ſub juniore Choſroë, cognomento Abruizo, poſt Mauricii Imperatoris obitum contigere: tunc enim Edeſſa cum aliis Meſopotamiæ ac Syriæ urbibus in poteſtatem Perſarum devenit, donec poſt ejuſdem Choſroïs Abruizi interitum ab Heraclio recuperata, Eccleſia etiam, quæ à Neſtorianis occupata fuerat, ab eodem Imperatore catholicis eſt reſtituta. De hoc juniore Choſroë loquitur Theophanes, non de Anuſcervano. Et hunc quidem Regem in orthodoxos, quàm in Neſtorianos propenſiorem fuiſſe. Barhebræus teſtatur, quum ejuſdem cum Maraba illius ſectæ præſule diſceptationem his verbis deſcribit.

ܟܕ ܠܐ ܫܡܥܘ ܒܗ ܥܕܬܐ
ܕܢܣܛܘܪܝܐ ܕܚܫܘ ܠܡܫܕܝܗ
ܟܬܒܐ ܕܩܘܕܫܐ ܐܠܐ ܐܦ ܟܕ .
ܒܒܐ ܟܪ ܕܐܒܐ ܕܢܦܫ ܚܫܚܐ ܘܒܙܥ
ܡܟܠ ܟܬܒܐ ܕܒܙܥ ܡܢܗ ܫܠܡ ܘܠܐ ܒܙܥ
ܒܟܠܗܝ ܕܐܒܐ ܕܢܦܫ ܘܠܐ ܒܙܥ
ܒܟܠܗܝ ܐܦ ܒܗ . ܐܠܐ ܟܕ ܫܡܥ
ܗܘܐ ܒܙܥ ܒܗ ܥܕܬܐ ܫܬܝܬܐ
ܕܐܬܝ ܠܡܫܕܝܗ ܘܒܙܥ ܡܢ ܟܬܒܐ
ܕܩܘܕܫܐ ܘܐܦ ܒܗ ܫܠܡ ܘܠܐ ܒܙܥ
ܒܟܠ ܟܬܒܐ ܕܒܙܥ ܡܢ ܟܬܒܐ
ܕܩܘܕܫܐ : ܐܦ ܒܗ ܫܠܡ ܘܠܐ ܒܙܥ
ܒܟܠ ܟܬܒܐ ܕܒܙܥ ܡܢ ܟܬܒܐ
ܕܩܘܕܫܐ .

ܕܡܠܟܐ ܫܒܘܪ ܐܢܘܫܝܪܘܢ ܚܟܝܡܐ ܥܠ ܙܒܢ ܚܕ ܡܢ ܐܢܫ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܥܡ ܐܒܐ ܩܬܘܠܝܩܝ ܥܠ ܗܝ ܕܗܝ ܡܗܝܡܢ ܥܡ ܐܒܐ ܩܬܘܠܝܩܝ ܥܠ ܗܝ ܕܗܝ ܡܗܝܡܢ ܥܡ ܐܒܐ ܩܬܘܠܝܩܝ ܥܠ ܗܝ ܕ

Abam Catholicum Chosroës Anuscervanus sapiens Rex aliquando arcessens, de fide cum ipso disputavit, inquiens.

Cedo numerum gentium, quæ Mariam Deiparam dicunt, & Cyrillum suscipiunt, earumque, quæ illam vocem respuunt & Nestorium admittunt. Obmutuit ad hæc Catholicus: qui quum hinc mentiri non posset, inde veritati cedere cogeretur, tandem in angustias redactus: omnes, inquit, Christianorum gentes vocem illam dicunt Cyrillumque suscipiunt, nobis exceptis, qui id dicere recusamus & Nestorium admittimus. Tùm verò increpans ipsum Rex, ait. Ergone mentiri omnes dicemus, vosque solos veritatem habere? Enimverò palam fit, vos à Christianorum cœtu non fide dumtaxat, sed & operibus immensum quantum distare. Ubinam gentium Catholicus aut Episcopus mulierem cohabitatricem habet, ut vos habetis? aut mortua Clericus uxore, alteram ducit, & post hanc aliam, ut Clerici vestri faciunt? Catholicus respondit. Quod Deus Verbum ex Maria initium nequaquam sumpsit, ideo nos Deiparam non dicimus. Quod verò ad feminas spectat, en ego mulierem non habeo, neque unquam habui. Mei verò præcessores ex divino Apostolo id usurparunt ajente, melius est nubere, quàm libidine uri. Quod autem Clerici plures ducunt uxores, unam post alteram, nihil prohibet. At Rex; futiles, inquit, hæ causæ sunt inanesque: ipse enim Paulus ait, se esse Apostolum non ex hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum. Magi verò patres nostri nisi illum Deum nossent ex Virgine in Bethlehem natum, nequaquam ex Oriente ad eum adorandum abiissent aut munera ei obtulissent. Illud autem, melius est nubere, de secularibus ab Apostolo dictum est, quos carnis libido stimulat. Qui enim Apostolorum gradum obtinet, amore Dei, non conjugii desiderio flagrare eum decet. Quod verò ait, Presbyter sit unius uxoris vir, si laico duas simul uxores habere permisisset, credibile esset, eum id Presbyteris negare voluisse. Tibi igitur consulo, ô Aba Catholice, ut ab hac secta recedens, reliquis Christia-

ſtianis populis te adjungas, quo fiet, ut honorem tùm apud me, tùm apud ipſos conſequaris. Quum autem ille Regi obtemperare recuſaret, ab eodem Seleucia ejectus, in Adorbiganam abiit, ibique commoratus eſt. Paulò poſt exiſtimans Choſroëm Regem facti oblitum fuiſſe, Seleuciam repetiit. Id verò quum Rex accepiſſet, catenis vinctum Abam in cuſtodia detineri juſſit, quo in carcere dies clauſit. Etſi hæc Choſroæ cum Aba diſputatio Chriſtianorum potiùs, quàm ipſius Choſroæ fœtus videtur; ex iis tamen quæ eam conſequuta ſunt, palàm fit, Regem illum Neſtorianis infenſum fuiſſe: nam ſcriptores ipſi Neſtoriani fatentur, Abam ſeu Marabam regis juſſu in vincula conjectum fuiſſe, & Seleuciâ in Adorbiganam relegatum. Amrus verò addit, non in Abam dumtaxat, ſed etiam in alios illius Epiſcopos Regem deſæviiſſe,

فامر الملك بشئ بالحديد فكسن منه معذبا

وامر الملك بقتل جماعة من الاساقفة وصلبهم

لمخالفة جرت بينهم وبين ملك الروم.

Juſſit Rex, inquit in vita Marabæ, *eum*, hoc eſt, Abam, *vinculis ferreis vinciri, qui diù id tormentum paſſus eſt. Plures quoque Epiſcopos idem Rex interfici & cruci affigi præcepit propter diſſidium ipſos inter & Imperatorem Romanorum ortum.* Si itaque Abam Choſroës tamdiù vexavit, ſi ejuſdem Epiſcopos interfici juſſit, nequaquam verum eſt, ipſum Neſtorianis faviſſe. At Chriſtianos omnes, inquies, ditionis ſuæ Choſroes perſequebatur, quum bellum Romanis moveret: quamobrem in pace, quæ anno 561. cum eodem à Juſtiniano firmata eſt, Chriſtiani Perſis ſubjecti diſertè comprehenſi ſunt, impetratumque ab illo Rege, ut iis permitteret ſuis legibus vivere. Verùm hinc potius argumentum deſumitur ad oſtendendum, Neſtorianos à Choſroë odio habitos fuiſſe. Nam quum ille adversùs Romanos expeditionem ſuſcepiſſet, eos ditionis ſuæ Chriſtianos vexabat, quos ejuſdem cum Romanis fidei eſſe noverat, id-

eſt, Catholicos; non Neſtorianos, qui Romanos, quoſque viciſſim Romani execrabantur: adeoque quum aliunde conſtet Choſroëm Neſtorianos vexaſſe, ſequitur id non ex infenſo illius in Romanos animo, ſed potiùs ex innato in eam ſectam odio proceſſiſſe. In ea verò pace, quæ anno 561. facta eſt, non Neſtorianorum, ſed Catholicorum cauſam Juſtinianus tutatus eſt, ut ex ejus conditionibus liquet, quæ referuntur à Menandro Protectore in Excerpt. de Legat. apud Pagium ad annum prædictum num. IX. *Pacta ſunt interpoſita*, inquit, *de Chriſtianis, ut illis liceret templa conſtruere, & ſine ullo timore ſacra peragere, & gratiarum actiones per hymnos Deo, ſicut apud nos fieri conſuevit, canere, neque cogi Magicis ceremoniis intereſſe, aut invitos colere & venerari Deos, qui apud Medos Deorum numero habentur. Neque tamen ideo Chriſtiani auderent conari Magica ſectantes in ſuam ſententiam pertrahere. Obtinuit quoque* (Petrus prætorianarum cohortium præfectus, Juſtiniani ad Choſroëm legatus) *ut Chriſtianis poteſtas eſſet mortuos ſepulcris condere, & illis ad noſtrum morem juſta perſolvere.* Juſtinianus, qui Neſtorianos æquè ac Monophyſitas perſequebatur, de ſolis Catholicis in regno Perſarum commorantibus ſollicitus erat. Denique circa Anuſcervani doctrinam, quam Amrus, Barhebræus aliique Syri, Arabes ac Perſæ celebrant, audiendus Agathias lib. 2. pag. 66. *Deprædicant illum*, inquit, *atque admirantur ſuprà ipſius meritum non tantùm Perſæ, ſed & nonnulli Romanorum veluti literarum amatorem, quique ad Philoſophiæ noſtræ culmen evaſerit, quum ei Græcanica ſcripta ab interprete quopiam in Perſicam linguam eſſent converſa.* Et infrà. *Ego verò eum doctrina præditum fuiſſe & quidem ſumma nequaquam crediderim. Qui enim fieri poterat, ut puritas illa veterum nominum & nativa gratia, & præterea rerum ipſarum naturæ congruens valdeque accommo-*

data, in agreſti quadam & ineptiſſima lingua conſervaretur? quo verò etiam pacto vir regio faſtu à puero, multaque aſſentatione delibutus, & barbarum in primis vitæ genus ſectatus, & bella ſemper præliaque ſpirans, quo pacto, inquam, qui ita vitam inſtituit, videatur aliquid magni ac memorabilis fructus ex hiſce diſciplinis reportare, & in iis exercitatus eſſe poſſe? Quod autem ait Amrus, Anuſcervanum *Philoſophos amaſſe*, idem Agathias lib. citat. oſtendit, quales Philoſophi cum Rege illo conſuetudinem habuerint: Uranius ſcilicet quidam Syrus, artem quidem medicam profitens, ex Philoſophiæ verò dogmatibus nullum perfectè noſcens: Damaſcius præterea Syrus, Simplicius Cilix, Eulamius Phryx, Priſcianus Lydius, Hermias & Diogenes Phœnices, & Iſidorus Gazeus, quibus quum opinio de Deo, quæ apud Romanos vigebat, non ſatis probaretur, exiſtimarentque Perſicam diſciplinam longè eſſe præſtantiorem, in Perſidem ſeſe contulere. Sed barbaros illius gentis mores pertæſi, ad Romani Imperii terras tandem rediere, poſtquam collatis cum ipſo etiam Rege ſermonibus ſpe ſua eſſent fruſtrati, hominemque comperiſſent Philoſophiæ quidem ſtudium jactantem, qui tamen nihil adhuc ſublimiorum audierat, ſed ne opinione quidem cum ipſis conveniebat.

Hormiſdas Choſroæ filius. 1

Hormiſdas [1], qui & Hormiſdates, Choſroi Anuſcervano patri ſucceſſit anno 579. quumque annos duodecim incompletos regnaſſet, exeunte anno 590. à Varamo & Pherozane exercitus Perſici ducibus è ſolio exturbatus atque in carcerem conjectus, juſſu Choſroæ filii, qui ab iis Rex conſtitutus fuerat, uſque ad necem fuſtibus contuſus eſt, quòd quum ille patrem in cuſtodia poſitum benignè tractaret, Hormiſdas contra injuriis filium laceraret. Hormiſdam annis duodecim regnaſſe affirmat & Barhebræus in Tiberio Imp.

ܒܫܢܬ ܚܕ̈ܣܪ ܘܠܡܟܪ ܒܢ̈ܘܗܝ
ܘܐܡܪ ܗܢܐ ܕܐܬܦܠܓ ܠܡܠܟܘ
ܘܫܠܛ ܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܘܡܟܪ ܗܘܪܡܙܕ
ܒܪܗ ܠܐ ܫܘܐ ܡܢ ܐܒܘܗܝ .

Eodem (inquit) *anno, quo Tiberius imperium iniit, hoc eſt Græcorum* 890. (Chriſti 579.) *mortuus eſt Choſroës, & regnum Perſarum tenuit Hormiſdas ejus filius, qui regnavit annis duodecim.* Sed de illius nece diſcrepat ab aliis. ܒܫܢܬ ܬܡܢ ܠܛܒܪܝܘ ܘܡܬܘ ܒܢ̈ܘܗܝ
ܡܢܘܗ ܒܚܫܐ ܠܐ ܫܘܐ ܡܠܟܘܗܝ
ܐܠܐ ܕܩܛܠܘ ܠܗ ܒܚܝܠܐ ܕܥܡܗ
ܘܒܥܘ ܠܗ ܒܪܗ ܕܢܗܘܐ ܡܠܟ ܬܚܬܝܗܘܢ
ܘܗܘ ܡܠܟ ܫܢ̈ܝܢ ܬܡܢ ܥܣܪ ܘܫܢ̈ܝ
ܘܫܬܐ ܒܫܢ̈ܝ ܫܠܛܢܘܬܗ : ܒܫܢܬ ܚܕ̈ܣܪ
ܠܛܒܪܝܘ ܡܠܟ ܐܪܡܝܐ ܥܠ ܡܠܟ
ܦܪܣ ܒܚܫܐ ܐܬܬ ܠܗ ܘܡܬ :

Anno Mauricii octavo (verba ſunt Barhebræi in Chron. Syr. Par. 1. in Mauricio) *deficientes Perſæ ab Hormiſda Rege ſuo, illum dolo comprehenſum excæcarunt, mortuuſque eſt. Poſt decem autem menſes illi ipſi, qui eum propter multa ipſius flagitia interfecerant, Choſroëm filium ejus eligentes, regnum ei detulere, qui annis octo ſupra triginta regnavit.* Quæ autem fuerint Hormiſdæ ſcelera, ob quæ cæſus fuit, non exprimit. Sed ab Evagrio lib. 6. cap. 15. & à Theophylacto lib. 4. cap. 2. hæc cauſa refertur, quod ſcilicet quum Varamus ſeù Beheramus Perſarum Dux infeliciter in Colchide cum Romanis pugnaſſet, Hor-

NOTÆ

1 *Hormiſdas*. Perſicè هرمزد, & هرمزداذ, quod *Hormizd*, & *Hormizdad* profertur. Arabes & Syri corruptè etiam dicunt هرميزدان *Hormizdan*, & هرميزان *Hormizan*.

Hormisdas ignominiæ causa vestem ad eum muliebrem misit, ejusque rebellantis in locum Pherozanem copiarum Ducem creavit. Addit idem Theophylactus lib. 3. cap. 16. *Hormisdam morum sævitia paternam impietatem superasse, hominemque fuisse violentum ac furentem, & inexplebilis avaritiæ.* Quod verò Barhebræus annum octavum Mauricii cum depositione Hormisdæ conjungit, ea confirmat quæ supra diximus: hoc est, Hormisdam exeunte anno Christi 590. depositum fuisse. Nam ex Auctore Chronici Alexandrini constat Mauricium mense Augusto anni Christi 582. Imperium iniisse: quod & pluribus demonstrat Pagius ad annum prædictum à nu. 8. & ex allato Barhebræi loco confirmatur. Idem Barhebræus in Chron. Syr. Par. 3. in vita Kamjesu scribit:

ههوهسدول ومي حم ٭لمكر مح هنم
. همه حكموم همهما مصلحوم
٭لمكر حمهوه همه حنوه
وهمهنيه ٭حنوم حمه ٭لمحصا
مسوا . ٭لمكرومي هنما حس :

Quum Hormisdates annis duodecim regnasset, insargentes in eum Persæ, è medio illum sustulere: regnavitque post eum Chosroës ejus filius, cognomento Abruizus, anno Græcorum *nongentesimo primo* (Christi 590.) *Regnum autem tenuit annis octo supra triginta.* Amrus de Hormisdate nil aliud refert, quàm quod Christianis faveret, ipsique tùm Ezechiel, tùm Jesujabus Arzunita Nestorianorum Patriarchæ accepti essent.

Chosroës Abruizus Hormisdæ filius.

Chosroës, cognomento Abruizus seù Barvizus, patre Hormisda in ordinem redacto, Rex Persarum acclamatur exeunte anno 590. ut supra dictum est. Anno sequenti Varamum tyrannum aliosque rebelles Persas, Mauricii Imperatoris ope, debellat, & S. Sergio martyri crucem ex auro fabrefactam pro munere offert. Anno dehinc proximo *Siram* seù Sirinam genere Romanam & religione Christianam, quam ætate florentem connubio sibi copularat, Reginam publicitùs appellat, & tertio anno pro filio ex ea suscipiendo, eidem S. Sergio supplicat, nec ita diù post quam filium suscepisset, dona ad sanctum martyrem mittit, adjunctâ epistola, quæ apud Evagrium lib. 6. cap. 20. & Theophylactum lib. 5. cap. 14. recitatur. Anno 603. ulturus necem Mauricii, in Phocam bellum movet, quod & reliquo regni sui tempore tùm sub Phoca, tùm sub Heraclio Imperatoribus prosequutus est. Anno 624. exeunte quum ab Heraclio victus fuisset, furore percitus, misit qui donaria supellectilemque omnem à cunctis per universam Persidem erectis ecclesiis auferrent; & ut Imperatori ægrè faceret, Christianos ad amplexandam Nestorii hæresim adegit. Anno 628. à Siroë filio interficitur die 28. Februarii, quarto ex quo in castellum inclusus fuerat die. Ita Evagrius, Theophylactus, Theophanes, Cedrenus, auctor Chronici Alexandrini, aliique. Amrus à Chosroë ad Mauricium Imperatorem binas legationes indictas describit, quarum altera perfunctum ait Jesujabum Arzunitam Patriarcham, altera Millesium Senæ Episcopum, & hunc quidem à Mauricio ad Sabarjesum Patriarcham muneris loco particulam Crucis dominicæ attulisse: Sabarjesu verò defuncto, quum Gregorium Nestoriani præter ipsius Chosroæ voluntatem in Patriarcham elegissent, indignatum Regem cunctos ditionis suæ Christianos vexare cœpisse: Gregorio autem è vivis sublato, discipulos ejus comprehendi jussisse, suppliciisque affici, donec relictam à magistro auri summam prodidere; Christianis prætereà interdixisse, nequem Patriarcham crearent: per eam denique occasionem, qua ineunte regnum Chosroë rebellantem adversùs eum Varamum Romanus exercitus compressit, cum Romanis conjunctos Jacobitas Metropolita-

nam Sedem in urbe Tagritenſi condidiſſe. Sed quum Varamus anno 591. adversùs Choſroem defecerit eodemque anno in ordinem redactus fuerit, nullo pacto ſtare poteſt, quod de Jacobitis eo anno Sedem Tagritenſem fundantibus affirmatur: tùm quia Romani Jacobitas æquè ac Nerianos oderant: adeoque nullum ei genti ad ſtabiliendam illam Sedem auxilium præbuiſſent, quin potiùs Catholicis opem tuliſſent, ut adversùs utramque ſectam prævalerent; tùm etiam quia ex certis illius Metropolitanæ Jacobiticæ tabulis Barhebræus docet, id anno Græcorum nongenteſimo quadrageſimo, hoc eſt, Chriſti 629. contigiſſe, poſtquam ſcilicet Choſroe interfecto, Siroës filius pacem cum Romanis firmavit, ut dixi tom. 2. pag. 419. Idem Amrus Choſroëm ſcribit à Mauricio in regnum, devicto Varamo tyranno, reſtitutum, Mariam, aliàs Sirinam filiam ejuſdem Imperatoris uxorem duxiſſe: quod etiam Barhebræus affirmat in vita Mauricii. ܘܐܚܕ ܡܢܗܘܢ ܕܡܪܝܡ ܒܬ ܛܝܒܪܝܘ ܩܣܪ ܐܬܬ ܠܗ ܠܐܫܬܐ ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܡܢ ܒܝܬ ܡܠܟܘܬܗ ܘܐܬܝ ܠܗ ܐܦ ܫܪܝܪܐ ܕܡܠܟܘܬܐ

raclii Antiochiam expugnavit. Anno 1 sequenti *Varamus* ejus archistrategus Cæsaream Cappadociæ cepit. Anno quarto 2 Heraclii *Romizanes cognomento Sarbarzas*, *hoc est*, *aper ferus* وَٱلْخَنَزِيرُ ٱلْمُفْسِدُ ejusdem Chosroæ Dux, Damascum expugnavit, & sequenti 3 anno Galilæam totamque Jordanis regionem occupavit; annoque post Hierosolymam, quarto 4 verò anno (hoc est, Heraclii septimo) Alexandriam, Ægyptum, & Libyam usque ad fines Æthiopiæ. Eodem 5 anno *Sainus* هَامِّ Persa Chalcedonem cepit: atque ita regiones omnes ceperunt Persæ ab Euxino Ponto ad Orientem. Anno 6 Arabum primo Sarbarzas Ancyram Rhodumque cepit.

Anno

Heraclii annus adhuc currebat, ut rectè Pagius ad annum 610 num. 8. & ad ann. 611. num. 2. Cedrenus ad ann. 1. Heraclii: *Eo anno*, inquit, *Persæ occupaverunt Apameam Syriæ, Edessam, & usque ad Antiochiam pervenerunt*: quod & totidem verbis apud Theophanem. Quod igitur ad annum 605. idem Barhebræus dixit, *Persas Euphrate transmisso, Mahugum, Kennesrinum, Berhzam, Edessam & Antiochiam expugnasse*, iis repugnat, quæ hoc anno, hoc est, Heraclii 1. Christi 611. de Antiochia ab ipsis Persis expugnata subjungit.

1 *Anno sequenti*: hoc est, Heraclii 2. (Christi 611. ineunte.) Theophanes & Cedrenus Cæsaream Cappadociæ eodem anno à Persis captam describunt: sed Varami Ducis mentionem non faciunt.

2 *Anno quarto Heraclii*. Damascum hoc anno expugnatam testantur & Theoph. atque Cedren. nulla tamen Romizanis seù Sarbarzæ mentione facta.

3 *Sequenti anno*: nimirùm Heraclii 5. Theophanes ad eundem annum: *Hoc anno Persæ Jordanis loca, Palæstinam & sanctam civitatem armorum vi subegerunt: & manibus, ut quidam asserunt, Judæorum, plurimos, ad nonaginta videlicet millia, trucidarunt. Singuli etenim pro suis quique facultatibus Christianos ementes, confestim occidebant. Capto verò Hierosolymorum Patriarcha Zacharia, pretioso etiam & vivifico Crucis ligno locis illis erepto, captivorum hominum multitudinem innumeram in Persidem abduxerunt*. Eadem Cedrenus. Anno igitur Christi 614. in quem quintus annus Heraclii die 5. Octobris inchoatus competit, Sarbarzas Persarum Dux post captam Damascum in Jordanis loca invadit, & sequenti Christi anno, quo adhuc annus quintus Heraclii currebat, Hierosolymam capit, ut recte Barhebræus. Quum autem Heraclius anno 628. quo Chosroë perempto Siroës filius regnum iniit, ab eodem Siroë sacrum lignum Crucis acceperit, secumque in urbem regiam eodem anno tulerit, anno verò sequenti, hoc est Christi 629. idem Crucis vivificæ lignum ex urbe regia Hierosolymam reduxerit, ut ostendit Pagius ad ann. 627. num. 23.; rectè dicitur idem Heraclius Crucem dominicam decimo-quarto, quo inde ablatâ fuerat anno, Hierosolymæ reposuisse: totidem enim anni effluxere ab anno 615. ad annum 629.

4 *Quarto anno, hoc est, Heraclii septimo*. Nimirùm exeunte anno Christi 616. quo septimus Heraclii annus inchoatus fuerat. Pagius Ægypti & Africæ expugnationem ad vernum tempus anni 616. refert; sed tunc sextus erat Heraclii annus, non septimus. Baronius eandem ad annum 615. collocat. Theophanes verò & Cedrenus ad annum Heraclii 6. *Hoc anno*, inquit Theophanes, *Persæ Ægyptum, Alexandriam, & Libyam ad usque fines Æthiopiæ subegerunt*. Quum Hierosolyma anno 615. ex dictis capta fuerit, uno eodemque anno Ægyptus & Africa usque ad fines Æthiopiæ nequaquam subigi potuere, sed toto saltem anno 616. opus fuit.

5 *Eodem anno*: hoc est, exeunte anno Christi 616. Theophanes ad annum Heraclii 6. *Chalcedonem quidem*, inquit, *occuparo non valuerunt, sed præsidio ad eam obsidendam relicto secesserunt*. Et ad annum 7. Heraclii: *Hoc anno Persæ expeditionem in Chalcedonem instruentes, bello eam ceperunt*. Auctor Chronici Alexandrini: *Sain Persarum exarchus Chalcedonem usque populabundus excurrit agrumque Chrysopolitanum infestavit*. Cedrenus itaque fallitur, dum ad annum Heraclii 6. postquam Persarum irruptionem in Ægyptum Africamque descripsit, *Carchedonem* seù Carthaginem ab iis obsidione fruſtrà tentatam refert. Non enim de Carchedone seù Carthagine, sed de Chalcedone Bithyniæ urbe obsidio illa intelligenda est. Sainum autem, quem alii Saëm & Saitum vocant, colloquio de pace cum Heraclio habito, tres ejusdem Imperatoris legatos secum in Persidem duxisse, ibique detracta pelle, Chosroæ jussu, interiisse, testatur Nicephorus in Breviario pag. 7. Sed eum adhuc in vivis fuisse anno Heraclii 13. hoc est, Christi 622. exeunte, constat ex Theophane, qui ipsum unàcum Sarbaraza ad fines Romanorum invadendos summissum fuisse scribit. Idem Theophanes ad annum Heraclii 16. Christi 625. de Saini exitu hæc habet. *Saës quum decertasset contra aciem, quam Theodorus Heraclii frater regebat, & victus fuisset, præmœrore atque desperatione in languorem incidens, miserè interiit. Cadaver ejus sale multo conditum, ad se advehi Chosroës jussit, & mortuum licet ac sensu privatum, verberibus & injuriis lacerari imperavit*.

6 *Anno Arabum primo*: qui inchoatus

fuit

Anno Arabum [1] quarto idem Sarbarzas & [2] *Cardiganus* كردجان in Thraciam moverunt, & Conſtantinopolim arcta obſidione cinxere: Sed quum Choſroës literas ad Cardiganum miſiſſet, ut Sarbarzam interficeret, hic de imminente ſibi cæde ab Heraclio [3] admonitus, qui tabellario comprehenſo regias literas interceperat, in ipſum Choſroëm unàcum Cardigano rebellans, ejus quidem urbis obſidionem ſolvit, ſuis ipſius & Cardigani filiis obſidibus Heraclio datis; Heraclius verò pactis cum Chazarorum rege initis, ut auxiliares ſibi copias mitteret, eique vicissim filiam ſuam Eudoxiam nuptui ſe traditurum pollicitus, adversùs Choſroëm arma movet. Choſroës quum in Sarbarzæ rebellis locum *Ruzbihanem* [4] زوذبهان Ducem creaſſet, collatis cum Heraclio ſignis victus, fugam capit. Heraclius regio theſauro potitus, à Siroë ejuſdem Choſroi filio literas accipit, quibus ſignificabat, ſe è cuſtodia, in quam à patre conjectus fuerat, eductum regemque acclamatum, fugienti Choſroi necem intuliſſe. Itaque juxta Barhebræum nomina Ducum, quos Choſroës adversùs Romanos miſit, hæc ſunt: *Varamus*: *Romizanes* qui & *Sabarzas*: *Sainus*: *Cardiganus*, & *Ruzbihanes*. Pagius ad annum 622. ex Græcis ſcriptoribus ſex Ducum nomina hæc refert; *Raxates*: *Sais* ſeu *Saitus*: *Sarbarus* qui & *Sarbanazus* & *Sarbarazas*: *Sarablancas*: *Sais* alter: & *Raxates* alter. Quum autem apud Leontium in vita S. Joannis Eleemoſynarii legat *Raſmitzum* dictum fuiſſe, qui Hieroſolymam cepit, hanc verò urbem à *Sarbaro* ſecundùm Theophanem expugnatam, erraſſe putat eum auctorem, qui Raſmitzi nomen pro Sarbaro poſuit: non videns, unum eundemque eſſe *Raſmitzum* ſeù *Romizanem*, qui & *Sarbarzas* ſeù Sarbarus appellatus fuit, ut ex Barhebræo ſuprà dictum eſt. Atqui unum Sainum ſeù Saêm fuiſſe, non duos; *Perozitem* prætereà ſeù Pherozanem à Pagio prætermiſſum ex Theophane liquet, qui anno Heraclii 14. *Sarablagam* ſeù Sarabalgam (Pagio Sarablancam) ſimul cum Perozite à Choſroë adversùs Heraclium in Albaniam miſſum teſtatur. Quoad initium regni Choſroæ ejuſque interitum legendus Thomas Margenſis in hiſt. monaſt. lib. 1. cap. 23. & 35. ubi ait eum anno Græcorum 901. regnare cœpiſſe; quumque annos 38. regnaſſet, & cœnobium quod rogatu Sirinæ uxoris ſuæ in regione Balſaphar exſtruxerat, codicibus ex urbe Edeſſa à Samata Jazdini filio allatis locupletaſſet, ab eodem Samata, quem bonis paternis ſpoliaverat, filiis Choſroæ omnibus in-

Chriſti 622. die 16. Julii, anno Heraclii 12. exeunte: quod & Cedrenus confirmat. Theophanes verò id factum ad ann. Heraclii 13. narrat. *Hoc anno*, inquit, *menſis Martii die* 15. *Indictione undecima* (ideoque ſequenti Chriſti anno) *ſolvens ab urbe regina Imperator magnis itineribus in Armeniam contendit. Perſarum verò rex Choſroës Sarbanazam ad fines Romanorum invadendos ſummiſit . . . . Imperator menſis Aprilis die* 20. *in Perſiam irruptionem fecit: quod ubi reſcivit Choſroës, Sarbarazam revocat, & collectis ex univerſa Perſide copiis, uſque Sai Duci commiſſis, quàm citius Sarbarazæ adjungeret ſe, ut viribus unitis in Imperatorem progrederentur, edixit.*

1 *Anno Arabum quarto*, qui inchoatus fuit die 13. Junii anno Chriſti 625. Quæ hic narrat Barhebræus uſque ad Siroæ inaugurationem, contigere ab anno 625. ad annum 628.

2 *Cardiganus*. Cardaregam vocat Theophanes.

3 *Ab Heraclio admonitus*. Heraclius tùm erat in Perſide, non in urbe regia. Rectius igitur Theophanes, *It qui literas ferebat*, inquit, *à Romanis comprehenſus, Conſtantinopoli Imperatoris filio coram ſiſtitur. Hic Sarbarazam ad ſe confeſtim vocat, qui lecta illa epiſtola, cum Imperatoris filio & Patriarcha pactum init. Adulteratis deinde Choſroæ literis, ſibi occidi juſſo quadringentos alios adjunxit optimates ac duces, & ipſum Cardaregam.* Cætera ut apud Barhebræum.

4 *Ruzbihanem*. Theophanes *Rhazatem* vocat. Elmacinus *Zurabbarem*. Cedrenus *Razaſtem*.

interfectis, Siroëm Cavadem qui eam cædem evaſerat, Choſroë patre cæſo, regnum adeptum fuiſſe. Thomæ verba ſuprà retuli hoc tom. pag. 92. Sed alios prætereà Choſroæ filios filiaſque eam cædem evaſiſſe, ex dicendis conſtabit.

1 Siroës Cavades, Choſroæ filius.

Siroës, qui & 1 Cavades, die 24. Februarii anno Chriſti 628. Rex acclamatus, cæſo quatuor poſt diebus, ut ſuprà dictum eſt, Choſroë patre, Choſdaëm ſecretarium cum aliis dynaſtis ad Heraclium miſit, qui nuncium de ſua inauguratione ferret: alterum præterea legatum, Phajacum nomine, deſtinavit, qui pacem inter utrumque imperium firmaret: quorum primum Heraclius die 30. Martii, alterum die 3. Aprilis ejuſdem anni 628. admiſit, quum in caſtris ad Canzacum poſitis commoraretur. Pax inita eſt eà conditione, ut Siroës reſtitueret quidquid pater ejus eripuerat Romanis. Quamobrem Heraclius Theodorum proprium fratrem cum literis & à Rege Perſarum viris delegatis miſit, qui Perſas Edeſſæ, in Palæſtina, Hieroſolymis & in cæteris Romanorum civitatibus repertos, cum pace in Perſidem reducerent. Quum verò paucis poſt menſibus ex urbe Edeſſa, ubi eccleſiam ſub Choſroæ Abruizi temporibus à Neſtorianis occupatam Orthodoxis reſtituerat, Hierapolim veniſſet, Siroëm obiiſſe, & Ardaſirum ejus filium Perſarum regnum conſequutum intellexit. Hæc Theophanes & auctor Chronici Alexandrini ex ipſis Siroæ ad Heraclium & Heraclii ad Conſtantinopolitanos epiſtolis. Quoad initium regni Siroæ convenit inter omnes, uno excepto Elmacino, qui in hiſtor. Saracen. ſcribit, eum regnare cœpiſſe *anno quinto Hegiræ, qui decimus octavus erat Heraclii, Alexandri verò nongenteſimus quadrageſimus*: qua in epocha triplex mendum: alterum, quod Siroes regnum iniiſſe dicitur *anno Hegiræ quinto* qui cœpit die 2. Junii anno Chriſti 626. Alterum, quod annus Hegiræ quintus cum anno Alexandri 940., hoc eſt, Chriſti 629. copuletur. Tertium quod annus Heraclii 28. in annum Alexandri 940. & Hegiræ 5. confertur. De ejus verò regni tempore, diſſentiunt Scriptores. Amrus in Vita Gregorii Patriarchæ, Siroëm regnaſſe teſtatur menſes ſex. Elmacinus in hiſt. Sarac. & Auctor Chronologiæ Arabicæ Regum Perſarum, menſes tantùm octo ei aſſignant. Barhebræus verò ſibi non conſtat: nam in 1. Par. Chronici Syriaci in vita Heraclii, Siroëm novem menſes regnaſſe ſcribit: ܫܢܝܢ ܬܫܥ ... ܫܝܪܘ̈ܝ ... ܫܢ̈ܐ ... ܫܝܪ̈

batur, è carcere elapsus, Chosroëm patrem insequutus, interfecit, regnavitque post eum mensibus novem. [1] *Quum verò Heraclius Edessam ad hyemandum rediisset, missis ad eum literis Sirinus, patris cædem significavit, pacemque cum eo iniit, ea conditione, ut Persæ ex regionibus Romanorum excederent. Sirinus autem quum novem mensibus regnasset, mortuus est.* At in 3. Par. in vita Maruthæ, annum ei tribuit. حسنه لمحمدا ملكهم ملعه المكي هذه احنوم مدكا وقوهما مكبر مدكاو حسنه هذا مقسه.

Anno Græcorum *nongentesimo trigesimo nono interfectus est Chosroës Abruizus Persarum Rex, regnavitque Cavades filius ejus annum, & mortuus est.* Verùm annus mortis Siroæ ex Theophane colligitur ajente, Heraclium Hierapoli nuncium obitus ejus accepisse: hoc est, circa mensem Octobrem, vel Novembrem anni 628. Thomas Margensis ab eodem Siroë ad Heraclium pro pace firmanda missum narrat Jesujabum Gadalensem Nestorianorum Patriarcham, qui socios itineris elegerit Gyriacum Nisibis, Paulum Adiabenes, Gabrielem Beth-Seleuciæ, Sahadunam Garmæorum, & Jesujabum Ninives Episcopos. Verba ejus hoc tom. pag. 106. retuli. Id & Barhebræus confirmat in 3. par. Chronici Syriaci, additque eundem Jesujabum catholicam fidem apud Imperatorem professum fuisse, etsi posteà ad suos reversus, palinodiam cecinit. Verùm Amrus ea legatione Jesujabum sub Borane Siroæ sorore, quæ post ipsum filiumque ejus Ardascirum regnavit, non sub Siroë perfunctum testatur, ut ex ejus verbis ostensum est suprà pag. 105. Siroës autem apud probatos Scriptores triplicem legationem ad Heraclium misisse refertur: in prima, ut Heraclii ipsius verbis utar in epistola ad Constantinopolitanos apud auctorem Chronici Alexandrini, *à Siroë missus Secretarius Chosdatës cum aliis dynastis unàcum libello & monitorio ad nos, unàcum duobus viris, Persa uno, & altero Armenio,* quos idem Heraclius admissos fuisse testatur die 30. Martii anni 628. nuncium ferentes de obitu Chosroæ & inauguratione Siroæ. In secunda legatione, Heraclio in castris ad Canzacum positis die 3. Aprilis ejusdem anni hibernante, *advenit Phajacus regi à secretis, quem Rhasnanem vocant, die Dominico circa horam secundam, qui nobis literas Cabatæ Siroæ reddidit, quæ inaugurationem ejusdem continebant, quibusque pollicebatur se nobiscum pacem colere.* De tertia denique loquitur Theophanes, dum ad annum 18. Heraclii ait: *Hoc anno* (scilicet Christi 628. postquam Heraclius ex Persside in Mesopotamiam redierat,) *pacis fœdere Romanos inter ac Persas firmato, Imperator Theodorum proprium fratrem cum literis, & à Rege Persarum Siroë viris delegatis misit, qui Persas Edessæ, in Palæstina, Hierosolymis, & in cæteris Romanorum civitatibus repertos, cum pace in Persiam reducerent.* Jesujabum Patriarcham ejusque Episcopos suprà memoratos in hac tertia legatione regiis ministris à Siroë adjunctos, haud improbabile est.

Arda-

NOTA.

1 *Edessam.* Heraclius in Canzacis, qui locus est in Persarmenia, hyemavit, ibique legatos Siroæ accepit de ipsius inauguratione patrisque cæde nuncium afferentes, ut ex ipsius Heraclii literis in chronico Alexandrino relatis constat. Alios tamen videtur Siroës legatos misisse, quum in Mesopotamiam Heraclius venisset, qui unàcum Theodoro ipsius Heraclii fratre Palæstinam, Syriam aliasque provincias obiere, ut Persas in ditione Romanorum repertos in Persidem reducerent, teste Theophane.

1 Ardaſcirus Siroæ filius.

Ardaſcirus, 1 ſeù Artaxares, Siroi Cavadi patri eodem anno 628. exeunte ſucceſſit, ut ſuprà dictum eſt. Elmacinus in hiſt.Sarac.pag.12. menſes quinque dumtaxat Ardaſiro tribuit: ex cujus ſententia Pagius ad ann. 628. num.5. affirmat Ardaſirum menſe Aprili anni 629. periiſſe. Sed eum aliquot ſaltem menſibus plus regnaſſe, teſtantur reliqui Scriptores. Nam Theophanes quidem, *in eum*, inquit, *poſt imperii menſem ſeptimum Sarbarazas rebellavit, & Principe deleto Perſis imperavit menſes duos*. Auctor verò Chronologiæ Arabicæ Regum Perſarum, Ardaſirum 2 hujus nominis quartum vocans, eum imperaſſe ſcribit annum cum dimidio. Barhebræus denique in Chronico Syriaco Par. 3. indefinitum quidem ejus regni tempus relinquit, inquiens: ملك شهرار . وبعده ملك اردشير . وقتل شيرويه . ملك كاوس . وقتل بوران . وملك شيرزاد . وقتل اردشير . وملك بوران . وقتل شيرزاد . وملك اردشير .

2

Et regnavit Cavades ejus (Choſroæ) *filius annum mortuuſque eſt. Regnavit autem poſt eum Ardaſcirus filius ejus, quem quum quidam magnatum, Sciahriarus nomine, conſpiratione facta occidiſſet, regnum ejus occupavit*. Sed Par. 1. ejuſdem Chronici annum cum menſibus decem regnaſſe eum teſtatur. ملك خاوه زوجنا بعده سنة واحد وعشرة اشهر وقتل .

Poſt eum (Cavadem Siroëm) *regnavit Ardaſcirus an.1. menſeſq; 10. Hoc interfecto regnavit Sarbarzas*. Quamob. rem ut mediam teneamus viam, dicendum eſt, Ardaſirum exeunte anno 629., quum annum circiter regnaſſet, interiiſſe. Amrus in vita Jeſujabi Gadalenſis, cauſam cædis ejus deſcribit. وفى ايامه تقلد اردشير مكان ابيه شيرويه ويقال ان شيرين احتالت فى قتله بالسم لقتله ابنها مردانشاه .

Ejus (Jeſujabi) *tempore imperio potitus eſt Ardaſcirus pro Siroë patre. Ferunt autem Sirinam veneno eum ſuſtuliſſe, quod filium ſuum Mardanſciahem interfeciſſet*. Sed Theophani id repugnat, qui Ardaſciri cædem in Sarbarazam rebellem reiicit. Mardanſchiahes autem, quem Latini *Medarſem* & Græci *Merdaſam* vocant, à Siroë fratre natu majore, non ab Ardaſciro Siroæ filio, unàcum Choſroë interfectus fuit, quod ab eodem Choſroë ſocius regni, ſpreto Siroë, deſignatus fuiſſet ut teſtatur Theophanes ad annum Heraclii 17. Addit Amrus de eodem Ardaſciro. واردشير رد خشبة الصليب التى كان اخذها كسرى .

Ardaſcirus autem lignum Crucis reſtituit, quod Choſroës ceperat. Verùm ex probatis auctoribus liquet, dominicæ Crucis lignum ab Heraclio ſub Siroë Rege Ardaſciri patre recuperatum, etſi illud Hieroſolymam non ante retulit, quàm Ardaſcirus

NOTÆ.

1 *Ardaſcirus*. Perſicè اردشير *Ardaſcir*. Sed quum litera د *d* ſæpe cum ت *t* permutetur, & ش *ſcin* cum س *ſin*; hinc aliis dicitur *Ardaſirus* ſeù *Ardſirus*, aliis *Artaſirus*: unde vulgatum nomen *Artaxares*, *x* pro *s* ſubſtituto. Apud Theophanem *Adeſer* pro *Ardeſer* ſeù *Ardaſir* perperàm obrepſit.

2 *Hujus nominis quartus*. Primus *Artaxares* ſeù *Ardaſcirus* eſt ille, qui in Scripturis *Artaxerſes* & *Aſſuerus* dicitur. Tres alii poſt reſtitutum ſub Alexandro Mammææ f. Perſarum Imperium occurrunt, de quibus Agathias lib. 4. Horum primus Imperii illius reſtitutor, ex quo regia Saſanitarum ſtirps deſcendit: alter Saporis illius, qui ſeptuaginta annis regnavit, filius, idemque à primo Artaxare nonus: tertius denique hic Artaxares Siroæ filius.

ſcirus regno potitus fuiſſet: nam ex Theophane loc. ſuprà cit. conſtat Heraclium Hierapoli obitum Siroæ accepiſſe: adeòque priuſquàm Hieroſolymæ vivificam Crucem reponeret: quam à Siroë acceptam, anno quidem 628. in urbem regiam ſecum tulit, anno verò ſequenti ex eadem urbe Hieroſolymam reduxit, ut probat Pagius ad ann. 627. num. 23. meritòque Nicephorum refellit ajentem, *Sarbarum*, qui poſt Siroëm ejuſque filium tyrannidem in Perſide ſumpſit, vivificam Crucem ad Imperatorem miſiſſe, huncque è Perſide redeuntem, illam ſecum detuliſſe, & Hieroſolymæ repoſuiſſe. Denique Baronius hallucinatur, dum ad annum 628. num. 3. *Siroëm ſcribit è medio ſublatum à Sarbara ſeu Adeſero, & hunc poſt ſeptem menſes ſimiliter interfectum, eique Barrazam ſubſtitutum*. Nam Adeſerus ſeù Ardaſirus alius à Sarbara fuit, nec ipſe Siroëm patrem ſuſtulit, ſed Sarbaras exercitus Perſici dux, poſtquam Siroës obiiſſet atque Adeſerus ſubſtitutus fuiſſet, Adeſerum ipſum interfecit, ut mox ſermo erit.

Sarbarzas [1] Ardaſiro ſublato, regnum iniit exeunte anno 629. Sarbarazam vocat Theophanes, eique menſes duos aſſignat: Barrazas dicitur Cedreno. Elmacinus & Amrus eo prætermiſſo Boranem Ardaſiro ſubſtitutam affirmant. Auctor Chronologiæ Arabicæ Regum Perſarum شهريران قتل يوم لبس التاج: *Sciahriranus*, inquit, *quo die coronam obtinuit, cæſus fuit*. Barhebræus nunc Sarbarzam, nunc Sciahriarum & Siroem appellat. Nam in 3. par. Chron. Syr. ait: مُعِمِ حكُوهِ سُبِ مَعِ وُهوذُنا وُمعْدِه هَـهوذَاوُ مَحِ

Sarbarzas, ſeù Sciahriarus.

Inſurrexit in eum (Ardaſcirum) *quidam magnatum, Sciahriarus nomine, alias Siroes, eoque interfecto regnavit, pace cum Romanis inita, quibus civitates omnes reſtituit, quas Perſæ ceperant, uſque ad Daram termini utriuſque Imperii urbem. Eodem anno, hoc eſt*, Græcorum *nongenteſimo quadrageſimo* (Chriſti 629.) *quum pax firmata eſſet, Athanaſius* Jacobitarum *Patriarcha, cognomento Camelarius, diſcipulum ſuum Joannem Diaconum ex Beth-Elaja pago ad Regem Perſarum propter domeſtica negotia allegavit*: reliqua vide Tom. 2. pag. 419. In prima verò Par. hæc de Sarbarza ſcribit. مُحوُنا مُهكِبه هَهوذَاز ٥/مكبر وُه مَعْوُ كَمُعْدا.

Hunc (Ardaſcirum) *Sarbarzas interficiens, regnum occupavit, paciſque fœdera firmavit*. Et infrà in vita Abubecri, qui Mahometum excepit. مُجلس هَهوذَاز حَوُمكُب مَنهَج كَه سُلا مُهكِبه حَفنوُسِل ٥/مكبر

NOTA.

1 *Sarbarzas*, ſeù Sarbarazas. Aliàs *Sarbarus, Sarbaras, Barrazas, Sciahriarus, & Siroës*; non is quidem, qui Choſroæ filius fuit, ſed Perſici exercitus ductor, de quo ſuprà in Abruizo.

ܗܘ ܕܐܬܩܛܠ ܒܗ ܒܪ ܐܒܪܘܙ .

Sarbarzas Heraclium rogavit, ut auxiliares sibi copias mitteret: quibus adjutus, Cardiganum interfecit: quumque ipse annum regnasset, interfectus est: anno nimirùm 630. Ex hoc Barhebræi testimonio colligere est, Sarbarzam hunc & Cardiganum non alios fuisse, quàm Chosroæ Abruizi olim Duces, qui in obsidione Constantinopolitana ad Heraclium defecerant, ut suprà dixi. Quamobrem vel delenda est hæc adnotatio, quam Tom. 2. pag. 418. in margine ad vocem *Siroës* apposui: *communis fert opinio Siroëm fuisse Chosroæ filium, non unum aliquem ex optimatibus*: vel addenda hæc altera: *Sed Barhebræus hoc loco de altero Siroë seù Sarbarza, non de primo Chosroæ filio loquitur. Sarbarzas autem, quem Sciabriarum auctores appellant, unus fuit ex optimatibus, ut modo ostensum est. Quod verò Elmacinus Jezdegerdem postremum Persarum regem filium Sciabriari vocat, non de Sarbarza isto loquitur, sed de Sciabriaro Chosroæ filio, quem Siroës unàcum patre & Merdasa fratre interfecit, ut refert Theophanes ad ann. Heraclii 17.*

Borane Chosroæ Abruizi filia.

Borane Chosroæ Abruizi filia, Sarbarza tyranno sublato, anno 630. in reginam præficitur: de qua hæc Amrus in vita Jesujabi Gadalensis. *Ardasciro extincto* (& post ipsum Sarbarza) *regnavit Boranæ Chosroæ filia, quæ sola ex regia stirpe supererat, cunctis lætitiæ signa edentibus, nummisque ejus nomine cusis. At illa Jesujabum Catholicum datis ad Romanorum Imperatorem literis misit. Jesujabus verò quum Alepi Imperatorem reperisset, literas ei & dona reddidit. Qui mulierem regno præfectam vehementer admiratus, Catholicum lautè excepit.* Reliqua vide suprà hoc tom. pag. 105. Addit Jesujabum ab eadem Borane pro pace ad Heraclium missum. Sed id factum sub Siroë, ut suprà dixi. Theophanes, *Sarbarza sublato*, inquit, *Boranem Chosrois filiam in Regem sibi præfecere: quæ regnum administravit menses septem*. Barhebræus: ܘܡܠܟܬ ܒܪܘܢ ܒܬ ܟܘܣܪܘ ܕܫܒܩ ܠܗ ܒܪ ܐܒܪܘܙ ܫܬܐ ܝܪܚܐ .

Post eum (hoc est, Sarbarzam) *regnum Persarum obtinuit Borane Chosroæ filia, quæ quum paucos menses regnasset, mortua est*. Fallitur itaque Baronius, qui ad ann. 628. num. 3. ex Borane seù Borame femina Chosroæ filia, Baraanum marem facit.

Chosansades: Zadimidochta. Chosroës Pherozes. Pharaxades. & Hermisdas

Auctor Chronologiæ Arabicæ Regum Persarum, بوران ملكت سنة وثلثا وماتت .

Borane regnavit annum cum tertia parte (hoc est, cum quatuor mensibus) *& mortua est*. Idem Auctor addit, post Boranem regnasse quemdam *Chosansadem*: deinde *Azadmidochtam*, posteà *Chosroëm*, & *Pherozem*, & *Pharaxadem*, demùm *Jezdegerdem*. خشنده ملك اقل من شهر ازدميدخت ملكت ستة اشهر وقتلت . كسرى ملك ايامًا وعاجلًا قتلوه . فيروز القاني ملك ولبس التاج . ثم تكلم بما اورث الانزعاج . فتطيّروا من كلامه وقتلوه قبل ان يقوم من مقامه . فرخ زاد قتل بعد ستة شهور . يزدجرد الثالث ملك مستغنيًا بعدامه وضعف المملكة فى ايامه وغزا المسلمون بلاده وزلزل التعرّك ركنه وعماده . ثم قتل بعد اربع فى خلافة عثمان والله تعالى الدايم على توارد الابعاد والازمان .

Chosansades à suscepto regno mensem minimè implevit. Azadmidochta regnavit sex menses, & interfecta est. Chosroës regnavit aliquot dies, & statim cæsus fuit. Pherozes secundus statim atque regium diadema induit, quod prætorianos milites increpare ersus fuisset, ab ipsis prius occisus est, quàm è throno assurgeret. Pharaxades septimo post mense sublatus fuit, Jezdegerdes tertius regnavit, servis suis sultus. Sed regnum sub eo debilitatum, Mosulmani (Mahometani) bel-

bello adorti everterunt. Quarto itaque anno interfectus fuit sub Othmano Chalipha. Solus autem Deus manet in æternum. Barhebræus in vita Abubecri, postquam Boranæ obitum retulisset, subdit de iis qui post ipsam regnarunt. ولملكت شكوه اختها بوران دخت وملكت سنتين وقيل سنة واحدة .

Regnavitque soror ejus (Boranæ) *Zadimidochta* (Azadmidochta,) *& intra biennium plures regnarunt*: deinde in vita Omari, eo biennio expleto, de regno certasse scribit *Hormisdam*, & *Jezdegerdem*; hunc autem sublato Hormisda regnasse, donec à Saracenis vita regnoque spoliatus fuit. Igitur post Boranem, quam anno 630. inauguratam dixi, Chosansades, Azadmidochta, Chosroës, Pherozes, & Pharaxades toto eo tempore tumultuantibus populis regnarunt, quod usque ad initium anni 632. effluxit. Anno verò 632. inter Hormisdam & Jezdegerdem certatum fuit, & victoria penes hunc stetit, ut mox dicam.

1 Jezdegerdes ultimus Persarum Rex.

Jezdegerdes filius [1] Sciahriari, filii Chosroæ Abruizi, extinctis tyrannis, quos modo recensui, duobus post Boranem annis, Abubecri ope regnum Persicum obtinuit anno Hegiræ undecimo, die 22. Rabi prioris, hoc est, Christi 632. die 16. Junii, unde epocha [2] *Jezdegerdica* initium ducit. De Jezdegerdis inauguratione hæc Elmacinus. *Convenerunt Persæ anno Hegiræ undecimo, imperante Abubecro: quumque ad eum accessissent, ob seditionem & necem Regum ipsorum & qui ipsis supervenerat defectum, petierunt filium Chosroæ nomine Jazdegirdem, qui fugerat à Siroë: atque eum regem super se constituerunt, quum annos haberet quindecim.* Theophanes postquam de Borane sermonem instituit, subdit de Hormisda: *Huic* (hoc est, Boranæ) *successit Hormisdas, qui demùm à Saracenis solio depulsus est: ac tandem Persicum regnum Arabibus subjectum est, & in hanc usque diem* (hoc est, ad initium sæculi noni, quo Theophanes hæc scribebat) *sub ipsis remansit.* Ex hoc Theophanis loco, & ex iis, quæ suprà ex Elmacino retuli, infert Pagius, unum eundemque esse *Hormisdam* ac *Jezdegerdem*: regibus quippe Persarum pluribus nominibus appellari familiare fuisse. Verùm hæc viri docti conjectura huic uni fundamento subnixa est, quod Theophanes loco citato nullam Jezdegerdis mentionem facit; & quod idem auctor ad annum eræ Alexandrinæ 631. Christi 639. Hormisdam appellat, quem Elmacinus aliique Jezdegerdem. Atqui Theopha-

NOTÆ.

1 *Filius Sciahriari.* Hinc Jezdegerdes iste ab Haitone corrupto nomine vocatur *Asob Arior*, & *Ascaiorth*; à Georgio verò Chrysococca Ιαζδαλιρτης Αριορ. Nam شاهريار *Sciahriar* est nomen compositum ex شاه *Sciah*, & اريار *Ariar*, hoc est, *Rex Ariar*. Theophanes aliique habent *Saliar* pro Sciahriar. Isaacius Argyrus in fragmento citato à Chrismano in Alfragano Jezdegerdem *Sarier* appellat, & tabulæ Astronomicæ primo Jezdegerdis anno publicatæ vocantur *tabulæ Schabriar*. Unum autem ex filiis Chosroæ Abruizi ita appellatum fuisse liquet ex eodem Theophane ad annum 17. Heraclii, ubi testatur à Siroë interfectos fuisse simul cum Chosroë Merdasam & *Saliarum* illius ex Sirina filios. Fallitur itaque Scaliger dum lib. 3. de emend. temporum pag. 210. Siroëm ab Arabibus *Shabliarum* appellatum fuisse affirmat.

2 *Epocha Jezdegerdica.* Albategnius, Alfraganus, Abulfeda Ismaël, Chrysococca, aliique Orientales docent, hanc epocham initium habuisse *a die 16. mensis Junii, feria 3. initio anni, quo primùm regnavit Jezdegerdes filius Sciahriari*, hoc est anno Christi 632. Hallucinantur itaque Scaliger, Petavius, & Calvisius, qui ex Haitone, & Albumasaro hanc epocham à morte Jezdegerdis deducunt. Nam hunc post annum 632 adhuc in vivis fuisse, bellumque sæpe cum Saracenis gessisse, ex historicis Orientalibus tùm Christianis tùm Mahometanis constat.

phanes post Boranem ideò Hormisdam recensens, Jezdegerdem reticet, quia quum Hormisdas tyrannidem sumpsit, Persicum imperium, à Saracenis nondum subactum fuerat: ab his enim Jezdegerdes, Hormisda expulso, inauguratus fuit: quamobrem quum illius regnum Saracenis subjectum esset, ipse inter reges Persas haudquaquam recenseri meruit: tributarius quippe potiùs, quàm absolutus rex fuit. Quod autem de Jezdegerdis in interiorem Persidem secessu loquens, eum Hormisdam vocat, librarii error est, aut ipsius Theophanis lapsus. Nam Scriptores omnes, qui Syriacè, Arabicè, aut Persicè res Orientales persequuti sunt, id factum de Jezdegerde narrant ad annum Hegiræ 22. Hormisdam autem cæsum fuisse affirmant anno Hegiræ undecimo. Scio Hormizanem quemdam seù Hormisdatem ab Ismaël Sciahinsciah in chronico Arabico ad annum Hegiræ 17. qui die 23. Januarii anni Christi 638. inchoatus est, memorari. Sed is Persicarum copiarum Dux fuit, non Rex, victusque à Saracenis atque ad Omarum adductus, hujus hortatu sectam Mahometicam professus, vitam privatam ad obitum usque duxit. Biennio post idem Ismaël describit prælium à فيروزان

Pherozane [1] seù Pherozade Persarum Duce cum Saracenis commissum, quo victis Persis Pherozanes ipse apud Hamdanam cæsus fuit. Igitur tàm *Pherozanes*, quàm *Hormizanes* seù Hormisdas Duces fuere Jezdegerdis, non Reges. Jezdegerdem autem quem anno Hegiræ undecimo, Christi 632. regnum iniisse ex Elmacino suprà demonstratum est, quarto post anno de Hormisda æmulo triumphasse affirmat Barhebræus in vita Omari. ...

Omarus Chettabi filius regnavit *annos decem. Hic Arabiam diripuit, & Bosram populatus est. Anno post*, (hoc est Hegiræ 15. qui die 13. Febr. anni Christi 636. inchoatus fuit,) *misit copias in Persidem, quum Persæ in factiones scissi essent: quidam enim Jezdegerdi filio Chosroæ* (hoc est, nepoti) *favebant, alii Hormisdæ partes sequebantur. Atque ita Arabes adversùs eos prævaluerunt. Hormisda autem interfecto regnavit Jezdegerdes*: hoc est regnare perrexit. Idem Barhebræus commissum Saracenos inter & Persas Romanosque bellum subjungit, in quo Sarbarzæ filius, qui ad Romanos confugerat, cæsus fuit; Jezdegerdes autem amisso regno in Turcorum regionem se se recepit, ibiq; quinquennio postquam ibidem delituerat, interiit. ...

NOTA.

1 *Pherozane*. Inter Duces, qui sub Chosroë adversùs Heraclium militarunt, *Perozites* fuit, quem Theophanes anno Heraclii 14. unàcum Sarablaga in Albaniam missum testatur. Hunc cum Pherozane seù Pherozade de quo hic sermo est, unum eundemque fuisse, & muneris & temporis ratio suadet.

ܡܥܟܣ : ܚܙܝ ܡܫܝܚ ܚܨܒ .
ܡܐܒ ܚܙܨܠܐ ܡܙܡܪ ܘܡܡܒ . ܐܘܒ
ܟܚܘܐ ܗܒ ܐܡܐܘ . ܡܨ ܗܝܙ
ܡܢܚܐ ܐܪܘܒܗ ܩܗܐ ܐܙܘܒ ܚܒܡܐ
ܟܡܘܡܡ ܘܠܐ ܘܟܐ . ܣܘ ܡܚ
ܒܚܘܒ ܣܠܐ ܘܩܗܐ ܚܙܒ ܡܚ ܣܘ
ܡܚܒܐ ܘܘܘܒ ܗܘܐ ܚܟܙܘ ܡܠܐ
ܟܡܗܐ ܘܡܡܘܚܐ ܐܙܡܒ ܩܠܐ
ܢܢ . ܗܘ ܘܨ ܐܙ ܡܡܒܘܐ ܗܘ
ܘܘܘܒ ܗܘܐ ܘܡܟܐ ܡܒܐ ܡܟܚ
ܚܐܒ : ܠܐ ܚܐ ܩܗܐ ܡܒܗܒ :
ܘܙܡܐ ܗܒ ܚܡܒ ܗܒ ܚܙܐ
ܟܡ ܩܟܗ ܐܐ ܐܐ ܚܡ ܡܒ : ܡܚ ܣܘ
ܒܡܟ ܗܘ ܡܡ ܡܟܡ ܡܒ ܚܙܐ
ܘܐܒ . ܐܙܐ ܚܙܡܡܗ ܡܡ ܚܒ
ܘܡܟܒ ܚܙܒ ܡܐ ܗܒܒ ܢܡܚ
ܘܐܒ . ܗܘ ܘܨ ܩܐ ܩܗܐ ܡܡ
ܟܡܗ ܡܡ ܚܡ ܩܗܐ ܡܡ ܚܡ
ܚܡ ܡܟ

1 *Anno Omari* 1 *quarto Baanes Romanorum archiſtrategus, & Sarbarzæ filius genere Perſa, qui poſt parentis cædem ad Romanos profugerat, nec non Imperatoris Sacellarius in urbe Edeſſa cum ſexaginta equitum millibus in agro Emiſſeno cum Arabibus inito prælio vincuntur, millibus quadraginta ex ſuis amiſſis, quorum plerique Jarmuchæ fluminis aquis abſorpti periere. Sarbarzæ porrò filius ei cladi ſuperſtes ad Omarum miſſo nuncio Perſidem ejus ditioni ſe ſubmiſſurum, ſi copias mitteret, ſpopondit. At quum Omarus à Choſroæ filiabus, quas apud ſe captivas habebat, doctus fuiſſet quæ Sarbarzas ejuſque filius, Choſroæ & natis ejus mala intulerat, monituſque eſſet, ne proditoris dictis fidem haberet, miſſis Emiſſam militibus, Sarbarzæ filium cruci ſuffixit. Poſt contendit Damaſcum, habitoque cum primoribus urbis congreſſu perſuaſit, ut urbem ſibi traderent. Exinde Chaledus ab Omaro Alepum & Antiochiam cum copiis miſſus, multos mortales perdidit. ſed & S. Simeonis Stylitæ cœnobium adortus, ingentem virorum, mulierum, puerorum puellarumque turbam, qui ad feſtum eo die confluxerant, abduxit. Sub idem tempus Saadus* 2 *ex urbe Jatreba ad Cuphan,* 2 *quæ & Acula, caſtra movit. Jezdegerdes contra Euphratis ripas copias occupare juſſit. Inde miſſus à Perſis explorator genere Arabs ad Saracenorum caſtra, Maadenum quendam reperit mejentem & panem comedentem: qui rogatus quid ibi ageret; ago, reſpondit, quod ipſemet vides: vetus nem-*

NOTÆ.

1 *Anno Omari quarto*, hoc eſt, Chriſti 638. Alterum hoc fuit Omari cum Baane prælium, idemque à primo diverſum, quod à Theophane ad annum eræ Alexandrinæ 625. Heraclii 24. hoc eſt, Chriſti 633. deſcribitur. Quum enim Omarus Abubecro ſublato principatum Arabum primùm obtinuit, *Boſram*, inquit Theophanes de prælio anni eræ Alexandrinæ 625. *& plures alias civitates expugnavit: & ad Gabetha uſque penetravit. Theodorus autem Imperatoris frater cum iis conſerta pugna victus eſt, & ad Imperatorem Edeſſam rediit. Imperator Ducem alium Baanem nomine præficit, & Theodoſium Sacellarium, & ambos cum armata multitudine adversùs Arabes inſtruit. Is Emeſam profectus, obviam Saracenorum agmen habuit: quibus deletis, Ameræ principatu fungentem* (Omarum ſcilicet Arabum Ameram ſeù Ducem) *& reliquos univerſos Damaſcum uſque fugat: ibique ad Bardaneſium amnem caſtra fixit..... Imperator Baanem Damaſco Emeſam reverti jubet.* De altero autem prælio, quod anno eræ Alexandrinæ 626. commiſſum fuit, quodque à Barhebræo ad annum Omari 4. Chriſti 638. refertur, idem Theophanes hæc habet. *Hoc anno Saraceni copiarum penè immenſarum exercitu collecto irruptionem in Arabiam juxta Damaſci agrum fecere. Eo cognito Baanes Imperialem Sacellarium, ut cum univerſis copiis in auxilium ſuum acceleret, per literas monet: erat quippe Arabum innumerus exercitus. Ambo Emeſa ſolventes, Arabibus occurrunt: præliumque commiſſum eſt ipſo primo die, qui fuit hebdomadis tertius, Julii verò menſis tertius & viceſimus, quo Sacellarii acies omninò profligata. Baanis verò milites, Baane in Imperatorem ſubvecto, Heraclium reſpuunt. Sub id tempus Sacellarii copiæ caſtris diſceſſere: qua occaſione Saracenis oblata, prælium ab eis conferitur. Validis autem flatibus in Romanorum faciem vento noto ſpirante, motoque & elato per aërem pulvere, ipſam hoſtibus in prælio dare non valebant: ſuccumbunt eam ob rem, & prælio cedunt: tùm verò ſeipſos in Jermochthæ fluminis anguſtias præcipitantes, illic omnes ferè periere. Aderant utrique duci copiæ hominum quadragiuta millium numerum conflantes. Saraceni motis inde caſtris, Damaſcum bene compoſito exercitu aggrediuntur & capiunt, necnon Phœniciæ provincias, in quibus proprias ſibi ſedes conſtituunt.* Eadem apud Cedrenum anno Heraclii 15 Sed anno eræ Alexandrinæ 625. & 626 (quorum initium à Kalendis Septembris anni Chriſti 633. & 634.) Omarus nondum princeps Arabum inauguratus fuerat: hic enim regnum iniit anno Hegiræ 14. qui die 25. Februarii anni Chriſti 635. inchoatus fuit. Quum igitur ex Theophane primum Saracenorum prælium commiſſum dicatur anno Omari primo, & alterum anno ejuſdem ſecundo, neceſſe eſt id factum an. Chriſti 635. & 636. quibus anni Hegiræ 14. & 15. reſpondent. Atqui anno 636. *dies viceſimus tertius Julii*, quo id prælium commiſſum, in feriam ſecundam, non in tertiam incidit. Ex Barhebræo itaque emendandus Theophanes & Cedrenus idque prælium non anno eræ Alexandrinæ 626. Heraclii 25. ſed an. Heraclii 19. eræ Alexandrinæ 630. hoc eſt, Chr. 638. commiſſum dicendum eſt, & pro menſe Julio *Junius* ſubſtituendus, cujus dies viceſimus tertius anno 638. in feriam tertiam incidit.

2 *Saadus ex urbe Jatreba*, hoc eſt, Medina, ubi Mahometis pſeudoprophetæ ſepulcrum, peregrinatione Mahometanorum ſatis celebre. *Jaſdum* vocat Theophanes ad ann. Umari 3. & 5. *Jadum* Cedrenus ad an. Heraclii 26. & 29.

nempe egero, & novum ingero. Continuò explorator ad Persas regressus, renunciat gentem se vidisse inermem quidem & nudam; alacrem nihilominus & promptam: simulque archistratego à Maadeno audita retulit, & à Deo victoriam ipsis certo concessam pronunciat. Collatis itaque signis Persæ terga verterunt, usque Ctesiphontem ad Tigrim hostibus insequentibus. Per eam occasionem Dux quidam Persa infestum Maadenum fugiens, vicinum pagum ingressus ab homine rustico intra propria ædes exceptus est. At ille Maadenum nudum, & arundine dumtaxat armatum conspicatus, Persæ ignaviam exprobrare cæpit, ut qui armatus inermem fugisset. Quin, ajebat, hominem tutè adortus obtruncasti? Cui Persa: cedo mihi, respondit, velum: quod quum emisso telo trajecisset, subdidit, sæpè hoc quem spectasti modo Maadenum illum traiicere nisus fui: is verò tela omnia velut muscas intra manicas excipere ac recondere mihi est visus. Rursus ad Euphratem ab Jezdegerde adversùs Arabas pugnatum est. Sed victo Rege victores Arabes Ctesiphontem occuparunt, regisque thesauros diripuere: familiares & domestici omnes capti abductique fuere. Tertium ad Gaulam prælium commissum est, in quo similiter Persæ superati sunt. Quartum ad montem Mediæ, in quo Persæ penitus prostigati debellatique fuerunt. Hæc quatuor prælia uno eodemque anno confecta sunt. Tot cladibus affectus Jezdegerdes prostratusque, recuperandique regni spe omni amissa, intra Turcorum fines, in Segestanam nimirùm regionem profugiens, quum ibidem quinquennio delituisset, postremum interfectus est. Rursùs in vita Othmani de Jezdegerdis interitu hæc subdit:

ܗܘ̈ܠܐ ܓܒܘ ܚܕܐ ܡܢ ܒܢܘܗܝ ܚܕ̈ܐ
ܠܚܕ̈ܐ ܘܫܕܪܘ ܠܘܬ ܡܠܟ̈ܐ ܕܦܪܣ ܚܕ̈ܐ
ܒܪ ܫܕܪ ܠܘܬ ܡܠܟ̈ܐ ܕܦܪܣ ܗܘ ܐܠܐ
ܚܕ ܡܢ ܒܢܘܗܝ ܕܐܙܕܓܪܕ ܗܘ ܐܠܐ
ܚܫܝ ܒܡܫܚܐ ܘܩܛܠ ܐܢܘܢ ܗܘ ܐܠܐ.

Hic (Othmanus) *Saadum filium suum misit, ut regem Persarum insequeretur. Jezdegerdes verò quinto postquam in Segestana delituerat anno, è latebris egressus Cuphan petiit. Saadus autem in Maruam contendit, postquam totam Persidem subegisset. At Jezdegerdes veritus, ne hosti proderetur, in molendino se abscondit, ubi à quodam Turco interfectus fuit.* Itaque juxta Barhebræum Jezdegerdes, qui anno Christi 632. regnum inierat, cum Hormisda usque ad annum Hegiræ 15. Christi 636. Omari 2. de regno certavit. Hormisda cæso, anno Omari 4. Hegiræ 17. (qui die 23. Januarii anni Christi 638. inchoatus fuit,) cum Saracenis quater confligens postquam victus fuisset, in Segestanam se recepit: ibique per sequentes quinque annos delituit, hoc est, usque ad annum Hegiræ 22. qui die 30. Novembris anni Christi 642. incepit. Tertio autem post anno, hoc est, Græcorum 956. Christi 645. à molendinario cæsus fuit. At Theophanes Jezdegerdis pugnam cum Saracenis anno 639. non 638. commissam testatur: *Hoc anno* (inquit, hoc est, eræ Alexandrinæ 631. Heraclii 30. qui anno Christi 639. respondet:) *Saraceni in Persiam arma & expeditionem movent: manibusque cum Persarum acie collatis superiores evadunt, & Persas universos armorum vi sibi subjiciunt. Persarum verò Rex Hormisdas* (imo Jezdegerdes) *fuga salutem quærens, in interiorem Persiam & in occultiorem regiam, secedit. Saraceni captivas Hormisdæ* (Jezdegerdis) *filias & regium omnem ejus apparatum Umaro obtulerunt.* Elmacinus verò in Histor. Saracen. interitum Jezdegerdis ad annum Hegi-

ræ

ræ 31. collocat, qui die 24. Auguſti anni Chriſti 651. inchoatus fuit. quod & Iſmaël Sciahinſciah in Chronico Arabico confirmat: ubi ait, anno Hegiræ 15. bellum ſub Omaro Saracenos inter & Perſas Jezdegerde regnante exarſiſſe. Anno ſequenti Jezdegerdem victum, ex Halavana, in quam ſeſe receperat, profugiſſe. Anno 17. Huzitarum provinciam à Saracenis occupatam, & Hormizanem Perſarum ducem adactum ſectæ Mahometanæ nomen dare. Anno Hegiræ 21. Pherozanem alterum Perſici exercitus ductorem in Nahavanda ſuperatum, apud Hamdanam occubuiſſe. Anno 22. à Saracenis expugnatas Adorbiganam, Rajam, Gergianam, Kazuinum, Tabreſtanam, & Rihanam.

وفيها غزا الاحنف ابن قيس خراسان وحارب
يزدجرد وافتتح هراة عنوة . ثم سار الى مرو وكتب
يزدجرد الى ملك الترك يستمدّه والى ملك الصغا
والى ملك الصين وانهزم يزدجرد الى بلخ ثم صار
اليه المسلمون فهزموه وعبر يزدجرد نهر جيحون .
ثم ان يزدجرد اختلف هو وعسكره . فانه اقام
بالمقام مع الترك واشار عسكره بمصالحة المسلمين
والدخول فى حكمهم . فابا يزدجرد ذلك .
فطردوه عسكره واخذوا خزائنه . وصار يزدجرد
مع الترك وحاشيته واقام بفرغانه زمن عمر كله
وبقى عسكره فى اماكنهم وصالحوا المسلمين .

Eodem anno (hoc eſt, Hegiræ 17. inquit idem Iſmaël,) *Achnaphus Caiſi filius Choraſanam invaſit, conſertaque cum Jezdegerde manu, Haram vi cepit, dein Maruam verſus arma movit. Jezdegerdes autem quum Turcorum regis & Saphæ, & Sinarum opem per literas imploraſſet, Balacham profugit. Quem Moſulmani* (Saraceni Mahometanæ ſectæ cultores) *inſequuti, Gehonem fluvium tranſmittere coegerunt. Inde Jezdegerdem inter & milites diſſidium natum eſt. Ipſe enim ſuos hortabatur, ut cum Turcis cohabitarent: illi contra pacem cum Moſulmanis facere iiſque ſubeſſe malebant. Quum verò Jezdegerdes minime acquieſceret, ab iiſdem ejectus eſt, ejuſque apparatus univerſus direptus: is verò cum ſuis domeſticis Turcos ſequutus, toto vitæ ſuæ tempore* (hoc eſt, uſque ad annum Hegiræ 31.) *in Phargana commoratus eſt. Milites autem pace cum Moſulmanis inita, ad propria rediere.* Denique de ejus interitu hæc idem Iſmaël ad annum Hegiræ 31. ſubdit.

ذكر مهلك يزدجرد ابن شهريار ابن برويز وهو
اخر ملك الفرس . فى هذه السنة هلك يزدجرد .
وقد اختلف فى ذلك فقيل انه نزل مرو فثار
عليه اهلها وقتلوه . وقيل قامت الترك وقتلوا
اصحابه فهرب يزدجرد الى بيت رجل بنقر الارحا
فقتله واتبع الفرس اثر يزدجرد الى بيت النقار
فضربوا النقار وعذبوه فاقرّ بقتله فقتلوه .

De interitu Jezdegerdis filii Sciahriaris, filii Barvizi (Choſroæ Abruizi,) *qui fuit poſtremus Perſarum rex. Hoc anno periit Jezdegerdes: cujus de exitu non una eſt auctorum ſententia. Alii enim aiunt, eum in Maruam profectum, ibi conſpiratione Maruenſium interfectum fuiſſe. Alii verò ſcribunt, quum Turci in ipſum inſurrexiſſent, ejuſque domeſticos ſuſtuliſſent, Jezdegerdem in domo cujuſdam molendinarii delitescentem, ab eodem cæſum fuiſſe: Perſas verò veſtigia ſui Regis ad illam domum ſequutos, molendinarium quæſtioni ſubjeciſſe, confeſſumque, quod Jezdegerdi necem intuliſſet, morte multaſſe.* Itaque ſecundùm Elmacinum & Iſmaëlem anno Chriſti 651. Jezdegerdes periit. Theophanes, qui anno Chriſti 639. Heraclii 30. amiſſum à Jezdegerde Perſarum regnum refert, quum eundem annos undecim regnaſſe pluribus locis dicat, initium regni ejus ad annum Chriſti 628. confert: quod tamen, ex ſuprà dictis, ſtare nequit, quum eo anno Choſroë cæſo Siroës filius regnare cœperit pluresque poſt ipſum apud Perſas ante Jezdegerdem regnaverint; hunc verò conſtat ante annum 632. nequaquam regnum iniiſſe.

Initium & finis Regni Perſarum.

Jezdegerde ſublato, quem Theophanes ac Cedrenus Hormiſdam appellant, regnum Perſarum corruiſſe, ſcriptores omnes teſtantur. Quo autem

tem id anno contigerit, non una est sententia. Scaliger lib. 3. de emend. temporum, Petavius lib. 3. de Doct. temp. cap. 9. & Calvisius in Isagoge Chronologica Par. 2. cap. 10. ex Haitono in Passagio Terræ Sanctæ cap. 15. & ex Albumasaro astrologo, putant Regnum Persicum die 16. Junii anni Christi 632. desiisse, quo nimirùm Jezdegerdes ex illorum sententia periit. Sed eum plures adhuc annos superstitem fuisse ex supra dictis liquet. Ismaël Siahinsciah fugam Jezdegerdis, & reportatam à Saracenis de eo victoriam anno Hegiræ 16. Christi 637. refert. Theophanes & Cedrenus anno Heraclii 30. Eræ Alexandrinæ 631. Christi 639. Jezdegerde, quem Hormisdam vocant, à Saracenis solio depulso, quum Arabibus subjectum est, Persicum tandem regnum sublatum scribunt. Barhebræus finem illius Regni ad annum Græcorum 956. Christi 645. consignat. Elmacinus verò & ex eo Pagius, ad annum Hegiræ 31. Christi 651. Quum autem ab anno Græcorum 538. juxta Dionem, Agathiam aliosque cœptum fuerit, (quem anno Alexandri Mammææ quarto, Christi 227. Syri respondere affirmant;) inde levi negotio colligitur, quot annis idem Persicum regnum duraverit: nimirùm juxta Scaligerum, Petavium & Calvisium, annos 405. Ex mente Ismaëlis annos 410. Secundùm Theophanem & Cedrenum annos 412. Juxta Barhebræum annos 418. Juxta Pagium (qui illud inchoatum vult anno Christi 226. & anno 651. sublatum) annos 425. Denique secundùm Elmacinum, (qui initium illius anno Christi 227. collocat,) annos 424. Hinc primo Barhebræus rectè ait in Chron. Syr. Par. 1. in vita Alexandri Mammææ: ... *Anno ejus* (Alexandri) *quarto* 1, *hoc est, Græcorum* 538. *Ardaschirus Babechi filius Persis imperavit: cœptumque fuit postremum Persarum regnum, quod Sasanitarum appellatur: duravit autem annos* 418. *donec exorto Arabum regno extinctum est.* Et in vita Omari Chaliphæ. ... *Quinto postquam ibi* (Jezdegerdes) *delituit anno, interfectus fuit. Tùm verò deletum est regnum Persarum, quod Sasanitarum vocatur; cœperat autem auctore Ardaschiro* (Artaxare) *Babechi filio anno Græcorum* 538. *desiitque anno* 956. *Græcorum.* Secundò Amrus refellitur, qui in vita Jesujabi hæc de Jezdegerde annisque Persici regni scribit. *Deinde regnum Persarum* (Textum Arabicum retuli suprà pag. 108.) *tenuit Jezdegerdes, cui in cœlum aliquando suspicienti visa est* 2 *hasta ab austro in aquilonem ver-*

1 *Anno ejus* 1

2

NOTA.

1 *Anno Alexandri quarto, Græcorum* 538. Ita emendavi duplicem amanuensis errorem, qui pro quarto *tertium*, & pro 538. *quingentesimum quadragesimum secundum* oscitanter scripsit, ipso Barhebræo reluctante, qui summam *annorum* 418. colligit, quique in altero loco annum Græcorum 538. diserte posuit.

2 *Visa est hasta.* Dionysius Jacobitarum Patriarcha in Chronico Syriaco ad annum Græcorum 937. Christi 626. *Visus est*, inquit, *cometa in trabis formam, Arabum prænuncians imperium.* Sed eo anno nondum Jezdegerdes inauguratus fuerat. Quare Theophani ac Cedreno magis assentior, id portentum anno Heraclii 23. Christi 632. referentibus: quibus & Barhebræus consonat, dum initio regni Jezdegerdici illum cometam per 30. dies visum scribit.

vergens, & ab oriente uſque ad occaſum porrecta: idque ſpatio quinque ſupra triginta dierum. Ferunt Arabum regnum per ea tempora exortum eo monſtro indicatum fuiſſe. Duravit autem Perſarum regnum annos quadringentos octoginta: (In alio exemplari, annos 385.) Nam in nulla Auctorum ſententia id Regnum plus annis 425. & minus annis 405. duravit. Tertio denique confutatur Iſmael Schiahinſciah, qui in Præfatione Chronici cap. 3. de Regni Perſici initio ac duratione ſcriptoribus omnibus & ſibi ipſi quoque repugnat. Ait enim: فاما اردشير ابن بابك فبين ملكه وبين الاسكندر خمسماية واثنتا عشرة سنة تقريبا. وبينه وبين الهجرة اربعماية واثنتان وعشرون سنة.

At verò inter regnum Ardaſciri Babechi filii, & Alexandri, fluxere anni circiter quingenti duodecim. Ipſum autem inter & Hegiram anni ſunt quadringenti viginti duo. Atqui nec prima aſſertionis Iſmaëlis pars vera eſt, nec altera: non prima, quia conſtat, regnum Perſicum anno Græcorum 538. cœptum fuiſſe: non altera, quia ſi anno Græcorum 538. (qui erat Chriſti 227.) addantur anni 422. quot ad Hegiram uſque fluxiſſe dicuntur, ſequeretur initium Hegiræ ab anno Chriſti 649. deſumi; quod nemo dixerit.

Nunc ſtatutâ, quantum fieri potuit, Regum Perſarum Chronologiâ, ad id, unde oratio deflexit, calamum reduco.

Babæus Patriarcha.

II. Babæi geſta ex Amro.

BABÆI Patriarchæ, quem ab anno Chriſti 498. ad annum 503. ſediſſe dixi, res geſtas in hæc verba deſcribit Amrus. بابای كان شيخا كبيرا خيرا تقيا حسن الامانة والديانة من اهل المدائن ولما اجتمع الابا للاختيار لم يوافق بعضهم بعض على اختيار واحد معين وصار كلمن يريد المرتبة لنفسه وطال الكلام بينهم حتى ضجروا. فعند ذلك وقع الاتفاق على عمل الصلاة بقلى واحد ويطلبون من المسيح ان يقيم من يختار على رعاية بيعته وبينما هم يصلون سمعوا صوت هاتف ينادى ان القطركه لبابى الشيخ الفاضل. فاجتمع الابا والمومنين على اختياره فامتنع عليهم واصر على الامتناع. فاخذوه قسرا واساموه قهرا وهو لابس بيرون اخضر وذلك فى السنة الرابعة لزاماسف ملك الفرس وهى سنة تسع وثمانماية ومن بعد ما اسم جمع الابا وعمل منهاذوما وابطل الحروم التى كانت بين بابوى وبرصوما واتفاق وامر ان يتزوج خدم البيعة سايرهم ولا يكون بغير زوجه وهو بين العالم ليحفظ نفسه من الوقوع فى الخطية ويكون لكل واحد امراة واحدة ظاهرا جليا كامر الناموس. وفى ايامه كان القديس ابراهيم الكبير وهو من اهل كشكر. وامر ان يجمع الابا الى عند الجاثليق فطركم فى تشرين الثانى كل اربعة سنين مرة واحدة للنظر فى امور البيعة وما يحتاج اليه فى مصالحها. وساله زاماسف ملك الفرس يوما وقد دخل اليه مع سموى قرابته وقال له. الاجسام تزول الى الجيفة والتراب فلماذا تكرمون عظام موتاكم وتعظمونها ولا تطرحونها فى النار مثل المجوس. فقال له نعلم ان اجسام الناس تبطل وتصير الى البلى والتراب. ولكنا نعتقد عودتها بحسن وبهاء احسن مما كانت عليه. وهكذا علمنا من كتب ديننا ان الاجساد تقوم وينبعث الناس كلهم فى طرفة عين ويصيرون غير مايتين وكما قدم المسيح من بين الاموات كذا نقوم نحن وكما ان الحبة تموت فى الارض وينبت حسنها ثم تفرع وتظهر افضل مما كانت عليه هكذا بنو ادم وان لم يصح لك تصديق ما قلته فكر فى ابتدا خلق الانسان وانه من نطفة ماء يحصل فى ظلمة الاحشا ثم تصير له عظام وعروق واعضا ويخرج بعد تسعة اشهر بصورة تامة بهذه الصورة. فاعجب زاماسف ملك الفرس ما سمعه منه وخرج من عنده مسرورا فرحا. واستقامت الامور لبابای وكانت رياسته خمس سنين واستراح ودفن بالمدائن.

Babæus quum Patriarcha eſt inaugu-

ratus, devexa in senium ætate erat, vir cætera bonus, pius, fide & religione insignis, ex urbe Modaina oriundus, habebatque uxorem & filios. Quum autem Patres ad electionem convenissent, & singuli primatum ambirent, & idcirco electio longius protraheretur, tandem morarum pertæsi, decreverunt communem ab universa Synodo fieri ad Christum supplicationem, ut ipse quem suæ Ecclesiæ præficiendum vellet, designaret. Illis ergo orantibus vox audita est, quæ pium senem Babæum Patriarcham proclamabat. Quamobrem Patrum & fidelium omnium consensu idem electus, quum unus ipse resisteret, invitus ad ordinationem adactus est, quam pallio
1 *viridi tectus suscepit anno* 2 *quarto Zamasphæ regis Persarum, anno scilicet nono suprà octingentesimum. Per hunc modum Babæus ecclesiastici regiminis potitus, Synodum Episcoporum convocavit, in qua sublatis censuris à Babuæo, Barsuma & Acacio latis, sanxit, ut Ecclesiæ ministri universi nuberent, neve quisquam in posterum cælibatum in sæculari conversatione coleret: ne videlicet in peccatum prolaberetur: haberentque singuli propriam uxorem palàm & publicè secundùm legis præscriptum. Ejus ætate Abrahamus magnus Cascarensis inclaruit. Babæus verò in memorata Synodo constituit, ut Patres ad suum Catholicum Patriarcham quolibet quadriennio semel mense Novembri venirent, de rebus Ecclesiasticis cum illo tractaturi. Rogavit aliquando Babæum Rex Persarum Zamasaphes, quum scilicet ipsum adiit unàcum Mesve* 3 *affine suo. Quandoquidem, ajebat, corpora corrumpuntur & in cinerem abeunt, quare vos vestrorum mortuorum ossa honoratis atque magnificitis, neque ea Magorum more flammis traditis? Cui Babæus: Nos* 4 *quidem, respondit, humana corpora corrumpi & in pulverem reduci sat novimus: credimus tamen eadem cum longè ampliori claritate & gloria quandoque revictura. Hoc enim nos docent religionis nostræ scripturæ: corpora nempe omnia surrectura, omnesque homines esse suscitandos in ictu oculi, & immortalitatem induturos: & sicut Christus à mortuis resurrexit, ita & nos resurrecturos: & quemadmodum granum frumenti in terram jactum, ibidem moritur, & omnem speciem amittit, tùm verò germinat, & speciosiorem formam induit; ita & filios Adæ post mortem aliquando ad vitam redituros. Sique adhuc dubitas, cogita principium generationis humanæ: quomodo scilicet ex limphæ gutta inter tenebras materni sinus concrescit homo: deinde ossibus, nervis membrisque compingitur, atque post novem menses in hac, quam videmus, pulcherrima specie producitur. Babæi orationem sibi vehementer arrisisse Zamasaphes Rex significavit, illeque ab eo congressu lætus discessit, rebus exinde*

3 4

NOTÆ.

1 *Pallio viridi*. Vestis Pontificia, quæ recens consecratus induitur, Syris حمنطا *Biruna* dicitur, unde Arabicum بيرون *Birun*. Est autem instar Phenolii Græcorum, sed ante pectus ad talos usque aperta in modum Pluvialis Latini: de qua vide Morinum in Adnotat. in Syrorum Ordinationes num. 95. pag. 501. Ejusdem Pallii colores diligenter ab Amro notantur: videlicet, ابيض *Albus*, اخضر *Viridis*, احمر *Rubeus*, وردى *Roseus*, بنفسجى *Violaceus*, ازرق *Cæruleus*, اصفر *Flavus*, زعفرانى *Ferrugineus*, نارنجى *Citrinus*, &c. Quo verò unusquisque Patriarcha colore usus fuerit, ex eodem Amro alibi adnotabitur.

2 *Anno quarto Zamasaphæ, Græcorum* 809. Fallitur Amrus: Nam Zamasphes ex suprà dictis regnum iniit anno Græcorum 809. Christi 498. abdicavitque anno Christi 501. Primus igitur Zamasphæ annus, non quartus in Græcorum annum 809. confertur.

3 *Mesve*. Alius fuit à Joanne Mesve celeberrimo medico, qui claruit circa annum Christi 826. Vide Tom. 2. pag. 436.

4 *Nos quidem*. Hæc oratio, quam Amrus Babæo tribuit, ad Mesve medicum in aliis exemplaribus refertur.

inde ipsi prosperè succedentibus. Sedit annos quinque, mortuusque 1 *in urbe Modaina sepultus fuit.* Hæc Amrus, impii illius sacrorum canonum violatoris laudator potiùs, quàm rerum gestarum narrator.

Eadem de tempore quo Babæus sedisse dicitur, deque facta ab impuro Catholico Clericis omnibus nubendi potestate Barhebræus in Chron. Syr. Par. 3. ܒܒܝ ܒܝܫ ܩܕܡ ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܐܟܝܠ ܙܒܢܐ ܥܡ ܫܠܝܚܘܬܗ ܘܒܢܝܗ ܘܒܢܬܗ ܘܐܬܬܗ ܘܟܠ ܒܝܬܗ ܘܟܠ ܡܢ ܕܒܝܬܗ ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡ ܘܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡ ܕܒܝܬ ܪܘܡܝ ܘܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡ ܕܒܝܬ ܦܪܣ ܘܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡ ܕܒܝܬ ܐܪܒ ܘܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡ ܕܒܝܬ ܛܝܠ ܘܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡ ܕܒܝܬ ܓܪܡܩ

bis Metropolita. Decrevit hæc Synodus matrimonia cum una dumtaxat femina ad procreationem prolis celebranda, omniaque quæ inter Barſumam & Acacium interceſſerant, & mutuas epiſtolas actaque cætera caſſavit, pacemque inſtaurare volens interdixit, ne quis quam antea tenuerat ſententiam in hac parte in poſterum tueretur. Præcepit itidem, ut omnes Throno Seleucienſi, qui in Coche eſt, & Mar Babæo Catholico parerent: hujus verò Canonis tranſgreſſorem redarguendum eſſe dixit. Sin verò in ſua contumacia perſtiterit, noverit nullam ſe inter fratres partem in poſterum habiturum. Præterea ſtatuit, ut Epiſcoporum apud ſuos Metropolitas conventus non bis, ut anteà fiebat, ſed ſemel dumtaxat quolibet anno haberetur. Similiter & altera, quæ apud Patriarcham fieri conſueverat Synodus ſemel quolibet biennio, ad quadriennium protraheretur ad menſem Octobrem, niſi aliqua neceſſitas Patriarcham cogeret Epiſcopos convocare. Quodſi eo tempore contingat aliquem Epiſcopum ægritudine aut quavis alia cauſa impediri, Clericum teneatur mittere, qui in Synodo ejus vices gerat habeatque ſuæ miſſionis ſyngraphum. Qui verò ſchiſmatis tempore inter Sedes Epiſcopales orti Epiſcopus ordinatus eſt, ſi ei quidem diœceſani conſenſerint, ſubſcriptas ab ipſis præſentibus literas proferat, abſentiumque vicem producti deputationis teſtimoniis præſentes impleant.

Elias Damaſcenus, Neſtorianus Epiſcopus in Nomocanone, quem Arabicè edidit (Cod. 37. Tom. cit. pag. 507.) eam Synodum anno Zamaſphæ Perſarum Regis ſecundo habitam refert, cauſamque illius cogendæ hanc fuiſſe memorat: ut ſcilicet nuptiæ Catholico, Epiſcopis, ſacerdotibus & monachis permitterentur.

فلما كان فى السنة الثانية من ملك جاماسب والخاثليق يومئذ مار بابى اجتمع اليه المطارنة والاساقفة لامر الملك اياه بجمعهم وحثهم على الاتفاق فى الاذن لجميع ما فى ملطانهم من الرهبة فى التزويج الحلال وطلب الولد ويكثير النسل . وسنّوا ان يودن للخاثليق فى دونه من الكهنة والرهبة فى تزويج امراة واحدة وطلب ولدها على ما جا فى الكتب والسنّة وعملوا لما سنّته الابا الاطهار واوجبت من توقير الخاثليق الذى يكون ببيعة كوخى والخضوع له الخ وعملوا لما سنّت الابا الاولون من اجتماع اساقفة كل سقع الى مطرانهم مرتين فى كل سنة وزادوا فيها سنّوا من اجتماع المطارنة وغيرهم الى الخاثليق فى سنتين مرة واحدة ان يكون اجتماعهم فى كل اربع سنين مرة واحدة فى تشرين الاول الخ وكتبوا بهذا وغيره مما سنّوا واتفقوا عليه كتابًا اثبتوا فيه اسامهم وختموه بخواتيمهم .

Anno 1 *ſecundo Giamaſabæ regis Catholicus, qui eodem tempore Eccleſiæ præerat, Babæus Metropolitanorum atque Epiſcoporum Synodum habuit facultate accepta à Rege illos convocandi: iiſque perſuaſit, ut univerſis ſub ſua juriſdictione degentibus monachis legitimas nuptias permitterent liberoſque procreare ſinerent. Conſtituerunt itaque ut Catholico & inferioribus ſacerdotibus atque monachis unicam uxorem ducere & liberis operam dare ſecundum ſcripturas & legem in poſterum concederetur. Rursùs confirmarunt ſanctorum Patrum decreta ſtatuentia debitam Catholico in Eccleſia Cochenſi præſidenti obedientiam & honorem &c. Confirmavere præterea quæ antiqui Patres decreverunt de Synodo ab Epiſcopis omnium locorum apud proprium Metropolitam ſingulis annis* 2 *bis habenda. Synodum verò à Metropolitis apud Catholicum haben-* 1 2

NOTÆ.

1 *Anno ſecundo Giamaſabæ regis.* Ita Zamaſphem vocat Elias. Ex quo loco colligitur Conciliabulum Babæi anno Chriſti 499. habitum: Zamaſphes enim ex ſupradictis anno 498. Rex inauguratus fuit. Amri præteréa mendum corrigitur ſcribentis, Babæum *anno Zamaſphæ quarto* Patriarchalem dignitatem iniiſſe.

2 *Singulis annis bis habenda.* Deeſt aliquid apud Eliam. Nam in Babæi Conciliabulo (ut ex Synodici ſupra relatis verbis apparet,) decretum fuit, ut Epiſcoporum con-

hendam, quam veteres quovis biennio semel cogendam statuerant, ad quadriennium prorogarunt & mensi Octobri affixerunt, &c. Hæc & alia decreta communi suffragio recepta & in unum volumen redacta suis singuli subscriptionibus & sigillis firmarunt.

CAPUT VII.

Job Monachus.

I. Job monachi ætas & commentaria.

JOB monachus Nestorianus Abrahæ Cascarensis discipulus, sub Mar Aba, Josepho, Ezechiele, & Jesujabo Arzunita sectæ Nestorianæ Patriarchis ab anno Christi 550. ad annum 580. innotuit. Ascetica Abrahæ Netphareni opera, nec non Regulas à cognomine Abrahamo præceptore suo editas, Persicè interpretatus est, teste Amro, qui in vita Mar Abæ de eodem Job, deque Abraham Cascarensi hæc tradit.

وفى ايامه كان ابراهيم الكشكراني الراهب وكان فيلسوفًا عالمًا زاهدًا وفى ايامه عرفت قوانين الرهبنة فى بلد الفرس وخالف بين زى الرهبان والهراطقة وطكس الاحمار والقلالى وكانت من قبل كالديارات واقام فى مغارة فى بلد حزة مدة وقصد بيت المقدس ولقى القديسين بمصر وعاد واقام مكانه الاول ثلثين سنة يقتات الخبز اليسير مع البقل وقصد الجزيرة يعنى بلاد الشمال وثلة اهلها ونقلهم من عبادة الاصنام بعد ان لقى منهم العذاب الكبير وبالايات اعادهم وردهم وبنى عدة بيع وكتب كتبًا فى تدبير الرهبنة ومات بجزة وسرق تابوته ليزاد ودفن فى قريته وجعل ايوب ثلثين مغارته عمرًا ويعرف الى الان بعمر ايوب. وكان ايوب هذا من اهل مدينة اردشير وكان له اب كثير المال والمتجر وله بهارستان. ولما اعتل ايوب هذا افكر فى الدنيا فنظر تطليقها فعوفى فقصد ابراهيم وتسقر عنده وعرف طقوس الرهبنة وقصد عمر مار ابراهيم النتغرايى وترجم ميامر مار ابراهيم هذا وقوانين مار ابراهيم الكشكرى من السريانى الى الفارسى واجتمع اليه رهبان بعد موت رفقته اشعيا واليشع الذين علماه طقوس الرهبنة قديمًا وابرا عدة مرضى قبل موته ولما كشف له من الله ان وفاته قد دنت اشعر الناس بالحضور هنا فى الوقت من غير ان يعرفهم الحال وكان يوم الاربعة اخر شباط مار الیا فى الاحد الذى قبل هذا اكل مع الرهبان بعد الوازين وباركهم ومضى الى قلايته. ولما حضر الناس يوم الاربعة وقفوا على باب كوخه ثلث ساعات وصعدوا الى القلاية فوجدوه ملفوفًا مطروحًا قدام الصليب.

Diebus ejus, (hoc est, Mar Abæ) floruit Abraham Cascarensis monachus, philosophicis scientiis, & virtutibus asceticis conspicuus, cujus tempore Regulæ monastices in Perside innotuere. Hic enim discrimen posuit monachorum inter 1 *habitum & hæretico-*

conventus, qui apud Metropolitanum quolibet anno bis anteà fiebat, semel dumtaxat in posterum haberetur.

1 *Monachorum inter habitum & hæreticorum.* Barhebræus in vita *Barbasemini* seù Barbasimæ Episcopi Seleuciæ ac martyris, refert, eum præcepisse, ut Episcopi, Clerici & monachi habitum mutarent declinandæ persecutionis causa. *Postea verò*, inquit, *quum persecutio cessasset, Orientsque Nestorianismo infectus esset, cum habitu etiam fides mutata fuit, & qui vestimentorum formam abjecerant, pristinum sacrum schema resumere recusarunt, quo potissimùm Antoniani monachi apud cæteras Christianorum gentes discernuntur.* Margensis citatus supra pag. 93. de hoc Abrahamo Cascarensi differens, illum scribit *ex eremo Scetensi in Assyriam regressum, ascetiæ vitæ schema seù monasticum habitum, quo ibi indutus fuerat, suis alumnis restituisse, atque instar coronæ præcepisse eorum discipulorum caput tonderi, qui sacrum hujusmodi institutum amplecterentur.* Id & Amrus fatetur non hoc solum loco, quem modò describimus, sed etiam in vita Babæi, ubi ait, *ipsum primum fuisse, qui tonsuram præscripsit, hominisque habitum mutari jussit:* quum scilicet monasticam vitam profitetur. Vide suprà hoc tom. pag. 155. Ex his constat Nestorianos, non Jacobitas aut alios Orientales monasticum schema abjecisse. Amrus itaque calumniosè Jacobitas traducit, quum ait, *Abrahamum monachorum inter & hæreticorum habitum discrimen posuisse:* non enim inter Nestorianos & Jacobitas monachos ille discrimen posuit, sed inter monachos Nestorianos & laicos ejusdem sectæ: & quidem per schema, quod ab ipsis monachis Ægyptiis, Jacobiticæ sectæ sociis ac fautoribus, acceperat.

ticorum: cœnobia præterea cellasque ordinavit, quæ olim instar communium *ædium erant. Quum autem in spelunca quadam in regione Hazæ aliquandiù habitasset, Hierosolymam petiit, inde sanctos in Ægypto visitavit: demum in pristinum locum suum regressus, ibi triginta annos commoratus est, modico pane oleribusque vitam sustentans. Denique in boreales terras progressus, incolas ab idolorum cultu ad Christianam fidem adduxit, postquam multa ab iis populis supplicia passus fuisset, doctrinamque suam editis miraculis confirmasset. Porrò multas exstruxit ecclesias, librumque conscripsit de monastico regimine, mortuusque est in Haza. Cadaver in arca inclusum noctu surreptum fuit, & in oppidum ejus* (Cascaram) *deportatum. Jobus ejusdem discipulus speluncam ipsius in cœnobium convertit, quod etiamnum cœnobium Jobi appellatur. Hic autem Jobus ex Ardasciro urbe oriundus, patrem habuit mercatorem admodum locupletem, qui Xenodochium exstruxerat. Quumque in morbum aliquando incidisset, sæculi vanitatem contemplatus, ei se abrenunciaturum vovit, ubi convaluisset. Itaque recuperata valetudine, Abrahamum adiit, apud quem tonsuram accipiens, regulas monasticæ vitæ didicit. Tùm cœnobium sancti Abrahami Netpharensis petiit, & hujus Abrahæ sermones, nec non regulas sancti Abrahæ Cascarensis è Syriaco in Persicum sermonem transtulit. Convenere porrò ad eum plures monachi post obitum Esaiæ & Elisæi sociorum, à quibus institutum monasticum olim didicerat: multosque infirmos ante obitum curavit. Quumque mortem sibi instare à Deo accepisset, homines confestim adesse jussit, causam retiçens. Erat autem* (quando is obiit,) *feria quarta postremæ hebdomadæ sancti Eliæ. Dominico verò die ante hanc feriam cum monachis post Liturgiam convescens, eisque bona apprecans, in cellam suam recedit. Feria autem quarta quum illi ad januam ejus cellæ tres horas substitissent, cellam demum ingressi, invenerunt eum provolutum & coram Cruce prostratum.* Hæc Amrus, miracula divinasque revelationes monachis suis Nestorianis de more affingens.

Ejusdem Jobi meminit idem Amrus in vita Jesujabi Arzunitæ Patriarchæ, ubi eum المفسّر *Commentatorem*, ipsiusque Jesujabi competitorem vocat. Verba ejus suprà retuli pag. 109.

CAPUT VIII.

Joseph Patriarcha.

I. Josephi gesta ex Amro.

JOSEPHUS ex medico post Mar-Abæ obitum an. Græcorum 863. Christi 552. in Patriarcham Nestorianorum electus, tertio post anno depositus, obiit an. Græcorum 878. Christi 567. quum duodecim ab ejus depositione annis Sedes vacasset, ut refert Amrus in hæc verba. يوسف المقدّس كان يفهم الطب وتعلّمه فى بلد اليونانيين فاقام بها فى دير هناك واتصل بموزبان كان بهـا ووصف لانوشروان عند علته وحضر وعوفى على يديه واختدع النـاس بظهارة. ولما استتاح مار ابا عقدت له الفطركة باذن انوشروان وعمل فى السنة الثانية لقعوده اثنى وعشرين قانونًا ودبّر الامر ثلث سنين. وتغيّر واعتضد بموزبان كسرى وطرد الاساقفة وشد القسان على المعـالـف فكان يمتهنهم ويعتمد صرفهم وحبس القديس شمعون اسقف الانبار ومع طول المدّة اتخذ الاسقف لنفسه مذبحًا فى الحبس ليقدّس عليه. فدخل يوسف وداس القربان ومات الاسقف فى حبسه. وصرف اسقف الروابى عن كرسيه يعنى اسقف النعمانية وكان هذا يعرف الطب واللغة الفارسية فتوصّل الى الملك وخف على قلبه وقصده مـار مـالخ اسقف داربحرد فنجز له كتاب الملك بالصيانة. فصعب ذلك على يوسف وخرّق الكتـاب. ولما سمع هذا اهل فارس قطعوا خطبته ولما تزايدت قبايحه منها شهادته على المومنين بالزور وانـه

مرق

مزق من خزانة الملك عقدًا جليلًا اجتمع الابا
والمومنين وراسلوه فامتهن رسالتهم فتقدم الملك
لمحاكمته فامتنع احتجاجًا بانه جاثليق وحرمه
الابا الحاضرون باجتماع الغايبين ولم يلتفت اليهم
وكان يحيم ويقدس. وشكوا امره الى الملك وضرب
نرمى النصيبى للملك فى معناه مثلاً بان ملكًا
وهب لبعض المساكين فيلا فلما صار الى داره
وفكر فى مونته استغنى الملك منه. فعلم الملك
ما اراد المثل واعلمه من يوسف الجاثليق.
وكانت مدته خمسة عشر سنة.

Josephus dejectus. Hic medicinam callebat, quam in Græcorum ditione didicerat. Nisibin autem regressus; ibique in quodam monasterio commoratus, in Marzabani cujusdam gratiam se insinuavit, cujus operâ ad Chosroëm *Anuscervanum adductus, morbum quo Rex laborabat, depulit. Externa itaque probitatis, quam præseferebat, specie homines decipiens, in Mar Abæ defuncti locum, Anuscervano suffragante, Patriarcha subrogatur, annoque postquam Sedem inierat secundo canones duos suprà viginti condidit. Quum autem ecclesiam triennio rexisset, animum & mores mutavit, atque Marzabani Chosroæ favore suffultus, episcopos expulit, Presbyteros* 1 *præsepibus alligavit, & utrosque vexare eorumque perniciem*

ضمعون امتلأ الانبار واتى عليه الحميص الكبير
ولم يمكنه ان يخرج ليتقرب فوقف فى الحبس
وقد اعد له خبزا وخمرا ليقدس ويتقرب فعلم
به ودخل السيه وبدد ما كان عنده.

Ejus (hoc est, Chosroæ) *diebus accidit in regione Persarum mors, qualis nunquam antea visa fuerat, ita ut provinciæ penitus desolatæ fuerint: duravitque usque ad Josephi obitum, qui nihilominus pravo regimini insistens, Episcopos & Sacerdotes vexare pervexit, eo sævitiæ progressus, ut Simeonem Anbarensem Episcopum in carcerem conjecerit. Is verò quum feria quinta majoris hebdomadæ esset, nec inde ad communionem percipiendam exire posset, panem & vinum in carcere præparavit, ut sacrum faceret & Eucharistiam sumeret. Quod ubi Josephus rescivit, illuc ingressus, oblata in terram projecit.*

& ruinam moliri exorsus est. Quumque S. Simeonem Episcopum Anbarensem in carcerem conjecisset, illeque aliquandiu post sibi 2 *altare in carcere liturgiam celebrandi causa construxisset, illuc ingressus Josephus, oblationem pedibus protrivit, & Episcopum ibidem usque ad finem vitæ detinuit. Episcopum prætereà Zabarum, hoc est, Naamaniæ, è throno dejecit: qui quum medicæ artis atque Persicæ linguæ peritus esset, supplex ad Regem appellavit, utque eo gravamine relevaretur, impetravit: eâdemque viâ Mar Malechus Episcopus Darebgerdensis à Rege pro sua incolumitate diploma obtinuit. Quod Josephus ægerrimè ferens, diploma illud conscidit. Percrebescente verò tot malorum fama apud Persas, Josephi nomen è sacris officiis expunctum fuit. Quum autem ille nihilominus in suis sceleribus persisteret, & flagitia flagitiis accumularet, (accusabatur quippe, quod adversùs fideles falsum testimonium dixisset, quodque ex regio thesauro pretiosissimum monile surripuisset:) Patres & fideles congregati, scriptâ ad eum epistola conquesti sunt. At querelas ille Synodique auctoritatem contempsit. Ad Regem itaque illum ut causam diceret, appellarunt. Respondit se Catholicum* 3 *esse. Postremò quum*

NOTÆ.

1 *Presbyteros præsepibus alligavit.* Barhebræus Par. 3. Chr. Syr. ܗܘ ܕܐܬܐ ܠܟܘܪܣܝ ܩܫܝܫܐ ܘܐܣܪ ܐܢܘܢ ܒܐܘܪܘܐ ܕܡܫܟܐ ܘܐܣܪ ܐܢܘܢ ܒܐܘܪܘܐ ܕܡܫܟܐ ܘܐܣܪ ܐܢܘܢ ܒܐܘܪܘܐ ܕܡܫܟܐ ܘܐܣܪ ܐܢܘܢ ܒܐܘܪܘܐ ܕܡܫܟܐ

Quum eum (Josephum) *quidam ex vulgo adiret, ille ministris suis præcipiebat, ut hominem præsepi alligarent, ejusque capiti capistrum tamquam asino imponerent.*

2 *Altare in carcere.* Amri interpolator flagitia Josephi describit in hæc verba. وفى ايامه حدث فى بلاد الفرس موتان لم يرمثله
حتى خلت البلاد جمله ودام ذلك الى ان مات
يوسف كل هذا وهو ومرتكبًا لسو التدبير واهانة
الاساقفة والكهنة والاساة اليهم حتى انه حبس

3 *Respondit se Catholicum esse.* Hinc, ut arbitror, originem habet confictum illud

quum à Synodo communione eccleſiaſtica privatus, contempto Patrum judicio ordinationes facere & liturgiam celebrare pergeret, ejus cauſam ad Regem detulere: qua occaſione Narſes 1 *Niſibenus de Joſepho hanc parabolam intulit. Rex quidam pauperi cuidam elephantem dono dedit. Quum verò ad pauperis ædes elephas ductus eas intrare nequiret, beſtiam prætereà pauper alere ſe poſſe deſperaret, Regem conſuluit, à quo relevari eo ſe onere etiam atque etiam rogavit. Intellexit ſtatim Rex parabolæ ſenſum, ſimulque ut Joſephum Catholicum amoverent, conceſſit. Sedit autem Joſephus annos quindecim.*

Hinc Amri interpolator rejicitur, qui duodecim univerſim annos Joſepho tribuit. فاجتمع الابا والمومنون واسقطوه من جميع درج الكهنوت وبقى بعد ذلك تسع سنين ومات ودفن بالانبار وكانت مدته اثنى عشر سنة. *Convenerunt*, inquit, *Patres & fideles, eumque* (hoc eſt, Joſephum) *omni ſacerdotii gradu amoverunt. Vixit autem poſthæc annos* 2 *novem, mortuuſque, Anbaræ ſepultus fuit, quum annos duodecim ſedisſet.* Atqui Ezechiel Joſephi ſucceſſor juxta eundem anno Græcorum 878. Sedem iniit, neque hæc poſt ejuſdem Joſephi obitum vacaſſe dicitur. Quindecim igitur annis, non duodecim Joſephus Neſtorianis præfuit: quot ſcilicet ab anno 863. ad annum 878. efluxere.

II. Ejuſdem Synodus.

Synodi à Joſepho habitæ meminit Sobenſis in Catalogo ſuprà pag. 279. De eadem hæc Elias Damaſcenus. ولما استشهد مارابا صلواته تحفظنا اجتمعوا للجثالقة بعده رجل يقال له يوسف. فدبّر الجثالقة تدبير السلطان فى الغلظة والشدة والضرب والحبس ونحو ذلك مما لا يجوز فى النصرانية. فلما تثبت امره بعد وفاته جمع امما الجثالقة الماضيين وكان المطارنة والاساقفة اجتمعوا اليه مرّة بعد اخرى وسنة بعد سنة سالوه ان يعدد ذكر سنى الابا المغربيين والمشرقيين ويكتب بها كتابًا كما كان جثالقة المشرق قبله يفعلون ليقفوا عليها اجمعون وياخذوا بها ولا تدوس وتعطل. فاجابهم الى ذلك وسنّ سننًا لم يجاوز فيها شيئًا مما سنّ اوليك الابا المباركون. فسنته مقبولة اذ كانت موافقة لسنتهم وان كان على غير طريقهم. *Quum martyrio coronatus obiiſſet Mar Aba, cujus, oro, preces nos cuſtodiant, eidem ſuffectus eſt quidam Joſephus, qui Epiſcopatum in tyrannidem vertit, & in ſubditos ſuos inſolentiſſimè debacchatus eſt uſque ad verbera & vincula, chriſtianæ manſuetudinis atque modeſtiæ prorſus oblitus. Ejus tamen nomen poſt obitum è catalogo reliquorum Patriarcharum, quem ipſe compoſuit, minimè expunctum fuit. Quum verò Metropolitæ & Epiſcopi ad ipſum ſæpius convenisſent, eumque rogaſſent, ut canones Patrum Occidentalium atque Orientalium confirmaret, & pro more præceſſorum ſuorum Catholicorum in unum codicem contraheret, quem univerſi apud ſe haberent & ſequerentur: ne videlicet conculcarentur eccleſiaſticæ leges*



Congregati Epiſcopi eum quidem depoſuerunt: verùm præ timore Regis neminem in ejus locum ſubrogarunt, donec tertio poſt depoſitionem anno mortuus eſt. Sed haud dubium, quin pro ـح legendum ſit ـحـ, hoc eſt, anno duodecimo;

Catholici Seleucienſis privilegium, *ut neque ab Orientalibus judicari poſſit, neque ad Occidentales ejus cauſa deferatur, ſed judicium illius Chriſto dumtaxat reſervetur.* Vide ſuprà hoc tom. pag. 58.

1 *Narſes Niſibenus.* In altero codice, quo Tom. 2. pag. 413. uſus ſum, pro نرسى *Narſe*, legitur موشى *Moſes*. Parabolam verò elephantis habet & Amri interpolator, ſed fuſiùs diſertiuſque deſcriptam.

2 *Annos novem.* Barhebræus tertio poſt dejectionem anno Joſephum periiſſe ſcribit.

leges & in oblivionem abirent; annuit ille, atque canones condidit canonibus à benedictis illis Patribus ſtatutis omninò conſentaneos. Quo circa Joſephi canones recepti ſunt, utpote prædictorum Patrum legibus conformes, etſi ipſe ab eorum moribus oppido quantum diſcreparet.

Duos ſuprà viginti canones ejuſdem Synodi loco ſuprà citato recenſet Amrus. Verùm in Synodico tres ſuprà viginti habentur, quibus Præfatio hæc præmittitur. قوانين يوسف الجاثليق وهى ثلثة وعشرون قانونًا. كان مار ابا مذب البيعة وعلى عادة الشيطان نصب له قوما اكفروا الكلام فيه وحصل فى الاعتقال والاسر ومات واضطربت احوال البيعة فكتب مار يوسف هذا الى الاساقفة ليجتمعوا على تجديد القوانين. وقبل تجديدها اجتمعوا على ثلاثة الاقانيم ووحدانية الجوهر وبالاتحاد البنوى مع بقا الجوهرين والقنومين. فبعد الاتحاد يقال مسيح واحد وابن واحد ولا يقال جوهر واحد ولا قنوم واحد.

Canones Joſephi Catholici viginti tres. Poſtquam Mar Aba rem eccleſiaſticam optimè conſtituiſſet, conſueta Diaboli fraude aſtuque factum eſt, ut quidam perverſi homines adversùs Patriarcham inſurgerent, confictiſque criminibus oppreſſum, in carcerem & vincula, in quibus etiam deceſſit, detrudi curarent. Propterea perturbato eccleſiæ ſtatu, Joſephus ut canones reſtitueret, epiſcopos ad Synodum convocavit, in qua in eam fidei confeſſionem univerſi conſenſere, ut videlicet tres in Deo perſonas & unicam ſubſtantiam prædicarent, necnon Filii unionem manentibus duabus ſubſtantiis & perſonis: poſt Unionem autem unicum Chriſtum & unicum Filium dici oportere, neque unam ſubſtantiam, aut unam perſonam. Ad calcem verò de Patribus, qui in eo conciliabulo adfuere, hæc Synodi collector adnotat. وحضر هذه السنهودس عدة من الابا ومنهم فولوس مطران نصيبين فى عدد من حضر وذكر الرتب وان رتبة نصيبين الثانية.

Interfuere huic Synodo complures Patres, quos inter Paulus Niſibis metropolita: decretuſque fuit Sedium ordo, utque Niſibenus thronus ſecundas obtineret.

III. Epiſtolæ quædam, & ſeries Epiſcoporum Seleucienſium Joſepho tributæ.

Barhebræus in vita Papæ epiſcopi Seleucienſis quorumdam opinionem refert ajentium, *Epiſtolas Sanctorum Jacobi Niſibeni & Ephræmi Syri ad eundem Papam ab hoc Joſepho compoſitas fuiſſe*. Verba ejus retuli tom. 2. pag. 398. Elias Damaſcenus loc. ſuprà cit. affirmat, *Seriem Epiſcoporum Seleucienſium à primo illius eccleſiæ Præſule ad ſua uſque tempora ab eodem perductam*. Nimirùm poſtquam gradu amotus fuit, ad texendum Catalogum præceſſorum ſuorum animum applicuit: utque dejectionem ſuam exemplo præceſſorum ſolaretur, irritamque ac inanem fuiſſe oſtenderet, epiſtolas nomine Doctorum Syrorum Jacobi & Ephræmi ad Papam ab Epiſcoporum Synodo olim dejectum confinxit; Synodicam prætereà Occidentalibus Patribus ſuppoſuit, qua aſſertum Seleucienſi Catholico Privilegium conceditur, de quo vide ſuprà pag. 58.

CAPUT IX.

Ezechiel Patriarcha.

I. Ezechiel quot annis Neſtorianos rexerit ex Barhebræo.

EZECHIEL poſt Joſephi obitum an. Græcorum 878. Patriarcha electus, quum Neſtorianis annos tredecim præfuiſſet, obiit anno Græcorum 891. Chriſti 580. de quo hæc Barhebræus in chron. Syr. Par. 3. ومن حينئذ سادوا الحصنيا وارخا عشكحا ومشكحا وعشكحا ومشا حدا حنانا. وسا وها وسطا حعكحا مارابقس معبرا وها للعشعشا وبكه هعدا بسوا وهعدا

ܘܗܘ ܐܬܬܩܢ ܠܗ ܐܙܩܝܐܝܠ ܬܠܡܝܕ ܡܪ ܐܒܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܘܦܘܠܘܣ ܐܦ ܗܘ ܩܬܘܠܝܩܐ . ܗܢܐ ܡܢ ܛܒ ܥܠ ܛܝܒܘܬ ܡܠܟܐ ܕܥܒܕ ܠܗ ܘܐܬܪܥܝ ܠܗ ܘܩܪܐ ܠܟܗܢܐ ܘܠܪܫܝ ܥܡܐ ܕܡܪܢ ܘܐܬܥܘܪ ܒܣܘܦ ܝܘܡܘܗܝ .

Ei, hoc eſt, Joſepho, *ſubſtitutus fuit Ezechiel Abæ Catholici diſcipulus & Pauli item Catholici gener. Hic ob regis gratiam, quam ſibi conciliaverat, elatus, quum cæcos epiſcopos ſuos cæcorumque ductores appellaſſet, cæcus ipſe in fine vitæ ſuæ factus eſt.* Et in vita Kamjeſu Primatis Orientis.

ܒܬܪ ܗܘ ܡܘܬܐ ܕܐܙܩܝܐܝܠ ܬܠܡܝܕ ܡܪ ܐܒܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܐܬܥܒܕ ܠܗ ܐܦ ܗܘ ܩܬܘܠܝܩܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܪ ܐܒܐ ܒܪ ܐܚܝ ܐܢ ܐܬ ܠܟ ܠܡܗܘ ܕܐܡܪ ܠܟ ܡܪ ܐܒܐ

probitate ad auditores ſermonem habuit. Hæc tamen ab eo dicta ad captandam dumtaxat benevolentiam Patriarcha interpretatus, poſtquam illi abſolutionem ſpopondiſſet poſt ſuum ab ea excurſione reditum tutè impendendam, mox compoſita cum Chriſto conſcientia ſua, ante ſuum ab expugnatione Daræ 1 *urbis reditum ad Deum migravit. Sub Ezechiele floruere in urbe Niſibi Doctores* 2 *Jeſujabus,* 3 *Abrahamus fabri ferrarii filius, &* 4 *Hananus, qui octingentos in ſua Schola auditores numerabat. Quandoquidem verò Ezechiel quemlibet vel minimum in oculis defectum diſſimulare minimè ſolebat, quin ſtatim vitium exprobraret, Deo diſponente factum eſt, ut ipſe deſluente in oculos humore vitio ſimili peſſimè laboraret. Præfuit verò annos* 5 *undecim ſepultuſque fuit in urbe Hirta, vel, ut alii malunt, in urbe Modaina.*

III. Ejuſdem Ezechielis geſta ex Amri interpolatore.

Amri interpolator annum quidem ordinationis mortiſque Ezechielis notat: ſed tàm à Barhebræo, quàm ab Amro diſcrepat, quum undecim annos Ezechieli aſſignans, eum anno Græcor. 888. Chriſti 577. deceſſiſſe ſcribit. حزقيال شيخًا طويل القامة عارفًا بامور العالم فهمًا فى العلوم ومفهّمًا. وكان خبازًا لمارابا ثم تلميذًا له وصاراسقفًا للروادى. ولما قدّرض يوصف اختيار هذا الاب. وكان الملك يميل اليه لانه انفذه فى مهمّ كان له مرّة ما فعاد بما يسرّه. فامّر اكرامه. واستادن

Fuit Ezechiel, quum Patriarchatum iniit, ſenex procera ſtatura in ſecularibus negotiis exercitatus, literis affatim eruditus, juxtaque ad eas docendas idoneus ac diſertus. Primum Mar Abæ piſtor, dein diſcipulus factus, ab eodem Zabarum tandem Epiſco-

de quo ſuprà hoc tom. pag. 230.

3 *Abraham fabri ferrarii filius*, Syris appellatus *Bar-Kardache*, de quo ſuprà pag. 223.

4 *Hananus* patria *Adiabenus*, de quo ſuprà pag. 81.

5 *Annos undecim*. Idem Amrus de anno ſedis obituſque Ezechielis paucis interjectis hæc ſubdit. وكانت مدّة حزقيال فى الرياسة عشر سنين ومات ودفن فى المدائن. *Præfuit Ezechiel annos decem, mortuuſque Modainæ ſepultus fuit.* Sed utrumque ex dicendis emendandum.

NOTÆ.

1 *Ab expugnatione Daræ urbis*. Dara à Choſroë Anuſcervano Perſarum rege expugnata fuit anno Chriſti 573. ut dixi Tom. 2. pag. 62 & hoc tom pag 406. Altera ejuſdem urbis expugnatio contigit ſub Choſroë Abruizo anno Chriſti 603. ut hoc eodem tom. pag. 412. Quum autem Ezechiel ex dictis hoc cap. num. 1. neque anno 573. obierit, neque annum 603. attigerit; (obiit enim anno 580.) ſequitur hæc verba, *ante ſuum ab expugnatione Daræ urbis reditum migravit*, de Bacchi Niſibeni Metropolitæ, non de ejuſdem Ezechielis obitu intelligenda eſſe.

2 *Jeſujabus*, cognomento, *Bar-Koſra*,

piſcopus ordinatus eſt. Mox Joſe-
1 *pho* 1 *dejecto, Patriarcha etiam crea-*
tus. Regis porrò favorem conſequu-
tus eſt, quod commiſſum ab eo nego-
tium non levis momenti pro ejuſdem
voto confeciſſet. Quamobrem interce-
2 *dente etiam Maruzæo* 2 *medico facile*
conſenſit, ut Patriarcha crearetur:
quod & factum eſt in urbe Modaina
anno ſeptuageſimo octavo ſuprà octin-
genteſimum Græcorum. Pallium au-
tem viride geſtabat. Rebus porrò con-
ſtitutis, Synodum Patrum convocavit,
3 *in qua ſex ſupra triginta* 3 *canones*
pro Eccleſiæ regimine edidit. Sub ejus
4 *præfectura epidemicus* 4 *ille morbus*
ceſſavit, qui ſub Joſepho Catholico ap-
pellato exortus, vulgari vocabulo شرعوط
Sciarut *dicebatur. Preſentis jam mali*
indices in vola apparebant ternæ ma-
culæ nigricantes quas ſubita mors ſe-
quebatur, tanta hominum ſtrage, ut ur-
bes & loca quamplurima habitatoribus
prorsùs vacua manſerint: projectum-
que aurum & argentum opeſque extin-
ctis dominis nullus ſupereſſet qui ca-
peret. Qua occaſione quum Choſroës
in ea urbe, ubi per eam tempeſtatem mo-
rabatur, plures ſandapilarios ad mo-
rientium ſepulturam conſtituta merce-
de deputaſſet, accidit, ut quinqua-
ginta ſuprà quadringentos denarios
uno die iidem lucrarentur. Quum
verò ſub veſperam univerſi ad pecu-
niam inter ſe diſpertiendam conveniſ-
ſent, repente omnes exanimati conci-
derunt: pecuniarum marſupium ipſo
in loco humi projectum manſit. Cau-
ſa autem, cur prædicta peſtis ſublata
fuerit, hæc eſt: quod ſcilicet Bager-
mæ Metropolita, & Ninives epiſco-
pus communi conſilio Rogationes fieri
decreverunt. (Reliqua vide Tom. 2. pag. 413.) *Quandoquidem porrò E-*
zechiel Epiſcopos quoſdam increpans,
cæcos appellavit, creditur acri humore
pupillas paulatim exedente utrumque
oculum juſto Dei judicio amiſiſſe. Man-
ſit itaque ad biennium cæcus: tantum-
dem nimirùm ſupervixit: mortuuſ-
que, in urbe Hirta humatus fuit an-
no Græcorum octogeſimo octavo ſuprà
octingenteſimum, ſeditque annos un-
decim.

Ve-

NOTÆ.

1 *Joſepho dejecto*. Non ſtatim atque Joſephus dignitatem abdicare coactus fuit, Ezechiel Patriarcha ordinatus eſt, ſed nono poſt anno, quo ſcilicet ille deceſſit, ut dixi ſuprà pag. 432.

2 *Maruzæo medico*. Hic يشوع *Jeſus* ſeù *Joſue* appellabatur; Lexicon autem Syriacum edidit, ex quo ſuum Abulhaſanus Bar-Bahlul collegit, ut ex Sobenſis Catalogo dixi hoc tom. pag. 258. Hinc verò ætas ejus colligitur, quam loc. cit. indefinitam reliqui: clarus ſcilicet habebatur ſub Choſroë Anuſcervano quo anno Ezechiel Patriarchalem dignitatem iniit, hoc eſt, anno Chriſti 567.

3 *Canones ſex ſuprà triginta*. Imò *triginta novem*, ut ex dicendis patebit.

4 *Epidemicus morbus*. De quo hæc Amrus in vita Joſephi. وحدث فى ايامه وبا مفرط حتى كان الذى يحفر ليدفن الميت يموت على القبر وفى هذا الوقت توفى مار يوحنا قرابة مار نرسى وعرض لانوشروان الطاعون ولاهل الاسكندرية وزاد الموت على الحد حتى لم يبق من يدفنهم وبقى الموتان هكذا ثمان سنين ونصف وقيل ان يوصف صرف همته الى دفن الموتى ولم يعرف له جميلاً غيره. ولما انقطع الموتان وقع على الناس الجوع فكانوا ياكلون ولا يشبعون وبعض المدن صارت قبر لاهلها وانخسفت.

Ejus (ideſt Joſephi) *diebus accidit dira peſtis, ita ut qui tumulum mortuos ſepeliendi cauſa effodiebant, ibidem exanimati caderent. Quo tempore obiit Mar Joannes affinis Mar Narſetis. Eâdem peſte Anuſcervanus unàcum Alexandriæ incolis correptus fuit: eoque is morbus crevit, ut qui mortuos tumularent, deficerent. Duravit autem annos tres cum dimidio. Ferunt Joſephum ſepeliendis mortuis ſedulam operam navaſſe; neque enim aliud de ipſo bene factum narrant. Quum autem peſtis illa ceſſaſſet, fames ſupervenit: quo enim plus homines comedebant, eo minus explebantur, ut habitatoribus civitates tumulus fierent.* Ea peſtis initium duxit ab anno Chriſti 532. Juſtiniani 5. perque diverſas orbis terrarum partes ſpatio quinquaginta duorum annorum graſſata eſt, teſtibus Procopio lib. 2. de bello Perſ. cap. 22. Agathia lib. 4. Theophane ad annum Incarn. ſecundùm Alexandrinos 534. Evagrio lib. 4. cap. 29. & Joanne epiſcopo in chronico Syriaco apud Dionyſium Patriarcham ab anno Græcorum 855. ad annum 858. Vide tom. 2. pag. 85.

Verùm ſi anno Græcorum 878. (juxta hunc auctorem) inauguratus fuit Ezechiel, idemque annos undecim ſedit; non igitur anno 888. ſed anno 889. obiit. Atqui anno Græcorum 889. Chriſti 578. (ut mox dicebam) Hormiſdates, ſub quo Ezechielem obiiſſe tùm Amrus, tùm ejus Interpolator in vita Jeſujabi Arzunitæ affirmant, nondum regnum Perſarum inierat: is enim ex dictis ſuprà pag. 410., ab anno Chriſti 579. ad annum 590. poſt Choſroëm Anuſcervanum patrem Perſis imperavit. Itaque cum Barhebræo dicendum eſt, Ezechielem anno Chriſti 580. Hormiſdatis ſecundo deceſſiſſe, quum annos tredecim, non undecim ſediſſet.

IV. Synodus ab Ezechiele celebrata, ejuſque Canones.

Synodum Ezechielis memorat Sobenſis in Catalogo ſuprà pag. 279. ex eaque duos Canones producit in Epitome Canonum Synodalium Par. 9. cap. 9. & 19. Ejuſdem Synodi *Canones triginta novem* exſtant in Synodico à pag. 58. totidemque laudantur ab Amro loco ſuprà citato; etſi ejus Interpolator pro XXXIX. perperàm ſcribit XXXVI. quem errorem & nos tom. 2. pag. 413. ſequuti ſumus. Epocham ejuſdem notat Elias in Nomocanone his verbis.

ولما كان فى سنة خمس واربعين من سنى كسرى فى شهر شباط والجاثليق يومينه مار حزقيال اجتمع المطارنة والاساقفة الى المدابن فسالوا الجاثليق ان يجدّد لهم ذكر ايمان الرسل والابا المغربيين ومنتهم كما كانت الجثالقة قبل تصنع الخ .

Anno Choſroæ quadrageſimo quinto, menſe Februario, quum Mar Ezechiel Catholicus eſſet, Modainæ congregati Metropolitæ & Epiſcopi, Catholicum rogarunt ut fidem legeſque Apoſtolorum Patrumque Occidentalium ipſis rursùs exponere & confirmare dignaretur, quemadmodum præceſſores ejus Catholici facere conſuevisſent &c. Annus Choſroæ 45. in annum Chriſti 577. incidit: is enim poſt diem 19. Febr. anni 531. regnare cœpit, ut dixi ſuprà pag. 404.

CAPUT X.

Paulus Perſa.

Paulus Perſa Iſagoges auctor.

SUB Ezechiele Neſtorianorum Patriarcha, de quo ſuprà dixi, circa annum Chriſti 570. claruit Paulus Perſa, cujus notitiam ſoli Barhebræo debemus.

حهُبُا ٱحنُا هَنُهبِه هِهُا حنهكُفُنا
كُبِلُنا هفُلكُههفُفُا وِحُنا
قهُلُههِ قُبِنهُنا . هُ/بِهِ كُه
هَكُلكُهُا لهُههُا حهكُلكُهُا . هِهُنا
هنهقُا هِهُا وِنههُا هنُهِ:هفهكُهُا
لِهُنُهِ . هجُبُ/ا هكُبِر كُه كُهُا :
/اسكُلِهِ حهجُهِ هُهُا هِههُا هَبِنهِهِ .

Per idem tempus (inquit in Chron. Syr. Par. 3. in vita Ezechielis) *tùm eccleſiaſtica eruditione, tùm extornorum Philoſophia clarus habebatur Paulus Perſa, qui admirabilem Iſagogen in Dialecticam compoſuit. Hic quum Perſidis Metropolitanus fieri cuperet, nec populi ſuffragia obtinere potuiſſet, ad Magorum ſectam tranſiit.*

CAPUT XI.

Bautha Monachus.

Bauthæ monachi carmina.

INTER monachos, qui ſub Jeſujabo Arzunita Ezechielis ſucceſſore circa annum Chriſti 595. floruere, Bautha monachus ab Amri interpolatore recenſetur. Ejus verba retuli tom. 2. pag. 415.

Exſtant *Bauthæ Carmina II. de Chriſto Domino* in Cod. Amidenſi 8. Tom. 1. pag. 583.

CA-

CAPUT XII.

Sergius Monachus.

I. Sergius monachus.

SERGIUS monachus, Kamjesu Garmæi & Jacobi Beth-Abensis cœnobii fundatoris discipulus, septimo ineunte sæculo claruit, ex libro, quem hortatu ejusdem Jacobi præceptoris de laudibus virorum illustrium, qui in regione Garmæorum floruerunt, composuit, *Subversor*, seù *destructor Potentum* appellatus.

II. Ex libro, quem cõposuit, *Subversor Potentum* appellatus.

Ejus gesta Thomas Margensis in hist. monastica lib. 1. cap. 33. describit in hæc verba. ...

Beatissimus iste Sergius in Beth-Garma natus, diversas scholas frequentavit; præcipuè verò Scholam Rostachi pagi in regione Margensi, quum illic interpretem ageret Kamjesus Garmachita ex Hascia pago: quumque idem beatus Kamjesus Mahuzam urbem profectus, ibidem decessisset, Sergius sancti Mar Jacobi disciplinæ se tradidit: eoque adhuc superstite inde commigrans, habitare cœpit in Nirba (Clivo) Beth-Gazæ in cellis, quas Beth-Ainata appellant. Ubi à magistro nostro Jacobo rogatus, librum composuit de egregiis gestis atque laudibus hominum sanctorum, qui in provincia Beth-Garmæ floruerunt: qui liber ubique obvius omnium manibus teritur. Quæ enim in eo leguntur, admiranda sunt, & legentes ad laudandum Deum vehementer accendunt. Cur autem libro suo novum titulum inscripserit, Subversoremque Potentum nominaverit, ea ratio perhibetur, quod omissis magnis viris, qui in Ecclesia hactenus inclaruerant, de iis dumtaxat agit, qui in paterna domo, & in ecclesiis pagorum suorum in sæculari habitu & simplicitate viventes, singularem ex virtute famam fuerant adepti. Libri nomen Auctori etiam adhæsit, appellatusque fuit Subversor Potentum.

CAPUT XIII.

Sabarjesus Patriarcha.

I. Sabarjesus Jesujabi Arzunitæ successor.

SABARJESUS Jesujabo Arzunitæ, quem suprà pag. 108. anno Chosroæ Abruizi sexto (Christi 596.) obiisse dixi, successit, quumque annos octo sedisset, decessit anno ejusdem Chosroæ decimo quarto (Christi 604.) ut scribit Thomas Margensis lib. 1. histor. monast. cap. 25. ܒܗܝ ܙܒܢܐ ܗܘܐ ܩܕܡܝܐ ܕܗܘ ܒܝܬ ܡܕܝܢܚܐ ܕܐܪܙܘܢ ܒܬܪ ܡܪ ܫܒܪܝܫܘܥ ܕܐܬܐ ܠܗ ܡܢ ܒܝܬ ܡܕܝܢܚܐ ܕܐܪܙܘܢ ܘܐܬܝܒ ܒܟܘܪܣܝܐ ܕܐܦ ܗܘ ܒܫܢܝ ܬܡܢ ܥܠ ܟܘܪܣܝ ܡܠܟܐ ܕܐܪܙܘܢ ܘܐܬܩܛܠ ܒܫܢܬ ܬܫܥ ܥܣܪ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܟܘܪܣܝ ܘܐܬܩܛܠ ܒܫܢܬ ܬܪܬ

ſcarenſis ſubſtitutus fuit anno ejuſdem Choſroæ decimo quinto, (incunte ann. Chriſti 605. Græcor. 916.) quo anno Daram urbem expugnatam fuiſſe idem Margenſis affirmat.

Verùm ut à Daræ expugnatione incipiam, id factum à Barhebræo biennio ante, hoc eſt anno Chriſti 603. & à Theophane anno poſt, hoc eſt, anno 606. narratur, ut dixi ſuprà pag. 412.

Gregorium autem Caſcarenſem poſt Sabarjeſu obitum *anno Græcorum* 918. (Chriſti 607.) ordinatum ſcribit Amri interpolator citatus tomo 2. pag. 416. idemque Sabarjeſum inauguratum teſtatur *feria quinta majoris hebdomadæ anno Græcorum* 909. (Chriſti 598.) obiiſſe verò *feria prima, die* 18. *Septembris anno Choſroæ* 15. *Græcorum* 917. Sed annus Choſroæ 15. in annum Græcorum 916. non 917. competit. Præterea dies 18. Septembris in feriam quidem primam anni Chriſti 606. incidit; ſed eo Chriſti anno annus Choſroæ 16. erat, non 15.

Denique Barhebræus, qui in 1. Par. Chronici Syriaci expugnationem Daræ ad annum Græcorum 914. Chriſti 603. ut modò dicebam, conſignaverat, in 3. Par. in vita ejuſdem Sabarjeſu ad annum ſequentem eam differt, eodemque anno Sabarjeſum quoque vita functum teſtatur.

ܒܬܪ ܗܕܐ ܐܬܬܚ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܨܒܝܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܓܪܡܝ ܡܢ ܦܪܘܙܒܕ ܕܐܬܩܛܠ ܥܡ ܚܡܝܗ ܡܪܝ ܒܪ ܒܚܪܝܕܐ ܒܝܘܡ ܫܒܬܐ ܩܕܡ ܐܬܬܚ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܨܒܝܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܓܪܡܝ ܡܢ ܦܪܘܙܒܕ ܕܐܬܩܛܠ ܥܡ ܚܡܝܗ ܡܪܝ ܒܪ ܒܚܪܝܕܐ ܒܝܘܡ ܫܒܬܐ ܩܕܡ ܐܬܬܚ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܨܒܝܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܓܪܡܝ ܡܢ ܦܪܘܙܒܕ ܕܐܬܩܛܠ ܥܡ ܚܡܝܗ ܡܪܝ ܒܪ ܒܚܪܝܕܐ ܒܝܘܡ ܫܒܬܐ ܩܕܡ

Ejus (Choſroæ) *diebus obiit Jeſujabus Catholicus, quem excepit Sabarjeſus ex Pherozebad pago regionis Garmæorum. Anno* Græcorum *nongenteſimo decimo quinto quum Mauricium ſocerum ſuum à Romanis interfectum Choſroës Abruizus accepiſſet, rupto pacis fœdere apud Daram caſtra metatus, eam urbem novem menſium obſidione cinctam expugnavit. Aderat cum Choſroë Sabarjeſus Catholicus, qui ibidem mortuus eſt, poſtquàm annos octo ſedisſet.* Obiit itaque Sabarjeſus ex Barhebræo in obſidione Daræ urbis, adeoque exeunte anno Chriſti 603. nam ea urbs juxta eundem auctorem expugnata fuit anno Græcorum 915. Chriſti 604. Hinc quod tom. 2. pag. 415. & ſeq. de anno inaugurationis Sabarjeſu deque Gregorii ejuſdem ſucceſſoris obitu ſcripſi, libenter emendo: non enim Sabarjeſus anno Græcorum 915. ordinatus fuit, ſed obiit: adeoque Gregorius ejuſdem ſucceſſor anno 916. non 923. ſedem iniit, obiitque anno 920. non 927. Errandi anſam præbuit mendoſum Chronici Barhebræi exemplar, quo uſus ſum; in eo enim ſine interpunctione hæc de Jeſujabi obitu & Sabarjeſu electione leguntur. ܒܬܪ ܗܕܐ ܐܬܬܚ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܨܒܝܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܓܪܡܝ ܡܢ ܦܪܘܙܒܕ ܕܐܬܩܛܠ ܥܡ ܚܡܝܗ ܡܪܝ ܒܪ ܒܚܪܝܕܐ ܒܝܘܡ ܫܒܬܐ ܩܕܡ

Ei (Jeſujabo) *ſucceſſit Sabarjeſus ex regione Garmæorum ex pago, quem Pherozebad appellant, anno* 915. *quum Choſroës Abruizus accepiſſet à Romanis cæſum Mauricium &c.* ubi annum Græcorum 915., qui ex dictis ad Choſroæ factum obitumque Sabarjeſu referendus eſt, de ejuſdem Sabarjeſu electione ob puncti defectum intellexi: eaque ſupputatione admiſſa, quum Sabarjeſus annos 8. ſederit, Gregorium ipſius ſucceſſorem anno 923. electum, & anno 927. mor-

mortuum fuisse, (quatuor enim annis sedit,) consequenter scripsi. Verùm Barhebræi mens ex iis, quæ infrà de Jesujabo Gadalensi Gregorii successore narrat, apertè colligitur: quum enim post Gregorii obitum annis duodeviginti Sedem vacasse dixisset, de Jesujabi electione hæc subjungit. ܗܘ ܕܫܪܝ ܒܗ ܡܢ ܒܬܪ ܗܘ ܕܐܬܐ ܕܐܬܝܠ ܒܫܢܬ ܬܫܥ ܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܫܒܥ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܥܪܒ ܒܝܬ ܪܗܒ ܕܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܩܪܝܬ ܫܡܗ ܡܕܝ ܕܗܘ ܪܒܥܝ ܠܐܒܪܗܡ ܐܒ ܒܪ ܦܝܠܓܫ ܡܢ ܓܒܪ ܬܪ ܐܡ

فامتنع من ذلك مار سبريشوع حتى ساله كسرى فاجاب وكتب اليه يساله انفاذ قلنسوته بركته . فَبَى . فقال له الرسول هذا مما تقوى به امانة المومنين . فوهبها بالصليب وانفذها . فسرّ بها موريقى واعظمها . وكانت المكاتبات بينه وبين الجاثليق متصلة . وساله انفاذ جز من صليب المسح اليه . ففعل بعد ان وضعه فى صليب عظيم ذهب صياغة . وانفذه مع ثوب من ثيابه الا انه لما وقع بيد كسرى وشيرين اخذا ذلك الجز من صليب المسح . وساله اطلاق من عنده من اسارى ارزن ونصيبين وغيرهما ليكون ذلك سببًا لاطلاق مَن فى اسر الفرس من الروم . ففعل . وورد فروا الاسقف الى كسرى والجاثليق بكتب ورسايل . فتلقاه طهمزد بامر الملك وثادورس اسقف كشكر ومار عبدا اسقف بادرايا وبختيشوع رئيس الاسكول . واستاذن فى المصير الى الجاثليق . فاذن له وشامه جالسًا بثياب زربة على مسح . فعجب لما كان يعرفه من زى فطاركة الروم . ولم يعرفه عند دخوله عليه حتى عرّفه . فقال فروا . الملوك والفطاركة يحتاجون الى الزى والتجمّل . فقال له الجاثليق . ان بَهاء بدن الملك من داخل . والفطركة تحبّ ان تكون باطنًا . وبينما فروا وجماعة الاساقفة فى مجلسه اذ دخل رجل معه ابنه صارخًا باكيًا . فذكر ان ولده له اربعة عشر سنة انصرف من الاسكول فلقيه مرقيونيًا فتفله ومدّ يده الى ثفله ويصره فذهب بصره وبطل كلامه ووقف مكانه . فقال له لا تخف فانى بصلوة فروا يبصر ابنك ويتكلم ويبهت الشيطان واصحابه وامدّ يده على عينيه وادخل سبّابته فى فيه ورسم عليه علامة الصليب . فابصر الصبى وتكلّم وقال قل كلما فعل بك الشيطان . فتحيّر ان هكذا فعل بى المرقيونى وخرج من فيه غراب اسود فضربنى على فمى . فعجب فروا وقال . لعمرى ان بَهاء الجاثليق من داخل . واعتذر مما امتزراه من زيّه . وشكر الناس الله . واقام فروا عنده شهرين ودخل الى الاسكول وشاهد حسن التعليم ووهب للاسكوليين شيئًا كثيرًا . وخرج حمد الله وحثّ موريقى بما شاهد . فسرّ واهل مملكته . واحبّ كسرى ان ينفذ الى موريقى اسقفًا كما انفذ . فاختار الجاثليق ميلاس اسقف السن وكتب معه الجاثليق الى الملك والفطرك بالقسطنطينية .

فوصل

سبريشوع اسقف لاشوم . فقالوا له هو شيخ ومتألم وله محشمه . فقال قد عدلتم عن الاختيار الحسن ونحن نختاره . وفى تضاعيف ذلك راى سبريشوع فى منامه غلامين فى زى غلمان الفرس يقولان له قم يملك الملوك يستدعيك فامتنع مستصغرًا لنفسه فجذباه وحملاه الى البيعة قدام المذبح ووجد المرسلين بهما مكلفين بالاكلة فقال الرسولان له احضرناك قال احدهما وهو شيخ لا يصلح للغرومية وقال الاخر بل هو يصلح مع صنين وبشرّاه بتقليده النصرانية من ملك الملوك . وانتبه . وانفذ كسرى واستدعاه وورد يوم الاثنين ثانى الشعانين وانزله قصر شيرين ليستريح . وفى يوم الفصح احضر الاساقفة وتقدم الى طهمزد بان يقفه فى راسهم وقال هذا ربكم فاصنعوا به مشتكم . فقبّلوا الارض ودعوا للملك من الساعة الرابعة الى الثامنة واسم وعمل الرازين وخرج ليصير الى باب الملك وازدحم الناس وكاد ان يتلف ورُفع الخبر الى الملك وانفذ كرسًا ليركبها فابًا وقال يريد الملك ان يصنع بى العجايب وقهر على ذلك . فمنعها من المسير بكلمة الله وقال قلت للناطقين ولم يعصوا . الان لك اقول ان تكفى عن المسير . وسمع الملك بذلك وعجب وسائر المحالفين وقالوا . الطوبا لمن كنت ربنا عليهم . وبعد جهد وصل الى حضرة الملك والدار مستنيرة بالشموع والبخور . وهو الملك وقال . انت صانع العجايب بما فعلته فى وقت فتحنا المدن والان بمركبتنا التى يشبه البراق . ولقد تمّ قول كتابكم ان الحجر الذى نفاها البناؤون صار راس البنا . وعاد من غد الى باب الملك ودخل دار شيرين واخلى الموضع وحضر الملك ومنعه من القيام وقبل راسه وقال . مَن تقدمك كانوا عبيدًا لابائنا وانا ابنك وهذه ابنتك وداروا لك وحواليك مقتضية وشيرين تتقدم اذن تنصب ثقه يرفع اليها القربان او تتولاه انت بنفسك وصِل على مملكتنا . وامر الملك الاساقفة بالتفرق وان يقام احدهم للنيابة عن الجاثليق . فاقام ميلاس اسقف السن . وبقى الاساقفة عنده شهرًا لتقرير مصالح البيعة بشفاعته . وكانت تتضمن كتب كسرى الى موريقى اخبار فضايل هذا الاب واشتاق مشاهدته . وانفذ مصوّر حاذق ليصوّر صورته بعد السجود بين يديه .

فوصل واكرم وخطب ودعى للملك والقواد واهل المملكة . وعند العود انفذ معه جزًا من الصليب عوضًا عن الماخوذ الى الجاثليق . والزمه ملك الفرس الخروج معه الى دارا للمطالبة بثار موريقى ملك الروم . فركب حمارًا . فقيل يحمل اليه بغلة وطية . فقال . الامر قريب . فمضى على حمار وعود على جمل . فمات فى الطريق . واعيد تابوته على جمل . وكان اوصى ان يدفن فى دير كان له بباجرمى . فدفن هناك كما رسم والدير يعرف به الى هذا الوقت .

Sabarjesus Catholicus pastoris Bagermensis filius fuit, qui ab Angelo in somnis didicit, quantus sibi filius esset nasciturus, quemque in ecclesia esset habiturus primatum in Perside, quove pacto ipse rerum esset potiturus. Quod à viro mater edocta, gratias Deo egit, postque dies concepit: interea vidit in somnis natum in templo à populo adorari, & coronam in capite gestare. Natus tandem infans quum quadam die in templum à patre illatus fuisset, ibique puerorum more fleret, paterque librata in ictum dextera flentem compescere tentasset, à præstantissimo quodam monacho his verbis interpellatus fuit. Tu ne, ait, in magnum Dei sacerdotem manum extendere minimè vereris? Simul ac pueritiam excessit, Nisibin studiorum causa profectus est, ubi pietatem excolere orsus, corpus à seculi voluptatibus arcere studuit, leguminibus dumtaxat vesci solitus. Quidquod & monachorum convictum expetiit, quotidiani victus expensis unde nusquam intellectum est, corrogatis. Tugurium posteà in monte Sciaharano construens, quinquennio ibidem habitavit: ubi quum illum adiisset viciniæ incola, & de natorum acerba morte conquestus petiisset, ut vitalem sibi prolem à Deo impetraret, beneficium quod postularat, protinus consequutus, virtutem ejus in vulgus longè latèque dissipavit. Interea Sabarjesus vidit in somnis duos Angelos pastoralem sibi dignitatem nunciantes, & capiti ejus quippiam imponentes, postremum ecclesiastici regiminis baculum tradidisse. Ita demum à Jesujabo Episcopatum Lasciumæ alio nomine Dacuchæ accepit. Quo tempore quum nocte festi Hosannarum turbulentissimus imber solemnem diei celebritatem impediturus crederetur, idque populus ægerrimè ferret, Sabarjesu orante discussa tempestas est, festumque rite peractum fuit. Ferunt quendam per dexteram Sabarjesu pejerantem, extemplo tumefactum & exanimatum fuisse. Rogatus aliquando à femina Magi cujusdam uxore, ut sibi prolem à Deo impetraret, manus abluit, aquam deinde mulieri porrexit, quam quum illa hausisset, geminos constituto tempore filios peperit: eoque miraculo Christianam fidem cum universa familia amplexa est. Sed & proditum est, quum Chosroës adversùs Bastamum Turcorum tyrannum apud Rajam *exercitum promovisset, visisque hostium copiis trepidus secum ipse deliberaret, senem monachum Regi repente apparuisse, baculum manu gestantem, statura pusillum, qui apprehenso equi fræno ad pugnam eundem adhortans, bene sperare juberet. Quumque Rex ratus circumstantes idem spectrum videre, quid illud nam monstri esset, percontatus fuisset, illos respondisse: Regis sortem eam esse. Regem igitur eum Christi amicum credidisse; partaque post victoria hominem videre desiisse: sed mox eundem Regi in somnis spectandum se obtulisse; rogatum verò ut nomen proderet, Sabarjesum se esse respondisse Lasciumæ Episcopum. Regem denique expergefactum, Sirinæ conjugi visum aperuisse, ab eaque, utpote Christiana, viri miracula didicisse: & exinde de eo ad Catholici dignitatem promovendo cogitare cæpisse. Accidit intereà Jesujabi Arzunitæ Catholici obitus Chosroë sextum regni annum agente: qui ratus eam occasionem à Deo sibi oblatam, quod scilicet Jesujabus naturali morte obiisset, ac præteritæ visionis memor, ligna pulsari jussit, atque Sabarjesu electione Christianis proposita, visionem sibi de eo ostensum narravit. Qua de re universi summo gaudio affecti, quum hebdomada tertia Jejunii ad electionem con-*

convenissent, & viros quinque Regi obtulissent, Rex, at in hoc, inquit, numero Sabarjesum Lasciumæ Episcopum non lego. Quum verò electores senem eum esse reponerent, illumque proinde eo onere gravari minus æquum se fuisse arbitratos: Rex, quandoquidem, inquit, à recta electione deflexistis, nos illum eligimus. Id porrò firmavit visum eidem Sabarjesu in somnis oblatum. Vidit enim geminos juvenes, Persico habitu indutos, audiitque dicentes: age dum, te Rex regum confestim adesse jubet. Quumque ille imbecillitatem corporis causaretur, videbatur ab illis abduci, & ad ecclesiam deportatus ante altare deponi: ibique comperisse nuncios coronatos; tùm audiisse geminos illos juvenes dicentes, En hominem repræsentamus; quumque alter senem eum esse dixisset, adeoque equitandi labori minus idoneum videri, socium respondisse, ad septennium utique eundem idoneum fore: hisque dictis Christianorum gubernationem ipsi à rege regum demandatam ambos renunciasse. Interea à Chosroë missis nunciis arcessitur, venitque ad aulam feria post festum Hosannarum altera, jussusque in palatium Sirinæ divertere, atque ibidem ab itineris labore fessum tantisper conquiescere, donec die Paschatis (hoc est, feria quinta majoris hebdomadæ anni Græcorum 909. ut ait Amri interpolator:) *convocatâ Tagerbadus Episcoporum Synodo, ex Regis jussione Sabarjesum in supremo loco collocatum Patriarcham universa concione audiente proclamavit his verbis: Hunc quidem vos Antistitem habere jubeo: reliqua verò vestris vobis legibus præscripta circa eum, ut libet, peragite. Ad hæc universa Synodus humum deosculata, Regi acclamavit ab hora quarta ad octavam usque, simulque Sabarjesus Patriarcha factus Liturgiam celebravit. Ea peracta functione, Regi se sistere cogitabat, quum confluente undique spectantium turba parùm abfuit, quin opprimeretur. Interea Rex de Patriarchæ adventu monitus, equum è regio stabulo miserat: quod ægrè ferens Sabarjesus, num Rex, ait, à me miracula patrari exigit? Continuoque in verbo Dei jumentum naturali motu privavit, hæc fatus: Quandoquidem meis dictis homines ratione præditos minus obsequentes video, tibi ajo, immotus hìc perstato. Quod ubi rex, universique hæretici rescivere, vehementer hominem admirati: ò beatum, ajebant, populum, qui te præsidem & antistitem habet. Denique, nec verò sine labore, ad regem deductus est, accensis funalibus circumquaque ædibus collucentibus, & incensi thuris suffitu aërem implente. Rex Patriarcham intuitus: Tu ne, ait, ille es, qui patrare miracula ex vero diceris, quique nobis in urbium expugnatione adfuisti, & modo equum nostrum fulgure celeriorem obstupefecisti? Hinc porrò comperio verum esse quod in vestris scripturis legitur, lapis quem reprobaverunt ædificantes, factus est in caput ædificii. Postero die ad aulam reversus, Sirinæ reginæ ædes intravit, ubi remotis arbitris Rex quoque adesse voluit: & Patriarcham stantem conspicatus, sedere jussit: mox caput ejus exosculatus, præcessores, subdidit, tui parentum nostrorum servi fuerunt: at ego tuus filius, & hæc filia tua sumus, sed & nostra domus tua esto, resque tuas ambo curabimus; Sirinæ verò pium sacerdotem constitue qui oblationem deferat, sin tu ipse deserto: & pro imperio nostro orato. Tùm Rex Episcopos domum redire jussit, & Vicarium Catholici creare. Creatus autem fuit Milles Senæ Episcopus. Mansere nihilominus apud Patriarcham Episcopi ad mensem, ut ejusdem apud Regem intercessione ecclesiastica negotia componerent. Quum verò Mauricius à Chosroë de Patris istius gestis ac moribus sæpe per literas certior factus, hominem præsentem habere cuperet, peritissimum pictorem in Persidem misit, qui Patriarcham salutaret, ejusque imaginem ad se reportaret. Sed quum Sabarjesus id negaret, Chosroë interveniente tandem annuit, pictorique indulsit, ut injunctum ab Imperatore opus perficeret; simul-*

ſimulque exorari ſe permiſit, ut quod Mauricius per literas expetierat, cucullum pro benedictione ad illum mitteret. Ajebat quippe pictor id ad confirmandam Chriſtianorum fidem apprimè conducere. Crucis ergo ſigno prius notatum cucullum miſit, quod Mauricius gratiſſimum ſibi eſſe ſignificavit, ſemperque magni fecit. Inde cœptum eſt Imperatorem inter & Catholicum literarum commercium. Quumque aliquando Catholicus ab eo Crucis Chriſti particulam quæſiviſſet, Imperator illam magnæ aureæ cruci incluſam continuo Patriarchæ tranſmiſit, & inſuper ex veſtiario ſuo veſtem adjecit. Sed quum Crux in manus regis & Sirinæ incidiſſet, ſtatim intercepta eſt, ejuſque loco Patriarcha rogavit regem, ut Arzanitas & Niſibenos alioſque Romanæ ditionis captivos liberos dimitteret, ut viciſſim Romani è Perſico imperio capta mancipia reſtituerent: quod etiam à Rege facile impetravit. Interim ad Choſroëm & Catholicum venit cum literis legatus Peroës [1] *Epiſcopus. Occurrerunt legato ex regis mandato Tagerbadus, Theodorus Epiſcopus Caſcarenſis, Mar Abda Epiſcopus Badrajæ, & Bochtjeſus Scholæ rector. Legatus, ut Catholicum ſibi adire liceret, oravit: regeque annuente, Patriarchæ ædes ingreſſus, quum vili amictu, & in cilicio ſedentem eſſet intuitus, Romanæ ditionis Patriarcharum moribus aſſuetus, mirabatur: quumque diceret, Regiam & Patriarchalem dignitatem conſentaneum habitum ornatumque exigere, reſpondit Catholicus: pulchritudo filiæ regis ab intus; Patriarchicam proinde etiam dignitatem & decorem indidem conſtare oportet. Accidit porrò, ut Peroa & frequenti Epiſcoporum cœtu præſentibus quidam illuc intraret, puerum ejulantem flentemque hajulans. Narrabat autem illum eſſe filium ſuum & quartum decimum annum ætatis agere: quumque è gymnaſio egreſſus in Marcionitam quendam malo ſuo incidiſſet, ab eodem non modo verbis peſſimè exceptum, ſed etiam oculorum & linguæ uſu malefico ſuarum manuum attactu repentè privatum, inſuper attonitum ſtupidumque & ad omnem motum ineptum factum fuiſſe. Cui Catholicus: pone metum, ait; etenim confido fore ut præſentis Peroæ precibus viſus & loquela filio tuo reſtituantur, atque Diabolus & ſatellites ejus confundantur. Tùm dexteram pueri oculis imponens, immittenſque indicem digitum ori ejus, & cruce eum ſignans, viſum & loquelam adoleſcenti reſtituit. Dein jubet eundem edicere quæ ſibi à Diabolo accidiſſent. Reſpondit: hæc & hujuſmodi ab illo Marcionita ſum paſſus, vidique ex ipſius ore aterrimum corvum emiſſum, os meum verberare. Hominis Dei virtutem miratus Peroës: equidem animadverto, ait, Catholici pulchritudinem eſſe ab intus: ſimulque ſe externa viliſſimi habitus ſpecie deceptum excuſavit, cæteris adſtantibus Deo gratias agentibus. Manſit porrò Peroës apud Patriarcham ad bimeſtre, ſcholamque aliquando ingreſſus & docendi ordinem atque methodum admiratus, Scholaribus plura eſt elargitus. Poſt ad Imperatorem Mauricium regreſſus, quæque ipſe viderat referens, Aulam ac Romanorum terras ſummo gaudio affecit. Petente deinde rege Epiſcopum ad Mauricium legatum mittere, Milleſium Senæ antiſtitem Catholicus deſignavit: cui etiam literas Imperatori atque Patriarchæ Conſtantinopolitano deferendas tradidit. Legatus lautè exceptus eſt, habuitque ibidem luculentam orationem ad Imperatorem in frequenti procerum & aulicorum corona: acce-*

NOTA.

1 *Peroës Epiſcopus*. Hujus legationis mentio nulla apud Theophylactum Simocattam, diligentiſſimum Mauricianæ hiſtoriæ ſcriptorem. Domitianum Melitenenſem Epiſcopum fortaſsè Chaldæi & Perſæ mutato vel corrupto nomine فيروا *Pheruam*, ſeù *Peroëm* appellarunt. In Codice Amri, quo uſus ſum, pro Peroa nomen *Maruthæ* deſcriptum erat, ſed alia eaque recentiori manu *Peroës* ſubſtitutus.

accepitque ab eodem Crucis alteram particulam Catholico deferendam pro alia, quam ipsi à rege & regina sublatam fuisse suprà memoravimus. Accidit post, ut Rex Persarum Sabarjesum in expeditione Darensi comitem optaret: Mauricii quippe cædem se bello ulcisci velle ajebat. Jumentum ergo sibi apparari jussit: Quum verò Rex mulam offerret: brevis, inquit, via est; præstat nunc jumento vehi, camelo mox revehendum. Decessitque in ipso itinere: eiusque corpus arcæ inclusum, camelo reportatum est. Quoniam verò testamento caverat, ut in suo Bagermensi cœnobio conderetur, ibidem sepultus fuit: quod hactenus quoque ejus nomen retinet. Hæc Amrus.

Plura de Sabarjesu vide in Carmine Syriaco, quod de ipsius & Hormisdæ laudibus conscriptum exstat Cod. Syr. Amiden. 7. Tom. 1. pag. 582. Ejus verò festum celebratur à Chaldæis Nestorianis Dominica prima Octobris, ut liquet ex Codice Syr. Amid. 1. fol. 473. eodem Tom. 1. pag. 581.

III. Ejusdem historia Ecclesiastica, & Synodus.

Scripsit *Historiam Ecclesiasticam*, cujus fragmentum *de Mauricio Imperatore* exstat Cod. Syr. 20. Tom. 2. pag. 499.

Cf. Gerdi in Z. D. M. G. XL. pp. 557-61, wonach derselbe zwischen Sabrišo' u. spätestens Hnana (seinem Vorgänger) regierte.

Quo autem anno Sedem iniit, hoc est, Chosroæ regis sexto, *Synodum* habuit, de qua hæc Elias Damascenus in Nomocanone Arab. p. 74.

ولما كان فى سنة ست من ملك كسرى ابن هرمز فى شهر ايار والجاثليق يومينا مبريشوع اجتمع اليه مطارنة بلاد المشرق واساقفتها فتذاكروا بينهم ان اناسا من يتزيا بزى الرهبان يشكون فى ايمان الحق الذى اخذ عن الرسل واتفق عليه الابا الثلثمائة والثمانية عشر الخ.

Anno sexto Chosroæ filii Hormisdæ, mense Jaro (hoc est, Majo) *sedente Patriarcha Sabariesu, convocata est Synodus Metropolitanorum & Episcoporum Orientalium, in qua actum est de quibusdam pseudomonachis de Apostolorum atque Patrum trecentorum decem & octo symbolo veræ fidei dubitantibus &c.* Ejusdem Synodi acta describuntur in Synodico Nestorianorum pag. 70. his verbis:

صنهودس

عبربشوع الجاثليق اجتمعت بسبب قوم من الديرانيين يظهرون اراء ردية منها ان الخطية بالطبع للانسان وادم خلق بطبعه غير مايت ويبطلون جوهرى المسيح وانهما اثنان وتغاير ثادوس المفسر واولها اثبات امانة الثلثمائة والثمانية عشر فى اثبات التثليث وناسوت المسيح ولاهوته وانهما ما امتزجا ولا اختلطا ولا قبل الجوهر الالهى الالام الانسية: ابن واحد ومسيح واحد وان اللاهوت لم يفارق الناسوت منه الولادة. وفى تصحيح تفاسير المفسر الكبير. وان من خالف على شئ من ذلك كان محرومًا ومن قال بسواها. وفيها حرم من قال الخطية بالطبع وليست بالارادة. وفى منع الاخوة والاخوات بالمسيح من الاجتماع معًا. ومن فعل ذلك كان محرومًا بعد وعظه اولا. ومن اسقط من الرهبان والكهنة فى البيعة او فى قلايته شيًا من قوانين الصلاة التى تخص فى بيعة كوخى كما قيل ان قومًا يسقطون الدالة على ثنايية الابن: يُرشدون. فان سمعوا والا أُدّبوا واُحرموا ومُنعوا من اخذ القربان الى ان يعودوا الى ذلك. وانه ليس لنا سلطان ان نفعل الا هذا. والعهد الذى فى اخرها بالاقرار من رهبان عمر بن برقيطى بالتثليث المقدس والاعتماد المعظم الذى لا انفصال له وادامة الدرس فى كتب المفسقان وادامة الصلاة هزاميز داود ولزوم الصوم الطاهر وضمان الرهبان ملازمة قلالبهم واعمارهم من دون طوف المواضع الخارجة عن اعمارهم وضمان الرهبان ملازمة الرازيين فى ايام الاحاد والاعياد يحضرون الجميع للرازيين وقراة الكتب الالهية. ومن فعل غير هذا يكثر وعظه. فان تاب والا بُعد من الجماعة. ومن فعل غير هذا فهو محروم من الاب القطرك الى ان يتوب ويقوم.

Synodus Sabarjesu Catholici. Hæc congregata fuit ob quosdam monachos, qui pravas opiniones disseminabant docentes peccatum naturæ humanæ esse insitum, Adamum verò natura immortalem fuisse: negabant præterea duas Christo inesse substantias, Theodorique Commentatoris expositiones repudiabant. Synodus itaque primum confirmavit fidem trecentorum decem

& octo

& octo Patrum circa divinarum personarum Trinitatem Christique divinitatem atque humanitatem, docens utramque substantiam citra omnem permistionem & confusionem mansisse, neque divinam substantiam humanas suscepisse passiones: Filium proinde unum esse & unum Christum, neque divinitatem ab humanitate ex ipso hujus exortu unquam separatam fuisse. Expositiones insuper magni Commentatoris suscepit & approbavit: contraria opinantes, aut à prædictis articulis recedentes anathematizavit: eademque anathematis sententia involutos declaravit asserentes peccatum naturæ esse, non liberi arbitrii. Cohabitationem etiam convictumque Fratrum & Sororum in Christo sub excommunicationis pœna post primam admonitionem incurrenda interdixit. Monachos verò & sacerdotes omittentes in ecclesia sive in propria cella ecclesiastici Officii canones juxta ritum Ecclesiæ Cochensis recitari solitos, (ajebant enim quosdam supprimere canones continentes dogma de dualitate substantiarum in uno Filio Dei:) jussit Synodus admoneri: & si quidem pertinaces deprehensi fuissent, ecclesiasticæ correctioni subjacere voluit & excommunicari atque ab Eucharistiæ sumptione suspendi, donec resipiscerent: protestatique sunt Patres sibi secus agendi potestatem non esse. Postremo legitur professio monachorum cœnobii Barchitæ confitentium sanctam Trinitatem & Unionem magnam & inseparabilem; continuo insuper studio se operam daturos expositionibus Commentatoris, & Psalmodiam sanctumque jejunium observaturos. Subditur denique, ut monachi stabilem in propriis cellis ac monasteriis commorationem minimè abrumpant otiosis evagationibus extra propria claustra: sacra insuper mysteria frequentent diebus Dominicis & festis, ita ut omnes celebrationi Liturgiæ divinarumque scripturarum lectioni intereſse teneantur. Transgressores sæpius moneantur: sin verò resipiscere voluerint, à conventu arceantur. Qui hos canones transgressus fuerit, à Patre Patriarcha excommunicetur, suspensusque maneat, donec resipiscat & resurgat. Nestorianos ex Theodori Mopsvesteni errore peccatum originale impugnare, observavi suprà pag. 34. Quod de monachis & monialibus dicitur, ex corrupta ejus gentis disciplina eruperat mos ille, ut simul cohabitarent, quemadmodum narrat Margensis in histor. monast. lib. 1. cap. 8. & seqq. Quod verò affirmatur, ecclesiasticos libros à nonnullis in ea parte depravatos, ubi duæ Christo Domino personæ tribuuntur, non modo Jacobitæ, sed etiam Catholici monachi sacerdotesque sugillantur, ac præsertim Sahadunas, qui postea Garmæorum Episcopus factus, orthodoxam fidem palàm professus est, ut dictum suprà, ubi de Jesujabo Adjabeno. Denique Canon ille de jejunii, psalmodiæ, ac Liturgiæ frequentatione, pseudomonachos quosdam Messalianismo infectos respicit, quos in Mesopotamia & Chaldæa per eam tempestatem plurimos fuisse, ex Nestorianis & Monophysitis scriptoribus liquet.

CAPUT XIV.

Gregorius Patriarcha.

I. Gregorii Cascarensis vita ex Barhebræo.

GREGORIUS Cascarensis Sabarjesum Patriarcham excepit anno Christi 605. quumque annos quatuor sedisset, obiit anno 608. Vacavit Sedes usque ad annum 628. quo Siroës Persarum Rex, & Jesujabus Gadalensis Nestorianorum Catholicus electi fuere.

Barhebræus in 3. par. chron. Syr. in vita Kamjesu Primatis Orientis.

ܕܗܘܐ ܡܢܝܫܐ . ܗܘܐ ܟܕ ܐܬܩܛܠ
ܒܫܢܐ ܗܘܐ . ܡܛܠ ܕܗܘ ܒܪ ܩܝܡܐ
ܕܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܐܬ ܐܬܒܥܝ ܒܫ ܒܝܬ
ܐܒܗ ܠܐ ܡܛ ܐܘܣܛܐ ܘܩܛܝܠ .
ܡܛ ܒܥܒ ܗܢܝ ܐܘܚܐ ܕܫ
ܡܠܟܐ ܟܬܒ : ܐܠܗܝܢ
ܩܛܠܗ ܐܬܟܢܝܘ ܒܝܗ ܘܒܥ
ܒܝܗ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܘܟܬܒ
ܘܒܫ ܗܘ ܐܬ ܐܠܗ ܒܝ
ܐܬܪ ܐܬ ܐܠܗ ܘܒ .
ܡܠܟܐ ܐܠܗ ܐܬ ܐܠܗ ܘܒ
ܐܬ ܐܠܗ ܐܬ ܐܠܗ ܘܒ

النصارى به الى الحزن . وواصل الطعن الطعن
عليه . وكان كسرى اخذ من دارا كتبًا كثيرة .
فطرحها عليه وطالبه عنها بعشرين امتار فضة
وجمع ذلك من البيع . ومات الجاثليق وذهن
بالمدائن واخذ كسرى ما خلفه وقبض على
تلاميذه وجبسهم الى ان اظهروا ماله . وتغيّر
رايه فى النصارى وعدل عن الاحسان اليهم
واخذ فى الاساءة الى الناس واضعاف الخراج .
وامر الا يروس النصارى عليهم جاثليقًا وبقيت
البيعة مجمعة عشر سنة بغير جاثليق . فدبّر ما
مارابا الاركديانى ومار باوى الكبير من عمومار
ابراهيم وبقيت البيعة بغير رئيس الى ايام افضت
الملكة الى قيروبه .

Gregorius Meſenâ oriundus, doctoris officio, forma oris corporiſque egregio habitu nobilis, in urbe Modaina literis operam dedit apud Iſai magiſtrum. Chriſtiani itaque à Choſroë tunc temporis ab expugnatione Daræ revertente impetrata facultate eligendi novum Catholicum, etſi Mar Sabarjeſus ante obitum monachum quendam Barhadbeſciabam in Saharano monte habitantem in Catholicum ſuo ſuffragio deſignaſſet, huic Gregorium prætulere, externa ejuſdem morum ſpecie decepti: conſenſitque electioni Rex. Sirina quippe Gregorio ſuffragari cupiens dixerat ex Regis juſſione id fieri. Conſentientibus itaque medicis Gregorius electus fuit, ſeditque ad quadriennium. Fraus nihilominus poſt paulo detecta eſt, quum Gregorius ad Regis conſpectum adductus, ejus electionem ſibi minimè compertam fuiſſe Rex dixit. At enim quum Catholici fautores reſpondiſſent Sirinæ juſſu electionem eſſe factam, ut quæ hominem concivem ſuum 1 *reliquis prætuliſſet, ſeque proinde minimè dubitaſſe, quin & hoc ex ipſius regis voluntate fieret: virum præterea eſſe eruditum & doctum; Choſroës factum ratum ſe habere hominemque ſibi placere ſignificavit, & in familiari illo congreſſu loquentem audiens, vocis ſuavitatem laudavit. At verò quum poſtea perquiſitione facta comperiſſet externæ oris corporiſque ſpeciei ingenium hominis moreſque minimè reſpondere, Sirinæ præpoſterum factum exprobravit. Enim verò Catholicus ad colligendas opes converſus, chriſtianorum gaudium in luctum ſimul convertit, medicorum præſertim operâ, qui ejus flagitia continuo ad Regem deferebant. Quamobrem quum Choſroes ex Darenſi expugnatione ingentem codicum copiam collegiſſet, Catholico obtulit, proque eorum pretio viginti pondera argenti regio ærario illum pendere coëgit: quæ ille, pecuniâ qua patuit via, ex eccleſiis collectâ perſolvit. Catholico poſt paulo mortuo & in urbe Modaina ſepulto, Choſroës ejus facultates fiſco addixit, diſcipuloſque inſuper in carcerem conjectos magiſtri opes prodere compulit. Inde in Chriſtianos mutatus Regis animus, & benevolentia, qua hactenus eoſdem proſequutus fuerat, in odium converſa eſt, Chriſtianoſque vexare, atque tributis gravare perrexit. Et quoniam Rex eiſdem Antiſtitem in poſterum habere prohibuerat, eccleſia ad annos ſeptemdecim Catholico caruit: quo temporis intervallo ab Archidiacono Mar Aba, & Mar Babæo magno ex monaſterio ſancti Abrahæ gubernata eſt: manſit autem ſine Rectore uſque ad Sirois regni primordia.*

IV. De anno obitus Gregorii.

Siroës, ut ſuprà pag. 415. dixi, die 24. Februarii anno Chriſti 628. regnum iniit, idemque permiſit, ut Chriſtiani Catholicum ordinarent. Quum igitur Gregorius anno Choſroæ decimo quinto electus, annos quatuor ſederit, obiiſſe eum neceſſe eſt anno ejuſdem Choſroæ decimo octavo, qui erat Chriſti 608. adeoque Sedem poſt ejus obitum non annis 17. ut Amrus ſcribit, neque annis

NOTA.

1 *Concivem ſuum*. Amrus ſibi non conflat. Nam Gregorium, quem hic patria Caſcarenſem fuiſſe ſcribit, concivem facit Sirinæ reginæ, quam ſuprà Mauricii filiam adeoque Conſtantinopolitanam dixerat.

nis 18., ut Barhebræus; sed annis 20. vacasse, quot scilicet ab anno 608. ad annum 628. effluxere.

V. Ejus Synodus.

Synodus à Gregorio celebrata anno Christi 605. Chosroæ 15. memoratur in Synodico pag. 71. his verbis: منهوذس غريغور الجاثليق وعقدت رابها على صحة الامانة الكبيرة وعلى صحة تقاصير المغتر الكبير واجرت ذكر برصوما مطران نصيبين وزكته ولكتبه لاجل ما كان فيه المخالفون وحرمت من لا يفعل ذلك. وقرّر فى هذه السونذس ضمان الكهنة الذين ليس لهم بيعة او دير معروف ولا ينطاعون للمدبرين ولا يكونون فى الاسكول لكن يسكنون مفردين ويطوفون البيوت. واخوات لا رجل لهم يطوفون البيوت ويقعدون. وقوم من كسالى الرهبان يبتاعون اكراحا فى اوساط القرى وعلى جوانب المدن والديارات ويقعدون الناس. فاجتمعت السونذس ان القس والشماس الذى ليس له بيعة معروفة وكل امراة لا رجل لها ولا تكون فى الدير او اخ يطوف معه اخوات او اخوات يطفن مع اخوة او راهب يجلس فى كرح واحد فى القرية او على جانب المدينة كلهم محرومون. والاسقف الذى يغفل عنهم يوبّخه الكل. وقيل فى الجمع ان قومًا من سكان الديارات لفساد رايهم يسقطون من الصلوات المحيية. وصولا محرومون. وقيل فى الجمع ان قومًا بنوا بيعًا وديارات وافرد لها غيًا ووصّوا اقاربهم بالمواعاة لها فاكلوها من بعدهم. قطع الجمع بان كتب هذه تكون عند الاسقف وتدبره يتمم دخلها وخرجها. *Gregorii Catholici Synodus. Hæc Synodus magnum fidei symbolum confirmavit, tùm etiam magni Commentatoris expositiones approbavit. Memoriam præterea deinceps fieri iussit Barsumæ Metropolitæ Nisibis, eumque cum suis scriptis à quorumdam sectariorum calumniis vindicavit. Qui secus fecissent, excommunicationi subjecit. In hac itidem Synodo confirmata fuere quæ olim statuta fuerant ad coërcendos Sacerdotes certa ecclesia aut certo monasterio carentes, qui nec Rectoribus parebant, nec in Schola manebant, sed solitarii habitabant & per domos vagabantur: eaque decreta extendi voluit ad Sorores, quæ virum non habentes & per domos circumeuntes, mores hominum corrumpebant: nec non ad negligentes monachos, qui in pagis vel in suburbiis ædes conducebant, hominesque depravabant. Unanimi ergo Patrum consensu decrevit Synodus, Presbyterum & Diaconum certa ecclesia carentes, & feminam quamcumque nec virum habentem nec in monasterio commorantem, nec non Fratrem cum Sororibus vagantem, aut Sorores cum Fratribus vagantes, seù monachum in solitaria domo in pagis aut suburbiis habitantem, à communione arcendos. Episcopum verò hominum hujusmodi correptionem negligentem, ab omnibus admonendum. Dictumque fuit in Synodo monachos quosdam ob perversas opiniones quædam de sacris & vivificis precibus omittere. Hos etiam excommunicatione coërcendos Patres decrevere. Relatum præterea fuit in Synodo, quosdam ecclesias & monasteria ædificasse eisdemque reditus assignasse, eosque consanguineis suis ex testamento commisisse, quos illi post fundatorum obitum in suos usus convertissent. Sanxit Synodus scripturas ad hujusmodi negotia pertinentes apud Episcopum servari oportere, & ad hunc spectare expensarum atque redituum prædictorum locorum administrationem.*

Ejusdem Synodi meminit Elias Damascenus in Nomocanone p. 75. فيما امتناح مبريشوع الجاثليق امر كسرى ابن هرمز الملك بالكتاب الى جميع من فى مملكته من المطارنة والاساقفة فى القدوم الى المدابن لاختيار رجل يجتلقونه عليهم. فاجتمعوا واختاروا كربكور وجتلقوه وذلك فى سنة خمسة عشره من ملك كسرى فى شهر نيسان. ثم تذكّروا الايمان والسنن التى سنّها الابا وقوانينهم وراوا ان يكتبوا فى ذلك بينهم كتابًا كما كان الخالقة فى ما مضى اذا اجتمع المطارنة والاساقفة عندهم يفعلون بتجديد ايمانهم. واحيا سننهم واقامة دينهم ففعلوا مثل الذى كان مبريشوع ومن حضره من المطارنة والاساقفة

فعلوا

فعلوا وحرموا ما كان اولـــيـــك حرموا الخ .

Post obitum Sabarjesu Catholici publicis literis Chosroës Hormisdatis filius mandavit, ut universi Metropolitæ & Episcopi suæ ditionis ad urbem Modainam ad electionem novi Catholici convenirent. In hac porrò Synodo Gregorius electus fuit anno quintodecimo ejusdem Chosroæ mense Nisan, hoc est, Aprili. Deinde relatum est de fide & ecclesiasticis legibus atque canonibus Patrum: visumque fuit hæc omnia in unum volumen referri juxta morem præteritorum Catholicorum, qui hactenus consueverant in Metropolitanorum & Episcoporum Synodo fidem suam iterare, leges sancire, & propriam religionem constabilire. Fecerunt itaque quod Sabarjesus ejusque Metropolitani & Episcopi una congregati fecerant, & quæcumque illi damnaverant, condemnarunt &c.

CAPUT XV.

Sahadunas Episcopus Garmæorum.

I. Sahadas, seù Sahadunas Garmæorum episcopus ex hæresi Nestoriana ad fidem catholicam conversus.

SAHADAS, hoc est, Martyrius, quem Nestoriani diminutivè *Sahadunam* appellant, sub Jesujabo Gadalensi Garmæis Episcopus præfuit, eundemque Jesujabum Siroæ Persarum Regis legatione ad Heraclium Imp. anno Christi 628. fungentem comitatus est, ut suprà dixi pag. 114. Ea occasione colloquio cum catholicis in Romanorum ditione de fide habito, Nestorianam hæresim quum abjurasset, à Jesujabo Adiabeno, à quo ad metropoliticam dignitatem evectus fuerat, acriter exagitatus fuit, ut ex ejusdem Jesujabi literis pag. 116. & seqq. suprà ostendi.

II. Ejus gesta, & scripta ex Margensi.

Ejus gesta ex Thoma Margensi lib. 1. hist. monast. cap. 34. accipe.

De Sahaduna ejusque lucubrationibus.

Sahadunas, sicut ex narratione magistri nostri Baritæ didicimus, ex Halmona

mona regionis Nuhadrenſis pago ortum habuit. Hic poſtquam in urbe Niſibi divinarum Scripturarum ſtudio plenè ſeſe exercuiſſet atque in eo multum profeciſſet, monaſticum habitum aſſumpſit, & in continentia, jejunio, & vigiliis divinos mores ſub diſciplina magiſtri noſtri (Jacobi Beth-Abenſis) *affatim hauſit. Patet autem dulcedinem etiam ſanctæ converſationis, quam animus guſtare ſolet, ipſum expertum fuiſſe: id nimirum ejus de caſtis moribus Religioſæ vitæ Tractatus ſatis oſtendunt. Scripſit enim de univerſo opere monaſticæ vitæ libros duos, quibus adjecit quædam Paracletica, atque varios tractatus, tùm etiam hiſtoriam magiſtri noſtri* (Jacobi) *& præclare geſta monachorum in partibus Orientis: atque Orationem in funere magiſtri noſtri Jacobi, quæ incipit: Magnum nobis caput abſtulit mors, chariſſimi: quam orationem ſi quis legerit, intelliget profectò ſublime genus ſtyli ipſius, & orationis vehementiam, comperietque magnum cum exſtitiſſe ſcriptorem, niſi quod in fine deſipuit, atque è propria ſcientia excidit. Quomodo autem mens ejus poſtremo depravata fuerit, ſuo loco, ubi de eo nobis iterùm agendum erit, dicemus.* Nimirùm lib. 2. hiſtor. monaſt. cap. 6. quod deſcripſi ſuprà pag. 107. ab iis verbis: *Quum autem prædicti ſancti terras Romanorum ingreſſi, circa Apameam per aliquot dies commorari decreviſſent &c.*

Idem Margenſis lib. cit. cap. 31. teſtatur *Sahadunam de Joanne Abbate Jacobi Beth-Abenſis diſcipulo ac ſucceſſore orationem habuiſſe, quæ inter ejus orationes ſecundum locum occupat.*

CAPUT XVI.

Sabarjeſus Roſtamus monachus.

1. Sabarjeſu Roſtami geſta & ſcripta ex Margenſi.

DE Sabarjeſu Roſtami geſtis ſcriptiſque hæc Thomas Margenſis lib. 2. hiſt. monaſt. cap. 17.

ܘܬܐ

ܗܘ ܕܥܒܕ ܗܘܐ ܘܫܡܗ ܫܒܪ ܝܫܘ ܘܡܫܡܗ ܗܘ ܒܪ ܣܒܐ ܘܬܠܡܝܕ ܗܘ ܕܡܪ ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܐܒܝ ܒܝܬ ܐܒܝ ܘܒܬܪ ܗܘ ܒܫܘܬܦ ܠ

ܡܪܝ ܫܒܪܝܫܘܥ ܕܡܢ ܒܝܬ ܡܪܓܝ ܗܘ ܐܦ ܒܪ ܡܫܝܚܐ ܘܒܪ ܥܡܐ ܘܒܪ

CAPUT XVII.

Georgius Epiſcopus Niſibis.

I. Georgius Niſibis Metropolita.

GEORGIUS genere Perſa, dignitate Niſibis Metropolita à Jeſujabo Adjabeno ordinatus, cum Georgio ejuſdem Adjabeni ſucceſſore de Patriarchatu contendit, ut fusè narrat Margenſis in lib. 2. hiſt. monaſt. cap. 12. & 13. cujus verba ſuprà deſcripſi pag. 151. & ſeq.

II. Ejuſdem hymnus.

Scripſit Hymnum, cujus initium,

ܫܘܒܚܐ ܠܬܫܒܝܪ ܡܫܝܚܐ ܡܠܟܐ ܕܟܠ ܥܠܡܐ
ܘܠܟܘܠܗ ܡܫܝܚܐ ܒܪ ܐܠܗܐ ܡܫܬܒܚ ܗܘ ܠܥܠܡ .

Laus miſerationibus tuis, Chriſte Rex noſter Fili Dei ab omnibus adorande, eodem Margenſi teſte loc. cit.

CAPUT XVIII.

Gabriel Taurata monachus.

I. Gabrielis Tauratæ vita, & ſcripta.

ABRIEL cognomento *Taurata*, hoc eſt, Vacca, Jeſujabi Adjabeni Patriarchæ & Sahadunæ Garmæorum Metropolitæ æqualis, ſexto in ſeptimum vergente ſæculo claruit, cujus de ætate & ſcriptis hæc Margenſis lib. 2. hiſtor. monaſt. cap. 18.

ܓܒܪܝܐܠ ܕܟܝ ܬܘܪܬܐ ܗܘ ܫܡܗ ܕܐܬܝ ܠܗ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܘܗܝ ܘܡܢ ܨܒܝܘܬܐ ܕܐܒܗ ܕܐܬܐ ܠܗ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܬܘܪ ܗܘ ܫܡ

ܘܡܪ ܗܘ ܒܥܕܬܐ ܕܡܪ ܐܒܪܗܡ ܩܕܝܫܐ
ܘܟܕ ܐܬܐ ܠܡܕܝܢܬ ܢܨܝܒܝܢ ܘܫܡܥ
ܟܬܒ̈ܐ ܩܕܝܫ̈ܐ ܐܬܪ ܡܕܝܢܬ ܢܨܝܒܝܢ : ܘܡܢ ܗܢܘ ܙܒܢ
ܠܟܬܒ̈ܐ ܩܕܝܫ̈ܐ ܐܬܐ . ܘܒܥܕܬܐ ܕܡܪ ܐܒܪܗܡ
ܩܕܝܫܐ ܠܒܝܬ ܣܓܝ ̈ܐ ܐܬܐ ܘܫܡܫ ܒܗ
ܫܢ̈ܝܢ ܣܓܝ ̈ܐ . ܘܒܗ ܙܒܢ ܐܬܐ ܠܒܝܬ ܣܓܝ ̈ܐ
ܕܒܝܬ ܐܒܗ̈ܬ ܕܡܪ ܐܒܪܗܡ ܩܕܝܫܐ ܘܫܡܫ ܒܗ
ܫܢ̈ܝܢ ܣܓܝ ̈ܐ : ܘܒܗ ܙܒܢ ܐܬܐ ܠܒܝܬ ܣܓܝ ̈ܐ
ܕܒܝܬ ܐܒܗ̈ܬ ܕܡܪ ܐܒܪܗܡ ܩܕܝܫܐ ܘܫܡܫ ܒܗ
ܫܢ̈ܝܢ ܣܓܝ ̈ܐ : ܘܒܗ ܙܒܢ ܐܬܐ ܠܒܝܬ ܣܓܝ ̈ܐ
ܕܒܝܬ ܐܒܗ̈ܬ ܕܡܪ ܐܒܪܗܡ ܩܕܝܫܐ ܘܫܡܫ ܒܗ
ܫܢ̈ܝܢ ܣܓܝ ̈ܐ : ܘܒܗ ܙܒܢ ܐܬܐ ܠܒܝܬ ܣܓܝ ̈ܐ
ܕܒܝܬ ܐܒܗ̈ܬ ܕܡܪ ܐܒܪܗܡ ܩܕܝܫܐ ܘܫܡܫ ܒܗ
ܫܢ̈ܝܢ ܣܓܝ ̈ܐ : ܘܒܗ ܙܒܢ ܐܬܐ ܠܒܝܬ ܣܓܝ ̈ܐ

De magistro nostro Gabriele cognomento Taurata. Dicendum etiam est in hac nostra historia, charissime magister noster Mar Ebedjesu, de casto Gabriele, viro ad ferendum laudabilium operum pondus paratissimo. Iste in provincia Sarzura natus, patrii soli barbariem inscitiamque pertæsus, Nisibin urbem petiit, ibique literis operam dare exorsus, brevi sacrarum Scripturarum scientiam adeptus est. Mox monasticum habitum induit in magno cœnobio Mar Abrahæ, & lectioni continuo intentus, plurimos evolvit codices: præcipuè verò enituit in disputationibus adversùs monachos Severianos rasos 1 *cœnobii Cartaminensis.* 1 *Exstat quippe ejusdem adversùs illos Disputatio, & ad illorum objecta Responsio, quibus eorum improbitatis & inscitiæ vepres succendit. Postquam verò Sahadunas ab ecclesia ejectus est, eundem Edessam usque insequutus fuit, quemadmodum ipse Gabriel in suis scriptis testatur his verbis. Eo tempore, quo infelix Sahadunas ab ecclesia expulsus est, ego Gabriel ardenti zelo succensus, ad eum Edessam usque profectus sum. Ibi verò cum illo congressus, eundem convicit. Idem Gabriel, quum ex hac caduca fluxaque vita ad sempiternam sanctus Mar Narses illius sacri cœnobii præfectus migrasset, rerum ab eo præclarè gestarum historiam conscripsit, ad ejusdem calcem ista subjungens. Equidem satis magistrum nostrum Mar Abrahamum ejusque sacrum cœtum laudavisse me puto, si dicam ex illo prodiisse sanctum magistrum nostrum Jacobum monasterii Beth-Abensis fundatorem. Condidit enimvero Deus ejus operâ monasteriorum primum: Sic enim ubique nominatur monasterium Beth-Abense. Præfuit autem* Narses *ei cœnobio per aliquod tempus, indeque ad hoc cœnobium commigravit. Quum verò magister noster Kamjesus ad suum monasterium rediisset, suffectus est in ejus*

locum

NOTA.

1 *Monachos Severianos rasos cœnobii Cartaminensis.* De hoc cœnobio, quod Severiani Monophysitæ incolebant, vide in Dissertatione de Monophysitis Tomo 2. Bibliothecæ nostræ præfixa, verbo *Cartamina;* ubi ex ejusdem sectæ monumentis ostendi, monachis illis circa annum Christi 680. sub Severo Bar-Maske ejusdem gentis Patriarcha Ananiam Episcopum præfuisse. *Rasos* autem eos monachos appellat Margensis, quod coronam in tonsura minimè deferrent, sed totum caput rasum haberent, præter antiquum monachorum Nestorianorum morem, cujus idem Margensis citatus suprà pag. 431. meminit.

locum Barz-Surinus: quumque iste quoque hinc discessisset, eidem beatus Mar Barsumas successit, ad quem exstat epistola Mar Ananjesu sub exordium sui Patriarchatus (hoc est, circa annum Græcorum 997. Christi 686.) *eoque defuncto, præfecturam sacri hujus cœnobii idem Gabriel assumpsit. Sermonem præterea de Lazipedio conscripsit, qui in die Paschatis Domini legitur. Composuit etiam historiam triumphorum sanctorum martyrum montis Braini, & historias diversas. Qui autem in commemoratione magistri nostri Jacobi sermo recitatur, hujus Gabrielis fœtus non est, sed alterius Gabrielis Metropolitæ oppidi Beth-Seleuciæ, cognomento Rakodæ, de quo suo loco nobis dicendum erit.* Vide infrà cap. 21.

CAPUT XIX.

Barita Monachus.

I. Baritæ monachi ætas.

BARITA [1] in cœnobio Salibæ, quod juxta Haiglam pagum ad Tigrim situm est, monachum egit sub Jesujabo Adjabeno & Ananjesu Nestorianorum Patriarchis ab anno Græcorum 962. ad annum 996. Messalianismi accusatus, jussu ejusdem Ananjesu Patriarchæ unàcum sociis Aba & Thoma à Georgio cœnobii Beth-Abensis præfecto examinatus fuit innocensque declaratus, ut refert Margensis lib. 1. histor. monast. cap. 28. qui lib. 2. cap. 6. addit, ipsum Sahadunæ à Nestoriana hæresi defectionem prædixisse, & cap. 28. memorat monasterium nomini ejusdem inscriptum, in quod Josephus archimandrita relicto Beth-Abensi sub Saliba-Zacha Patriarcha Ananjesu successore se recepit.

II. Historia monastica.

Idem Margensis lib. 1. cap. 23. & 34. laudat Baritæ *historiam monasticam*, ex qua testimonium profert de Jacobo Beth-Abensi & Sahaduna. Ejus verba de Sahaduna produxi suprà pag. 453. De Jacobi verò in Beth-Abensem locum adventu accipe.

ܗܘ ܕܡܠܟ ܒܪ ܗܘܪܡܙܕ ܒܪ ܟܣܪܘ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܠܡܠܟܘܬܗ ܘܥܒܕ ܫܢܝܢ ܫܒܥܝܢ ܘܬܠܬ ܫܢܝܢ ܡܠܟ

CAPUT XX.

Salomon Bar-Garaph Monachus.

I. Salomon filius Garaphi monachus.

SALOMON cognomento Bar-Garaph, in cœnobio Barturę ſub Ananjeſu Patriarcha circa annum Græcorum 1000. Chriſti 689. claruit, de quo hæc Margenſis lib. 1. hiſtoriæ monaſt. cap. 18.

ܫܠܝܡܘܢ ܕܥܠ ܟܢܝ ܒܪ ܓܪܦ ܡܢ ܟܘܡܪܐ ܕܒܪܬܘܪ ܘܡܢ ܣܦܪ̈ܐ ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܪܢ ܐܚܝܕ̈ܐ ܘܐܒ̈ܗ̈ܬ̈ܐ ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܪܢ ܐܚܝܕ̈ܐ ܘܐܒ̈ܗ̈ܬ̈ܐ ܗܘ ܕܟܬܒ ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܓܪܦ ܡܢ ܟܘܡܪܐ ܕܒܪܬܘܪ ܘܡܢ ܣܦܪ

CAPUT XXI.

Gabriel Rakoda, Episcopus Garmæorum.

1. Gabriel Rakoda Episcopus Seleuciæ Garmæorum.

GABRIEL, cognomento Rakoda, hoc est, Saltator, ex monacho cœnobii Beth-Abensis à Salibazacha Patriarcha, qui Nestorianis anno Christi 720. præerat, oppidi Seleuciæ in regione Garmæorum Episcopus ordinatus, in eodem cœnobio dies clausit, Margensi teste, qui lib. 2. historiæ monasticæ cap. 33. ejus gesta & carmen ab eodem de Jacobo Beth-Abensi conscriptum refert his verbis.

ܟܠ ܥܕܢܐ ܕܗܘ ܡܫܡܫܢܐ ܘܥܢܐ
ܘܥܡ ܗܟܝܪ ܘܒܗܕܐ ܗܘܐ ܘܥܒܘ .
ܗܘ ܒܝ ܥܕܢܐ ܘܒܝ ܒܝܕܥ
ܗܘܡܢܐ : ܟܝ ܒܝ ܗܘܡܢܐ ܘܒ ܟܘ
ܘܘܥܘ ܘܚܗܫܒܐ ܘܒ ܒܘܡܥܐ ܐܠ
ܟܗܢܐ ܗܘܐ : ܟܒܐ ܟܫܒ ܫܘܒܚܐ
ܟܚܫܒ ܡܘܕܝ ܒܘܡܥܐ ܗܘ ܒܝ
ܟܗܢܐ . ܒܘ ܘܟܐ ܟܚܫܒ ܐܠ
ܟܠ ܡܢ ܒܟܐ ܗܘ : ܟܟܐ
ܐܠ ܗܘ ܘܒ ܟܚܫܒ ܐܠ ܟܗܢ
ܘܒ ܟܚܫܒ ܐܠ ܟܗܢ ܘܒ ܟܚܫܒ
ܐܠ ܟܗܢ

ܗ ܒ ܐ ܕ ܒ ܐ ܕ ܒ ܐ ܕ

omnibus sectantes, adversùs illum (Jacobum) *invidia odioque exarsere &c. Enimverò neutiquam existimamus præter Dei voluntatem factum, ut Mar Babæus pluribus causam præbuerit monasterium illud deserendi. Secus nemo sanctorum virorum operosissimum negotium assumere vellet monasteria condendi. Quid? quod & Sahadunas in sua de nostro magistro* Jacobo *historia sanctum illud cœnobium summis laudibus prosequitur & extollit, qui prædictæ monachorum contentioni discordiæque tempore propior fuit. Sed & illud sciendum, ex isto cœnobio eadem ex causa, nempe enata inter monachos scissione, secessisse beatum magistrum nostrum Kamjesum, & sanctum Mar Jacobum, & magistrum nostrum Aphnimaranum, & Amaleontium Zinæum, & magistrum nostrum Josephum: qui aliis monasteriis deinceps præfecti fuere, eaque egregiè gubernarunt: nec verò illis venit in mentem cœnobium istud accusare, ut illud Impiorum cœtum appellarent. Pergit Gabriel, & volens hoc monasterium laudare, ex perturbatione & stultitia sua ejusdem habitatores vituperat. Quare de Jacobo loquens subdit: Nullas eis (monachis suis) opes in terris reliquit: & quoniam eas possidere maluerunt, en amisere omnia. (Agros intelligit, quos eis Patres ipsorum legaverunt, Mar Jesujabus, videlicet, & Mar Gregorius Catholici.) Prosequitur monachos iterùm sugillans: Nullus illis egentior; laborem nihilominus inutilem patiuntur. (Ingressum nempe & exitum, sementem & messem.) Hunc auctor hymnum, seu Carmen, haudquaquam emendavit, & hactenus sine ulla correctione legitur. Obiit autem & beatus in hoc cœnobio.*

II. Ejus Carmen de Jacobo.

Ejusdem Carminis meminit idem Margensis lib. 1. cap. 24. ubi quædam observat à Sahaduna vitæ Jacobi Beth-Abensis scriptore prætermissa fuisse, quæ apud Gabrielem hunc in laudato Carmine aliosque scriptores leguntur. ...

وٕلمحنّه وٕوّح محمّد ڕحمّنا
هيّ ٱلا ٱهلا هنّه محبّ ٱنّم
حنّمّا . ٱحدّنا وهلّلّه وٕوّح
هنّ نمّحدّا وحمّاه وهنّعا هنّا :
ملا ٱهوّا وٕنعكه . حيّ ٱا ملّمحه
ٱلوحنّه . همّمّلا ٱووّا
حمّولّمم حكلا ٱنمّ حمّحكه
ملّمحه ٱحمّكلا ٱكّلا همّنّه
حمّنّماه ولا ٱحمّوّ حنّا ٱحم
ٱهطلا حيّمحّا ونّنّه ووّا حنّه :
ٱهكم وهمّحّ حكّموّم ٱحنّالا
حمّاهنّا وٕحمّي حنّح حب ٱهنّ :
ووّحبر هنمّكلا حنّووّا وٕنعكه
حمّنّا وحنّهنّه : ٱحمّمّلا
ٱحبّم وٕحمّوّ حنّه هنّمّنّه .
ٱهمر ٱهكم وهمّحّ حكّموّم وّوّح
ٱهنّمّنّ حمّمّنّا ٱحنّووّا
وٕنّرّنّهوّم : ٱهمر ووّا وّهنّحتم
حنّمّعا وّهوّم ووّنا وّاهنّحّ
هكّنّمّم حنّ حنّنّه .

Sahadunas itaque historiæ magistri nostri Jacobi scriptor, plura de eodem omisit tacit usque præteriit, ut adventum magistri nostri Mar Jesuzachæ ad eundem sanctum Jacobum, *& quod hic incendium extinxit, quo cœnobium conflagrabat, quodque idem torrentem in utraque valle exundantem, ne monasterium unàcum templo dirueret, cohibuit. Hæc enim commemorat Gabriel in carmine, quod de magistro nostro composuit, inquiens: Ignem, quo cellæ monasterii correptæ fuerant, continuò extinxit, alluvionemque compressit, quæ cœnobium illud obrutura credebatur. Sed & alia de eodem refert magister noster Aphnimaranus in parva historia, quam de ejus præclarè gestis conscripsit; nec non & illud factum de eodem narratur, quod in proximè superiori capi-*

capite ex Salomone Garaphi filio deſcripſimus.

CAPUT XXII.

Saliba Presbyter Manſurenſis.

I. Saliba Presbyter.

SALIBA Presbyter Manſurenſis ex Inſula Euphratis, quã Zebedæam appellant, vixit ſub Timotheo Patriarcha, octavo in nonum vergente ſæculo. Ananjeſum hujus nominis ſecundum Timothei præceſſorem flebili carmine defunctum laudavit, quod exſtat Cod. Syr. Amid. 3. (Tom. 1. Biblioth. noſtræ pag. 581.) obiit autem Ananjeſus anno Græcorum 1092. Chriſti 781.

II. Ejus carmina.

Ejuſdem *Carmen de doctoribus Græcis*, & *Carmina III. de pœnitentia & compunctione* exſtant in Codd. Syr. Amiden. 7. & 8. (eod. Tom. Biblioth. noſtræ pag. 582. & 583.)

CAPUT XXIII.

Thomas Epiſcopus Margenſis.

I. Thomas epiſcopus Margenſis.

THOMAS ex monacho cœnobii Beth-Abenſis, urbis Margæ in ditione Moſulana Epiſcopus, ſub Abrahamo ac Theodoſio Patriarchis nono ſeculo ineunte claruit, ejuſdem Abrahæ olim à Secretis, ut idem de ſeipſo pluribus in locis teſtatur.

II. Ejus Hiſtoria monaſtica cœnobii Beth-Abenſis.

Scripſit *Hiſtoriam monaſticam*, quam paſſim laudavimus, *Libris ſex* comprehenſam. Exſtat autem in Bibliotheca Vaticana, Tom. 2. Biblioth. noſtræ Orientalis pag. 490. hoc titulo prænotata. ܟܬܒ ܣܒܪ

ܘܡܢ ܡܫܚܐ ܕܥܒܕ ܛܘܒ ܟܬܒ
ܐܚܕܬܐ ܡܫܬܐ ܕܡܠܦ ܘܐܡ ܕܐ
ܩܘܡܐ ܡܫܬܒܚ ܘܗܘ ܕܟܬ ܐ
ܩܘܡܐ ܒܗ ܟܬ ܘܒܟܠ ܣ
ܟܬ ܐ ܕܡ ܐ
ܩܫܝܫܐ ܘܡܢ ܐ .

Ope Domini noſtri Jeſu Chriſti ſcribere aggredimur Hiſtorias utileſque narrationes de ſanctis monachis ſacri cœnobii Beth-Abenſis, auctore religioſo Mar Thoma epiſcopo Margæ. Ad calcem verò hæc ab amanuenſi adnotantur. ܣܟܡ ܟܬܒ ܗܕܐ

ܘܢܛ ܘܫܡܗ ܗܕܐ ܘܩ
ܘܐ ܕܡ ܐ ܡܢ ܐ ܕܡ
ܘܐ ܡܫܬܐ ܘܐ ܐ ܩ
ܡܐ ܘܗܘ ܕܟ ܐ ܘ
ܐ ܗܕ ܐ ܘܒ ܐ ܟ
ܡ ܘ ܐ ܘ ܐ ܘ
ܡ ܐ ܘ ܐ ܘ ܐ
ܘ ܐ ܘ ܐ ܘ ܐ

tur. Auctor libri est religiosus Dei & Philosophus spiritualis Mar Thomas (Hic ascitanter ab amanuensi additur ܫܠܝܚܐ *Apostolus*) *Episcopus Margæ, cujus preces necnon magistri ejus Mar Jacobi sanctorumque, quorum præclara facinora descripsit, sint excelsus cunctis fidelibus murus ..... Absolutus est autem liber iste feria sexta hebdomadæ æstatis post Dominicam, cujus Antiphona incipit: Mansionem deliciis plenam, mense benedicto Ab* (Augusto) *anno Græcorum millesimo nongentesimo septuagesimo quarto*, Christi 1663. Hæc scilicet epocha est scripti codicis. At verò ætas Auctoris ex libro 4. c. 40. colligitur, de seipso ita scribentis.

ܟܕ ܙܥܘܪ ܐܢܐ ܒܗܝܟܠܐ ܕܫܢܬ ܬܫܥ ܠܡܠܟܘܬ ܥܪܒ ܒܗ ܐܬܝܬ ܠܗ ܘܩܪܝܬ ܥܠ ܡܢ ܐܝܬ ܠܗ ܡܕܥ ܒܬܫܡܫܐ ܕܩܕܝܫܐ ܘܒܥܝܬ ܠܡܫܡܥ ܡܠܦܢܐ ܕܐܬܪ ܡܢ ܩܕܝܫܐ ܕܡܬܩܪܐ ܒܫܡܗ ܘܐܢܐ ܒܥܝ ܠܡܟܬܒ ܡܐ ܕܫܡܥܬ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܐܒܐ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܘܡܢ ܦܘܡ ܫܠܝܚܐ ܕܡܪ ܬܐܘܡܐ

ܡܢ ܒܝܢ ܐܢܫ ܐܝܟ ܕܢܗܘܐ ܡܬܡܠܠ ܗܘܝܢ ܐܢܐ ܘܗܘ ܐܚܐ ܒܝܫܘܥ ܥܡ ܐܚܪܢ ܡܢ ܩܕܝܫܐ ܕܐܝܟ ܕܗܘ ܡܢ ܩܕܡ ܫܡܥ ܐܢܐ ܠܗ ܠܐ ܫܠܡ

prolixis literis continenter opus istud sollicitare pergebas, tuis ego pridem opponebam precibus modo meam in dicendo inopiam, laboris modo suscipiendi prorsùs inutile pondus, quum dicerem, catholicam ecclesiam velut locupletissimum pomarium hujusmodi historiarum copia abundare. Quid enim, ajebam, pro mea hac ego tenuitate proferre unquam valeam, cum iis, quæ de Sanctorum vitis à doctissimis viris vulgata sunt, comparandum? His nihilominus rationibus minimè cessit animus tuus, nec ardor refrixit, sed intercessores quæsivisti, tuque ipse vir laudatissime unàcum illis ad monasterium, ubi degebam, utrique comparati meditatique venistis, maximè verò doctissimus & sapientissimus atque Philosophus magister noster Paulus. Ita demum mentis meæ saxeam duritiem placidis precum vestrarum aquis emollistis. Ego verò divinæ mentis consilio voluntatique studium hoc vestrum attribuens, charitatis vestræ mandatum omni cum alacritate postremo suscepi: divinaque fretus ope, votis tuis, meæque erga te observantiæ officioque perquam accurate satisfacere decrevi. En ergo præclara gesta sanctorum monachorum sancti monasterii tui in Beth-Abe Alumnorum scribere aggredior: & quandoquidem de istis dumtaxat at agerem postulasti, de aliis tantummodo dicam, quum id exigere videbitur institutum & ordo historiæ eorum sanctorum, quorum acta literis à me consignari sanctitas tua rogavit. Tu verò in charitate & præparatione mentis, in voluntate & dilectione Dominum orare pergito, ut mihi ad perficiendum pro divini sui nominis gloria institutum opus, vires animumque largiatur.

Cap. 2. *Hujus historiæ causa, sive occasio.* ...

Ait margensis se in cœnobio Beth-Abensi diu olim commoratum fuisse, ejusque loci monachorum præclarè gesta tùm ex aliorum scriptis, tùm ex seniorum narrationibus hìc referre: ab Izalensis autem monasterii conditore Abrahamo initium ducere.

ܒܝ ܡܪܝ ܐܒܗܬ ܫܪܝܪܐ ܘܫܬܝܬ ܒܗ ܒܫܢܝ ܣܓܝܐ ܒܒܝܬ ܐܒܐ ܕܐܬܝܬ ܠܡܟܬܒ ܬܫܥܝܬܐ ܘܡܠܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܐܝܟ ܕܐܬܝܗܒ ܠܝ ܡܪܝ ܐܒܗܬ ܫܪܝܪܐ ܘܫܬܝܬ ܒܗ ܒܫܢܝ ܣܓܝܐ ܒܒܝܬ ܐܒܐ ܕܐܬܝܬ ܠܡܟܬܒ ܬܫܥܝܬܐ ܘܡܠܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܐܝܟ ܕܐܬܝܗܒ ܠܝ

Præcepere mihi sancti fratres sacri cœnobii in Beth-Abe, in quo pluribus annis ministravi, ut historiam & narrationes utiles sanctorum virorum, qui in eo cum aliqua virtutis fama vixerunt, conscriberem: & eorum quidem vitas, quorum acta jam literis mandata fuerant, siquis occurreret defectus, ipse supplerem; aliorum verò, de quibus nihil scriptum fuerat, gesta compendio colligerem tùm ex iis, quæ à senioribus, testibus fide dignis piisque in eodem monasterio repertis audivissem, tùm ex aliis veterum scriptorum monumentis & ecclesiasticis historiis didicissem, ac brevi methodo in unum volumen referrem &c. Contendam porrò, ne res rebus & narrationes narrationibus imperitè permistæ confusæque legentium mentem simul confundant atque perturbent, sed singula suo loco compendiosa, ut dixi, methodo componam, ut inde historiam universalem habeas. Hunc verò ordinem tenebo, ut per capita singulas narrationes proprio numero distinguam, sumpto exordio à Mar Abrahamo magno, patre patris sanctorum, quorum laudatissima gesta retexere instituì: præmittendam enim duxi causam suis effectis & genus suis speciebus, sicut præponi solet beatus pater Abraham cunctis gentibus, atque Israël omnibus Israëlitis, & sacerdotum choro pater Aaron.

Cap. 3. *Isagoge in eandem historiam.* ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܗܝ ܣܒܐ ܘܕܗܝ ܬܫܥܝܬܐ ܘܕܗܝ ܡܠܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܐܝܟ ܕܐܬܝܗܒ ܠܝ ܡܪܝ ܐܒܗܬ ܫܪܝܪܐ ܘܫܬܝܬ ܒܗ ܒܫܢܝ ܣܓܝܐ ܒܒܝܬ ܐܒܐ ܕܐܬܝܬ ܠܡܟܬܒ ܬܫܥܝܬܐ ܘܡܠܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܐܝܟ ܕܐܬܝܗܒ ܠܝ

Monasticam vitam per Mosen, Eliam, Elisæum, aliosque prophetas, necnon per Joannem Baptistam traductam fuisse, perque Apostolos monachis demum traditam.

ܒܝ ܡܪܝ ܐܒܗܬ ܫܪܝܪܐ ܘܫܬܝܬ ܒܗ ܒܫܢܝ ܣܓܝܐ ܒܒܝܬ ܐܒܐ ܕܐܬܝܬ ܠܡܟܬܒ ܬܫܥܝܬܐ ܘܡܠܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܐܝܟ ܕܐܬܝܗܒ ܠܝ ܡܪܝ ܐܒܗܬ ܫܪܝܪܐ ܘܫܬܝܬ ܒܗ ܒܫܢܝ ܣܓܝܐ ܒܒܝܬ ܐܒܐ ܕܐܬܝܬ ܠܡܟܬܒ ܬܫܥܝܬܐ ܘܡܠܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܐܝܟ ܕܐܬܝܗܒ ܠܝ

Virginitas, inquit, *& religio in omnes gentes velut per manus tradita propagata fuit; præcipuè verò in sacros ubique terrarum degentium monachorum ordines. Et quoniam in montibus adumbrata est indeque traducta, per Moysen quidem in monte Sina, per Eliam verò in Carmeli jugis, per beatum Elisæum & filios Prophetarum sanctumque Joannem in solitudine: tùm etiam per Simonem & socios ejus in monte Thabor, atque per ipsum Prophetarum Dominum, quando in deserto jejunavit, & in monte Olivarum in cœlum ascendit: isti similiter Patres anachoritæ ad tuendam virginitatem ac religionem ad ipsos per Apostolos transmissam, solitudinem montesque petierunt.*

Cap. 4. *De magistro nostro Mar Abrahamo Magno, cœnobii in monte Izalensi præfecto.* ܡܢ ܡܪܝ ܐܒܗܬ ܫܪܝܪܐ ܘܫܬܝܬ ܒܗ ܒܫܢܝ ܣܓܝܐ ܒܒܝܬ ܐܒܐ ܕܐܬܝܬ ܠܡܟܬܒ ܬܫܥܝܬܐ ܘܡܠܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܐܝܟ ܕܐܬܝܗܒ ܠܝ ܡܪܝ ܐܒܗܬ ܫܪܝܪܐ ܘܫܬܝܬ ܒܗ ܒܫܢܝ ܣܓܝܐ ܒܒܝܬ ܐܒܐ ܕܐܬܝܬ ܠܡܟܬܒ ܬܫܥܝܬܐ ܘܡܠܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܐܝܟ ܕܐܬܝܗܒ ܠܝ

Hujus gesta descripta fuisse testatur

ܒܝܘܚܢܢ ܐܒܐ ܕܟܬܒ ܬܫܥܝܬܗ ܕܡܪ ܝܥܩܘܒ ܡܢ ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܕܒܝܬ ܥܒܝ ܘܡܢ ܡܪ ܪܘܫܛܡ ܡܢ ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܕܒܝܬ ܪܘܩܝ ܒܬܫܥܝܬܗ ܕܡܪ ܐܒܪܗܡ ܪܒܐ ܕܒܝܬ ܥܒܝ ܘܒܬܫܥܝܬܗ ܕܡܪ ܙܟܝ ܝܫܘ ܘܒܝܬ ܥܒܝ ܒܝܬ ܐܒܝ ܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܐܠܝܢ ܬܪܥ ܡܠܬܐ ܒܗ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܝܘܚܢܢ ܐܒܐ ܕܟܬܒ ܬܫܥܝܬܗ ܕܡܪ ܝܥܩܘܒ ܡܢ ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܕܒܝܬ ܥܒܝ ܘܡܢ ܡܪ ܪܘܫܛܡ ܡܢ ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܕܒܝܬ ܪܘܩܝ ܒܬܫܥܝܬܗ ܕܡܪ ܐܒܪܗܡ ܪܒܐ ܕܒܝܬ ܥܒܝ ܘܒܬܫܥܝܬܗ ܕܡܪ ܙܟܝ ܝܫܘ ܘܒܝܬ ܥܒܝ ܒܝܬ ܐܒܝ ܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܐܠܝܢ ܬܪܥ ܡܠܬܐ ܒܗ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܐܝ ܡܢ ܡܪ

à Joanne Abbate, qui hiſtoriam magiſtri noſtri Baritæ ſcripſit, & à magiſtro noſtro Roſtamo ex cœnobio Beth-Rokenſi, in hiſtoria magiſtri noſtri Mar Abrahæ præfecti cœnobio magiſtri noſtri Zachajeſu & cœnobio Beth-Abenſi. Ex horum hiſtoriis ſuam Margenſis concinnavit, cujus ſummam vide ſuprà pag. 93. & ſeq.

Cap. 5. *De Mar Dadjeſu.* ه. ܥܠ ܡܪ ܕܕܝܫܘ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܐܝ ܡܢ ܡܪ

Hic Abrahamo in præfectura cœnobii ſucceſſit. Ejus verò vitam hìc à Margenſi deſcriptam, vide ſuprà pag. 98.

Cap. 6. *De magiſtro noſtro Mar Jacobo in Beth-Abe*, cœnobii nimirum Beth-Abenſis fundatore. و. ܥܠ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܝ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܐܝ ܡܢ ܡܪ

Hic, ut ait Margenſis, ex Laſciuma Garmæorum urbe oriundus, quum ſacrorum librorum lectioni operam dediſſet, primùm docendi munus exercuit, deinde anachoriticam vitam in diverſis locis coluit, à memorato Dadjeſu edoctus, ſub quo monaſticum habitum induit, poſtquam, teſte Sahaduna, ſeptennium in cella S. Jacobi Epiſcopi Niſibeni egiſſet. Sub Babæo denique, qui Dadjeſum in cœnobii Izalenſis præfectura excepit, continentia animique demiſſione enituit.

Cap. 7. *De beato Mar Babæo Magno*, Abrahæ diſcipulo. ز. ܥܠ ܡܪ ܒܒܝ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܐܝ ܡܢ ܡܪ

Hoc, & quatuor ſequentia capita vide ſuprà à pag. 88.

Cap. 8. *De impuris quibuſdam, qui Babæi tempore in eo ſacro cœnobio exorti ſunt.* ح. ܥܠ ܐܢܫܐ ܡܣܟܢ ܕܩܡܘ ܒܙܒܢܗ ܕܡܪ ܒܒܝ ܒܗܝ ܕܝܪܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܐܝ ܡܢ ܡܪ

Cap. 9. *De ſancto magiſtro noſtro Mar Elia*, qui eorum monachorum incontinentiam deprehendit. ط. ܥܠ ܡܪ ܐܝܠܝܐ ܕܓܠܐ ܠܗ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܐܝ ܡܢ ܡܪ

Cap. 10. *Quæ beatus Mar Elias eluceſcente die egerit.* ي. ܥܠ ܡܪ ܐܝܠܝܐ ܒܙܒܢ ܕܢܗܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܐܝ ܡܢ ܡܪ

Signum ſcilicet congregationis pulſavit, eoſque impuros coram Babæo convicit.

Cap. 11. *Quæ egerit Mar Babæus patreſque univerſi.* يا. ܥܠ ܡܪ ܒܒܝ ܘܐܒܗܬ ܟܠܗ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܐܝ ܡܢ ܡܪ

eos ſcilicet pſeudomonachos cum filiis & uxoribus è cœnobio ejecere.

Cap. 12. *De injuria ſancto Mar Jacobo noſtro Beth-Abenſi facta, & quod iniquè condemnatus eſt.* يب. ܥܠ ܥܘܠܐ ܕܥܒܕ ܠܡܪ ܝܥܩܘܒ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܐܝ ܡܢ ܡܪ

eo nimirum quod cellam habitaret iis pſeudomonachis vicinam, nec eorum flagitia revelaſſet, unàcum ipſis cœnobio ejectus fuit, tamquam criminum eorum particeps. Inde verò expulſus, unà cum diſcipulo ſuo Barnun in montes Cardoos ſe recepit.

Cap. 13. *Quæ acciderint in eo ſacro cœnobio poſt Mar Jacobi diſceſſum.* يج. ܥܠ ܡܕܡ ܕܗܘܐ ܒܗ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܒܒܝ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܪܒܐ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܐܒܪܗܡ ܙܥܘܪ ܐܝ ܡܢ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܐܝ ܡܢ ܡܪ

ومن

ܘܥܘܢܐ ܕܫܘܚܐ ܕܝܠܗ ܕܒܒܝ ܐܪܟܝܡܢܕܪܝܛܐ ܡܢ ܓܘ ܥܕܬܐ ܕܝܥܩܘܒ ܕܐܬܪܕܝܬ ܒܥܠܬ

Cap. 15. *De magistro nostro Barhadbesciaba.*

Qui per eam memoratæ seditionis occasionem ex cœnobio magno (hoc est, Izalensi) profectus, in Beth-Abe unàcum aliis pluribus monachis aliquandiu habitavit: mox *in valle suprà Hodud pagum, undè ipse oriundus erat*, exstructo monasterio præfuit, ibique decessit. Porrò illud monasterium diù stetisse affirmat Margensis: subditque:

Ante nostram verò ætatem idem monasterium *prorsus excidit, translatumque sacrum ipsius* (Barhadbesciabæ) *corpus, in martyrio hujus* (Beth-Abensis) *cœnobii cum sanctis patribus repositum fuit.* Hunc fuisse Barhadbesciabam Saharani montis incolam, quem Sabarjesus successorem sibi designaverat, ipsius Sabarjesu ætas suadere videtur. Recole quæ suprà ex Amro descripsi pag. 451.

Cap. 16. *De iis, qui è magno cœnobio pulsi fuerant: & quo abierint, quave ratione Deo placuerint.*

In locum quemdam, quem *Phughitam* appellant, pœnitentiæ causa secedentes, prioris vitæ maculas jejunio & abstinentia eluerunt.

Cap. 17. *Quod Abbas Jonas cœnobii magni monachus eos secutus est:*

iisque præfuit.

Cap. 18. *De Salomone Bar-Garaph ex cœnobio Barturæ, deque historiis quas scripsit.*

Ex hujus historia refert Margensis, Jacobum ex cœnobio Izalensi in montes Cardoos primùm, deinde in Beth-Abe profectum fuisse. Vide suprà pag. 459. ubi totum hoc caput descripsi.

Cap. 19. *De beato Marjabo, & virgine quadam moniali.*

Hoc caput descripsi suprà pag. 186.

Cap. 20. *De magistro nostro Jacobo Beth-Abensi:*

A Marjabo, & ab illa Virgine, de quibus supra, admonitus fuit Jacobus, ut relicta eremo ad Beth-Abense m locum abiret, ubi cœnobium magnum condendum fore prædixerant.

Cap. 21. *De ejus adventu in cœnobium:*

Ex eremo, ut suprà dixi, in cœnobium Izalense rediit Jacobus; hinc orta ipsum inter & Babæum contentione, cum sociis novem in Beth-Abe perrexit, ubi cœnobium condidit, in quo Barhadbesciaba aliquandiu cum Jacobo mansit; postea verò suum monasterium repetiit.

Cap. 22. *De gaudio, exultatione, & lætitia, quibus affecti fuere monachi, qui illuc ante ipsum venerant.*

ܒܥܘܕܗ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܢ ܡܕܒܪܐ ܠܐܬܪܐ ܕܒܝܬ ܥܒܝܐ ܗܘ ܐܙܠ ܘܐܬܐ ܠܗܢܐ ܒܝܬ ܡܘܢܐ ܘܒܗ ܫܟܒ ܘܐܬܬܩܪ ܒܫܡܗ ܘܒܫܡ ܐܬܪܗ ܥܕ ܗܫܐ ܗܘ ܕܝܪ

runt: quod etiam legere eſt in epigraphe in pleriſque codicibus adjuncta in hæc verba. Hanc nobis operam contulit Mar Samatas filius Jazdini viri inter fideles primarii. Sed quod de codicibus à Samata ex urbe Edeſſena allatis hìc narratur, paulò aliter ab Amro refertur in vita Gregorii Patriarchæ, quam ſuprà deſcripſi pagina 451.

Cap. 24. *De venerabili Baſtumago patre Mar Jeſujabi Catholici:*

ﻛﻴ . ﻟﻼ ﻣﺴﻌﻮﻟ ﺣﻬﻮﻣﻮﻣﻲ
ﺣﻮﻣﻮﻣ ﻭﻤﺪﻨﺒ ﻣﻘﻌﺪﻨﻮﻣ
. ﻣﻬﻮﻟﻌﻠﻠﻠﻠﻠﻠﻠ

Sabadunas, inquit Margenſis, multa in vita Jacobi tacitus præteriit, quæ à Gabriele Rakoda, ab Aphnimarano, & à Salomone Garaphi filio narrantur: quæ inter idem Margenſis hiſtoriam hanc Baſtumagi memorat. Hic, ait, Adjabenus erat, prædiaque multa quum poſſideret, quotieſcumque ea adire neceſſum foret, in Jacobi cœnobio divertere conſueverat:

ﻟﺤﻨﻪ ﻫﻮﻟ ﺣﻨﻪ ﺣﻨﻌﻮﻟ
ﻭﻤﺪﻟﻟ ﻭﺣﻨﻤﻪ ﻣﻊ ﻣﻨﻤﻪ ﻫﻪ
ﻭﻫ ﺣﻨﻟﻟ ﺣﻤﻌﻨﻟ ﻣﻨﻨﻪ ﺣﻨﻨﻨﻪ
ﻟﻠﻪ ﻫﻮﻟ ﻟﻼ ﻫﻬﻬﻲ ﻣﻨﻤﻟ
ﻭﺣﻠﻠﻠﻠﻮﻣ ﻭﻟﻟﻠﻠﻠﻠ .

Tranſmiſſo enim ponte Malchæ (regis) *infrà prædium ſuum poſito, cujus veſtigia hodieque exſtant, per vicum Eſtuan appellatum, qui juxta Zabam eſt, tranſibat.* Ibi mulieres veneficas conſpicatus, quum ex iis cantionem quandam didiciſſet, qua pro-Jata dæmones ad obſequium paratos haberet, crucis ſigno à Jacobo notatus, cantionem illam prorsùs dedidicit.

Cap. 25. *De Gregorio aromatario.*

. ﻛﻪ . ﻟﻼ ﻣﻨﻴﻮ ﺣﻬﻮﻟ

Sabarjeſus Patriarcha quum annos circiter octo ſediſſet, obiit Niſibi anno Choſroæ regis decimoquarto. Anno hujus 13. obiit Jeſuzacha archimandrita. Anno 15. quum Daram urbem Choſroës expugnaſſet, à Chriſtianis rogatus ut Patriarcham eligendi poteſtatem ſibi faceret, juſſit Gregorium eligi Niſibis Metropolitam, quem Sabarjeſus æmulorum inſtigatione in exilium pelli curaverat. At doctores & fideles ad quos jus electionis ſpectabat, immodicum Gregorii zelum formidantes, Gregorium alterum elegerunt, qui in Mahuza interpretem agebat; Niſibenum verò apud Regem per libellum multorum criminum detulere. Vide ſuprà pag. 441.

Cap. 26. *De eccleſiæ perturbatione poſt obitum Mar Sabarjeſu Catholici.*

. ﻛﻫ . ﻟﻼ ﻫﻤﻬﻮﻣ ﻭﺤﻨﻟﻟ ﻣﻊ ﺣﻬﻮ
ﺣﻬﻨﻮﻣ ﻭﻤﺪﻨ ﻫﺪﻨﻘﻬﻬﻬ
. ﻫﻬﻮﻟﻌﻠ Choſroës indignatus, quod Chriſtiani Patriarcham illum præter ſuum mandatum elegiſſent, juſſit, nullum ſe vivente eligi aut agnoſci debere Patriarcham. Hoc & ſequens caput deſcripſi ſuprà à pag. 90.

Cap. 27. *De Mar Babæo, deque miniſterio eccleſiaſtico, ab eodem ſuſcepto.*

. ﻛﻫ . ﻟﻼ ﻫﻨﻮ ﺣﻬﻨﻬ ﻟﻼ
ﻟﻬﻬﻌﻬﻟ ﺣﻨﻮﻟﻬﻟ ﻭﻬﻬﻨﻟ .

Cyriacus Metropolita Niſibis, Jonadabus Adjabenæ, & Gabriel Beth-Seleuciæ, præceperunt Babæo, ut diœceſim Patriarchalem viſitaret, regeretque, donec novus Patriarcha eligeretur: quo ille munere perfunctus fuit uſque ad obitum Choſroæ regis.

Cap. 28. *Apologia auctoris:*

. ﻛﺲ . ﻟﻬﻬﻬﻨﻮﻟ ﻭﻤﻬﻬﻨﻟ
ﺣﻬﻟ ﻫﻪ ﻭﻤﻬﻬﻬﻬﻟ .

Cauſam profert, cur Babæi potiùs quàm aliorum operâ Patres uſi fuerint: ubi ab eodem Babæo quatuor ſupra octoginta libros compoſitos fuiſſe teſtatur, & quædam etiam inter-

termiſcet de S. Macario, qui Melchiſedechianos hæreticos confutavit, deque Georgio cœnobii Beth-Abenſis Abbate, qui Abam, Thomam, & Baritam cœnobii Salibæ monachos Meſſalianiſmi accuſatos, juſſu Hananjeſu Patriarchæ examinavit. Vide ſuprà pag. 94. & 218.

Cap. 29. *De adventu Mar Babæi in hoc* (Beth-Abenſe) *cœnobium, deque miraculo, quod coram ipſo in templo patratum eſt.*

. Hìc comminiſcitur Margenſis paralyticum quendam precibus Jacobi coram Babæo ſanatum fuiſſe. Quum enim (ut ait) Babæus inſtaret, monachos in divinis officiis lectiones è ſcriptura petitas minimè recitare debere; contra Jacobus ritum ſui cœnobii propugnare quidem vellet, ſed homini auctoritate Patriarchica fungenti reſiſtere nequaquam auderet; litem miraculo ſanati paralytici diremit. Margenſis verba accipe.

Quum verò beatus Mar Babæus vicos & monaſteria viſitaret, & à ſingulis monachis & cœnobiorum præfectis, ad quos veniebat, orthodoxæ fidei profeſſionem exigeret, & in cujuſque conſcientiam inquireret, hoc etiam cœnobium noſtrum inviſit. Quoniam verò neque de fide, neque de cogitationum proceſſu à magiſtro noſtro Jacobo quidpiam eſt ſciſcitatus, ut qui bene noſſet ejuſdem doctrinam & pios mores .... petebat ab eo, ut laudabilem Ordinem Lectionum, qui in Dominicis ad honorem vivificorum myſteriorum obtinebat, in poſterum abrogaret: quum diceret, non eſſe iſtud opus monachorum, ſed clericorum dumtaxat, & ſecularium. Monachos nimirùm doctores eſſe, & in meditatione ſtudioque ſcripturarum perpetuo verſari: quamobrem Lectionum ordines ipſis ſupervacaneos eſſe, ut qui præceptorum aut divinæ diſpenſationis præteritorumque ſeculorum gubernationis notitia minimè indigerent. Iſtud præterea negotium diſputationes, quæſtiones & ſolutiones habere, nec omnes mentem & linguam frænare didiciſſe &c. Hæc eò produxi, ut palàm fiat, recentiores Neſtorianos antiquum Jacobi Beth-Abenſis ritum ſequi, quum nullas in divina liturgia è ſcriptura le-

lectiones, sive clerici sint, seù monachi, exceptis Dominicis diebus ac solemnioribus festis recitant.

Cap. 30. *De religiosis viris, magistri nostri Jacobi in hoc cœnobio discipulis.* ﻝ . ﻝﺎﺫﻫ ﺔﻴﻧﺎﺛ

Hic ſub Kamjeſu in cœnobio Beth-Abenſi monachum egit; literas autem didicerat in Schola, quæ eſt

in Harbat Galal. Quumque Jeſujabus Patriarcha exſtructam in cœnobio Jacobi novam eccleſiam in conventu Metropolitanorum & Epiſcoporum dedicaret, ejus juſſu elegantem Orationem habuit. Demùm ex eo cœnobio profectus eſt in monaſterium Jeſujabi,

quod in Reſcia regionis Garmæorum pago ſitum erat, cui & poſt ejuſdem Jeſujabi obitum præfuit temporibus Ananjeſu Patriarchæ, cujus auctoritate adduci non potuit, ut ad prius ſuum cœnobium rediret.

Cap. 3. *De magiſtro noſtro Aphnimarano*.

Vide ſuprà pag. 186.

Cap. 4. *De profectione Mar Jeſujabi Gadalenſis ejuſque ſociorum Epiſcoporum ad ditionem Romanorum*.

Initium hujus capitis accipe.

Quum Jeſujabus Gadalenſis ad Catholici dignitatem evectus eſſet, Ninivitæ quidem fideles poſt Maræ Epiſcopi ſui obitum in rectorem præſulemque diœceſeos ſuæ urbis totiuſque illius regionis elegerunt beatum Mar Jeſujabum magiſtri noſtri Jacobi *diſcipulum, filium nempe venerabilis æternaque memoria digni nobilis viri Baſtumagi ex Cuphlana Adiabenæ vico oriundi; Mahuzitæ verò in Epiſcopum Ariunæ Garmæorum civitatis poſtularunt Sahadunam, magiſtri noſtri* Jacobi *item diſcipulum, cujus paulò ante meminimus. Quum autem Siroës rerum potitus, impensè cuperet pacatum habere regnum*. Reliqua vide ſuprà pag. 105.

Cap. 5. *De arca oſſium Apoſtolorum, quam Mar Jeſujabus ex urbe Antiochia ſecum attulit, & in hoc* Beth-Abenſi *cœnobio repoſuit*.

Vide ſuprà pag. 106.

Cap. 6. *Quomodo Sahadunas ab orthodoxa fide excidit*

Vide ſuprà pag. 107.

Cap. 7. *De Mar Jeſujabo* Adjabeno *Catholico, deque Schola, quam in hoc cœnobio fundare decreverat*.

ܡܠܐ ܒܪܟܐ ܒܥܦܪܡ ܐܗܦܠ
ܚܕ ܟܘܡܕܢܐ ܗܘܐ .

Hoc, & tria ſequentia capita deſcripſi ſuprà pag. 124. & ſeqq.

Cap. 8. *De magiſtro noſtro Kamjeſu cœnobii præfecto, qui Mar Jeſujabi conatibus reſtitit.* ܠܐ ܐܟ ܥܡܥܡܗ ܘܢܚܟܗܕܐ ܡܚܐ ܒܗܡܢ ܟܡܚܐ ܡܢ ܢܦܟܘܗ .

Cap. 9. *Quod magiſter noſter Kamjeſus unàcum fratribus ex cœnobio in Herpham Saphſaphæ pagum migravit.* ܠܐ ܗܦܢܗ ܐܟ ܥܡܥܡܗ ܡܘܪܐ ܕܟ ܚܦܕܐ ܚܢܦܐ ܡܢܗ ܒܗܦܐ .

Cap. 10. *De ſomnio, quod vidit Mar Jeſujabus ea nocte, qua fratres magiſtrum noſtrum* (arcam Jacobi) *ſuffurati cœnobio exceſſere.* ܠܐ ܕܥܐ ܒܐ ܡܢ ܢܦܟܘܗ ܚܟܐ ܗܘ ܒܗ ܦܟܘܡ ܐܐ ܚܢܟ ܦܢܗ .

Cap. 11. *De magiſtro noſtro Ananjeſu doctore & monacho, qui librum Paradiſi ordinavit.* ܠܐ ܐܟ ܚܢܥܗ ܕܥܢܐ ܦܥܢܐ ܦܢܗ ܒܗܦܐ .

Vide ſuprà pag. 144.

Cap. 12. *De beato Mar Georgio Catholico.* ܠܐ ܗܦܢܐ ܡܢ ܚܦܢܐ ܦܢܗ ܦܢܗ .

Hoc, & ſequentia quatuor capita vide ſuprà à pag. 149.

Cap. 13. *De humilitate ac manſuetudine Georgii Catholici.* ܠܐ ܕܦܗܐ ܡܢ ܦܢܗ ܦܢܗ .

qui Georgium Niſibenum metropolitam ſibi conciliavit.

Cap. 14. *De Georgio altero Boſræ epiſcopo, qui & ipſe adversùs Catholicum defecerat.* ܠܐ ܦܢܗ ܐܟ ܥܡܥܡܗ ܒܗ ܐܟ ܦܢܗ ܒܗ ܦܢܗ ܦܢܗ ܦܢܗ ܦܢܗ .

Cap. 15. *De ordinatione libri, qui Paradiſus appellatur.* ܠܐ ܦܢܗ ܦܢܗ ܦܢܗ ܦܢܗ .

Vide ſuprà pag. 145.

Cap. 16. *De obitu ejuſdem Georgii Catholici.* ܠܐ ܦܢܗ ܦܢܗ ܦܢܗ .

Cap. 17. *De magiſtro noſtro Sabarjeſu, qui Roſtamus appellatur.* ܠܐ ܐܟ ܦܢܗ ܦܢܗ ܦܢܗ .

Vide ſuprà pag. 454.

Cap. 18. *De magiſtro noſtro Gabriele, qui Taurata appellatur.* ܠܐ ܐܟ ܦܢܗ ܦܢܗ ܦܢܗ .

Vide ſuprà pag. 456.

Cap. 19. *De Mar Abrahamo præfecto cœnobii magiſtri noſtri Zachajeſu.* ܠܐ ܡܢ ܦܢܗ ܐܟ ܦܢܗ .

Vide ſuprà pag. 255.

Cap. 20. *De aliis præſulibus, qui huic cœnobio præfuere.* ܠܐ ܦܢܗ ܦܢܗ .

Georgio nimirum, Sama, Natanaele, Saliba, & Gabriele Sephruna. Vide ſuprà pag. 217.

Cap. 21. *De Abbate Simeone Sanuta.* ܠܐ ܦܢܗ ܦܢܗ .

Hic ſub Georgio Patriarcha Jeſujabi Abia-

Adiabeni ſucceſſore, in cœnobio Beth-Abenſi claruit, *Sanuta*, hoc eſt, imberbis appellatus.

Cap. 22. *De profectione* ejuſdem *magiſtri noſtri Simeonis ad Georgium Catholicum.*

Hoc, & tria ſequentia capita deſcripſi ſuprà à pag. 183.

Cap. 23. *De Mar Joanne Dilumita.*

Cap. 24. *De fame, quæ diebus eorum hanc regionem invaſit, deque Joannis ejuſque magiſtri profectione in Nirbam Beth-Gazæ.*

Cap. 25. *Quomodo Joannes à barbaris in captivitatem abductus eſt.*

Cap. 26. *De magiſtro noſtro Joſepho præfecto cœnobii in Beth-Abe.*

Hic ex regione *Saharzur* ortum habuit, Gabrieli Rakodæ affinitate conjunctus, à quo & monaſticam diſciplinam hauſit: cœnobio demùm Beth-Abenſi per annos quatuor præfuit.

Cap. 27. *De Saliba-Zacha Catholico, ejuſque in hoc cœnobium adventu.*

Hic Ananjeſum Patriarcham excepit; quumque in cœnobium Beth-Abenſe adveniſſet, evangeliorum codicem eleganter exaratum auroque coopertum, quod ei cœnobio Jeſujabus Patriarcha legaverat, abſtulit: ſed à monachis deprehenſus, illum reſtituere compulſus fuit.

Cap. 28. *De profectione magiſtri noſtri Joſephi in cœnobium Baritæ.*

Videns enim, quæ monachi adverſùs Patriarcham moliti fuerant, abdicata ejus cœnobii præfecturâ, ad monaſterium Baritæ ſe contulit, cui & præfuit.

Cap. 29. *De Ajaſo Sibanita, qui voluit magiſtrum noſtrum Joſephum interficere, & quomodo hic fugâ ſibi conſuluit.*

Hic Ajaſus *vir Dubalenſis ex tribu, quæ Sibanitarum appellatur* camporum cœnobii Baritæ cuſtos fuit: quumque agros monaſterii paulatim uſurpaſſet, orta ipſum inter & monachos rixa, œconomum quidem interfecit, & Joſephum etiam Abbatem è medio tollere moliebatur. Ille verò compertis inſidiis, *apud Baladam urbem ſe recepit in ditionem Avanæ, qui Nubadræ pagus eſt.*

Ibi cœnobium fundavit, quod Joſephi nomine nuncupatur. Hæc Margenſis ex hiſtoria Mar Atkeni monachi in cœnobio Aphnimarani ſe hauſiſſe teſtatur.

Cap. 30. *De Mar Joanne epiſcopo Metropolita Adjabeno.*

ܗܘ ܕܡܢ ܒܢܝ ܐܚܘܗ ܗܘ ܕܝܫܘܥ ܐܒܢ ܥܢܢܝܫܘ ܕܥܡ ܚܕ ܡܢ ܐܚܘܗ

functi Seleuciæ episcopi Jesuzacha subrogatus est. Subdit Margensis tria ab ipso patrata prodigia. Primum, quod quum *in Seleucia ulteriore, quæ Narse & Bananas appellatur,* (ܒܣܠܘܩܝܐ ܕܥܠܝܐ ܕܩܪܝ ܢܪܣܐ ܘܒܢܢܣ) Phruchandades quidam lautum convivium episcopo & scholaribus ejus loci in commemoratione Rabban Fransæ ܦܪܢܣܐ parasset, primumque vini calicem Jesuzachæ obtulisset, quod vinum acre esset, episcopus vineæ, unde expressum erat, male precatus, eam arefecit. Alterum, quod annosam arborem, quam ethnici dæmoniis dicaverant, simili maledicto aridam reddidit. Id factum sibi à Jacobo patre suo narratum fuisse affirmat Margensis: ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܠܝ ܐܒܝ ܒܣܪܐ ܝܥܩܘܒ ... *Referebat mihi*, inquit, *meus in carne pater Jacobus se à parentibus suis accepisse, antiquam ingentemque arborem exstitisse in suburbio oppidi nostri, quod Beth-Saronitarum appellant &c.* Tertium denique, quod *in citeriore Seleucia in pago, quem Golen dicunt* (ܒܓܘܢܐ ܕܓܘܠܢ) nuces à quibusdam fidelibus ex Magorum secta ad christianam fidem conversis ecclesiæ relictas, quas eorum filii usurpare contendebant, idem Jesuzacha precibus loco movit, ecclesiæque adjunxit. Nimirùm Margensis quod ab aliis sanctis viris factum legerat, id Nestorianis suis vulgi etiam fortasse more suo affingit fama deceptus sine ullo examine.

Cap. 33. *De Gabriele Metropolita Beth-Seleuciæ, qui Rakoda dicitur.* ... Vide suprà pag. 460.

Cap. 34. *De beato Mar Acha Arbelæ Metropolita.* ... Hic ex Avach ortum duxit, qui pagus est in suburbio Talanæ in regione Margensi (ܒܒܝܬ ܡܪ ...) *ubi ferunt* (ut inquit Margensis) *septuaginta Presbyteros ejus loci ecclesiæ simul ministrasse* (...) mortuo patre, cœnobium Beth-Abense cum fratre ... Subchalmarano adiit: ibique codices quidem ipse exarabat; Subchalmaranus verò exaratos compingebat: eaque ratione non sibi tantum, sed etiam pauperibus, matrique suæ victum compararunt, quæ ipsos ad id cœnobium sequuta fuerat.

Cap. 35. *De electione beati Mar Achæ in præfectum hujus sac. cœnobii.* ... Postquam Joannes ex cœnobii præfecto ad Episcopatum Beth-Bagas evectus est, atque à Saliba-Zacha Catholico perfectus; in ejus locum ex ejusdem Joannis cœnobitarumque consilio Acha obsistens reluctansque eligitur, cujus vitæ tenorem describens Margensis, pane affirmat, pulte & aqua eum contentum fuisse, idque vespere dumtaxat, nec unquam ex cœnobio excedere consuevisse, sed quum necessitas exige-

ret,

ret, per ſubſtitutos monachos ejus loci negotia apud principes ſeculares egiſſe.

Cap. 36. *De electione ejuſdem Mar Achæ cœnobio præfecti in Metropolitanum Adjabenum.* ... Poſt Joannis obitum, Adjabeni, qui Metropolitanos ſibi ex cœnobio Beth-Abenſi olim poſtulare conſueverant, habuerantque Jeſujabum, Georgium, Simeonem & præfatum Joannem, ad Mar Abam Patriarcham profecti, literas ſuſpenſionis ab eo impetrarunt ad Acham, niſi oblatam dignitatem admitteret.

Cap. 37. *De Jeſujabo cœnobii præfecto.* ...

Quum Acha Adjabenus Metropolita ordinatus eſſet, in ejus locum Jeſujabus cœnobio præfectus fuit, quem idem Acha poſt Abrahæ Ninives Epiſcopi obitum Epiſcopum creavit. De eodem Jeſujabo infrà ſermo erit lib. 4. cap. 1.

Cap. 38. *De ſigno, quod Mar Acha patravit.* ...

Hìc Auctor de ſuo Acha multa garrit, quæ proinde hoc loco indigna viſa ſunt. Tantùm indico Neſtorianos eccleſiaſticarum Cenſurarum vim merito & credere atque pertimeſcere. Ex hac enim perſuaſione natum puto, quod Auctor in hoc capite de quodam Adjabeno perditiſſimo homine narrat, qui ob excommunicationis eccleſiaſticæ contemptum exanimatus repente corruit. Quod ſi verum eſt, non ſanctitatem in judice ſententiam ferente indicat, ſed impietatem tantummodò ſceleſtiſſimi hominis arguit.

Cap. 39. *De revelatione* (ut dicitur) *& præſcientia, quam habuit Mar Acha de ſuo exitu, & quomodo dies clauſurus eſſet.* ... Somnium in hoc capite narrat, ex quo Acha ſibi mortem vicinam conjectabat. Subdit, Achæm in templo Salmathæ pagi conditum fuiſſe, quod à Simeone illius loci ludimagiſtro excitatum fuerat. De Simeone verò hæc addit. ...

Nam eidem Mar Achæ defuncto ſucceſſit beatus Maranames Seleucię Epiſcopus, à quo Mar Simeon Beth-Bagas Epiſcopus ordinatus, triennio poſt dies clauſit, & in eccleſia Bajæ, ubi Sedes Epiſcoporum Beth-Bagas eſt, conditus fuit. Hæc porrò didici ex Rama antiquo ſene ac presbytero ejuſdem eccleſiæ Salmathæ pagi, & ex ſancto Mar Jeſuzacha, quem ſuprà diximus (cap. 32. hujus libri) *à Mar Joanne Metropolita ordinatum fuiſſe Seleucienſis Eccleſiæ antiſtitem.*

Cap. 40. *De Abbate Anania, qui olera comedebat & cum feris paſcebat: in hoc autem cœnobio temporibus ſancti Mar Achæ fuit.* ...

ſtorianorum per Ægyptum diſperſorum, & à Scenitis Arabibus captivum abductum, quum in ſolitudinem ad publicas pro petenda pluvia ſupplicationes cum populo proceſſiſſet. Poſt Hoſannarum feſtum ad eum regreſſus Maranzacha, reperit jam defunctum tumuloque mandatum. Quum autem de eo ad populum orationem habuiſſet, proceſſerunt ſimul ad locum ſepulturæ, tumuloque aperto nil aliud præter duas tunicas invenerunt.

Ait Margenſis, ſe adhuc puerum in cœnobium Beth-Abenſe anno Hegiræ ducenteſimo decimo ſeptimo veniſſe, & à Matthæo monacho geſta Maranzachæ Hadathenſis, & Jeſuzachæ Seleucienſis Epiſcoporum, & Ananiæ Abbatis didiciſſe. Jeſuzacham autem refert, cœnobitam in Beth-Abe olim fuiſſe cellamque in Gar-Cahana habuiſſe: ſubditque, apud Jeſuzacham habitaſſe Ananiam Abbatem cognomento ܛܪܘܟܬܐ *Taruchata*, hoc eſt, *capellam*, longævum ſenem virumque abſtinentiæ admirabilis, qui oleribus veſcebatur, noctuque ſub dio cum feris degebat. Hunc Ananiam à monachis accuſatum, quod jejunium mane ſolveret, quum ad Acham metropolitam vinctus adduceretur, ex eorum manibus elapſum fuiſſe, locaque ignota petiiſſe, ibique deceſſiſſe. Citatur ab auctore *liber Paradiſi* de eo monacho, qui feras & ignem ipſum ita ſibi conciliavit familiareſque reddidit, ut nullo inde nocumento afficeretur; nec non *hiſtoria Simeonis ſenioris*, cui leo famulatus dicitur: denique Anachoritæ cujuſdam, quem *in vita S. Milleſii* perhibent cum dracone habitaſſe.

Cap. 42. *De beato Mar Sergio Epiſcopo Honitæ.* ܡܪ ܒܗܢܕܐ ܡܢ ܗܢܝܬ ܣܪܓܝ ܐܦܣܩܦܐ ܘܫܠܡ.

Poſt obitum Dindoæ Epiſcopi Maaltæ, quem Joannes Metropolita ordinaverat, Sergius ab Acha ejuſdem Joannis ſucceſſore conſecratus fuit. Hic in Beth-Abe monachum egerat. Dilumitis autem in Seleuciam & Honitam invadentibus, libros ſuos jam Epiſcopus in idem cœnobium intulit, ibique obiit.

Cap. 43. *De Hughiro nobili viro, deque cœnobio quod exſtruxit.* ܡܪ ܫܓܝܪ ܡܢ ܒܢܝ ܚܘܓܝܪ ܘܡܪ ܒܢܐ ܠܗ ܒܝܬ ܥܕܬܐ ܒܝܢ ܫܓܝܪ ܘܒܝܬ ܫܡܬܐ ܘܠܗ ܒܝܬ ܥܕܬܐ ܗܘ ܚܘܓܝܪ ܕܒܢܐ ܠܗ ܒܝܬ ܥܕܬܐ.

Exſtructo Baſoſam inter & Salmatham monaſterio, Hughirus nobilis Chriſtianus Acham Metropolitam invitavit, ut illud dedicaret. Id verò quum ille facere detrectaſſet, nec alius quiſpiam Epiſcopus ipſum conſecrare voluiſſet, nullum in eo cœnobio eccleſiaſticum miniſterium peractum fuit.

Cap. 44. *De obitu beati Mar Achæ Metropolitæ.* ܡܪ ܐܚܐ ܡܛܪܦܠܝܛܐ ܘܡܬ ܫܢܐ ܕܐܚܕ ܘܒܗ ܒܝܬ ܥܕܬܐ ܡܢ ܒܢܝ ܫܡ ܘܒܝܬ ܥܕܬܐ ܗܘ ܕܒܢܐ ܠܗ ܒܝܬ ܥܕܬܐ.

Orto Jacobum inter & Surinum ſchiſmate, Acha Ja-

ܫܢܐ ܕܐܚܕ ܘܒܗ ܒܝܬ ܥܕܬܐ ܡܢ ܒܢܝ ܫܡ ܘܒܝܬ ܥܕܬܐ ܗܘ ܕܒܢܐ ܠܗ ܒܝܬ ܥܕܬܐ.

Ait Margenſis, ſe adhuc puerum in cœnobium Beth-Abenſe anno Hegiræ ducenteſimo decimo ſeptimo veniſſe, & à Matthæo monacho geſta Maranzachæ Hadathenſis, & Jeſuzachæ Seleucienſis Epiſcoporum, & Ananiæ Abbatis didiciſſe. Jeſuzacham autem refert, cœnobitam in Beth-Abe olim fuiſſe cellamque in Gar-Cahana habuiſſe: ſubditque, apud Jeſuzacham habitaſſe Ananiam Abbatem cognomento ܛܪܘܟܬܐ *Taruchata*, hoc eſt, *capellam*, longævum ſenem virumque abſtinentiæ admirabilis, qui oleribus veſcebatur, noctuque ſub dio cum feris degebat. Hunc Ananiam à monachis accuſatum, quod jejunium mane ſolveret, quum ad Acham metropolitam vinctus adduceretur, ex eorum manibus elapſum fuiſſe, locaque ignota petiiſſe, ibique deceſſiſſe. Citatur ab auctore *liber Paradiſi* de eo monacho, qui feras & ignem ipſum ita ſibi conciliavit familiareſque reddidit, ut nullo inde nocumento afficeretur; nec non *hiſtoria Simeonis ſenioris*, cui leo famulatus dicitur: denique Anachoritæ cujuſdam, quem *in vita S. Milleſii* perhibent cum dracone habitaſſe.

Cap. 41. *De beato Maran-Zacha, & de Epiſcopo, qui camelos paſcebat.* ܡܪ ܡܪܢ ܙܟܐ ܘܡܪ ܐܦܣܩܦܐ ܕܪܥܐ ܓܡܠܐ ܘܫܠܡ.

Quum Acha Adjabenus Metropolita eſſet, eccleſiam Hadathæ urbis epiſcopus regebat Maranzacha Aphnimarani diſcipulus. Hic aliquando in jejunio quadrageſimali in deſertum ſecedens, offendit ſenem quendam, qui gregem camelorum paſcebat: ſciſcitantique quiſnam eſſet, reſpondit ſenex, ſe quadrageſimo abhinc anno epiſcopum fuiſſe Ne-

cobi partes sequutus est. Quum autem diœcesim visitaret, ubi ad Salmatham pagum pervenit, levi morbo correptus, ibi decessit, in ejusque ecclesia conditus fuit.

LIBER III. ܡܠܦܢܐ ܕܬܠܝܬܝܐ

Prologus Auctoris ad Hasanum filium Sabarjesu Toparchæ Adjabenæ & Assyriæ, qui ipsum rogaverat, ut gesta Babæi, & Maranamæ describeret.

ܡܬܦܣܩܢܘܬܐ ܕܡܪܝ ܐܒܐ ܠܚܣܢ
ܒܪ ܣܒܪܝܫܘ ܪܘܫܢܐ ܕܐܕܝܒܢ
ܘܐܬܘܪܝܐ ܘܫܒܩ
ܠܗ ܡܢ ܥܠܡܐ.

Cap. 1. *De beato magistro nostro Babæo doctore.* ܥܠ ܡܪܝ ܐܒܐ ܪܒܢ
ܕܝܠܢ. Hoc, & duo sequentia capita descripsi suprà à pag. 177.

Cap. 2. *De Scholis, quas idem magister noster Babæus fundavit, deque earum nominibus.* ܥܠ ܒܝܬ
ܣܦܪܐ ܕܒܢܐ ܗܘ ܪܒܢ ܐܒܐ ܘܥܠ
ܫܡܗܬܗ.

Cap. 3. *De lucubrationibus, quas magister noster Babæus scripsit, deque ejusdem obitu.* ܥܠ ܣܗܪܘܢܐ
ܕܟܬܒ ܪܒܢ ܐܒܐ ܘܥܠ ܡܘܬܗ
ܕܗܘ ܓܒܪܐ.

Historia sancti Mar Maranamæ Metropolitæ. ܫܪܝܪܐ ܘܩܛܝܥܐ
ܕܡܪ ܡܪܢܝ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ.

Cap. 1. *Prologus auctoris.* ܡܬܦܣܩܢܘܬܐ ܕܡܪܝ ܐܒܐ ܘܡܪܢܝ.

Cap. 2. *Unde genus duxit Maraname, & quomodo divinam doctrinam hausit & à quo.* ܡܢ ܐܝܟ
ܙܪܥܐ ܢܦܩ ܡܪܢܝ ܘܐܝܟ
ܐܬܬܝܗܒ ܠܗ ܝܘܕܥܢܐ ܐܠܗܝܐ
ܘܡܢ ܡܢ.

. ܡܢ ܐܕܝܒܢ ܐܬܐ Ortum habuit ex urbe ܟܬܪ *Chatara* regionis Tirhanæ, quam suo tempore dirutam fuisse ait Margensis. Sub Babæo autem, cujus paulò ante facta est mentio, in Gabiltha unàcum aliis sexaginta discipulis, literis operam dedit, & ab eodem Scholæ Caphar Uzal præfectus fuit.

Cap. 3. *De Episcopatu Seleuciæ, quem beatus suscepit, deque patratis ibi* (ut dicitur) *ab ipso miraculis.*

ܥܠ ܐܦܣܩܘܦܘܬܐ ܕܣܠܘܩܝܐ
ܕܩܒܠ ܒܗ ܛܘܒܢܐ ܘܥܠ ܢܣܝܐ
ܕܐܬܪ ܗܘ : ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܝܬ
. ܒܗ ܡܢ ܥܠ ܢܣ Post Jesuzachæ obitum, Maraname Episcopus Seleuciensis ab Acha Adjabeno ordinatus, diœcesim visitavit, in qua hi numerantur pagi, ܒܝܬ ܢܘܐ *Beth-Nua*, ܒܝܬ ܒܪܟ *Beth-Varch*, & ܢܚܣܢ *Nehesson*. Christianos autem quosdam, quos ܣܪܓܢܝ *Sariganos* appellant, Christum purum hominem confitentes, ad ejus divinitatem agnoscendam adegisse fertur. ܐܬܐ
ܒܗ ܐܢܫ ܗܘܐ ܕܐܬܩܪܝ ܣܪܓܢܝ
ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܟܪܣܛܝܢܘܬܐ
ܥܠܝܗܘܢ ܐܝܬ ܒܗܘܢ ܕܒܫܘܪܝܐ
ܗܘ : ܕܒܫܝܪܐ ܒܠܚܘ ܒܫ
ܣܒܪ ܗܘ ܕܒܪ ܐܢܫ ܡܫܝܚܐ ܕܟܪ ܒܗ
ܐܠܗܘܬܗ . ܡܬܦܣܩ ܒܗ ܚܫ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܗܘ ܕܐܬܐ ܡܢ ܐܕܝܒܢ
ܫܡܥ ܠܗ ܘܐܬܐ ܠܗ ܠܡܦܪܩ
ܠܗܘܢ .

Erat, inquit Thomas, *in iis locis hominum genus, quos vulgus Sariganos vocat. Isti etsi Christianum nomen præferunt, Christum tamen simplicem nudumque hominem antiquis Prophetis parem esse prædicant. Utque eos ab hoc errore liberarent, illorum locorum Episcopi diu, frustra tamen, labora-*

boraverant. Pergit deinde narrare quomodo illuc profectus Maranaame, prædictam gentem ab ea insania revocaverit. Ubi notanda est professio fidei à Maraname illis proposita, Nestorii sententiæ profecto minus consona. Sic enim Maranaame prædicabat. ... *Confitemini nobiscum Jesum Christum esse Dominum Deum; aut aliam demonstrationem exigitis? Cui populus ille: Credimus, respondit, Pater, credimus Jesum Christum esse Filium Dei, ipsumque esse Deum. Hac ergo confessione audita Maraname sanctorum mysteriorum hora eosdem reconciliavit, factique sunt filii charissimi ecclesiæ matris eorum.* Eorumdem Sariganorum iterùm meminit Margensis in fine hujus capitis, ubi de vectigalium, quæ Sarigani exigebant, gravitate conquerentibus christianis Maraname prædixisse dicitur, Hatemum Salechi filium ..., aliquando rerum potiturum fore, qui Sariganos ipsos everteret. Hìc verò Margensis ... *Sabirganos* appellat, quos suprà Sariganos dixerat. Ii autem, ni fallor, non alii sunt, quàm quos sequior ætas *Christianos sancti Joannis* nuncupavit.

Cap. 4. *Quomodo ordinatus est sanctus Mar Maraname Episcopus Metropolita Adjabenus, deque primo miraculo, quod ibi patravit.* ...

Quum Acha in Salmatha Margensis ditionis pago decessisset, Maraname rogatu Luharsaphi, Masalmæ eorumque fratrum à Jacobo Catholico in ejus locum ordinatus, molarem lapidem, quem Arabes usurpaverant, Metropoliticæ Sedi restituisse narratur.

Cap. 5. *Quæ loca Sedi Adjabenæ vendicavit ex aliis Provinciæ Sedibus, & quæ eorum loco cessit.* ... Ex hoc capite status Ecclesiæ Adjabenæ subjectarumque Episcopalium Sedium illustratur. Verba Margensis accipe. ...

ܡܢ ܫܘܢܗܕܐ ܘܐܫܬܘܐ ܘܥܒܕ . ܡܢ
ܫܘܐ ܡܢ ܒܝܬ ܐܠܗܐ ܕܫܢ ܐܟܣܕܪ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܒܝܬܐ ܕܢܚܐ ܘܒܢܐ ܘܚܢܐ
ܡܢܗܓܕܐ ܐܘܠܡ ܫܘܘܬܐ ܡܢ ܐܦܣܘܦܐ
ܘܒܝܬ ܚܕܐ ܡܢ ܚܢܐ ܡܫܘܐ .
ܡܢܐ ܒܝܬ ܡܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܐܠܗܐ ܕܐ
ܐܡܪ ܐܢ ܐܠܐ ܒܝܬ ܐܠܗܐ ܕܐ ܡܢ ܐ
ܐܡܪ : ܐܠܐ ܡܢ ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܘܡܢܐ
ܡܢ ܒܝܬ ܘܩܛܠ ܗܘܐ ܐܡܪ : ܚܣܝܐ
ܡܢ ܡܢ ܐܠܐ ܗܘܐ . ܗܘܐ ܚܒܐ
ܚܡܐ ܡܢ ܡܢ ܫܐ ܘܚܒ .

Ex territorio itaque Seleuciæ pagum Daburæ sustulit, & chirographum scripsit, quod in Episcopio asservandum edixit, in quo Episcopo Seleucienſi omnem in prædictum pagum jurisdictionem abstulit, prohibens, ne illius Episcopi nomen in ulla prædicti loci Ecclesia in posterum prædicare quispiam præsumeret. Abstulit contra ex finibus Adorbiganæ Seleuciam interiorem, & Seleucienſi Episcopo pro supradicto pago tradidit. Stephano autem Episcopo Dasenenſi magnum cœnobium totumque agrum Nechelæ ac Tallonæ ad Margenſis Episcopi jurisdictionem attinentem adjecit; scriptoque chirographo edixit, nunquam in posterum licere Metropolitis successoribus quovis prætextu Sedi Dasenenſi quidpiam auferre. Præterea sancto ac religioso Mar Salomoni Episcopo Hadathenſi abstulit cœnobium Barkæ, & pro compensatione duo loca ex Adjabena eidem subjecit Cameloluchan & Marden. Quodque notandum est, nemo de hac dispositione conquestus est aut fuit obloquutus, ob summam ejus virtutis & sanctimoniæ existimationem, sed velut ab Angelo Domini omnia ejus mandata factaque libentissimè suscepta, & hucusque constantissimè observata sunt.

Cap. 6. *De revelatione, quam* (ut perhibet) *per Angelum Domini accepit, fere ut semen pravum corruptioniſq; filios in regione Margæ ipse perderet.* ܕܚܢܐ ܘܡܚܒܐ ܚܫܐ
ܘܡܠܐܟܐ ܘܚܢܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܡܢ
ܡܚܐ ܘܢܚܒ ܚܡܝܐ ܐܘܚ
ܡܚܐ ܘܚܢܐ ܡܫܚܐ ܘܚܠܐ ܘܚܢ .

Narrat, seù potiùs comminiscitur Margenſis, Maranamæ apparuisse Angelum quem vocat Sedis Arbelenſis præfectum, eique prædixisse, fore ut Deus per ipsum Maranamem de flagitiis, quæ in regione Margenſi à Nestorianis admittebantur, pœnas sumeret: Maranamem autem Angelo restitisse, quum diceret, iniquum esse, ut ex pastore mactator ovium fieret; id negotium Angelis potiùs, quàm Episcopo committendum esse.

Cap. 7. *Quomodo relicto Episcopio fugam arripuit, deque Angelica operatione, qua redire compulsus est.*

ܐ ܘܐ ܘܡܚܐ ܡܚܒ ܚܫ
ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܚ ܐ ܡܚ
ܡܚܐ ܘܚܒ ܡܢ ܘ ܘܢ .

Acceptâ, quam suprà Margenſis descripsit, revelatione, fugam Episcopus molitus est, ne per ipsum grex sibi commissus periret. Quumque longam viam confeciſſet, ab Angelo, qui ipsi iterùm apparuisse dicitur, acriter objurgatus, & erumpentibus undique flammis terrefactus, ad Episcopium reverti jussus est. Ita nimirùm quæ de Moyse & Jona prophetis in Scriptura leguntur, ad Maranamem suum Margenſis detorquet.

Cap. 8. *De profectione beati Mar Maranamæ in regionem Margæ, deque miraculis* (ut fabulatur) *ibi per ipsum patratis.* ܐ ܡܐ ܘܚܢ
ܘܢ ܘܢ ܐ ܘܚ ܐ ܡ
ܐ ܘܡ ܚ ܒ .

Loca Margenſis ditionis recenset auctor, quibus Maraname Episcopus malè precatus, excidium intulit. Primo loco villa *Birtha* ܒ de-

describitur, quæ ultra Zabam fluvium ad ortum Margæ supra collem eminebat. Deinde *Beth-Tachonai* ܒܝܬ ܬܚܘܢܝ, cujus incolæ Sarigani erant, ubi & monialium cœnobium. 3. *Beth-Ainata* ܒܝܬ ܥܝܢܬܐ pagus apud Basosam. 4. *Hebsosta* ܚܒܣܘܣܬܐ haud procul à Basosa. 5. *Edre* ܐܕܪܝ pagus, unde ortum duxit Sapores Abrahæ Catholici pater, ejusque frater Kenarag ܩܢܪܓ: cujus loci Presbyter quidam nomine Emmanuel solem adorasse fertur, ibique Schola exstitisse perhibetur, in qua duodecim scholares literis vacabant. 6. *Maja-Karire*, hoc est, aquæ frigidæ ܡܝܐ ܩܪܝܪܐ, ubi Schola insignis, & 70. scholares. 7. *Beth-Kardag* ܒܝܬ ܩܪܕܓ, ubi Stylita quidam Jacobita suprà columnam ܥܡܘܕܐ Gasæ seù Gypsi sedens, quod Maranamę irridere voluisset, grandine obrutus dicitur; idque quum Serzares Mairuchi filius ex Hanesо pago ܚܢܙܐ ܕܡܝܪܘܟܝ ܕܡܢ ܚܢܙ ܐܬܐ vidisset, abdicato sæculo, cœnobium Beth-Abense petiisse, ibique mutato Serzaris in Georgium nomine monachum egisse, deinde quum Elamitis Metropolita per annos quinque suprà viginti præfuisset, Catholicus post Josue Barnun obitum electus fuisse. 8. Denique *Chatara* ܟܬܪܐ vicus.

Cap. 9. *De fame, quæ temporibus Maranamæ accidit.* ܥܠ ܟܦܢܐ ܕܒܝܡܘܗܝ ܕܡܪܢܡ ܗܘܬ.

Anno Arabum ducentesimo quarto fames illa accidisse dicitur, & Maraname in castro Hebræo ܒܚܣܢܐ eleemosynas pro pauperibus colligisse.

Cap. 10. *De postremâ, in quam incidit Maraname, ægritudine: deque ejus ex hac temporaria ad æternam vitam transitu.* ܥܠ ܐܘܟܪܢܗ ܕܡܪܢ ܒܡܪܥܝܬܐ ܐܚܪܝܬܐ ܘܥܠ ܡܥܒܪܗ ܡܢ ܗܕܐ ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܐܬܪ ܡܥܒܪܗ ܘܥܠ ܡܢܐ ܕܐܬܩܒܪ ܒܗ ܒܕܝܪ ܒܪܟܐ ܕܥܠ ܕܩܠܬ ܕܓܝܪ ܒܒܝܬ ܪܒܐ ܕܒܝܬ ܥܡܘܕ ܕܐܬܐ ܡܢ ܠܘܚܪܣܦܘ ܠܥܡܘܕ ܕܐܬܩܪܒ ܒܗ ܘܒܬܪ ܡܥܛ ܡܝܬ ܘܐܬܩܒܪ ܒܓܘ ܒܝܬ ܩܕܫ ܡܢ ܓܘ ܦܬܚܐ ܕܡܕܒܚܐ.

Ex cœnobio Barkæ, quod ad Tigrim situm est, in Beth-Revam ܒܝܬ ܪܘܡ pagum delatus, inde à Luharsapho in ecclesiam, ubi ordinatus fuerat, deportatus, paulò post obiit, & intra cancellos altaris ad latus dextrum conditus fuit.

Carmen de eodem Maraname metropolita Adiabeno, compositum à Thoma episcopo Margensi. ܡܠܦܢܐ ܕܥܠ ܗܘ ܡܪܢܡ ܡܛܪܦܠܝܛܐ ܕܐܕܝܒܝܢ ܕܐܬܬܩܢ ܥܠ ܝܕ ܬܐܘܡܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܡܪܓܢܣܝ.

Eadem Maranamæ gesta, quæ soluta oratione Thomas suprà descripsit, metro dodecasyllabo repetit.

LIBER IV. ܡܠܦܢܐ ܪܒܥܝܐ continet capita XXV.

Cap. 1. *Isagoge in eundem librum.* ܡܥܪܟܬܐ ܥܠ ܗܘ ܡܠܦܢܐ.

Cap. 2. *De magistro nostro Jesujabo cœnobii præfecto, undenam ortum duxerit, quibusve parentibus natus & quomodo educatus fuerit.* ܥܠ ܡܪܢ ܝܫܘܥܝܒ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܕܡܢ ܐܬܐ ܐܝܟ ܐܢ ܡܢ ܐܒܘܗܝ ܐܘ ܐܝܟ ܐܬܪܒܐ.

Hic Jesujabi Patriarchæ affinis erat: natus est autem in Tela Birthæ ditionis pago in regione Margensi. Puer in cœnobio Beth-Abensi Joannem præceptorem habuit, quum hic cœnobio

nobio præfecit. Postquam autem Acha ex ejusdem monasterii post Joannem præfecto in metropolitam Adiabenum electus fuisset, Jesujabus ejus locum occupavit, diuque ejus cœnobii regimen tenuit, donec ab eodem Acha episcopus Ninives defuncto Abrahæ substitutus fuit: demùm in Synodo post Ananjesu Patriarchæ mortem ad eam dignitatem evectus fuisset, nisi ipsum Timotheus fefellisset.

Cap. 3. *De Mar Timotheo episcopo Beth-Bagas.* ܒܫ ܡܪ ܛܝܡܬܐܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܒܝܬ ܒܓܐ ܘܕ ܝ ܗ ܘ ܐ ܗ ܘ ܐ ܗ ܘ ܐ

Hierosolymitanam susceperuris relictum.

Cap. 13. *In hoc capite nihil prorsus occurrit.* Nugas enim exscribere non vacat.

Cap. 14. *Quod Ecclesiæ ædificium ad finem perductum fuit: deque obitu Jesujabi.* ܠܐ ܥܒܕ ܟܢܝܫܬܐ ܘܫܠܡ ܒܗ ܘܩܒܪ ܒܗ ܐܒܗ ܕܟܠ ܡܕܢܚܐ ܝܫܘܥܝܒ ܘܢܚ ܒܬܪ ܡܪܝ ܡܪܝ ܘܫܡ ܩܒܪ

hiſtoriam apprimè conducant, hoc loco deſcribere juvat.

Salomonem itaque (inquit Margenſis) *Garmachitam virum apprimè eruditum, cognomento Mohdium, pacta mercede conduximus aliquando, qui Fratres elementa & cantum pro cujuſque captu doceret. Bautham deinde virum itidem impensè doctum eandem ob cauſam coacti ſumus advocare. Epiſcopos verò, quos ait duos ſupra quadraginta ex hoc cœnobio aſſumendos fore, quos egomet vidi, quoſque ab aliis didici, ex ordine recenſi-*

tos

tos accipe. Primus Rabban Cyriacus, de quo hactenus sermo, urbi Baladæ præfectus fuit, sicut in fine dicemus. Rabban Georgius Elamitarum primum metropolita, deinde Patriarcha factus est. Abrahamus primum Hadathæ episcopus, mox etiam Patriarcha. (Hìc à Margensi seù amanuensi oscitanter prætermittitur Jesujabus Adjabenus Ninives primùm episcopus, deinde Adjabenus metropolita, postremo Patriarcha.) *Mar Subchaljesus, mar Jaballaha, & mar Kardagus Ghelanitarum & Dilumitarum Pastores creati fuere: aliique episcopi illis adjuncti, Thomas videlicet Hadudita, & Zacchæus Beth-Mujalensis, & Sem Bar-Arlaitarum, & Ephræm, & Simeon, & Ananias, & David, qui unàcum illis ex hoc cœnobio discessere, atque illis locis episcopi dati fuere. Mar Elias, de quo infrà dicturi sumus, Mukani episcopatum accepit. Sinensibus verò metropolitam datum fuisse Davidem, ex epistolis mar Timothei didici. Petrus ejusdem discipulus, quum ego mar Abrahæ à secretis essem, adhuc superstes, Jamanæ & Senaæ* in Arabia *episcopatum obtinebat. Jesuzacha episcopus metropolita oppidi Beth-Seleuciæ. Borz-Jesus, Cyriacus, Babæus, & Josue iste, qui Margam venit, successivè omnes Garmæorum ecclesiæ præfecti fuere. Josue, qui & Maranzacha, Susan Elamitarum urbem rexit. Rabban Diodorus, & Ebedjesus civitatem Beth-Bagas alter post alterum gubernarunt. Lazarus, Gabriel, & Jacobus Margam. Cyriacus Uchita Ninivem. Mar Narses Senam, cujus elogium infrà dabimus. Elisæus postremò & Georgius Conisaporem, quæ & Beth-Vazicha, obtinuerunt. Aliorum verò memoriam longa ætas abstulit. Sed & ego, ut qui divinare non poteram me ad narranda præclara gesta sancti Domini mei* (Cyriaci) *vocatum iri, de prædictorum episcoporum gestis quidpiam antea disquirere neglexi à senioribus, qui ejusdem vitam & conversationem mihi narrare proposuerant.*

Cap. 21. *De ingressu Amrani Mohammadi filii in hanc regionem, & quomodo quum perplures fundos interfectis dominis occupasset, sanctum etiam* Cyriacum *è medio tollere cogitavit, ut cœnobium istud sibi arrogaret.*

ܠܐ ܡܟܠܟܗ ܘܟܡܢ ܕܢ ܡܫܡܥ
ܠܐܘܐ ܗܘܐ . ܡܘܢ ܟܡ ܫܘܘܫ
ܗܝܢ ܠܐ ܘܫܟܚ ܡܥܠ ܟܡܘܫ :
ܘܐ ܗܘܐ ܟܡܥܠܟܗ ܟܡܒܥ
ܡܟܡܠܘܐ ܕܟܡܫ ܗܘܐ .

Amrani hujus mentionem se facturum affirmat Thomas in vita Rabban Gabrielis: eum autem agros hosce Saphsaphæ usurpasse; nempè Beth-Buziam, Birtham, Helephtam, Chataram, Basosam, & Herpham:

ܟܡ ܟܘܢ ܡܟܢ ܠ ܡܫܟ
ܡܫܟ ܡܟܡ . ܫܘܘ
ܘܫܟ .

Cap. 22. *Quod posthæc Amranus quinque Arabes misit, ut insidias circum Rabban Cyriaci cellam tenderent, hominemque interficerent, ejusque caput ad Amranum afferrent.*

ܠܐ ܘܟܟ ܗܘܐ ܥܒܘ ܟܡܢ ܫܡ
ܟܡܘ ܠ ܢ ܘܢܟܡ ܫ ܘ
ܡܟ ܘܘܟ ܫܘܘ
ܡܥܟ ܢ ܡ
ܘ ܟ ܠ :

Quomodo missi ab Amrano Iatrones reveriti Cyriacum, re infecta ad eundem rediere: & quod Amranus morti proximus mandavit filiis, ne ullam cœnobio Beth-Abensi molestiam inposterum crearent. Defuncti tamen cadaver justo Dei judicio ter sepultum totidem exhumatum repertum.

Cap. 23. *Quomodo altera visione monitus, non dubitavit, ut Episcopatum brevi spatio esset obtenturus, deinde ex hac vita decessurus.*

ܠܐ ܟܚܫܢܐ ܠܫܢܐ ܘܥܕܐ ܐܘܠܐ ܟܕ
ܐܢܘܢ ܥܡ ܒܢܝܐ ܠܡܫܡܫܢܐ ܐܟ
ܐܟܘ ܡܥ ܒܥܒܐ ܥܡ ܟܕܡܐ :

Pro quinquaginta annis, quibus monachum egerat, totidem diebus episcopum se futurum didicisse ait Margensis: mox subdit: ܗܦܐ ܩܢܐ ܕ
ܕܥܒ ܚܠܡܐ ܘܥܟܡܐ ܠܐ ܫܪܐ
ܐܢܐ ܘܠܫܡ ܟܐ . ܡܟܐ ܚܘܢܐ
ܕܡܟܐ ܡܥ ܟܐ ܐܢܐ ܐܢܟܐ
ܠܡܫܡܫܢ ܫܐ ܡܥܒܐܢ . ܐܡܕ
ܐܢ ܡܟܐ ܘܟ ܠܟܫܥ ܘܐ ܐܢ
ܩܢ ܡܢ ܚܡܢ ܐܢ ܐܢ ܒ
ܕܥܢܡ : ܒܗ ܐܢ ܟ ܚܘܫ
ܕܡܢܡ . ܐܫ ܕܥܟܡ ܐ ܐ .

Arrepto calamo in cellæ suæ pariete quod ei oblatum fuerat visum scripsit, eamque epigraphen post ejus obitum fratres repertam legerunt; mihique senex Rabban Elisæus asseruit, scriptum illud à se fuisse lectum, quum in eo cœnobio commoraretur: & adhuc in defuncti Cyriaci cella idem exstare.

Cap. 24. *Quod Baladenses in hoc cœnobium ingressi, Cyriacum postularunt atque literas religiosi mar Timothei* Catholici *attulerunt, quibus sub interdicti pœna jubebatur ille è cœnobio statim excedere:* ܠ
ܡܠܐܡܐ ܘܟܟܐ ܠܡܡܐ ܐܢ
ܡܐܘ ܘܡܟ ܘܗܡܐ ܡܟ
ܟܢܐ ܘܫܡܐ ܡܢ ܗܡܡܐ
ܟܢ ܘܐ ܒܟ ܡ ܐ
ܘܟܡ ܐ ܐ ܟ ܐ ܐ :

Ad Timotheum adductus Cyriacus, ab eodem episcopus Baladæ ordinatus est: inde navigio exceptus per castrum Hebræum & Mosulum urbem, Baladam feria sexta ante Pentecosten intravit.

Cap. 25. *De Cyriaci obitu in urbe Balada.* ܠ ܟ ܐ ܘ
ܘܡܐ ܡ ܟ ܡ ܐ .

Ait Margensis, Cyriaco familiaritate conjunctum fuisse quemdam episcopum Severianum, cum quo cœnobia Phetionis, Josephi, & Aaronis adire consuevit. Id sibi narrasse Necuarum Presbyterum ecclesiæ Baladensis, ubi Cyriaci ossa jacebant, quum auctor in urbe regia, hoc est, Bagdado, Abrahami Catholici à secretis esset; idemque ab Othmano Chosroæ filio Jacobita confirmatum, quum Rabban Georgius cœnobii Beth-Abensis præfectus ipsum Othmanum in urbe Mosulana adiisset, legentemque Jesujabi Adjabeni de conversione cogitationum librum reperisset, Cyriacum autem quinquagesimo Episcopatus die obiisse feria sexta commemorationis Apostolorum, & in ecclesia Baladæ conditum fuisse,

Liber V. ܡܕܡܢܐ ܘܫ ܡ ܐ continet capita XVII.

Cap. 1. *De Rabban Mar Subchaljesu.* ܠ ܘ ܡ ܢ
ܡ ܘ ܫ ܚ ܫ ܡ :

Prologus Auctoris, in quo ait tàm Subchaljesu, quàm Jaballahæ & Kardagi episcoporum gesta ex literis ad Timotheum Patriarcham scriptis se desumpsisse. ܗ ܟ ܚ ܟ ܠ
ܩ ܡ ܘ ܫ ܡ ܐ ܡ
ܟ ܐ ܘ ܚ ܡ ܐ ܡ
ܡ ܐ ܐ ܡ ܐ ܡ ܐ
ܡ ܐ ܡ ܐ ܡ ܐ ;

Hæc autem pronum est intelligere ex epistola, quam Mar Timotheo mercatores Regisque legati ob sua vel principis negotia ultro citroque commeantes scripsere.

Cap. 2.

Cap. 2. *De genere beati Subchaljesu, deque ejus adventu ad hoc cœnobium.*

Ismaelitas parentes ex Hirta Naamanis oriundos habuit Subchaljesus: natus est autem in castro Hebræo

ubi & literas Arabicas didicit: iis verò mortuis paterna hæreditate ipsum inter & sororem divisa, ad monasterium Beth-Abense perrexit, cui

& villam suam

Beth-Habam legavit. Quum denique à quibusdam latronibus ad necem quæreretur, eo cœnobio excedens ad Timotheum Patriarcham confugit. Id se didicisse testatur Margensis à Jesujabo monacho, cui Aricha, idest, Longo cognomentum.

Cap. 3. *De pœna huic cœnobio juste inflicta ob expulsionem Subchaljesu.*

Locustæ post Subchaljesu ejectionem villam Beth-Habam cæterosque cœnobii Beth-Abensis agros absumpsere.

Cap. 4. *De impositione manus, quâ Subchaljesus Ghelanitarum & Dilumitarum metropolita creatus fuit.*

Quod Syriacè, Arabicè, & Persicè doctus esset, à Timotheo Catholico episcopus ordinatus, ad Ghelanitas & Dilumitas apud mare Caspium prædicandi Evangelii causa missus fuit: ubi plurimos dicitur ad christianam fidem adduxisse.

Perplures urbes & loca docuit & baptizavit atque ad doctrinam vitæ divinæ adduxit. Ecclesias ædificavit, atque sacerdotes & ministros in illis instituit. Inde quibusdam ex sociis fratribus ad neophytos illos sacra psalmodia imbuendos ibidem relictis, ipse ad extremos Orientis fines penetravit, christianæ religionis doctrinam longè latèque circumferens inter Ethnicos, Marcionitas, & Manichæos, pugnans adversùs omnes sectas atque immundas religiones. Subdit Thomas eas in regiones ab Apostolorum temporibus neminem penetrasse. Nimirùm maris Caspii accolas intelligit Thomas, eorumque finitimos populos boream inter & Orientem sitos solem usque ad Catajum, & Sinas. Nam Sinensibus ante Timothei tempora prædicatum fuisse evangelium, alibi demonstratum est.

Cap. 5. *De cæde Subchaljesu.*

Illatam Subchaljesu à Barbaris necem refert. Nam quum in Assyriam ad visendum Patriarcham suosque cœnobitas rediret, à Barbaris in itinere cæsus fuit. Sacram supellectilem, quam secum deferebat, Timotheus accepit, partemque cœnobio Beth-Abensi tradidit.

Cap. 6. *De Jaballaha, ejusque fratre Kardago.*

Genus duxere ex Rhesina Saphsaphæ pago in regione Margensi

ܡܢ ܟܦܪ ܟܡ ܡܢܗ̈ ܘܥܫܘ ܒܗ̈ ܕܝܪ ܒܝܬ ܥܒܕ̈ܐ ܘܒܢܘ ܒܗ̈ ܕܝܪ ܒܝܬ ܥܒܕ̈ܐ :

Monasticam autem vitam in cœnobio Beth-Abensi coluere, ubi Kardagus codices scribebat, Jaballaha scriptos compingebat. Post obitum verò Subchaljesu, à Timotheo ad episcopatum vocati sunt.

Cap. 7. *De electione horum virorum, qui in regiones illas missi fuere.*

ܒܗ̈ ܕܟܪܕܓ ܘܝܘܚܢܢ ܐܬܝܗ̈ ܒܝܬ ܥܒܕ̈ܐ ܘܒܢܘ ܒܗ̈ ܕܝܪ ܒܝܬ ܥܒܕ̈ܐ ܘܒܢܘ ܒܗ̈ ܕܝܪ ܒܝܬ ܥܒܕ̈ܐ .

Kardagus Ghelanitis, & Jaballaha Dilumitis metropolitæ ordinati, quindecim monachos ex cœnobio Beth-Abensi secum assumpserunt, è quibus postea Episcopos ordinarunt Thomam, Zacchæum, Semum, Ephræmum, Simeonem, Ananiam seù Hananum, & Davidem. Vide suprà pag. 163. ubi fragmentum epistolæ Timothei ad Jaballaham descripsi. Pergit Margensis ex Abrahamo Patriarcha, Ananjesu, & Elisæo monachis referre, Jaballaham bis ad cœnobium suum rediisse: multis verò apud barbaros exantlatis laboribus, ibi decessisse. Atque hìc meminit *Abibi Rajæ metropolitæ*

ܐܒܝܒ ܪܥܝܐ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܒܝܬ ܡܘܢ

quem æqualem fuisse asserit eidem Elisæo monacho, ex quo auctor se accepisse testatur, in illis regionibus neque frumentum, neque hordeum nasci, sed solam oryzam, ex qua panem quoque conficiunt.

Cap. 8. *De Elia Episcopo Mukan.*

ܐܠܝܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܘܟܢ .

Ortum duxit ex Ain-Barke ܡܢ ܥܝܢ ܒܪܟܐ vico regionis Margensis, & in cœnobio Beth-Abensi asceticam vitam summa cum abstinentia & paupertate conjunxit.

Cap. 9. *De precandi Eliæ modis.*

ܒܗ̈ ܕܐܠܝܐ ܕܒܝܬ ܥܒܕ̈ܐ .

Hìc adnotandum, non unum & communem omnibus monachis fuisse Psalmodiæ ritum. Nam ex relatione Abrahami Catholici scribit Thomas, Eliam ad singulos uniuscujusque Psalmi versus adjungere consuevisse

ܗܠܠܘܝܐ ܫܒܚ ܠܟ ܐܠܗܐ ܕܟܠ ܚܕ

Alleluja, *Laus tibi Deus*: quumque literarum rudis esset, *Psalmos* dumtaxat, & *Canticum diei*, *simplicemque lectionem* ܩܕܡ ܡܫܒ̈ܚ ܘܩܕ̈ܫ ܘܡܢ ܩܕ̈ܡ ܥܢ̈ܝܢ ܘܡܢ ܩܕ̈ܡ ܥܢ̈ܝܢ recitasse: neque verò totum Psalterium, sed partem dietim persolvisse, etsi alii monachi ܘܐܚܪ̈ܢ ܕܒ̈ܥ̈ܝ ܠܡ ܢܥܒ̈ܕ ܠܗ̈

deferendæ more.

De eo mihi beatus Mar Abrahamus Catholicus referebat, quod vice Crucis, quam è collo pendentem gestare mos est, integrum Evangeliorum textum exiguo codice descriptum ad pectus suspensum gerebat: æneam quoque crucem secum habebat, quam statum divini officii pensum in diversorio, ubi erat pernoctandum, persoluturus, viatorii baculi summitati fixam erigebat, stansque ante eam orabat.

Cap. 11. *De adventu Eliæ in Mukan, deque ejusdem in ea urbe prædicatione.*

Narrat Thomas, Eliam Mukanitas plurimos, qui arbores adorabant, ad Christi fidem adduxisse: inde in Assyriam ad suum cœnobium regressum, quum regionem Margensem jussu *Jacobi Episcopi*, monachis Beth-Abensibus sibi adjunctis visitasset, in eodem monasterio decessisse. Idolum verò, quod Mukanitæ colebant, *Jazad*, & *Jazdad* appellat, de quo hæc idem Thomas.

Quum autem Deum mundi conditorem, & Christi Domini nostri adventum illis prædicasset, placere sibi ajebant ipsius doctrinam, & Deum; sed habere se Jazdadum, quem patres & avi hactenus coluerant, vererique, ne modo contemptus desertusque pro accepta injuria pœnas ab ipsis exigeret, & perderet universos. Et ubinam, respondit Elias, sedet iste Jazadus spurius Deus à vobis ac majoribus vestris cultus? cedo locum ostendite. Quumque Eliam ad vicini collis cacumen Barbari deduxissent, in subjecta valle

le

le ingentem arborem, Adram seù ilicem silvæ reginam vocabant, quæ temporis processu & incolarum cura ad immanem altitudinem & molem excreverat, ramisque longè latèque enormem in modum expansis addensatisque, miram oculis spectantium speciem præferebat. Tùm verò Elias securim asservi rogat, simulque in vallem descendit: arborem, imò verò Diabolum huic insidentem petens: arreptoque manu utraque ferro ad tertium ictum infamem truncum prosternit, arboremque durissimam, densissimam, antiquissimamque ternis ictibus subvertit dejecitque: surculos verò circum sobolescentes, quos Jazadi filios Barbari appellabant, eodem ferro succidit. Jazad, & Jazdad sermone Persico Deum significat. Hinc apparet Dei nomen cultumque à Persis ad cæteros ultra Persidem populos olim traductum, in idololatriam posteà deflexisse.

Cap. 12. *Historia beati mar Narsetis episcopi Senæ civitatis.*

ܠܐܟܣܢܐ ܕܒܝܬ ܚܢܢ ܢܬܝܫ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܩܢܝܐ ܕܣܝܢܐ ܐ.

Hanc ex Eustarhio Abrahæ Patriarchæ Archidiacono, ex monachis cœnobii Abbatis Simeonis apud Senam, ex cœnobitis Beth-Abensibus, aliisque se didicisse affirmat Thomas. Et Eustathium quidem Burzadi primarii Senæ viri filium post Narsetis obitum, hujus gesta collegisse, & ad Rabban Abibum doctorem cœnobii mar Gabrielis misisse, ut inde historiam texeret: Abibum autem metro tetrasyllabo ea alligasse.

Cap. 13. *De genere beati mar Narsetis, deque ejus in hoc cœnobium adventu.* ܘܡܢ ܐܪܥܐ ܕܒܝܬ ܚܢܢ ܢܬܝܫ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܒܝܬ ܩܘܠܐ ܐ. Natus est in ܙܪܢ *Zaran* Beth-Bagasensis regionis vico: fratrem autem habuit Salomonem virum ferocis ingenii & indocilis, sororemque Saadosto nuptam & Naamanis matrem Mosulensis totiusque oræ borealis principis. In cœnobio verò Beth-Abensi monachum egit, quo tempore Cyriacus ibidem morabatur.

Cap. 14. *Quod idem mar Narses electus est episcopus Cardaliabedæ, alio nomine Senæ civitatis.*

ܠܐ ܒܥܐ ܐܠܐ ܒܐܟܐ ܘܡܢ ܢܬܝܫ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܒܟܪܬܐ
ܕܒܝܬ ܚܢܢ ܢܬܝܫ ܐ.

Subchalmarani cœnobio Senæ præfecti operâ à Senensibus Narses episcopus postulatus, à Timotheo Catholico ordinatus fuit.

Cap. 15. In hoc capite Narses à Subchalmarano interrogatus, breviter exponit, quid mysticè significent Ecclesia, bema, Altare, Crux, Evangelium, Sacerdotum chorus, & Ordines, via bema inter & cancellos, tres gradus ante cancellos, cancelli, velum, naos seù sanctum sanctorum, luminaria suprà cancellos, thuribulum, cleri populique conventus, psallendi alternis choris ritus, & alia hujusmodi, ex quibus tùm Nestorianorum ritus, tùm structuræ ecclesiæ eorum forma intelligitur.

Cap. 16. *De ejusdem Narsetis gestis & obitu.* ܘܒܟܪ ܐܗܟܢ ܚܢܢ ܘܒܟܐ ܘܢܬܝܫ :
ܠܐ ܗܘ ܟܗܪ ܫܡܗܘ :

Hìc Thomas ex Eustathii Archidiaconi, & Cypriani Presbyteri relatione multa de Narsete suo fabulatur hoc loco indigna. In iis notandum, quod ad exitum memorati Subchalmarani cœnobio Simeonis præfecti spectat: hic enim à Jaale quodam Arabe latrone Hamrani filio ex Taimla Adjabenæ pago oriundo, qui cœnobia Jobi, Nestorii, & Marganæ everterat, cæsus fuisse dicitur. Præterea apud Senam urbem præter memora-

moratum Simeonis cœnobium laudatur alterum, quod ... *monaſterium Beth-Gomes* appellant. Denique Narſes perhibetur in urbe Sena obiiſſe, in eaque eccleſia cum epiſcopis præceſſoribus ſuis ſepultus fuiſſe.

Cap. 17. *Hiſtoria Abbatis Joſephi*. ... Hic ex Beth-Meſainane ... regionis Garmæorum pago ad Zabam minorem amnem ſito genus duxit, & in cœnobio Beth-Abenſi monaſticum inſtitutum amplexus, ibidem obiit, in communi cœmeterio apud Oratorium conditus. Eum porrò Thomas ſe vidiſſe teſtatur eoque illum anno deceſſiſſe, quo ipſe in illud cœnobium intravit. Nonnulla verò de eodem narrat ex relatione Hachimæ epiſcopi Gauchenſis ...

LIBER VI. *Hiſtoria Cypriani & Gabrielis Abbatum cœnobii Birthæ pagi in regione Margenſi*. ...

Hiſtoria Cypriani Abbatis. ...

Cap. 1. *Prologus ejuſdem hiſtoriæ*. ... Hìc Thomas monaſteria enumerat in ditione Margenſi à diverſis monachis olim condita. Quæ ſequuntur, libentiſſimè exſcribo: nam, ut ex poſtrema pericope intelliges, quæ hìc leguntur, ad Neſtorianos minimè pertinent, ſed excerpta certiſſimè ſunt ex aliqua eccleſiaſtica hiſtoria de iis, quæ Ariana perſecutione graſſante in Oriente acciderunt. Margenſis ergo textum accipe.

...

ܘܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܣܪܝܩ̈ܐ ܒܗ ܫܪ̈ܝܪ̈ܐ
ܘܒܪ̈ܘܝܐ ܚܕ̈ܝܬ̈ܐ ܠܐ ܐܫܬܟܚ ܘܠܐ
ܐܬܟܚܕ ܠܗ ܕܡܝܐ ܗܘ ܕܫܪ̈ܝܪ̈ܐ
ܒܪ̈ܘܝܐ ܩ̈ܕܝ̈ܫ̈ܐ ܕܒܗ ܫܪ̈ܝܪ̈ܐ
ܒܗ ܫ̈ܒ̈ܥ ܐ̈ܬ̈ܪ̈ܘ̈ܬ̈ܐ ܗ̈ܘ̈ܐ ܒ̈ܝ̈ܫ̈ܝ̈ܢ̈ܐ
ܒ̈ܝ̈ܫ̈ܝ̈ܢ̈ܐ ܐ̈ܬ̈ܪ̈ܘ̈ܬ̈ܐ ܗ̈ܘ̈ܐ ܒ̈ܝ̈ܫ̈ܝ̈ܢ̈ܐ
ܒ̈ܝ̈ܫ̈ܝ̈ܢ̈ܐ ܐ̈ܬ̈ܪ̈ܘ̈ܬ̈ܐ ܗ̈ܘ̈ܐ ܒ̈ܝ̈ܫ̈ܝ̈ܢ̈ܐ
ܒ̈ܝ̈ܫ̈ܝ̈ܢ̈ܐ ܐ̈ܬ̈ܪ̈ܘ̈ܬ̈ܐ ܗ̈ܘ̈ܐ ܒ̈ܝ̈ܫ̈ܝ̈ܢ̈ܐ
ܒ̈ܝ̈ܫ̈ܝ̈ܢ̈ܐ ܐ̈ܬ̈ܪ̈ܘ̈ܬ̈ܐ ܗ̈ܘ̈ܐ ܒ̈ܝ̈ܫ̈ܝ̈ܢ̈ܐ
ܒ̈ܝ̈ܫ̈ܝ̈ܢ̈ܐ ܐ̈ܬ̈ܪ̈ܘ̈ܬ̈ܐ ܗ̈ܘ̈ܐ ܒ̈ܝ̈ܫ̈ܝ̈ܢ̈ܐ

Dicam autem de ſacro cœnobio Riſciæ. In hoc cœnobio, ſicut ab hiſtoriographis temporum ac regum proditum eſt, ſeptem Epiſcopi ab initio habitarunt: monachis ſequiori etiam ætate frequentiſſimum fuit. Huic accedit alterum cœnobium ſancti Ephræmi monachi in valle fluvii in eo loco ſitum, quem Amika, ideſt Profundum appellant, in ſpelunca duplici, ubi prædictus Ephræmus per totam vitam procul ab omni hominum conſortio habitavit. Beatus itidem Ananjeſus, illuſtris ille ac celeberrimus, monaſterium condidit ſupra Chataram. Item cœnobium ſancti Aitallahæ ſuprà pagum Laghes, qui in anguſta fovea vitam tranſegit. His accenſendus quoque beatus Jeſurochmes, cujus nomini ob famam ipſius pietatis & ſanctimoniæ nuncupatum fuit cœnobium Bethmæ, ideſt, Terebinthi: nec non beatus Habiſa (incluſus) cujus tuguriolum apud Haneſum pagum ſpectatur: arca verò reliquiarum ipſius ſanctorumque ejuſdem ſociorum hac noſtra ætate piorum hominum opera reperta eſt. Et verò illuc ingreſſus merito miraberis cruces in duriſſimo ſilice ſculptas intra ſpeluncam magnificè concameratam in teſtimonium ſanctimoniæ illorum monachorum: ubi videre eſt in tabulis, ſingulorum arculas operientibus, parva foramina propter ſuavem odorem ex eorum lipſanis ſpirantem. Atque in hunc cenſum venit etiam ædes ſancti mar Adæi, monaſterium Ramæ nuncupata; cujus viri erga ſolitariam vitam amorem ædi-

culæ

culæ ejus angustia testatur..... Istorum porrò anachoritarum agmen sequuti sunt etiam S. Gregorius, cujus monasterium apud Barbelium pagum assurgit: & beatus mar Isaac asceta, qui in territorio Harbi pagi habitavit, vitam ducens ab omnibus rebus sub aspectum cadentibus remotissimam: & beatus mar Joannes, qui in loco Nirba Barzi dicto in spelunca velut in sepulcro vixit, & signa atque prodigia instar Apostolorum patravit, Kuphæ pagi incolis ad Christi fidem adductis, ut infrà dicam. Beatus etiam mar Aba; qui apud pagum Zotum, alio nomine Beth-Soti, in cujusdam rupis cacumine in Riscia exteriore ædem construxit, ubi in senectute bona & conversatione secularium curarum experte vitam traduxit. Beatus etiam mar Abrahamus, cujus sacrorum membrorum cineres usque in præsentem diem mira operantur: & sanctus mar Acha hoc quoque institutum amplexus est, qui in parva spelunca in Nirba apud Zabam monasticæ vitæ certamen absolvit, factusque est omnibus circumjacentibus locis fons beneficiorum. Isti, sicut veteres Scriptores tradunt, Episcopi fuere & monachi: atque eo tempore, quo Arianæ hæresis incendio Oriens conflagrabat, Valente aliisque ejusdem impietatis sociis imperantibus, & orthodoxos ipsorum dogmatibus resistentes acerbissimè vexantibus, sævissimam persecutionem declinantes & profanum Græcorum consortium fugientes, ad istas Orientis oras venerunt, atque procul à patria & cognatione sua in terra aliena inter ærumnas & incommoda vivere decreverunt. De Acha, & Joanne fusè Amrus in vita S. Barbasemini episcopi Seleuciæ & martyris, ubi eos scribit S. Eugenii discipulos fuisse, & ex Ægypto in Assyriam unàcum aliis pluribus sociis venisse.

Cap. 2. *De genere beati Cypriani, deque in schola studio, & profectione in urbem Hierusalem.* وِمْدِ

ܐܝܟ ܕܝܢ ܗܘܐ ܒܥܘܠܡܐ ܕܡܓܘܪ̈ܝܐ ܒܟܦܪ ܒܝܪ̈ܬܐ ܒܦܠܓ̈ܐ ܕܡܪܓ̈ܐ ܘܒܟܬ̈ܒ̈ܐ ܐܬܪܒܝ ܠܘ ܡܢ ܒܝܬ ܡܟܒ̈ܝ ܕܦܠܓ̈ܐ ܕܡܪܓ̈ܐ ܘܐܬܪ̈ܒ̈ܐ

auditoribus rogatus fuit, ut cœnobium ibi conderet.

Cap. 5. *Quod Cyprianus hoc ſacrum cœnobium* Birthæ *exſtruxit.*

ܗܠܐ ܚܫܢܐ ܘܟܡܢܐ ܗܘ ܡܢܝܢܐ ܕܥܡܪ ܒܗ ܘܫܠܡ ܫܢ̈ܝܢ ܘܫܠܡ.

Eo autem exſtructo, quinquaginta monachis, qui illuc convenerant, per annos viginti præfuit.

Cap. 6. *Geſta Cypriani in monaſterio Birthæ.* Ubi à Thoma hæc loca memorantur, ex quibus ad illum Monachos confluxiſſe refert: *Marga*, ſcilicet, *Beth-Bagas*, *Birtha*, *Beth-Kadiſa*, *Sian*, *Beth-Talai*, *Samrath*, *Gherin*, *Saura*, *Barbele*, *Nahar-maſi* (hoc eſt, fluvius Maſius) & *Beth-Maruth*. ܡܪܓܐ ܒܝܬ ܒܓܣ ܒܝܪܬܐ ܒܝܬ ܩܕܝܫܐ ܣܝܢ ܒܝܬ ܛܠܝ ܣܡܪܬ ܓܝܪܝܢ ܣܘܪܐ ܒܪܒܠ ܢܗܪ ܡܣܝ ܘܒܝܬ ܡܪܘܬ.

Cap. 7. *De obitu Cypriani.*

ܗܠܐ ܫܢܬܗ ܘܡܬܩܒܪ ܒܗ:

Expleto vigeſimo, ex quo cœnobium in Birtha condiderat anno, ibidem deceſſit ſepultuſque fuit. Eum autem Presbyterum fuiſſe colligitur ex hac nota ad calcem ipſius hiſtoriæ appoſita: ܗܕܐ ܣܝܡ ܩܫܝܫܐ ܘܡܢܝܢܐ ܩܕܡܝܐ ܕܒܝܬ ܒܝܪܬܐ ܕܥܡܪ ܒܗ ܘܫܠܡ ܫܢ̈ܝܢ ܣܓܝ̈ܐ.

Explicit hiſtoria Cypriani Presbyteri & monachi, fundatoris ſacri cœnobii in ſuburbio Birthæ.

Hiſtoria Gabrielis Abbatis cœnobii ejuſdem Cypriani.

ܣܝܡ ܩܫܝܫܐ ܘܡܢܝܢܐ ܕܥܡܪ ܒܗ ܘܫܠܡ ܫܢ̈ܝܢ ܣܓܝ̈ܐ.

Cap. 1. *Prologus auctoris.*

ܡܩܕܡ ܐܡܪ ܗܘ ܣܒܪ ܐܢܐ.

Aſſerit ſe Gabrielis ejuſque fratris Pauli geſta ab iis accepiſſe, qui ipſos viderant.

Cap. 2. *De genere Gabrielis ejuſque fratris Pauli.* ܘܡܢ ܐܠܐ ܒܪ ܒܝܬ ܓܒܪܝܐܠ ܘܡܢ ܐܠܐ ܡܩܕܡ ܐܠ ܒܝܬ ܓܒܪܝܐܠ ܘܡܢ ܐܠܐ ܒܪ ܒܝܬ ܓܒܪܝܐܠ ܘܡܢ ܐܠܐ ܒܪ ܒܝܬ ܓܒܪܝܐܠ.

Nati in Luz pago regionis Garmæorum, inde in Sauram Birthenſis ditionis locum unàcum matre poſt patris obitum profecti, in Schola ejuſdem loci per annos quindecim ſtudiis vacarunt.

Cap. 3. *Quod Gabriel & Paulus monaſticam vitam amplexi ſunt in cœnobio Rabban Cypriani.* ܒܫܢ ܐܠܐ ܒܪ ܒܝܬ ܓܒܪܝܐܠ ܘܡܢ ܐܠܐ ܡܩܕܡ ܐܠ ܒܝܬ ܓܒܪܝܐܠ ܘܡܢ ܐܠܐ ܒܪ ܒܝܬ ܓܒܪܝܐܠ ܘܡܢ ܐܠܐ ܒܪ ܒܝܬ ܓܒܪܝܐܠ.

Hìc notanda monachorum ejus gentis ac temporis diſciplina. Quum enim in monaſterium quis admiſſus fuiſſet, triennio primum cœnobiticam ſeù communem vitam agere debebat, tùm verò ei cella tradebatur, interdicto quovis hominum conſortio. ܒܝ ܒܝܬ ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܩܦܐ : ܒܝܬ ܐܒܐ ܘܒܝܬ ܐܡܐ ... ܡܩܕܡ ܐܠ ܒܝܬ ܓܒܪܝܐܠ ܘܡܢ ܐܠܐ ܒܪ ܒܝܬ ܓܒܪܝܐܠ ܘܡܢ ܐܠܐ ܒܪ ܒܝܬ ܓܒܪܝܐܠ ܘܡܢ ܐܠܐ ܒܪ ܒܝܬ ܓܒܪܝܐܠ.

ܕܐܝܟ ܕܐܫܬܡܥ ܡܢ ܩܫܝܫܐ ܘܐܚܝܗ ܕܐܢܘܢ ܒܬܪ ܗܕܐ ܕܐܬܡܢܝ ܒܝܬ ܡܫܟ

parcha, qui primus propugnaculum illud conſtruxit. Ad hunc itaque montem unàcum ſociis ex Romanæ ditionis terris beatus Mar Joannes Metropolita venit comes & collega illorum ſeptem Epiſcoporum, qui in ſacro cœnobio Riſciæ toto vitæ ſpatio ſimul habitarunt. Sanctus verò Mar Joannes monachorum conventum eo in loco inſtituit. Ipſe verò quum in ſepulcrum ſe abdidiſſet, nec lucem vidit unquam, nec homines eſt alloquutus, niſi ſemel ad ſummum, aut in ſuſceptione ſacrorum myſteriorum. Eos porrò univerſos viros fuiſſe perfectos & divinos teſtatur ſpelunca, in qua corpora eorum jacent, quorum nomina in libro vitæ deſcripta ſunt: eademque legere eſt ipſorum urnis inſcripta, etſi quædam temporum injuria obliterata prorſus exciderint ..... Idem porrò ſanctus Mar Joannes oppidi Kuphæ incolas ad Chriſtianam fidem traduxit: nec enim eatenus Chriſtianam diſciplinam ſuſceperant, ſed fatui & ebrii ſaxa & arbores colebant. Hunc in modum Kuphitas ad ſanctum lavacrum adduxit, atque ad fruendum propitiatoriis myſteriis invitavit: dirutoque Pyreo, ſeu Ignis delubro, hanc quam ſpectamus Eccleſiam ædificavit: præceptorem inſuper conduxit, ſcholamque intra oppidum condidit.

Cap. 6. *De adventu Gabrielis in cœnobium Nirbæ Barzi, cui & præfectus fuit: deque obitu Pauli ejus fratris.* لا مُلْمُدهِ وِحْنَالْ حِبْنُوا وِبْلَاوْحِ حْنَاْبِ مْلَا وَمْعْشُمُلَا وِمْحْلَا . مْلَا حُمْبُنِهِ وِهْمُلْحُمِ . لِمْهُومِ Quum Gabriel ex Cardoa ſolitudine in illud cœnobium veniſſet, quadraginta monachos ibi eum reperiſſe affirmat Thomas, à quibus in præfectum electus fuit: ſubditque, à Malbado quodam apud Sauram monaſterium conſtructum fuiſſe, quod paulò poſt corruit: Paulum verò Gabrielis fratrem cœnobio Cypriani præfuiſſe.

Cap. 7. *Quod Gabriel cœnobio Cypriani* poſt Pauli fratris obitum *præfectus fuit.* لا وَمْعْشُمُلَا وِمْحْلَا حِبْنُوا وِبْلَاوْحِ حْنَاْبِ مْلَا وَمْعْشُمُلَا وِمْحْلَا . حِبْنُوا وِبْلَاوْحِ حْنَاْبِ مْلَا وَمْعْشُمُلَا وِمْحْلَا . حِبْنُوا وِبْلَاوْحِ حْنَاْبِ مْلَا وَمْعْشُمُلَا وِمْحْلَا .

Cap. 8. *De monachis religioſiſque viris, qui Gabrielis tempore in diverſis locis habitabant.* وِلْمُكْمِ حْنَاْبِ مْلَا وَمْعْشُمُلَا وِمْحْلَا . حِبْنُوا وِبْلَاوْحِ حْنَاْبِ مْلَا وَمْعْشُمُلَا وِمْحْلَا . Hi à Thoma laudantur. In cœnobio Beth-Abe Abbas Domitius. In cœnobio Rabban Baritæ Jeſuſabranus Bar-Mami, qui poſtmodum Ninives Epiſcopus factus, eccleſiam illius cœnobii inſtauravit, quemadmodum & Paulus cœnobium Birthæ exornaverat. In Nirba Beth-Gazæ Comana & Maanes. In Nirba Saphi وِرْفِ Phetion anachorita, cujus cadaver in pagum Riſciam وَمْعْشُمُلَا translatum fuit. In monte Janan مُنْسِ Abibus & Jacobus fratres. In cœnobio Kokæ وِحْمِهِ مْهُمْعْلَا Abbas Sabarjeſus cognomento Caphipha حْمْعْلَا hoc eſt, gibbus, & Abbas Ebedjeſus Cartuæus حْنَاْمُلَا, & Abbas Gabriel. In monte Zainæo وِلْمُنْسِ Abbas Ammonius. Metropolitæ autem Arbelæ Acha, & Maranames & Jeſujabus, quorum conſuetudine idem Gabriel eſt potitus. Epiſcopus Hadathæ Salomon, de quo multa hìc garrit Thomas. In Sede regionis Sigaræ وِهْمُيِّ Subchalmaranus, qui ordinatus fuit in magna Niſibis eccleſia, & ex Balada in Bagdadum urbem profectus eſt, ut à Patriarcha perficeretur. In regione Honitæ Maruaes حْنَاْمُهِ monachus. Epiſcopus Seleuciæ Jeſuzacha ex regione Aramæorum. In cœnobio

nobio Aphnimarani Abbas حنوميا Bardaira. In cœnobio Barturæ Abbas Marcus. Ananjesus حنشمشه cœnobii apud Hadatham urbem conditor. Simeon denique Episcopus Beth-Bagas, qui Ecclesiam Salmathæ pagi ædificavit.

Cap. 9. In hoc & sequenti capite nihil observatu dignum occurrit, præter hæc ditionis Margensis pagorum nomina: *Jazdinbad*, *Tela*, *Beth-Kavaz ad Zabam majorem*, *Nirem*, *Chatara ad fluvium Hazar*, *Amulchir & Beth-Timai*. ملوملحو منها . لا منها . حمه صه منها وكلا راحا وحا . تمنمر منها . سوا منها وبحا كلا . ترووا سرو . همحسنو منها . حمه لمعب منها .

Præterea quum Thomas *Jejunii Apostolorum* meminisset, subdit Cyprem Sabarjesu filium monachum, Birthæ cœnobio præfectum fuisse.

Cap. 11. *De obitu Rabban Gabrielis*. كلا حمنوبه ووحم حنامكا Ejus cadaver ad austrum Martyrii conditum fuit apud Cyprianum ejus in præfectura cœnobii Birthensis præcessorem. Subdit amanuensis, Gabrielem Presbyterum fuisse.

Hæc summatim in gratiam antiquitatis ecclesiasticæ studiosorum excerpta sunt ex monastica Thomæ historia, in qua ab Auctore laudantur ascetica opera, epistolæ, & tractatus *Antonii magni*, *Macarii*, *Marci*, *Esaiæ*, *Ammonii ex monacho Episcopi*, *Evagrii*, *Nili*, *Basilii magni*, *Dionysii de cœlesti & ecclesiastica Hierarchia*, *Palladii in historia quam Lausiacam appellant*, & *Xysti*, quem Thomas ex communi recentiorum Orientalium errore *Episcopum* vocat.

CAPUT XXIV.

Joannes Mesve.

I. Joannes Mesve Nestorianus medicus.

JOANNES [1] cognomento ماسويه *Masvæus*, vulgò *Mesve*, hoc est, *Moses*, patre Georgio [2] Mesue, matre Resala Sclava natus est vergente octavo Christi sæculo in villa apud Niniven urbem, quam خوز *Chuzam* appellant. Inde Bagdadum urbem studiorum causâ petiit sub Timotheo Nestorianorum Patriarcha, à quo Clericus fieri volebat, ut Joannes Leo [3] Africanus in vita ejusdem scribit in hæc

1

2

3

NOTÆ.

1 *Joannes Masuæus, vulgò Mesue.* Leo Africanus in vita ejusdem apud Hottingerum in Bibliothecario Quadripartito p. 249. *Nota*, inquit, *quod Joanna nomen est Hebræum: Joannes scilicet dicitur apud Latinos: & Mesuah, qui dicitur Moses secundùm regulam diminutivorum Chaldæorum* Hæc ille. Sed *Joanna* Arabicum est ex Hebræo *Johanan* formatum, & *Mesuah* Arabum Persarumque diminutivum, qui ex موسا *Musa* faciunt موميه *Musavaih*, & ماسويه *Masuaih*, unde corruptum *Mesue*. Fallitur ergo Hottingerus loc. cit. quum ait: *Puto Mesuah esse Meschichojo, ut Christianus significetur: amant enim Syri ejusmodi agnomina* Nam Syri Arabesque longè diversis elementis *Christianum*, & *Mosen* seù *Mesue* scribunt, ut peritus utriusque linguæ novit.

2 *Patre Georgio Mesue, matre Resala Sclava.* Ita de seipso Joannes testatur apud Abulpharagium in histor. Dynast. pap. 168. ابوه ماسويه الخوزى وامه رسالة الصقالبيه *patrem suum Masuæum Chuzitam appellans, matrem verò Resalam Sclavam*, eamque pretio redemptam, ex mancipio uxorem Masuæi fuisse. Masuæo autem Georgii nomen fuisse, scribit Amrus in vita Josue Bar Nun Nestorianorum Patriarchæ.

3 *Leo Africanus.* Titulum vitæ Joannis Mesue apud Hottingerum in Biblioth. Quadrip. pag. 246. hunc facit: *De Mesuach Chalipha medico:* qnem locum Hottingerus ita emendat: *Vitiosa est inscriptio, pro Mesua medicus sub Chalipha Raschido.* Sed simplicius sic emendaverim, *De Mesua Chaliphæ medico.*

hæc verba. *Exivit de patria sua ad civitatem Bagdad, ut inveniret eorum* (hoc est, Nestorianorum) *Patriarcham, ab eoque volebat fieri Clericus. Quum igitur introiret civitatem prædictam, videbatur sibi novum invenisse mundum, quum multos Christicolas Muhamedanosque liberalibus artibus operam dantes animadverteret. Qui tunc decrevit studii gratia ibi consistere: cognoscebat enim, vile esse in propria morari patria ob suæ gentis simplicitatem: ideoque illic moratus est, brevi tempore addiscens quicquid floruit in Medicina, Philosophia, & Astrologia.*

II. Discipulus Josue Bar Nun, sub Timotheo Patriarcha claruit.

Bagdadi præceptorem habuit Josue Bar Nun, qui Timotheum Patriarcham excepit, ut Amrus testatur in vita ejusdem Josue: ubi quum hunc narrasset in cœnobio Abrahæ monasticum institutum professum fuisse, subjungit: ثم وقع بينه وبين قوم من العمر فخرج عنه وعاد الى بغداد واقام فى منزل جيورجيس المعدى مامونيه شهورا يعلم ابنه يوحنا.

Mox orta ipsum (Josue) *inter & nonnullos cœnobitas rixa, inde recessit, Bagdadum petens, ibique in domo Georgii cognomento Mesue aliquot menses egit, Joannem ejus filium docens.*

III. Rascido, Mamoni aliisque Chaliphis acceptus.

Sub Josue aliisque magistris quantum Joannes in reliquis scientiis, sed præsertim in medicina profecerit, ex eo colligitur, quod idem Leo Africanus refert: Mamonem scilicet Rascidi Chaliphæ filium præ cæteris præstantibus viris, qui Græcè, Persicè, Chaldaicè, & Arabicè noverant, Joannem unum tamquam linguis scientiisque omnibus abundè instructum elegisse, secumque in Chorasanam provinciam, cujus regimen à patre susceperat, cum præceptoris prærogativa duxisse.

IV. Medicos, & philosophicos libros ex linguis Græca, Chaldaica, & Persica in Arabicam, jussu Mamonis, transtulit.

Rascido Chalipha anno Hegiræ 193. die 3. Gemadi posterioris defuncto, quum Aminus filius natu major regnum usque ad annum Hegiræ 198. tenuisset, Mamonem ex Chorasana evocatum optimates Amino interfecto subrogarunt. *Hic verò* (ut verbis utar Leonis Africani) *desiderio immortali desiderabat intelligere antiquorum scientias, quoniam tunc nulla erat scientia Arabicè descripta: adeoque dictus Mamon congregavit ingentem numerum Doctorum diversarum linguarum, & interrogavit Auctorum nomina atque librorum, quæ scripta fuerunt in artibus lingua Græca, Persica, Chaldæa, atque Ægyptia, adeoque multa eorum nominata sunt volumina. Misit tunc multos ex familiaribus suis in Syriam, Armeniam, atque Ægyptum, ut illos emerent libros, de quibus sarcinas infinitas & tulerunt, & conduxerunt. Tunc segregati sunt boni & utiles, sicut in Medicina, in Physica, in Astronomia, in Cosmographia, & Chronica descriptis; & posuit suprà traductionem linguæ Græcæ Joannem filium Mesuah prædictum: quoniam in illo tempore Christicolæ Græcis studebant literis. Posuit etiam suprà traductionem Græcam alios quamplures sub eodem Joanne, & supra linguam Persicam Mahan, dictumque Mesuah: qui traduxerunt librum Galeni in medicina; postea omnia opera Aristotelis Arabicè traduxerunt, multis etiam aliis magistris auxiliantibus. At dictum fuit Mamoni: quare confidis hoc opus uni Christiano? Respondit Mamon: si quidem committo ei gubernationem corporis mei, ubi inhabitat spiritus & anima; quomodo ei non confidam aliquorum ad aliquos verba, in eo maximè, quod neque ad nostram, neque ad suam pertinet fidem?* Hæc Leo Africanus.

V. Id factum sub Rascido Mamonis patre Abulpharagius scribit.

Eadem de Mamone tradunt reliqui Scriptores, qui sub eo literas potissimùm floruisse testantur, ut observat Hottingerus Hist. Eccles. sæculo 9. pag. 645. 654. & Analect. pag. 248. Quamobrem Abulpharagium hallucinatum fuisse puto, quum in histor. Dynast. pag. 153. Rascido Mamonis patri id factum tribuit, inquiens: *Joannes filius Masavaihi, hoc est, Mesue, cui commisit Rascidus in-*

interpretandos libros medicos antiquos.

VI. Ex eodem Abulpharagio Joannis ſtudia, & doctrina.

Pergit idem Abulpharagius loc. cit. de Joannis ætate, ſtudiis, doctrinaque diſſerens. *Raſcido*, inquit, *ejuſque ſucceſſoribus inſervivit uſque ad tempora Motuaccheli* (qui Saracenis imperavit ab anno Hegiræ 232. ad annum 247.) *magnus habitus fuit Bagdadi ſummæque auctoritatis. Libros compoſuit elegantes. Scholam inſtituit diſceptandi gratia, in qua de omni ſcientiarum antiquarum genere, optimè eas explicans, diſſeruit. Prælegebat etiam, & ad ipſam congregati ſunt diſcipuli quàm plurimi.* Et infrà pag. 166. quum Salmavæum ملويه Motaſemi Chaliphæ medicum anno Hegiræ 225. obiiſſe ſcripſiſſet, ejus locum apud eundem Motaſemum à Joanne occupatum fuiſſe ſubjungit. Demùm æquales eidem Joanni laudat Gabrielem Bochtjeſu filium, Joannem Ebn Batrik, Sahelum Saporis filium, Iſam Hachimi, & Zachariam Tiphurenſem. Vide pag. 153. 154. 159. 163. 164. 167. 168. 172.

VII. Ejuſdem obitus.

Obiit ætatis ſuæ anno octogeſimo, ut Leo Africanus loc. cit. ſcribit, quum juſſiſſet corpus ſuum in villa, in qua natus fuerat, ſepeliri: idque ſub Motuacchelo Chaliphæ circa annum Hegiræ 241. Chriſti 855. ut ex Abulpharagio ſuprà notatum eſt. Amrus in vitis Patriarcharum Neſtorianorum affirmat, Joannem Meſue unàcum Bochtjeſu Gabrielis filio, & Iſraele Tiphurenſi anno Hegiræ 238. Græcorum 1163. Chriſti 852. adhuc in vivis fuiſſe, quum Theodoſius ex Metropolita Gandiſaporenſi in Patriarcham electus fuit: triennio autem poſtquam idem Theodoſius Sergii cujuſdam medici ſuggeſtione in carcerem juſſu Motuaccheli Chaliphæ detruſus fuiſſet, obiiſſe, ejuſque funus ab eodem Theodoſio Patriarcha, quem Motuacchelus ab exilio ejus rei gratia revocaverat, ſolemni pompa curatum fuiſſe. وعمل مرجيس مطران نصيبين على اطلاق پاداسيوس . وانفق موت يوحنا بن ماسويه وكان عزيز عليه اى على المتوكل وعلى اصحابه فامر بتجهيله واكرامه فى جنيزه . واعلمه ان الجاثليق والقسان والشمامسة يقوموا بالصلوة مطرودون من سرمن راى . فامر بردهم واطلاق الجاثليق ولا يمانون بعة الخروج من المدينه وجرى موت يوحنا على اتم وقار.

Sergius Niſibis Metropolita operam ſuam apud Motuacchelum *adhibuit, ut Theodoſius è carcere dimitteretur. Accidit interea, ut Joannes filius Meſue, qui Motuacchelo ipſi ejuſque domeſticis charus erat, diem obiret. Præcepit itaque Motuacchelus, ut ſolemnes ei exequiæ celebrarentur. Cui Sergius: at Catholicus, inquit, & Presbyteri, quique funus curare debent, ex urbe Sarmanraja ejecti ſunt. Tùm Motuacchelus eos quidem Sarmanrajam revocari juſſit; Catholicum verò liberum dimitti, modo ex urbe pedem non efferrent. Atque ita Joannis funus ſolemni pompa celebratum fuit*: nimirùm anno circiter Chriſti 854. Nam Theodoſius, Amro teſte, ſedem iniit anno 852. quumque annos tres cum dimidio in cuſtodia egiſſet, obiit anno 857. poſtquam ſediſſet annos 5. menſes 3. dies 14.

VIII. Hottingeri, & Konigii hallucinatio.

Hinc vulgaris opinio rejicitur, quam de anno obitus Joannis Meſue ex Leone Africano hauſere recentiores, ut Hottingerus in Bibliothec. Quadripart. pag. 249. & Georgius Matthias Konigius in Biblioth. vet. & nova: qui affirmant ipſum *anno Hegiræ* 204. *Chriſti* 826. deceſſiſſe. Nam primo annus Hegiræ 204. non in annum Chriſti 826. cadit, ſed in annum 819. adeoque hallucinatur Hottingerus, quum ea Leonis Africani verba, *Teſtamentum verò anno ducenteſimo quarto de Elhegira* (*hoc eſt, ſecundùm milleſimum*) *Maumedanorum*, ita corrigit, *error eſt: cadit enim annus Hegiræ* 204. *in Chriſti annum* 826. Deinde Leo Africanus de Joannis teſtamento, non de obitu loquitur. Demum in Arabico textu, ex quo Leo Africanus ſuum exemplar anno Chriſti 1527. deſcripſit, non annum Hegiræ *ducenteſimum quar-*

quartum, sed *ducentesimum quadragesimum* positum fuisse valde suspicor: annus autem 240. inchoatus fuit die 1. Junii, anno Christi 854. quo Joannem Mesue obiisse ex certis scriptorum documentis suprà ostendi.

IX. Duo alii Mesuei.

Alius Mesue apud Amrum laudatur in vita Babæi circa annum Christi 550. de quo suprà dixi p. 428. Tertium memorat Leo Africanus apud Hottingerum pag. 261. quem refert in civitate Maridin, seù Marde natum, religione Jacobitam fuisse, *operaque composuisse utilissima in rebus potabilibus: alium quoque librum de componendis medicinis, syrupis videlicet, unguentis, emplastris, & de similibus*: in Ægypto demùm obiisse anno ætatis circiter nonagesimo, Hegiræ quadringentesimo sexto, Christi 1028.

X. Quartus Mesue Damascenus, cujus opera, tùm manuscripta, tùm edita indicantur.

Exstat in Biblioth. Vatic. Cod. mss. Lat. 2440. 2441. & 4460. opus medicum, inscriptum, *Joannis Mesue de consolatione medicinarum simplicium & solutivarum*. Et Cod. 2448. *Additiones ex ejusdem libro*. Prodiere Jacobo Sylvio medico interprete *Joannis Mesue Damasceni de re medica libri tres*, Lugduni apud Joannem Tornæsium & Gulielmum Gazejum 1548. 8. Utrobique auctor appellatur *Joannes filius Mesuæ, filii Hamech, filii Hely, filii Abdela Regis Damasci*. Ejusdem *Receptarium Antidotarii* publicarunt Angelus Palea Juvenatiensis, & Bartholomæus Urbevetanus, Ordinis Minorum Observantiæ, Provinciæ Romanæ, præmissa *in Antidotarium ipsum censura*, Lugduni apud Joannem Frullonium 1550. 8. Idque opus quum Joannes Manardus, Leonardus Fuchsius aliique neoterici medici reprehendissent, Apologiam pro Joanne Mesue Guilhelmus Puteanus Blangiacus medicus civisque Gratianopolitanus conscripsit, cui titulum fecit, *Defensio Mesue contra Manardum & Fuchsium*, Lugduni apud Germanum Rose 1537. 8. De hoc Mesue ita præfatur Jacobus Sylvius. *Sunt qui Græcè putent scripsisse, quo tempore Godefredus Lotharingorum Rex Syriam, & in ea Damascum* (Damascenum enim Joannem Mesue ubique vocat) *& Hierusalem expugnavit. Sunt qui sub Hadriano Pontifice anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo octavo floruisse contendunt. Alii Arabicè omninò scripsisse existimant, quæ mihi sententia magis arridet, quum & versio vetus impolita quidem, sed (ut conjectare licet) fidelis, voces Arabicas non paucas servarit, non substituerit.*

XI. Joannes Mesue Damascenus ab Hottingero aliisque cum Mardensi Jacobita, & cum S. Joanne Damasceno perperàm confunditur.

Hottingerus pag. 249. duos quidem distinguit Mesueos, juniorem hunc, quem cum Damasceno Joanne confundit; & seniorem, de quo suprà dictum est. *Atque hic* (de Mesue loquitur, quem obiisse affirmat anno Christi 826.) *dubio procul, prior ille Mesue, de quo Andreas Bellunensis: Duos enim & ille commemorat Mesueos: seniorem, cujus libri tantùm Arabicè extant; & posteriorem nostris notum, cujus libros negat se apud Arabes invenire potuisse. Recentiores quidam eundem cum Damasceno, aut ei contemporaneum fuisse putarunt: quod utique à vero non abludit. Alii enim Damascenum collocant sub anno Christi 740. alii 830. (longissimè recedit Trithemius, qui ponit anno Christi 390.) Mesue verò mortuus anno 826.* Hæc Hottingerus: nec meliora Konigius in Biblioth. *Mesue*, inquit, *Joannes Damascenus, fide Nestorianus, professione medicus, anno 1028. obiit, teste Hottingero in Biblioth. Quadripar. pag. 261. Reliquit duos libros Arabicè scriptos. Prior continet canones universales: posterior agit de simplicibus*. Sed uterque auctor plurimum hallucinatur. Nam primum Mesue ille prior, de quo Andreas Bellunensis, ab eo, quem posteriorem & Damascenum vocant, alius est: adeoque frustrà laborat Hottingerus, ut ostendat utrumque contemporaneum fuisse. Deinde Damascenus, cujus ætatem anno 740. vel 830. ponit, non is est, qui Joannes Mesue Damascenus audit, cujusque opera sub nomine Joannis

annis Mesve filii Hamech filii Heli filii Abdella regis Damasci prodiere; sed sanctus Joannes, cognomento Mansur, Græcis Latinisque notissimus scriptor, quem Trithemius immani anachronismo ad annum Christi 390. detrudit. Prætereà Mesve Joannes, quem Konigius fide Nestorianum anno Christi 1028. obiisse scribit, neque Damascenus fuit neque Nestorianus, sed Jacobita Mardæ natus & Cairi defunctus, ut ex suprà allatis Leonis Africani verbis palàm fit. Denique an Mesve ille Mardensis, de quo Leo Africanus apud Hottingerum pag. 261. loquitur, Joannes etiam appellatus fuerit, mihi non constat: constat tamen Joannem filium Mesve filii Hamech filii Heli filii Abdella, tùm editorum tùm manuscriptorum operum, quorum suprà facta est recensio, auctorem, à tribus Mesveis differre: nimirùm à seniore Babæi Nestorianorum Patriarchæ affine, qui anno Christi 500. vivebat; à Joanne Mesve item Nestoriano, qui anno 854. obiit; & à Mesve Jacobita Mardensi, qui anno 1028. defunctus est: &, si vera est operum illius inscriptio, vel Melchitam illum fuisse, hoc est, Syrum Græci ritus, conjicio; vel potiùs Mahometanæ sectæ cultorem, quum *filius Abdellæ regis Damasci* dicatur: Damasci enim post occupatam à primis Chaliphis Syriam, Mahometani, non Christiani dominabantur.

CAPUT XXV.

Sabarjesus Patriarcha.

I. Sabarjesus Damascenus, Nestorianorum Patriarcha.

SABARJESUS, cognomento Damascenus, Nuhadræ natus, Haranitarum primum Episcopus, deinde Metropolita Damasci, demùm post Georgii obitum Patriarcha Nestorianorum renunciatus est anno Hegiræ, juxta Amrum, ducentesimo decimo septimo. Ejus gesta ex eodem Amro accipe. صبريشوع من اهل بانهودرا امامه يوانيس مطران نصيبين اسقفا على حران ونقله طيماثاوس الى مطرنة دمشق. وكان عالما باخبار البيعة حسب من غير فهم واحسن خدمة المامون واصحابه وجماعة النصارى الذين كانوا معه لما حصل بدمشق فى وقت الغرق واعتقدوا فيه الجميل. وانعقد له الامر واسم سنة سبعة عشرة ومايتين ونزل الدير الكبير وجدد ابنية دير مار فثيون وهذا كان قديما فى ايام الفرس. ولما بنى المنصور مدينته ونزلها الناس هدم صبريشوع تلك الابنية لاجل من تعلق عليها ولم يتعرض للهيكل والمذبح وجدد بنا بيت الاشهاد والاروقة ونصب اسكولا وجمع المتعلمين وكان على وعيسى ابنى داود يقومان بامرهم واقام الجاثليق فيه ورسم ان يدفع من دخله الى رهبان عمر صرصر وهو المعروف بعمر صليبا وهم الناقلة من هذا الدير اربع دنانير فى كل شهر وعمر الضياع وضيق على نفسه وتوفر النفقة على الاسكول والبيع وافتقاد الغربا ومات ودفن فى دير اكليليشوع وجثلقته اربع سنين وشهر.

Sabarjesum [1] *patria Nuhadrensem Joannes Metropolita Nisibenus urbis Haran Episcopum instituit, Timotheus verò Damasci Metropolitam: qui etsi in rebus ecclesiasticis esset versatus, sublimioribus tamen scientiis omninò carebat. Quum autem Damasci*

NOTA:

1 *Sabarjesum* monasticam vitam in cœnobio Abrahæ professum fuisse testatur Amri interpolator.

masci alluvio contigisset, Mamonis ejusque aulæ atque inservientium eidem Christianorum gratiam, præstita quantum potuit opera sua, iniit, famamque sibi apud omnes ea ex re comparavit. Communi igitur suffragio in
1 *Patriarcham* 1 *electus, consecrationem accepit anno decimo septimo suprà ducentesimum. Inde ad magnum cœnobium profectus, monasterii sancti Phetionis ædes instauravit. (Antiquum hoc erat cœnobium Persis regnantibus olim conditum.) Quum verò Mansores urbem suam excitasset, confluentibus illuc incolis & sacras ædes occupare molientibus, Sabarjesus illas diruere maluit: Sanctuarium tamen & Altare intacta reliquit; Martyrium autem, & porticus instauravit, Scholamque ædificavit, & Scholarium collegium instituit, cui Alim & Isam Davidis filios præfecit suamque ibi sedem fixit. Monachis præterea Sarsarensis*
2 *cœnobii, Salibæ* 2 *nuncupati, quibus interpretandi munus commissum erat, ex ejusdem Scholæ redditibus annua subsidia, quatuor scilicet denarios per singulos menses, constituit. Pagos quoque ædificavit; sibique parcus, pecuniam in Scholæ, ecclesiarum, peregrinorumque subsidium profudit. Mortuus*
3 *demùm, in cœnobio Calilesu sepultus fuit, quum per quadriennium & mensem sedisset.*

II. Ejus constitutio de scholis, studiorumque methodo.

A Sobensi in Nomocanone Par. 6. cap. 3. refertur ejus Constitutio de Scholis studiorumque methodo, edita anno Hegiræ 220. qua Sabarjesus se visitasse ait Scholas regionis Aramæorum, Theodori, scilicet, Maris & Mahuzæ: necnon Scholas regionis Elamitarum, Mesenę, Persidis & Chorasanæ. Verba Sabarjesu hæc sunt.

ﻣﻠﻞ

NOTÆ.

1 *In Patriarcham electus*, post Georgii obitum anno Hegiræ, ut vult Amri interpolator, ducentesimo decimo septimo, qui tamen in annum Græcorum 1143., non in annum 1146 (ut idem existimat) confertur. Nam annus Hegiræ 217. cœptus fuit die 6. Februarii anni Christi 832. qui respondet anno Græcorum 1143. non 1146. Atqui Georgius, Sabarjesu præcessor, qui anno Hegiræ 210. Christi 825. electus fuerat, ex eodem Amri interpolatore sedisse dicitur annos dumtaxat quatuor: adeoque obiit anno Hegiræ 214. Christi 829. Vacavit itaque Sedes ex ejus sententia annos tres.

2 *Salibæ* nuncupati. Erat id cœnobium monasterio sancti Phetionis contiguum, ut ex Amri interpolatore liquet.

3 *Mortuus*, anno Hegiræ 222. ineunte, ut ex Abrahami illius successoris inauguratione liquet. Annus verò Hegiræ 222. inchoatus fuit die 14 Decembris anni Christi 836. adeoque Amri interpolator emendandus, qui Sabarjesu obitum consignat ad annum 2. Motasemi Chaliphæ: hic enim regnum iniit anno Hegiræ 218. Christi 833. Græcorum 1144.

ܒܫܢܬ ܐܪܒܥ ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܕܒܬܪ ܡܐܬܝܢ ܕܥܒܪ ܒܐܪܥܐ ܕܐܪܡܝܐ ܘܚܙܝܬ ܕܟܠ ܟܦܪ ܘܟܦܪ ܘܟܠ ܦܠܓ ܦܠܓ ܡܬܒܣܡ ܐܢܐ ܒܐܣܬܪ ܐܦ ܒܒܝܬ ܡܕܪܫܐ ܕܡܪ ܬܐܘܕܘܪ ܘܒܐܚܪܬ ܕܡܪ ܡܪܝ ܘܒܗܢܐ ܕܡܗܘܙܐ ܒܪ ܡܢ ܕܣܓܝ ܣܦܪ ܡܢ ܟܬ ܓܡܝܪ ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܢܫ ܕܡ ܕܐܬܝ ܠܡ ܡܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡ ܐܠܐ ܠܡ

ab eodem Sabarjesu Hymnorum per anni circulum canendorum ordo. III. Antiqua, recensque ab eodem instituta studiorum in Scholis ratio. Sed de his alibi.

CAPUT XXVI.

Abraham Patriarcha.

I. Abraham Margensis, Nestorianorum Patriarcha.

SABARJESUM Patriarcham Abrahamus Margensis excepit, cujus ab epistolis Thomam fuisse suprà dixi pag. 463. & 474. De hujus gestis hæc Amrus.

ابراهيم من اهل المرج وترهّب فى عمر باعابا وصار ريسًا وجعل اسقفًا على الحديثة. ولعقله وتواضله ورحمته للضعفا اختاره اهل الحيرة والكشاكرة وسلوبه الطبيب واخوه ابراهيم صاحب بيت المال. واختار يحنيشوع واهل الاهواز لمارابا مطران جنديسابور. واجابه الابا طاعةً له لانه كان يكرّمهم. واخّروا الاسيامية. واخبر سلوبه المعتصم بالخبر فكتب الى الطاهرى صاحب بغداد بردّ مارابا واسيامية ابراهيم. فردّ من الطريق واسيم ابراهيم. ولطف سلوبه فى اصلاح ما بين الجاثليق والابا الذين كانوا تباعدوا عنه بسبب مارابا واستقامت الامور. ومطران البصرة شوبحالماران توفّى بعد ثلثة اشهر. ومارابا مطران جنديسابور وقع بينه وبين الاسكوليين وورد مع الاسكوليين ووجوه اهل جنديسابور الى مرو راى الى ابراهيم الجاثليق. فجذب بعض الشهارين للطوان عن فعله. فسقط واعتلّ ومات وتمزّق ما خلفه فى كرميه. وردّ ابراهيم الامور الى افريم ابن اخته وحنوخ ثلميذه وحوريشاه ابن عمه فضيّقوا على الاسكوليين واساوا اليهم وحصل المال. وشهد على حنوخ بالاسلام والتزم عنه مال حتى يخلص وصار مكانه راهب من المن واجتمع مع افريم على تدبير الامور على قبح حال ولم يكن فى الجاثليق فضل لتدبير شى ولا لتغيير ما يفعله اصحابه.

Abrahamus Margensis, monachus primùm Beth-Abensis cœnobii, deinde Abbas, postremò Hadithæ episcopus fuit: quem ob prudentiæ laudem, & erga egenos caritatem Hirtenses atque Cascarenses, nec non Salmavæus medicus ejusque frater Abrahamus regii ærarii præfectus in Patriarcham elegerunt. Ejus tamen electioni contradixere statim Bochtjesus & Huzitæ, atque Mar-Abam Gandisaporensem metropolitam opposuere: quem Patres ob ipsius in eos studium libenter susceperunt: jamque ad ejus consecrationem se comparabant, quum Motasemus Chalipha à Salmavæo solicitatus, Tahero Bagdadi prætori rescripsit, ut Mar-Aba repulso Abrahamum promoveret. Quare Mar-Aba ad suam ecclesiam redire coacto, Abrahamus 1 *Patriarchatum obtinuit. Salmavæus interim novo Catholico Patres conciliavit, qui ab eo, partes Mar-Abæ sequuti, desciverant: unde ecclesiæ pax*

NOTA.

1 *Abrahamus Patriarchatum obtinuit.* Id factum anno Hegiræ 222 narratur ab Amri interpolatore in hæc verba. هذا الاب كان عاقلًا متواضعًا كثير الرحمة قليل العلم من بلد الموصل من المرج وكان اسقفًا على مدينة الحديثة واختير واسيم فطركًا بالمدايين وعليه البيرون بنفسجى مدة اثنى وعشرين وماتين للهجرة واستقامت له الامور وتدبّر تدبيرًا جيدًا.

Hic pater prudens erat, humilis, ac misericors, sed indoctus. Ortum duxit ex Margaditionis Mosulensis urbe: Hadithæ autem episcopus præfuit; deinde in Patriarcham conse-

cratus est Modainæ, quum pallio violaceo uteretur, anno Hegiræ ducentesimo vigesimo secundo (qui die 14. Decembris anni Christi 836. inchoatus fuit.) *Resque ei prosperè cesserunt, & ecclesiam optimè rexit.* Subjungit idem auctor de Sedis illius tempore. ومدة رياسة هذا الاب كانت اثنا عشر سنة وعشر شهور واستاح ودفن بالحيرة بدير يزدفنه.

Præfuit hic Pater annos duodecim cum mensibus decem: mortuusque, Hirtæ sepultus fuit in cœnobio Jazdephanæ. Obiit igitur Abramus anno circiter Hegiræ 235. hoc est, Christi 849. Quum autem Theodosius ejusdem successor anno Hegiræ 238., ut mox dicam, inauguratus fuerit, triennio sedes vacaverit necesse est.

pax & concordia ſequuta eſt. Circa hæc tempora Subchalmaranus Baſoræ metropolita, poſt tres nempe ab electione Patriarchæ menſes, deceſſit; & exorta inter Mar-Abam metropolitam Gandiſaporenſem atque Scholares diſcordia, iſti unàcum primoribus Gandiſaporæ ad urbem Sarmanrajam profecti, Mar-Abam ad cauſam dicendam apud Abrahamum Catholicum appellarunt: qui quum causâ cecidiſſet, adversùs ipſum quibuſdam Cantoribus agentibus, in morbum incidit, quo etiam extinctus eſt. Quas autem eccleſiæ ſuæ facultates collegerat, direptæ fuere. Abrahamus porrò rerum adminiſtrationem Ephræmo ex ſorore nepoti, & Enocho ſuo diſcipulo, atque Horabſaæ patrueli ſuo commiſit, qui Scholares in magnas anguſtias adduxerunt, & ingentem pecuniæ ſummam pendere immeritos coëgerunt. Quum verò Enochus Islamiſmi, ſeù ſuſceptæ Mohamedanicæ ſuperſtitionis reus idoneis teſtibus convictus fuiſſet, ſoluta auri ſumma, ea ſe vexatione quidem redemit, ſed locum cedere coactus eſt monacho cuidam Senenſi, qui Ephræmo conjunctus, rem eccleſiæ peſſumdedit; Catholico interim ex vecordia familiarium atque adminiſtrorum delictis connivente.

II. Ejus conſtitutio.

Sobenſis in Nomocanone Par. 6. cap. 3. profert Abrahæ conſtitutionem de libris, quos ſenes, quique quinquageſimum ætatis annum attigere, percurrere debent. Vide ſuprà hoc tom. pag. 342.

CAPUT XXVII.

Abraham Auni.

I. Abraham filius Noë, ſeù Auni.

ABRAHAM بن نوح *Ben Noë*, ſeù بن عون *Ben Aun*, cognomento الاسكاف *ſutor*, quum Bochtjeſus medicus Theodoſium anno Hegiræ 238. in Patriarcham Neſtorianorum ipſo reluctante ordinari curaſſet, Motuacchelum Chalipham, cui in primis acceptus erat, inſtigare non deſtitit, donec Bochtjeſum quidem exilio multaret, Theodoſium verò in carcerem detruderet, in quo uſque ad obitum Joannis Meſve manſit, ut ſuprà dictum eſt. Tùm verò Motuacchelus eam in Chriſtianos perſecutionem excitavit, quæ ab Amro in vita Theodoſii deſcribitur.

II. Ejus liber adversùs Judæos.

Scripſit adversùs Judæos Tractatum, de quo hæc Abulbarcatus cap. 7. de eccleſiaſticis Scriptoribus.

ابرهيم بن هون الاسكاف له كتاب حل الشكوك التى اوردها بعض اليهود على ان كتب النصارى متناقضة وابطال ما زعمه اوليك من ذلك عدة ابوابه ١٢٧ بابا.

Abraham Auni filius, ſutor, edidit librum in capita 127. *diſtributum, in quo ſolvit dubia, quæ à Judæis proponuntur, ut probent, Chriſtianorum libros ſibi repugnare.* Exſtat in Biblioth. Vat. cod. ms. Arab. 31. & 172. hoc titulo prænotatus: كتاب حل الشكوك والرد على اليهودى المخالف تاليف ابراهيم بن عون السفطورى.

Liber ſolutionis Dubiorum, & Apologiæ adversùs repugnantem Judæum, auctore Abrahamo Ben Aun Neſtoriano. Opus in tres partes dividitur: quarum prior continet capita 36. altera item capita 36. tertia denique capita 55.

CAPUT XXVIII.

Theodoſius Patriarcha.

I. Theodoſius Garmæus, Neſtorianorum Patriarcha.

THEODOSIUS Garmæus, ex metropolita Gandiſaporenſi in Patriarcham Neſtorianorum an. Hegiræ 238. Chr. 852. electus, paulò poſt in carcerem juſſu Motuaccheli Chaliphæ conjectus, inde tribus annis cum dimidio exactis dimiſſus, obiit ſexto ineunte Patriarchatus anno. Quæ in ejus inauguratione contigere, ex Amro deſcri-

scripta habes suprà hoc to: pag. 210. & 211. Quæ verò subsequuta sunt apud Nestorianos dissidia, ex eodem auctore accipe.

المعسكر فوصل مكرما . واطلق له عشرة الف درهم وخلع ما فى قلبه على النصارى . ففرقها وامثالها على الحواشى . وعظم ذلك عند المتوكل لما سمعه . واكد وصاة الامير والقاضى بنصيبين فى بابه وقضى حوايجه . وقال المتوكل للفتح . بماذا تكافى هذا الرجل . فقال له اذا مات الجاثليق تجلسه . فعمل على ازاحة ثاداسيوس . فاعلمه ان هذا لا يجوز فى ملة النصارى . فوصاه ان يشعره بذلك اذا مات ثاداسيوس . واتفق موت يوحنا بن ماسويه الخ وجرى موت يوحنا بن ماسويه على اتم وقار . واستادن الكتاب والمطببون فى احضار الجاثليق الى بغداد ومقامه فى قلايته . فوقع الى امير بغداد باطلاقه وادخاله الى بغداد مكرمًا . وخرج من سرمن راى احسن خروج وادخل بغداد احسن دخول بالاكرام العظيم والتبجيل وكانت مدة حبسه ثلثة سنين وستة اشهر . ولم تطل مدته واعتل ومات اول احد قداس البيعة ودفن فى الدير مع طيماثاوس وكانت مدته خمس سنين وثلثة اشهر واربعة عشر يومًا .

وتغيّر المتوكل على بختيشوع لاجل ما كان يستعمله من مكايدته وقبض عليه واعتقله وحبس الجاثليق بعد شهر ببغداد وحمل الى سرمن راى . وهدم دير بدورقنه واقطعه لمحمد بن جميل صاحب الشرطة ليبنيه منزلًا . واخرجت عظام مار ابراهيم ورميت فى دجله وامر باخراج القسان والشمامسة من سرمن راى حتى لا يمرّون النصارى ولا يعملون لهم قربانًا ولا يكرزوا اسم الجاثليق . ومنع النصارى من ركوب الخيل وان يلبسوا المصبوغ ويجعلون على دراريعهم القوارات ولا يرى احدهم يوم الجمعة فى السوق ويخرب قبور موتاهم ولا تعلم اولادهم فى مكاتب العربى ويوخذ خراج منازلهم للمساجد وينصب على ابوابهم صور الشياطين من خشب ولا يسمع لهم صوت صلاة ولا يدع موضع قربان . وهدم عدّة بيع واعمار منها دير مار قرياقوس بالانبار وفيه يعمل الشعانين وهيكل مار يونان . وتغتحت على النصارى المحن من كل وجه تاديبًا من الله وتمكّن الحسّاد منهم بتغير النيّة فى بختيشوع . وكان بسرمن راى طبيب اسمه مرجيس لخصومة جرت بينه وبين بعض المتطببين خرج عن النسطورية واعتقد مذهب اريوس وقصد الجاثليق وكذب بانه يكاتب ملك الروم ويدعوا له ويرفع اخبار المملكة . فاحضره المتوكل وساله عن الحال فانكرها واسامه اليمين فابا خوفًا ليلا يحالف كتاب الشريعة واتكل على المسيح . واشار من فى الخدمة من الروسا عليه بان يحلف فلم يفعل وصبر على الحبس مدة ثلث سنين وستة اشهر واخوه توما مطران باجرمى مقيم عنده يونسه . ويبلغ كل شرير من النصارى ما يريده . ولما سار المتوكل الى دمشق طرح مرجيس مطران نصيبين فى طريقه الرياحين وعقد القباب فلما اجتاز عندها اكرمها وحمل الى خدمته جميع ما يحتاج اليه من الحيوانات والفاكهة والشراب . فسال المتوكل الفتح بن خاقان عن الفاعل لذلك . فاعلمه ان هذا فعله مطران النصارى . فامر بايصاله اليه اذ احضر مكرما واشعره النصارى بذلك وحضر

Interea Motuacchelus Chalipha adversùs Bochtiesum indignatus, quod ejus voluntati quadam occasione restitisset, eundem comprehendi, atque in vincula conjici jussit: Catholicum præterea post mensem Bagdadi carceri mancipari, inde Sarmanrajam deportari: sed & cœnobium Dor-Kenense diruit, eoque in loco Mohammado Gemaili filio spiculatorum præfecto concessit, ut hospitium exstrueret. Per eam occasionem mar Abrahami ossa è loculo extracta, in Tigrim projecta fuere..... Sacerdotes etiam & Clericos Sarmanraja expulit, ne Christianorum cadavera suo more efferrent, neque ipsis Liturgiam facerent, aut Catholici nomen proclamarent. Christianis quoque equorum usum interdixit; præcepitque, ut coloratis vestibus uterentur, utque brachiis suis segmenta panni appenderent; vetuitque, ne feria sexta ineunte in forum prodirent. Edixit præterea, ut Christianorum sepulchra subruerentur, eorumque filios Arabicas literas edisce re prohibuit. Vectigalia insuper pro sin-

singulis illorum domibus pendi solita Meschitis assignavit, appendique jussit eorum foribus ligneas dæmonum imagines. Oratoria quoque & destinatas sacræ oblationi ædes publico edicto sustulit. Plurimas proinde ecclesias & monasteria solo æquavit: & inter cætera cœnobium S. Cyriaci in urbe Anbara, in quo Hosanna celebrari consueverant, & sancti Jonæ ecclesiam: ita ut undique mala in Christianos irruerent Deo illorum scelera vindicante, postquam Chaliphæ in Bochtjesum voluntas invidorum operâ immutata fuisset. Circa hæc tempora vivebat Sarmanrajæ Sergius quidam professione medicus. Hic ab aliis ejusdem professionis christianis provocatus, abdicata Nestorianorum secta, Arianismum amplexus est, acceptasque ulturus injurias, Catholicum falso crimine apud Chalipham insimulavit, quasi Romanorum Imperatori faveret eidemque publica regni negotia referret. Quare ad causam dicendam à Motuacchelo vocatus est: quumque constanter factum negaret, & Chalipha, ut jurejurando se purgaret, instaret, Catholicus id sibi nefas esse respondit ex Christi lege, cui suam salutem se malle committere affirmabat. Suadentibus verò viris primariis in Chaliphæ aula famulantibus, ut se præstito juramento redimeret, recusavit, maluitque ad triennium & sex menses carceris ærumnas tolerare: quo spatio Thomas, [1] *ipsius frater metropolita Bagermensis illi omnia charitatis officia exhibere non destitit. Adeo scelestissimo cuique adversùs christianos omnia licuerunt. Accidit intereà, ut Motuacchelus Chalipha Damascum peteret. Ea occasione usus Sergius Nisibis metrópolita viam myrto constravit, & tabernacula construxit, quæ Chalipha conspicatus laudavit: commeatum præterea adjecit poma & varia potionum genera. Quærens porrò Chalipha à Phatho filio Chachali auctorem, audiit Christianorum hunc esse metropolitam. Hominem ergo introduci jussit, & humanissimè tractavit: decem insuper mille denariis illum est muneratus, conceptamque adversùs Christianos indignationem tantisper mitigare visus est. Eam verò pecuniæ summam Sergius Chaliphæ familiaribus protinus distribuit, ac tantumdem de suo adjecit: quam liberalitatem Chalipha rescivit ac vehementer probavit: simul gubernatori & judici Nisibensibus præcepit, ut hominem impensè commendatum haberent, ejusque negotia diligenter expedirent. Ad Phathum verò idem Chalipha conversus, quas, rogat, gratias viro sibi adeò benevolo referendas censeret. Quumque ille respondisset, Patriarchatu hominem esse munerandum, & Chalipha Theodosium exauctorare cogitaret; monuit Phathus id per Christianorum legem neutiquam licere. Mandavit itaque Chalipha, ut de obitu Theodosii suo tempore Phathus se faceret certiorem. Illis itaque officiis Motuacchelus delinitus, Christianis favere cœpit, atque de absolvendo dimittendoque Theodosio deliberare. Interea Joannes Mesve è vivis excessit* (Reliqua vide suprà pag. 503.) *cujus cadaver honorificentissimè elatum fuit. Tùm verò Scribæ & Medici ausi sunt Catholici dimissionem petere, utque illi liceret Bagdadum venire propriaque in cella manere. Jussus est ergo Bagdadi gubernator hominem dimittere, & ut cum honore in eam urbem intraret permittere. Sarmanraja itaque cum pompa dimissus, Bagdadum honorificentissimè ingressus est. Mansit in carcere annos tres, & menses sex. Nec diu post in morbum incidit, obiitque Dominica prima Dedicationis ecclesiæ, in cœnobio unàcum Timotheo sepultus, quum annos quinque, menses tres, dieque quatuordecim sedisset.* Bi-

1

NOTA.

1 *Thomas ipsius frater metropolita Bagermensis.* Auctor nimirùm historiæ monasticæ, toties à nobis laudatus, de quo suprà dixi à pag. 463. quem videtur Theodosius Patriarcha ipsius frater ex Margensi ecclesia ad Bagermensem metropolim evexisse.

II. Ejus conſtitutiones.

Binæ Theodoſii Conſtitutiones laudantur in Nomocanone Sobenſis Par. 6. cap. 3. & Par. 8. cap. 19. Utramque retuli hoc tomo pag. 341. & 347.

CAPUT XXIX.

Sapores Saheli.

Sapores filius Saheli, medicus.

SAPORES Saheli filius

سابور بن سهل

Noſocomii Gandiſaporenſis præfectus fuit (ut Abulpharagius ſcribit in hiſtoria Dynaſtiarum p. 176.) *ſæculo ſuo clarus: libros compoſuit celebres, è quibus eſt Liber medicamentorum compoſitorum, quem in noſocomiis & pharmacopæis ſequuntur, viginti duo capita continens. Mortuus eſt religione chriſtianus, die lunæ ſeptimo ante finitum menſem Dil-Hegge anno Hegiræ 250. Chriſti 864.*

CAPUT XXX.

Iſraël Epiſcopus Caſcaræ.

I. Iſraël Caſcaræ epiſcopus.

ISRAEL à Sergio Patriarcha, qui Theodoſio ſucceſſit Sedemque ab an. Græcorum 1171. ad annum 1183. hoc eſt, ab anno Chriſti 860. ad annum 872. tenuit, Epiſcopus Caſcaræ ordinatus fuit, ut Tom. 3. p. 439. notavi. Sergio defuncto, de Primatu cum Enoſo Moſulano metropolita contendit uſque ad annum Græcorum 1188. Chriſti 877. quo obiit, ut fusè Amrus in vita Enoſi Patriarchæ in hæc verba. انوش امامه مرجيس مطرانـًا على الموصل . ولما مات حضر اسقف كشكر

اسرايل على الرسم وكانت الابـا بالحضور ورضى به جماعة من المومنين واختاروه للجثلقة وكان مستحق ذلك لعلمه وفضله وميل اصحاب المذهب اليه . ووافى انوش مطران الموصل واحبّ الجثلقة وكان ايضًا عالمًا طاهرًا فرضى به جماعة من المومنين وتعصّب له خلق وانقسم الناس معهما ووقعت الخصايم والشرور وانبسط الاصاغر على الاكابر واعتضدت كل طايفة باحد اصحاب السلطان وكانت المملكة مضطربة بالعلوى البصرى وانفذ امير بغداد من احضر اسرايل من سرمن راى الى بغداد وامره ان لا يذكر الجثلقة البتّة لمسلّمة النصارى له ذلك . واعتماد بعض من تعصّب لانوش . وقد نزل اسرايل من البيم فى عنية الرازيين ومدّ فى الزحام الى مذاكره . فعصرها بغير مخافة الله وحمل مغشيًا عليه وبقى عليلاً اربعين يومًا ومات ودفن فى دير مار فثيون فى بيت الشهدا فى العتيقة . ووقع بين الحيريين والكشكريين فى بيعة اصبغ بدار الروم بسبب الحقوق فقرّر الحقوق ورتّب الصلوات لكل منهم وكتب به تقريرا يعتمد وحرم من ينقضه . واكّد ذلك جمع بعد جمع اخرها ايام ابن على الخازن . وبعد موت مرجيس بقى الخلق مدة اربع سنين وثلثة اشهر واحد وعشرين يوما . واجتمع الابا بالمدايين واميم يوم الاحد بعد الدنح سنة الف وماية وثمان وثمانين للاسكندر وسنة ثلثة وستين ومايتين للهجرة .

Enos à Sergio Patriarcha Moſulanæ eccleſiæ præfectus fuerat: quum eodem Sergio defuncto Iſraël epiſcopus Caſcarenſis Patres ad Synodum de more convocavit: in qua ipſe à quibuſdam chriſtianis in Patriarcham eſt electus: eoque profecto honore haudquaquam indignus erat ob ſpectatam ipſius doctrinam & mores, chriſtianorumque erga ipſum propenſam voluntatem. Adfuit interea Enos Moſulanus metropolita, vir cætera doctus & probus, qui Patriarchatum ambiens, magnas in eccleſia turbas excitavit, diviſoque in duas factiones populo, magna animorum contentione diu pugnatum fuit, utrique factioni ſuffragantibus pro ſuo quiſque ſenſu aulicis: Sed & publicæ Imperii res ſciſſæ pertur-

turbatæque erant ob Alavidem [1] Baſſorenſem. Eam tempeſtatem pacaturus Bagdadi prætor, Iſraëlem ex urbe Sarmanraja Bagdadum arceſſit, perpetuumque eidem ſilentium indicit & mandat, ne cum quoquam chriſtiano de Patriarchatu verba deinceps facere aut deliberare præſumat. Accidit poſt hæc, ut aliquando Iſraël è ſuggeſtu deſcenderet ſacra myſteria peracturus, quum media in turba proſiliens ſceleſtus quidam ex factione Enoſi, atque ejus virilia occupans, nec hominem nec Deum veritus, tanta vi illa compreſſit, ut miſer ille deficiente ſpiritu ſemianimis ſubito conciderit, indeque domum deportatus, vix ad quadrageſimum diem ſupervixerit. Mortuus, in cœnobio S. Phetionis in ſacello antiquo martyrum ſepultus eſt. Hic porrò quum viveret, exorta inter Hirtenſes & Caſcarenſes in Eccleſia Sancti Simeonis Sabœ in ædibus Romæorum de proëdria quæſtione, canonicas preces utriſque conſtituit, certumque earumdem ordinem ſanxit in poſterum obſervandum, lata contra tranſgreſſores excommunicationis ſententia: idemque ordo in poſterioribus Synodis confirmatus fuit uſque ad ætatem filii Ali Gazenii. Ab obitu itaque Sergii prædictum inter chriſtianos diſſidium ad quatuor annos, menſes tres, dieſque unum & viginti continuatum fuit. Tum demùm Patres in urbe Modaina congregati, Enoſum Patriarcham crearunt die Dominica poſt Epiphaniam anno Alexandri milleſimo centeſimo octogeſimo octavo, Hegiræ ducenteſimo ſexageſimo tertio.

II. Ejus ſucceſſor Ananjeſus.

Pergit referre Enoſum, poſtquam cœnobium Dorkenæ viſitaſſet, Bagdadum urbem petiiſſe, ibique triginta metropolitas & epiſcopos ordinaſſe: die verò Dominica poſt Aſcenſionem Domini, ſecunda menſis Dil-Hegge, Maii 31., anni Hegiræ 270. Græcorum 1195. Chriſti 884. obiiſſe, quum ſediſſet annos 7. menſes 4. dies 19. وجلس حنانيشوع امقف كشكر للنطارة.

Vicaria denique poteſtate Ananieſum Caſcaræ epiſcopum, qui in Iſraelis locum jam ſubrogatus fuerat, *Sedem Patriarchalem rexiſſe.*

III. Ejus liber.

Iſraelem Scriptoribus accenſet Abulbarcatus cap. 7. de Officiis eccleſiaſticis. امرايل امقف كشكرلـــه كتاب فى اصول الديانة.

Iſraël Caſcaræ epiſcopus edidit librum de fundamentis fidei.

CAPUT XXXI.

Elias Damaſci Metropolita.

I. Elias Hieroſolymæ & Damaſci Neſtorianorum Metropolita.

ELIAS cognomento وجورى *Geveri*, ex Hieroſolymitano Neſtorianorum Epiſcopo à Joanne Patriarcha die 15. Julii anno Græcorum 1204. Chriſti 893. Damaſcenus ejuſdem ſectæ Metropolita ordinatus fuit, ut ex Amro notavi tom. 2. pag. 440. Vitam protraxit ad tempora Joannis Iſæ Patriarchæ, cujus Reſponſa Canonica Nomocanoni ſuo inſeruit. Joannes autem hic ab anno Chriſti 900. ad ann. 905. Neſtorianis præfuit, ut dixi ſuprà hoc tomo pag. 236.

II. Ejus Nomocanon.

Exſtat ejus *Nomocanon Arabicus* à nobis ſæpe laudatus, in duas partes diſtributus, quarum prior Canones Occidentalium, ut inquit, compleêti-

NOTA.

1 *Ob Alavidem Baſſorenſem.* Is fuit Ali quidam ex urbe Baſſora oriundus, qui anno Hegiræ 254 in Chalipham rebellavit, ſuum genus ad Alim referens ſeque ipſum appellans Alim filium Mohammad, filii Achmed, filii Iſæ, filii Zaidi, filii Ali, filii Hoſaini, filii Ali Ben Abitaleb. Vide Iſmaëlem in chronico ad ann. Hegiræ 255.

ſcitur; hoc eſt, *Vitas* Apoſtolorum & Diſcipulorum: *Canones Apoſtolicos*, *Ancyranos*, *Neocæſarienſes*, *Nicænos*, *Conſtantinopolitanos*: nec non *Catalogum hæreſeon*, quæ ab Eccleſiæ exordio ad Conſtantini imperium exortæ ſunt. Altera parte continentur Canones Orientalium hoc ordine: 1. *Synodus Iſaaci & Maruthæ*. 2. *Jaballahæ & Acacii* anno 21. Jezdegerdis. 3. *Dadjeſu* anno quarto Beherami. 4. *Acacii* anno tertio Balaſcæ. 5. *Marabæ* ſub Choſroë Anuſcervano. 6. *Joſephi*. 7. *Ezechielis* anno 45. Choſroæ. 8. *Jeſujabi* anno 8. Hormiſdæ. 9. *Ejuſdem Jeſujabi Epiſtola Canonica* ad Jacobum Epiſcopum. 10. *Sabarjeſu* anno 6. Choſroæ filii Hormiſdæ. 11. *Gregorii*, qui Sabarjeſum excepit. 12. *Georgii*. 13. *Ordo Sedium Epiſcopalium* in Synodo. 14. *Jeſujabi* ſtatutum de Euchariſtia. 15. *Moſis* in idem, nec non de Baptiſmo. 16. *Catalogus Patriarcharum Orientis* ab Adæo Apoſtolo ad Timotheum Jaballahæ ſucceſſorem. 17. *Catalogus Epiſcopatuum* ditionis Patriarchæ Orientis. 18. *Joannis Iſæ Patriarchæ* Reſponſum de Jejunio Ninivitico, & de Jejunio Virginum. 19. *Ejuſdem Joannis Iſæ* Epiſtola Canonica ad Haſanum Presbyterum. Denique ad calcem Codicis ab amanuenſi adjectus eſt tractatus Abulpharagii Benattibi de Matrimonio & Repudio. Vide Tom. 2. pag. 507.

III. Ejuſdem Tractatus de Concordia Fidei.

Quum Neſtorianis Hieroſolymæ commorantibus Epiſcopus præeſſet, *Tractatum* edidit, quo tres Syrorum factiones, Neſtorianos ſcilicet, Melchitas & Jacobitas, in ſubſtantia, ut inquit, fidei convenire, & in modo loquendi dumtaxat differre, contendit. Habeo exemplar deſcriptum à Chedro Hormiſdæ filio Diacono menſe Majo anni Græcorum bis milleſimi tertii, hoc eſt Chriſti 1692. cui titulus hic præfixus eſt. كتاب اجماع الامانة بين السريانية المكنيين بالنسطورية والملكية واليعقوبية تاليف مار اليا المكنى الجوهري مطران القدس الشريف رحمه الله.

Liber de concordia Fidei inter Syros, qui Neſtoriani, Melchitæ, & Jacobitæ appellantur, auctore Mar Elia Gevero nuncupato, ſanctæ urbis Metropolita, poſtremæ Sedis antiſtite.

In hoc Tractatu hæc obſervatu digna occurrunt. Primum quod univerſos Orientis Chriſtianos in hiſce fidei articulis conſentire affirmat. وابنهم مجتمعين على القيام بالاتحاد والاعياد المسيحية ومتفقين على امر القيام بامر القربان انه جسد المسيح ودمه ومقرين بالامانة التى امر بها القلمانية وثمانية عشر الابا الذين اجتمعوا بمدينة نيقية وهى تقرا عند الجميع فى كل وقت القداس وهم ايضا مجتمعين على صحة الكهنوت على مراتبها ومراتب الفطركية والاسقفية والقسوس والشمامسة وايضا بها المعمودية ولم يكن فيهم فرق فى المدين ولا فى الايمان ولكن فى الهوى.

Illos quidem, inquit, *ſecum convenire deprehendo in religioſa Dominicorum dierum, Feſtorumque Chriſtianorum obſervatione: nec non in oblatione Euchariſtiæ, quam Chriſti corpus & ſanguinem eſſe profitentur: ſed & conſentire in fide Patrum trecentorum decem & octo Nicææ congregatorum, quæ apud omnes in ſingulis Liturgiis recitatur: demùm in ſacerdotii veritate ejuſque ordinibus conſonare, Patriarchatu ſcilicet, Epiſcopatu, Presbyteratu, & Diaconatu, & in aqua Baptiſmatis: in eo verò dumtaxat differre, quod partium ſtudio abripiuntur, non qu'a diverſam fidem colunt.* Et infrà. ونحن نرى جميع اهل دين النصرانية متفقين بالانجيل كتاب الله الحق: وكتاب قوانين والابركسيس: والكتب العتيقة التوراة والانبيا: والامانة والقربان والمعمودية والاعياد والاحاد والصوم والكهنوت والصليب والاقرار بيوم القيامة والبعث والنشور من القبور والحلال والحرام والجنة والنار.

Cunctos Chriſti fideles concordare cernimus in Evangelio, quod ut verum Dei librum venerantur: & in libro Pau-

الشمال الذى هو الخطية الى ناحية اليمين التى هى
المغفرة . وايضا النسطوريه والملكيه عملوا
بالاصبعين واخذوا من اليمين الى الشمال وغرضهما
بذلك الايمان لوجود اللاهوت والناسوت جميعا
على الصليب لان الخلاص بذلك . وظهر الايمان
من جانب اليمين ودفع الكفر من جانب
الشمال الذى هو الضلالة . هذا امر ليس فيه
فرق يوجب على احد الكفر عند المخالف
له . لان الايمان واحد .

Quod autem in formando Crucis ſigno ſibi invicem minimè conſentiant, id profectò nihil officit. Alii nimirùm crucis figuram uno digito deſcribunt deducta manu à ſiniſtra corporis parte ad dexteram: alii digitis duobus contrario ductu à dextera ad ſiniſtram ejuſdem crucis formam exprimunt. Id, inquam, conſenſioni concordiæque minimè officit, & eo ſenſu exponendum eſt, quo unius duarumve naturarum dogma intelligendum eſſe jam dixi. Jacobitæ ſcilicet uno digito cruce ſe ſignant, à ſiniſtra ad dexteram abeuntes, quo profiteantur, ſe credere in unum Chriſtum, qui in cruce moriens, à ſiniſtra parte, hoc eſt, à peccato ereptos, ad dexteram, hoc eſt, ad gratiam tranſtulit. Similiter Neſtoriani & Melchitæ dum duobus digitis contrario ductu à dextera ad ſiniſtram crucis figuram deſcribunt, profitentur ſe credere, in cruce divinitatem atque humanitatem ſimul unitas exſtitiſſe: hæc enim cauſa noſtræ ſalutis fuit: indeque fides à dextera parte exorta eſt, & infidelitas, nempe error, à ſiniſtra depulſa eſt. Hoc autem haudquaquam eam differentiam inducit, ob quam ab adverſariis contrario ritu utentibus impietatis quiſpiam accuſetur: quandoquidem una utrorumque fides & ſenſus eſt. Tertium, quum Neſtoriani Deiparam negant, eadem eos ſentire declarat, quæ Melchitæ & Jacobitæ affirmant. وامتناع النسطورية وانكارهم ان يقولوا ان
مريم والدة الله فليس ذلك جحودا للاهوت المسيح
ولا انكار حلول كلمة الله فى السيدة مريم والدة
المسيح وهو الاه العالمين . ويمتنعون عن قولهم

Pauli, & in Actibus Apoſtolorum, & in libris veteris Inſtrumenti, Pentateucho ſcilicet, & Prophetis: & in Symbolo Fidei, in Euchariſtia, in Baptiſmo, in Feſtis, in Dominicis, in Jejunio, in Sacerdotio, in Cruce, in confeſſione reſurrectionis à mortuis, in iis quæ faſve nefaſve ſunt, in Paradiſo denique & Igne. Hinc quum expoſuiſſet, quo ſenſu Neſtoriani quidem in Chriſto duas naturas duaſque perſonas admittunt, matremque Dei Mariam dicere detrectant; Melchitæ verò & Deiparam dicunt, & Chriſto Domino duas naturas unamque perſonam tribuunt; Jacobitæ autem unam Chriſti naturam unamque perſonam profitentur, matremque Dei unàcum Melchitis appellant; idque totum, in quo diſcordare videntur, ad concordiam revocare contendiſſet; concludit: فمن حيث اختلفوا فى القول : اتفقوا فى المعنى :
ومن حيث تناكروا فى الظاهر اجتمعوا فى
الباطن . وكلهم الى ايمان واحد ينقادون وبرب
واحد يامنون ولرب واحد يعبدون . لا فرق
بينهم فى ذلك ولا انفصال الا من
جهة الهوى والمعصية .

Verbo quidem diſcrepant, ſed ſenſu conveniunt, quodque exteriori ſpecie negant, reipſa admittunt. Ad unam ſcilicet omnes fidem reducuntur, in unum Dominum credunt, unum Dominum colunt: nec ullum huc in re ipſos inter diſcrimen cernere eſt, niſi ex partium ſtudio, odioque, quo ſe invicem proſequuntur. Alterum quod de ſigno Crucis ſcribit, quo Melchitæ, Jacobitæ, ac Neſtoriani frontem ſignare ſolent. واما اختلافهم
بالصليب بعضهم يعمل الصليب باصبعه الواحد
ياخذ من شماله الى يمينه . وبعضهم باصبعين
ياخذ من يمينه الى شماله . فهذا امر ليس فى
حالة توجب الفرق وهو من ما وصفته من
الطبيعة الواحدة والطبيعتين . وذلك ان اليعقوبيه
تعمل الصليب بالاصبع الواحد وتاخذ من
الشمال الى اليمين وغرضها بذلك الايمان بمسيح
واحد على الصليب خلصهم بصلبه من جهة

يقرونه وينقصونه : ورتبة الاعياد وتقديم اوقات الصلاة وتاخيرها وزيادة الصوم بعضهم على بعض : ذلك انه ليس يفرق فى الديانة ولا فى الايمان وانما هى هئة سنن شرعت لهذه دون بلد ولاهل لسان دون اخر : وكل امة من امم الدنيا قد دخلت فى دين النصرانية وتمسكت فيه بالاجتهاد والحرص وقد فهمهم الله جل ذكره ما يصلح ان يستعملوا فى بلدهم من السنن المسيحية .

Quum una sit omnium fidei regula, quis locus dissensioni & discordiæ fuerit? Quod autem in precum numero, aut festorum ordine, aut ecclesiastici officii tempore, aut jejuniorum observantia alii alios superent, aut abinvicem dissentiant; id profecto nec in religione, aut in fide ullam differentiam discordiamve arguit: quum pro diversitate varietateque regionum & linguarum diversi variique ritus invaluerint, & cuilibet genti ex tot quin pluribus, quæ Christianam religionem amplexæ eandem diligenter firmissimèque tenent, suggesserit Deus, cujus nomini honor & gloria, certos Christianæ pietatis ritus propriis locis accommodatos. Hæc Elias. Nimirùm pro publica Pastorum uniuscujusque sectæ pace ac tranquillitate multum intererat, Christianos in civitatem Hierosolymitanam ex universis orbis terrarum partibus confluentes ad concordiam consensionemque, quantum fieri potest, in iis potissimùm quæ ad religionem spectant, revocari. Verùm an firmis manentibus singularum gentium in errores suos errorumque auctores patronosve studiis, id Elias aliusve præstiterit aliquando, aut præstare queat, alterius est loci expendere.

مريم والدة الله وذلك قصدهم ان هو وجل احد يعم الثلاثة اقانيم الاب والابن وروح القدس والمسيح ام يخص الابن دون الاب وروح القدس . واذا ان قلنا والدة الله ادخلنا الولادة على الاب والابن وروح القدس . واذا قلنا والدة المسيح وهو الاه العالمين فهو الابن وحده من حيث لا نجحد انه الله . كذلك قول اليعقوبية والملكية ان مريم والدة الله ليس هذا انكار لناسوت المسيح ولا اظهار لولادة الاب وروح القدس : بل هو اقرار بلاهوت المسيح مجبول به ومولود . وفى كل الاحوال فليس فى ذلك عند الايمان فرق ولا تباعد عن الحق .

Quod autem Nestoriani negant Mariam Deiparam dici oportere; non hoc est negare Christi Divinitatem, aut Verbi Divini in dominam Mariam Christi matrem descensum, qui idem est rex sæculorum. Recusant autem Nestoriani Mariam Dei genitricem appellare, quia excelsum & gloriosum Dei nomen Trinitatem personarum Patris & Filii & Spiritus sancti significat: Christi contra nomen Filium tantùm, non Patrem, nec Spiritum sanctum propriè connotat. Quare si Mariam Dei genitricem dicamus, videmur generationem nativitatemque Patri & Filio & Spiritui sancto attribuere. Si autem Mariam matrem Christi, qui sæculorum est Deus, nuncupemus, solum Filium ab ea natum affirmamus: id autem affirmare utique non est negare Christum esse Deum. Pari pacto quum Jacobitæ & Melchitæ Mariam Deiparam appellant, non hoc est negare Christi humanitatem, neque Patri ac Spiritui sancto nativitatem affingere; sed est affirmarè Christum in sua divinitate existentem conceptum natumque fuisse. Nusquam verò in his dictis fidei differentiam, aut ullum à veritate dissensum est invenire. Demùm diversitatem Rituum, quales inter Christianas Orientis gentes suo tempore observabat, unitati fidei nequaquam officere testatur.

واذا كان الايمان واحدا فمن اين يدخل الخلف والاختلاف واما اختلافهم فى الصلوات ما

CAPUT XXXII.

Joseph Saher Presbyter.

Joseph Saher, cognomento Al-Kaſs.

UB Moctapho Chalipha, qui anno Hegiræ 295. Chriſti 907. obiit, claruiſſe refertur ab Abulpharagio in Hiſtor. Dynaſt. pag. 186. *Joſephus Saherus medicus, qui* القس *Al-Kaſs, hoc eſt, Preſbyter appellatus eſt, vir fama celebris, medicinæ ſtudio incumbens, magna diligentia in congerendis quæ utilia eſſent. Ideo appellatus eſt* الساهر *Al-Saher, hoc eſt, vigilans, quod nonniſi quartam noctis partem, vel paulò ampliùs dormiret, deinde ſcientiæ acquirendæ invigilaret. Dicunt alii, ideo nomen Al-Saher illi inditum fuiſſe, quod cancer ipſi in anteriori capitis eſſet, qui ſomnum impediret. Quod ſi quis attentè librum ipſius perpenderit, reperiet in eo aliqua, quæ indicio ſunt ipſum hoc morbo affectum fuiſſe.* Hæc Abulpharagius.

CAPUT XXXIII.

Matthæus Jonæ.

I. Matthæus Abu Baſciar, Jonæ filius.

MATTHÆUS cognomento ابو بشر ابن يونس المنطقى *Abu Baſciar, Ebn-Junes Dialecticus*, hoc eſt, Baſciari pater, Jonæ filius, claruit anno Chriſti 930. de quo hæc Abulpharagius in hiſtor. Dynaſtiarum pag. 200. ex verſione Pocockii. *Fuit Bagdadi in Chaliphatu Al-Radii poſt annum* Hegiræ *trecenteſimum viceſimum, & ante triceſimum, Matthæus filius Juneſi Dialecticus Chriſtianus, artis Logicæ peritus, quam explicans, ſæpius eundem ſermonem repetebat, quum ipſi propoſitum eſſet docere, & ut intelligeretur efficere. Fuit*

من اهل ديرقنى ممن نشى فى اسكول مار ماری
قوى على روفيل وبنيامين الراهبين اليعقوبيين.

ex incolis Dir-Kanæ, ubi educatus eſt in Schola Mar Mari: ſtuduit etiam apud Ruphilum & Benjaminum monachos Jacobitas, ipſe ſecta Neſtorianus. Mentionem ejus faciens Mohammad Ebn Iſaac النديم *Al-Nadim* 1 *in libro ſuo: illi, inquit, debebatur principatus inter Dialecticos ſeculi & regionis ſuæ.* 1

Plura Ariſtotelis opera commentariis illuſtravit, teſte Hottingero in Biblioth. Orient. à pag. 221. ut *Categorias, Perihermenias, Analytica priora, & poſteriora, Topica, librum de Auditu naturali, de cælo, &c.* è Syriaco autem Arabicè reddidit *Analytica poſteriora, Poëtica, librum de cælo, de generatione & corruptione, de meteoris, de ſenſu & ſenſibili, & metaphyſicorum.* Demùm in Syriacam linguam tranſtulit *Sophiſtica, & librum de Auſcultatione naturali.* Ubi pro *Abu-Baſciar Matthæo filio Jonæ*, perperàm ab Hottingero appellatur modò *Abu Scharmatæus*, & modò *Matthai Abuſcharmatæus*, ſeù *Abi-Scharmatæus*. II. Ejus opera.

CAPUT XXXIV.

Cyriacus.

CYRIACUS Neſtorianus ſcriptor Jahiæ Ben-Adi Jacobitæ æqualis, vivebat anno Chriſti 950. I. Cyriaci ætas.

Exſtat Cod. ms. Arab. Vat. 29. pag. 210. *ejus Reſponſio* II. Ejuſdem ſcripta.

NOTA.

1 *Al-Nadim*, ideſt, orator; non *compotator*, ut perperàm vertit Abulpharagii interpres.

sio ad dissertationem ejusdem Jahiæ adversùs Nestorianos. Jahia autem, teste Abulpharagio in histor. Dynast. pag. 209. obiit die 13. Augusti anno Græcor. 1285. Christi 974. annos natus 81. plenoque nomine appellatur

يحيى افريهى بن عدى بن حميد بن زكريا التكريتى

Jahia (hoc est, Joannes) *seù Aphriha, filius Adi, filii Hamid, filii Zachariæ, Tagritensis*.

Ejusdem Cyriaci hymnus Syriacus *de Macabæis* habetur Codice Syr. Amiden. 1. Vide Tom. 1. Bibliothecæ nostræ pag. 581.

CAPUT XXXV.

Georgius Arbelæ & Mosuli Metropolita.

I. Georgius Arbelensis & Mosulensis Metropolita.

GEORGIUS Arbelæ & Mosul Metropolita in Lucæ locum ab Emmanuele Nestorianorum Patriarcha subrogatus fuit circa annum Christi 945. Emmanuele verò anno Hegiræ 349. Christi 960. defuncto, de Patriarchatu cum Israële, Ebedjesu, & Mari contendit, quorum prior anno Christi 962. consecratus est, alter anno 963. tertius denique anno 987. Sub eodem Mari decessit, successoremque in Mosulana Sede habuit Jesujabum, de quo mox sermo erit. Vide Amrum in gestis Israëlis, Ebedjesu, & Maris Patriarcharum, ex quo de Georgio quædam delibavi Tom. 2. pag. 442. & seq. & hoc tom. 3. pag. 201.

II. Ejus constitutiones.

Georgii *Constitutiones* laudantur à Sobensi, cujus verba ex Catalogo Scriptorum retuli suprà p. 279. ubi eum *Athur*, seù *Assyriæ* metropolitam vocat; etsi enim sub prioribus Nestorianorum Patriarchis Arbelæ seù Adjabenæ Metropolitanus à Mosulano seù Assyrio diversus esset, sequiori tamen ætate unus idemque utramque sedem occupare consuevit, ut ex Amri historia liquet.

III. Homiliæ, seù Precationes.

Ejusdem binæ *Homiliæ* seù *Precationes* exstant Cod. Syr. Amid. 8. & 10. & Cod. Syr. 1. (Tom. 1. Bibl. nostræ pag. 583. & Tom. 2. pag. 486.) quæ à Nestorianis recitari solent *Feria tertia Rogationum* seù Jejunii Ninivitici, *& Dominicis Jejunii quadragesimalis*.

IV. Liber declarationis officiorum Ecclesiasticorum.

Denique Librum edidit in septem Tractatus distributum, cui titulus,

ܬܫܡܘܫܐ ܘܠܥܡܘܕܗ ܚܝܠܐܝܬܗ ܕܟܗܢ
ܡܠܟܐ ܡܕܒܪ ܡܕܒܪ ܥܡ ܥܕܬܐ
ܘܡܒܘܥܬܗ ܡܚܐ ܕܗܘ ܒܬܪ ܗ

Declaratio omnium ecclesiasticorum officiorum, & causa eorundem, necnon enarratio divinæ œconomiæ, festorumque dominicorum. Exstat sine auctoris nomine, imperfectus quidem Codice Syr. Vatic. 31., perfectus verò Cod. Syr. 11. Tom. 2. Bibl. nostræ pag. 489. nitidissimo charactere exaratus in Tel-Chepha sub Elia Patriarcha à Georgio Presbytero anno Græcorum 2018. Christi 1707. ut ex hac ad calcem codicis adjecta epigraphe liquet. ܗܕܐ ܣܦܪܐ ܕܥܒܕ ...

ܩܦܝܠ ܗܢܐ ܠܐ ܟܕ ܡܫܟ
ܡܢ ܐܠܗ ܐܒ ܚܝܬܗ ܚܬܗ
ܠܚܕ ܐܚ ... ܐܚܒ
ܟܚܗ ܐܒ ܒܩܨ ܠܥܨܗ
ܡܥܒ ܒܢ ܒܟܥܨ ܐܒ
ܚܐ ... ܩܨ ܟܚ ܠܟܬ
ܚܒ ܐܒ ܚܐ ܩܨ ܒܢ
ܒܫܐ ܩܨ ܒܐ ܡ ܒ
ܒܗ ܟܚ ܒ ܡ
ܟܐ ܩܨ ܐ ܒ ܚ
ܒ ܒ ܚ ܒ ܚ
ܒ ܒ ܚ ܒ ܚ
ܒ ܒ ܚ ܒ ܚ

Cæptus eſt abſolutuſque liber iſte menſe benedicto Tar (Majo) *die* 21. *feria quarta, veſpere feſti Aſcenſionis Domini noſtri in cœlum, anno Græcorum bis milleſimo decimo octavo.... Exaratus autem fuit in benedicto & à Deo cuſtodito oppido Tel-Chepha in ditione Moſulanæ urbis.... diebus Patris, principis dominique Patrum... Mar Eliæ Catholici Patriarchæ Orientis... Scripſit hunc librum, ſeù potiùs corrupit, deturpavit, vitiavit deformavitque vilis, humilis, abjectus miſerque Georgius Presbyter, filius Iſraëlis Presbyteri, filii Hormiſdæ Presbyteri, filii Iſraëlis quondam Presbyteri Alcuſæi: qui modò memorati benedicti oppidi Tel-Chephæ incola eſt... Deſcribi autem curavit librum hunc Declarationis Officiorum, poſſeditque tamquam proprium ſacerdos electus, Presbyter Abdalnurus filius electi ſacerdotis Presbyteri Adæ Moſulani, fraterque Presbyteri Hadajæ, juveniſque benedicti Abdalreſchi ex urbe Moſul: Paramonarius celeberrimi Collegii quatuor eccleſiarum ſancti Eſaiæ* (imò Jeſujabi, ut ex Tom. 2. p.414. conſtat) *Bar-Koſre, ejuſque ſociorum.*

Opus ad illuſtrandum Neſtorianorum ritum perutile: præmiſſis enim de diſpenſationis Dominicæ tempore quæſtionibus, agitur de Ritibus Liturgiæ, Baptiſmi, divinæ Pſalmodiæ, dedicationis Eccleſiæ, & officii Defunctorum, hoc ordine.

TRACTATUS I. *De diebus diſpenſationis Domini.* ... ܡܐܡܪܐ ܩܕܡܝܐ ...

Continet Capita XXIII.

Prologus ad Danielem, cujus rogatu auctor hunc librum compoſuit. ... ܡܬܬܡܗ ... ܕܒܪ ... Plures ait Doctores divina Syrorum Neſtorianorum officia commentariis illuſtraſſe: eum verò ſe ordinem ſequi, quem Jeſujabus Patriarcha conſtituit.

Cap. 1. *Quæ conſcribendi Chronici, ſeù annorum ſupputationis, cauſa fuerit: & quæ ejus in eccleſia utilitas.* ... ܣܢܗܕܪܝܢ ... ܫܢܝܢ ... ܫܢ ...

Patrum Nicænorum juſſu, inquit, Euſebius Cæſarienſis Aureum decennovennalem numerum, Cyclumque ſolis duodetrigeſimum invenit, unde Lunæ curſus cum ſolari componeretur, feſtaque mobilia ſuis locis alligarentur. Nimirùm Euſebio recentiores Syri tribuere ſolent quid. quid ad chronica martyrumque acta ab anonymis conſcripta pertinet.

Cap. 2. *Quare initium anni à menſe Teſri priore* (Octobri) *duci voluit Euſebius, non à Niſan* (Aprili), *quo mundus conditus fuit?* ... ܒܪܫ ... ܒܢ ... ܒ ... ܒ ... ܒ ...

Cap. 3. *Cur anni computum per menſes Solis, ac Lunæ, perque hebdomadarum numerum ordinavit Euſebius,*

Collectio Canonum, de qua hæc Abulbarcatus loc. cit. وله كتاب فقه النصرانيه الجامع للقوانين البيعية والمنهودمات المغربيه والمشرقيه وقد ذكر فهرسة ما تضمنه فى فهرسة القوانين .

Edidit præterea librum, cui titulus, Jurisprudentia Christiana, continens Canones Ecclesiæ, Synodosque occidentales æquè ac orientales, descriptis canonibus eorumque titulis. Continet *Canones Constitutionesque Apostolorum*: nec non Canones Conciliorum *Ancyrani, Gangrensis, Neocæsariensis, Laodiceni, Antiocheni, Carthaginiensis, Nicæni, Constantinopolitani, Calchedonensis*: *item Constitutiones Damaso Papæ tributas*: *sed & Canones Orientalium, videlicet, Isaaci & Maruthæ*: *Jaballahæ*: *Dadjesu*: *Acacii*: *Babæi*: *Mar Abæ*: *Ezechielis*: *Jesujabi*: *Josephi*: *Georgii*: *Timothei*: *Josue Barnun*: *Sabarjesu*: *Gregorii*: *& Joannis Abgari Patriarcharum Nestorianorum*: *Præterea Statuta Constantini & Leonis Imperatorum*: *nec non Narsetis, & Hanani Canones pro Schola Nisibena*: *item alios pro Schola cœnobii S. Gabrielis*: *denique collectanea de ministerio Altaris*: *de Sacerdotio*: *de Contractibus*: *de matrimonio & de hæreditate*. Exstat initio & fine mutila, foliisque confusis atque permistis, Cod. Arabico ms. 36. Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 507.

De Pœnitentia Tractatus in capita 14. distributus: de quo Abulbarcatus loc. cit. وله مقالة فى التوبة وتحصيل معناها واقسامها اربعة عشر بابا .

Edidit quoque tractatum de Pœnitentia ejusque praxi, in capita 14. divisum.

De Hæreditate Tractatus. Exstat Cod. Arab. ms. 3. & 5. exaratus anno Christi 1224. & anno 1372. Vide Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 620. & 621.

De præstantia jejunii, eleemosynæ & orationis. Responsiones ad quæsita Patriarchæ Nestorianorum. De Hæreditate. De Divinis officiis. Ad calcem Cod. Arabici 6. Vide Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 621.

Tractatus adversùs eos, qui dicunt Mariam Deiparam. مقالة لابن الطيب فى الرد على من قال ان مريم والدة الله . Cod. Vat. Arab. ms. 29. qui exaratus dicitur بتاريخ السادس والعشرون من شهر برمودة سنة مئة وسبعون وتسعماية للشهدا .

Anno Martyrum nongentesimo septuagesimo sexto (Christi 1260.) *die 26. mensis Barmudæ.*

Tractatus de Trinitate & Unitate. من مقالة الشيخ ابى الفرج عبدالله بن الطيب فى التثليث والتوحيد . Cod. Arab. Vat. ms. 69. fol. 48.

Commentaria in libros Aristotelis: de quibus hæc Barhebræus in Chron. Syr. ܘܦܫܩ ܠܗ ܟܬܒܐ ܕܐܓܪܬ ܠܗ ; ܘܦܫܪ ܠܟܠܗ ; *Libros etiam Aristotelis illustravit.*

Sed notandum, inter eos, quos ex Mohammado Iſacide tamquam Ariſtotelis commentatores Hottingerus in Biblioth. Orient. à pag. 219. laudat, diverſum ab hoc Benattibum recenſeri, qui pleno nomine dicitur

احمد بن الطيب الرازى ,

Achmed Benattibus Razæus: is enim Mahometanus fuit; Abulpharagius verò Abdalla chriſtianus Neſtorianæ ſectæ cultor. Prætereà Pocockii error emendandus, qui in Præfatione ad Gregorii Abulpharagii Barhebræi hiſtoriam Dynaſtiarum, Jacobitam illum ſcriptorem cum Neſtoriano Abdalla Abulpharagio Benattibo perperàm confundit, ea ſolâ ratione, quod uterque Abulpharagii nomen geſſerit.

Approbatio ſeſſionum Eliæ Metropolitæ Niſibeni, de qua ſuprà hoc tom. pag. 271. Exſtat Cod. Arab. 38. (Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 508.

CAPUT XLI.

Jahia Giazalæ filius.

I. Jahia Giazalę f. ex Neſtoriano Mahometanus.

JAHIA, ſeù Joannes, Giazalæ filius, ex Neſtoriana hæreſi ad Mahometanam ſectam tranſiit: de quo hæc Abulpharagius in hiſtor. Dynaſtiarum ex verſione Pocockii pag. 240. *Anno Hegiræ quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio* (Chriſti 1080.) *obiit Jahia ebn Iſa ebn Giazla medicus Bagdadenſis. Chriſtianus fuit, medicinæ ſtuduit apud ejus temporis chriſtianos* 1 *Carchi ſeù fori Bagdadenſis incolas: quumque Dialecticæ diſcendæ ſtudio teneretur, neque eſſet inter chriſtianos prædictos tunc temporis qui artem hanc calleret, mentioque illi facta eſſet Abu Alis Ebnol-Validi Motazaliorum tunc doctoris, ac diceretur illum & ſcientiæ ſcholaſticæ & terminorum logicalium peritum eſſe, ad eum ſe recepit, Logicæ perdiſcendæ gratia. Non deſtitit autem Ebnol-Valid religionem Islamiticam illi commendare, donec ipſi annuens, eam amplecteretur. Cui quod nomen dediſſet, lætatus Abu Abdalla Al-Damgani, eo tempore Judex primarius, illum ſibi propius admovit, & ad eum evexit gradum, ut ipſius in ſyngraphis apud ſe ſcribendis opera uteretur. Ille verò ultra operam in ea re poſitam, vici ejus incolis aliiſque ſibi notis medicabatur ſine mercede aut pretio, verùm gratuito & ex mera beneficentia: quin & ipſis medicamenta gratis ſubminiſtrabat. Quum in morbum, quo mortuus eſt, incidiſſet, libros ſuos legavit oratorio antiſtitis Abu Haniphæ. E libris celebrioribus ab ipſo compoſitis, ſunt* كتاب المنهاج *Liber Al-Menhag*, وكتاب تقويم الابدان مجدول & *Liber Takvimol-alabdan de recta ordinatione corporum, tabulis diſtinctus.*

Ejuſdem Jahiæ meminit idem Abulpharagius in Chronico Syriaco; ſed pro anno Hegiræ 473. affirmat eum obiiſſe *anno quadringenteſimo nonageſimo tertio*, qui inchoatus fuit die 17. Novembris anni Chriſti 1099. حهنا احنا ومحه حمنه وزحمحا ماهكم ملكه وهنسا هنه نسبه اهنا حيوبا حنه حلكه هذه وحهحا لحسحا وحدول وحاسب اهمالا واحنى وحمالا

NOTA.

1 *Charchi*, Arabibus الكرخ *Al-Carch*, hoc eſt, oppidum in Aſſyria: cujus loci epiſcopus Moyſes apud Amrum laudatur. Vide Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 412.

ܘܡܢܗ ܐܫܬܡܥ ܐܒܘ ܥܠܝ ܒܪ ܚܐܠܝܕ ܐܦ ܗܘ ܐܬܝ ܠܒܓܕܕ ܘܐܬܝ ܠܗ ܒܟܬܒ ܡܢ ܟܬܒ ܐܒܘ ܥܠܝ ܒܪ ܣܝܢܐ ܘܐܬܝ ܠܗ ܒܟܬܒ ܡܢ ܟܬܒ ܐܒܘ ܣܗܠ ܒܪ ܢܘܒܚܬ ܘܐܬܝ ܠܗ ܒܟܬܒ ܡܢ ܟܬܒ ܐܒܘ ܣܥܝܕ ܒܪ ܒܘܫܠܝ ܘܐܬܝ ܠܗ ܒܟܬܒ ܡܢ ܟܬܒ ܐܒܘ ܣܥܝܕ ܒܪ ܣܘܪ

Machicha, 1 *vir sanctitate, continentia, & castitate insignis, in ædibus Romæorum Bagdadi natus, cognomento Salomonis Æditui filius, Presbyter* 2 *religiosus fuit, medicusque peritus: mox Tirhanæ* 3 *episcopus creatus est, deinde Mosuli metropolita: mortuo demùm Ebedjesu, filii Vasetensis opera, cleri suffragiis, sub Moktadio*

فلم يفعل ووقع الخلف بينهما واجرمه واخذ الى النيل وبعد مدّة عاد وعمل رسالة مختصرة فايقه اوضح فيها الامانة الصحيحة التى يعتقدها المشارقة . ودبّر تدبيرًا معتدلًا واستناح ودفن بالباصلوت الايمن ببيعة السيدة بدار الروم سنة اثنين وخمسماية عربية وكانت مدة رياسته سبعة عشر سنة وخمس شهور واربعة ايام .

NOTÆ.

1 *Machica*, ideſt, Humilis. Barhebræus in 3. part. chron. Syr. in vita Joannis Salibæ, & Dionyſij Moyſis Maphrianorum, inaugurationem Machichæ ad annum Hegiræ 504. ejuſque obitum ad annum 528. collocat. حعمه سعمعدا ٥٥٥٥ وهـ حمسا حمسا حعمسا حمسا ٥٥٥٥ حنصهمسا ٥٥٥٥ حنصهمسا ٥٥٥٥ حنصه

tadio Chalipha, in Patriarcham ordinatus fuit Modainæ, pallio violaceo amictus, die Dominica quarta hebdomadæ resurrectionis anno Græcorum tertio post millesimum quadringentesimum. Ordinationi interfuere Jesujabus metropolita Nisibis, qui manum ei imposuit, & Marcus metropolita Bassoræ, & Joannes metropolita Halavanæ, aliique complures Episcopi. Porrò Ebedjesus Aredi filius Machichæ præcessor, *statim atque in Catholicum inauguratus fuit, præceperat, ut binis quibusque precibus oratio Pater*[1] *noster in ecclesia subjungeretur, contra antiquam Bagdadensium consuetudinem. Machicha igitur, quum Ebedjesum excepit, pristinum morem servari jussit, orationemque Dominicam prætermitti: neque à sententia dimoveri potuit, etsi filius Vasetensis demissas ei preces pro restitutione orationis Dominicæ porrexisset. Hinc orta inter ipsos contentione, quum hominem Catholicus anathematizasset, Nilum oppidum petiit: mox Bag-*

العكار وبعد القراع من اميامیده امام الربض
ابو الفتح معد الله بن نظام الملك اركديا قون
وقرا السليح اسقف النعمانيه وتملا مار هرمزد
اسقف واسط وقرا الانجيل وقدس مار مكيها
الجاثليق . وحضر مرقس مطران مصر ويوحنا
مطران حلوان . ومن اساقفة العوفركيا هرمزد
اسقف واسط وعبديشوع اسقف الطيرهان
وجرجيس اسقف النيل والنعمانية وموسى اسقف
صنجار ومار قورياقس اسقف معلثايا وعبديشوع
اسقف الحديثه ومبرديشوع اسقف جفتون
والبيا اسقف الرقه .

Illum Sabarjesus cognomento Zanbur *Catholicus Episcopum Tirhanæ instituit, quam diœcesim annis viginti & amplius rexit, populo admodum acceptus, ad quem inter sacramentorum solemnia ex vetere & novo testamento homiliam exegeticam Arabico sermone habere consueverat. Quum autem à gradu ad gradum Spiritus Sanctus eundem eveheret, ab Ebedjesu Catholico,* qui Sabarjesum excepit, *evocatus, & Mosuli Hazæque (*Adiabenes*) Metropolita ordinatus, eam provinciam sanctissimè administravit, ab iis, quos consecrabat, Episcopis nihil recipere solitus, etsi rei familiaris angustia premeretur. Denique quum Catholici Thronus rectore & pastore viduatus esset, conspirantibus omnium suffragiis hic sanctus Pater in Patriarcham electus fuit Modainæ die Dominica octava mensis Rabii prioris, anno Hegiræ quadringentesimo octogesimo quinto, qui erat mensis Nisan (*Aprilis*) dies octavus, cujus Antiphona incipit,* Crucifixus in crucem sublatus est. *Fuit autem dies ille insignis, & ab omnibus, qui interfuere, cum gaudio celebratus, Ordinationi præfuit Jesujabus metropolita Nisibis, qui Machichæ Baculum pastoralem tradidit, postquam is pallio indutus fuisset. Ordinatione autem peracta, idem Machicha principem Abulphathum Saadallam Nadamalmalechi filium Archidiaconum instituit. Porrò in ea ordinatione Apostolum quidem legit Episcopus Naamaniæ, Absolutionem verò Hormisdas Vasetæ Episcopus, Evangelium autem Machicha Catholicus, qui & Liturgiam confecit. Interfuere Marcus metropolita Mesræ* (hoc est, Ægypti: sed in alio exemplari, Bassora pro Mesra legitur:) & *Joannes metropolita Halavanæ. Ex Episcopis Provinciæ* Patriarchalis, *Hormisdas episcopus Vasetæ, Ebedjesus Tirhanæ, Sergius Nili & Naamaniæ, Moyses Singaræ, Cyriacus Maaltajæ, Ebedjesus Hadithæ, Sabarjesus Hephtonæ, & Elias Rakæ.* Annus Hegiræ 485. inchoatus fuit die 11. Februarii anni Christi 1092. sed eo anno Pascha resurrectionis incidit in diem 28. Martii; adeòque Dominica quarta resurrectionis, cujus apud Nestorianos Antiphona incipit, *Crucifixus in crucem sublatus est*, die 18., non 8. Aprilis fuit. Machicham autem an. Hegiræ 485. Patriarcham inauguratum fuisse, liquet & ex regio Moktadii Chaliphæ diplomate, quod apud Marim prostat hoc titulo inscriptum: هذا كتاب امر بكتبته عبد الله ابوالقسم
الامام المقتدى بامر الله امير المومنين
ملكيها الجاثليق القطرك .

Hic est liber, quem conscribi jussit Abdalla Abulcasemus, Al-Emam Al-Moktadi Bamrilla Imperator fidelium, pro Machicha Catholico Patriarcha, cui ad calcem hæc temporis nota apposita est. كتب فى صفر من سنة خمس
وثمانين واربعمايه والحمد لله .

Datum mense Sapharo anni quadringentesimi octogesimi quinti. Laus Deo.

1 *Pater noster.* Contigit ea contentio anno Hegiræ 490. ut Mares refert apud Amrum, qui plenum filii Vasetensis nomen hoc tradit: ابو الفرج سعيد بن ابراهيم الواسطى
الفقيه الراهب .

Abulpharagius Saidus filius Abrahæ Vasetensis, Presbyter & monachus: eumque obiisse testatur *feria secunda, ineunte mense Gemadi, anno Hegiræ 526. & in ecclesia vetere post Bema sepultum.*

Bagdadum regreſſus, elegantem Epiſtolam de recta Orientalium fide conſcripſit. Rempublicam moderatè geſſit, mortuuſque, in Oratorio ad dextrum latus eccleſiæ Dominæ ſepultus fuit in ædibus Romæorum anno Arabum [1] *quingenteſimo ſecundo, quum ſediſſet annos ſeptemdecim cum menſibus quinque & quatuor diebus.*

II. Ejus ſcripta.

Oratio de Incarnatione. Exſtat Arabicè cod. ms. 41. (Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 59.) hoc præfixo titulo.

مقالة الفها مار مكيخا الجاثليق فطرك المشرق قول مختصر فى الابوة والبنوة على مذهب دين النصرانيه ورای عقيدة السريان المسيحيين الساكنين فى الجهة المشرقيه.

Oratio compoſita à Mar Machicha Catholico Patriarcha Orientis: in qua breviter agitur de Paternitate & Filiatione juxta profeſſionem chriſtianæ fidei, & ſententiam Chriſtianorum Syrorum in partibus Orientalibus commorantium. De Verbi incarnatione loquens, Monophyſitarum quidem errores refellit, ſed Neſtorianam hæreſim ſimul propugnat.

Epiſtola ad principem Neſtorianorum in Perſide commorantium, Arabicè quidem exarata, ſed Syriacis verbis inchoata & clauſa, eo fere modo, quo Jeſujabi Niſibeni Epiſtolam conſcriptam notavi ſuprà hoc tom. pag. 301. Exſtat in eodem codice ms. 41. hoc titulo prænotata.

كتاب مار مكيخا الجاثليق فطرك المشرق كتبه حين كان مطرانا بالموصل واريسل الى بعض الروسا المومنين باصفهان جوابا عن كتابه.

Libellus à mar Machicha Catholico Orientis Patriarcha, quum Moſuli & Arbelæ metropolita eſſet, tranſmiſſus ad quemdam principem fidelium in Aſpahano Perſidis urbe *degentium, quo ad ejus epiſtolam reſpondet.* Veritatem Fidei chriſtianæque religionis ex miraculis, quæ in eccleſia ſuo adhuc ævo patrabantur, & ex Martyrum, quos recenſet, conſtantia demonſtrat. Et miracula quidem hæc refert. Primum, miraculum *Luminis* quod ex Hieroſolymitano Domini ſepulcro quotannis Sabbato ſancto prodire affirmat. من ذلك نزول النور فى بيعة القيامة بيبت المقدس قرب اخر نهار يوم السبت الكبير الذى صبحته احد القيامة فى كل سنة لا يحرم القانون المعتاد ويشعل القناديل التى على القبر المقدس الذى وضع فيه الجسد الكريم جسد سيدنا ايشوع المسيح ثلثة ايام والقبه التى فيها المقبرة مغلقة مختومة بختم سلطان البلد واصحاب السلطان محدقون بالموضع يحفظونه خوفا لا يتم فى النصارى حيلة.

Ex his miraculis unum eſt, inquit, *Luminis illapſus in eccleſiam Reſurrectionis in urbe ſancta, vergente Sabbato, quod præcedit Dominicam reſurrectionis; idque unoquoque anno certaque & infallibili regula, quæ uſque in præſentem diem manet. Eo autem lumine lampades ſancti ſepulcri, in quo pretioſum Domini noſtri Jeſu Chriſti corpus per triduum jacuit, accenduntur, quum ejuſdem ſepulcri tholus clauſus ſigilloque regio obſignatus maneat, Præſidis ejus urbis miniſtris*

لاجل اخيه وطابت نفسه به عند موته.

obiit Mar Machica Catholicus in ædibus Romæorum feria quarta, die duodecima menſis Scioabani anni Hegiræ *quingenteſimi ſecundi*, (Chriſti 1110.) *Funus ejus noctu curatum eſt, idemque tumulatus in edito loco ad latus dextrum Oratorii: nec de ipſo quid mali ſive in ejus adoleſcentia, ſivè quum monachus eſſet, in vulgus prodiit. Poſt ipſum vicaria poteſtate Sedem rexit Sabarjeſus Ocbaræ epiſcopus, in quem longo tempore propter ejus fratrem indignatus fuerat, ſed morti proximus homini reconciliatus eſt.*

NOTA.

1 *Anno Arabum* 502. De obitu, & Machichæ ſepultura hæc Mares apud Amrum.

وتوفى مار مكيخا الجاثليق بدار الروم يوم الاربعه ثاني عشر شعبان سنة اثنى وخمسماية وجنز ليلا ودفن فى العوا الذى على يمين الداخلون فى الصحن الاعلى وما عرف له امر يكره لا فى صباه ولا فى رهبنته ونظر بعده مبريشوع اسقف عكبرا وكان قد غضب عليه مدة

ſtris in eam oculos attentè defigentibus, eamque diligenter cuſtodientibus, ne cui Chriſtianorum fraudi via pateat. Vide Tom. 1. pag. 550. ubi de eodem Lumine. Et hoc quidem miraculum olim patrari ſolitum certis conſtat documentis. Sed æquè certis, imò certiſſimis itidem conſtat, multis ab hinc annis illud ceſſaſſe: quod verò in præſenti fieri dicitur, merum eſſe ſchiſmaticorum figmentum. Alterum miraculum *olei*, in quod Reliquiæ Sanctorum مار شليطا *Mar Scialitæ*, hoc eſt, Artemii; وبن هرمزد *Magiſtri noſtri Hormiſdæ*, مار بابوبه بالبوازيج *Mar Babuæi in Buazicha*, ومار ماري الصليح *& ſancti Maris Apoſtoli*, immerſæ ſint: id enim oleum adversùs ſerpentium, canum, aliorumque animalium venena præſentem opem ferre ait. Tertium miraculum *ſancti Kaumæ*, hoc eſt, ſtantis, de quo hæc Machicha. ومثل اية القديس مار قوما الذي له نحو من تسعماية سنة تزيد او تنقص قايما على قدميه لم يتسلط الفساد على جملة ولا انتثر لحمه ولا تفصلت اعضاه ولا انطحنت عظامه مثل ساير الاموات الاكانه نايم ينتظر الصوت المحيى يوقظه فى القيامة ويبهجه فى المعاد.

Hujuſmodi eſt prodigium ſancti mar Kaumæ, qui nongentis abhinc circiter annis erectus ſtat, incorrupto corpore, carne nequaquam detrita, nec membris diſſolutis, aut oſſibus in pulverem redactis, ut reliquis defunctis evenire ſolet, ſed tamquam dormiens vivificam vocem expectat, quæ ipſum in reſurrectione expergefaciat. Quartum miraculum *ſancti Georgii martyris*, quem terra marique invocatum, à præſentibus periculis clientes ſuos liberare affirmat.

De martyrum autem in perferendis pro chriſtiana fide tormentis conſtantia loquens, primo loco laudat *ſanctam Dochtanſaam Regis Huzitarum filiam.* دختانشاه بنت ملك الاهواز de qua hæc ſcribit. فان اباها ذات يوم الخ على قتل الشهدا المومنين بالمسيح وهى جالسة على القصر امام الماشطة تظفر دوايبها. فنظرت بارواح الذين يستشهدهم ابوها تطير الى الحما على هية القناديل النايرة. فوقع ذلك بقلبها. فاخبرت على الماشطة ببعض الاسباب وقد ظفرت بعض دوايبها وبقى بعضها. ونزلت من القصر فى غفله حتى دخلت فى حوطة اوليك الذين يتقتلون متنكرة. فاستشهدت هى ايضا مع اوليك ولم تعرف. فلما افتقدوها خدمها ولم يصيبوها اعلوا لامها وابوها وجعلوا يطوفون فى طلبها حتى وجدوا راسها مقطوعا بين رووس الشهدا مطروحا فعرفوها بشعرها لانهم كانوا قد سالوا الماشطة عن شانها فاخبرتهم انها قالت لها ترين هة القناديل التى تعلوا فى الهوا. قلت لها لعن ارى من ذلك شيا. ففى تلك الساعة قامت معرفة ونزلت من القصر. فكان هذا ايضا داعيا الى تنصر كثير من الناس. ثم ان الله تبارك وتعالى ارسل روحا حاصفه. فجمعت على الشهدا ترابا على هية الاكمه وهو ثابت ذلك الاثر الى الان وقد نبت على تلك الاكمه هى كثير من الرياحين والخشايش الطيبة الاراج واهل النصرانية فى ذلك البلد يتبركون وبذلك الموضع الى الان.

Quum ejus pater die quadam martyres in Chriſtum credentes ad necem & lanienam deſtinaſſet, illaque interea in palatio crines ancillæ pectendos diſcriminandoſque præberet, vidit cæſorum à patre martyrum animas ſplendentiſſimarum lampadum in ſpeciem ad cælum ferri. Quo viſo vehementer animo commota, prætextu domeſtici cujuſdam negotii ancillam dimittens, ipſa clam ſolatis etiam ex parte crinibus, è regia repente, fugam advertente nemine, dilabitur, diſſimulataque perſona, in clauſum ubi Chriſtiani cædebantur ingreſſa, necatur. Quum verò à ſervis quæſita nuſquam in palatio reperta fuiſſet, miſſi qui per urbem requirerent, renunciarunt, caput ejus inter cæſorum Chriſtianorum cadavera truncatum jacere, & crines ex parte impexos ſolutoſque habere. Tùm verò ancilla memorare cæpit quæ de viſo animarum cæſorum mar-

martyrum eorundemque glorioſè in cælum aſcenſu ab hera audierat, quodve repente è palatio diſparuiſſet narravit. Hoc porrò factum plurimos ad chriſtianam religionem amplectendam permovit, alioque miraculo confirmatum fuit. Nam validus repente ventus divina utique virtute excitus, ingentem arenarum vim ſuper martyrum cadavera colligens, velut tumulum in montis ſpeciem compoſuit, qui in hunc quoque diem conſtat, myrtoque aliiſque odoratis herbis ſponte ſoboleſcentibus coopertus poſt paulò apparuit. Quamobrem ab indigenis loeus, ſanctorum martyrum opem expetentibus, religioſè etiam hodie viſitatur. Deindè Nicænorum Patrum 318. encomium texit, quos omnes, præter undecim, pro fidei confeſſione cicatricibus inſignitos aſſerit; ac præ cæteris Thomam Marhaſæ ſeù Germaniciæ epiſcopum & Jacobum Niſibenum extollit, quorum primum annis duobus ſuprà viginti martyrium paſſum teſtatur, alterum in ipſa Nycæna Synodo mortuum ad vitam revocaſſe. Denique S. Simeonem epiſcopum Seleucienſem ac martyrem ſocioſque commemorat, qui in perſecutione Saporis Perſarum regis pro chriſtiana religione in Ledan Huzitarum oppido ſanguinem profuderunt.

CAPUT XLIII.

Sabarjeſus Epiſcopus Caſcaræ.

I. Sabarjeſus Caſcaræ Epiſcopus.

SABARJESUS patria Bagdadenſis, Caſcaræ & Vaſetæ epiſcopus, cognomento ابن ابوحيله *Ebn Abu-Hile*, ab Elia hujus appellationis ſecundo Neſtorianorum Patriarcha circa annum Chriſti 1111. ordinatus, anno Græcorum 1445. Chriſti 1134. in ordinatione Barſumæ Patriarchæ, qui Eliam proximus excepit, munus Archidiaconi geſſit, ut ex Amri hiſtoria dixi tom. 2. pag. 449. & ſeq.

II. Ejus Precatio.

Ejus *Precatio* Syriaca exſtat cod. Syr. Amid. 1. fol. 383. (Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 581.)

CAPUT XLIV.

Mares Salomonis filius.

I. Mares Salomonis f.

MARES Salomonis filius ſub Barſuma, & Ebedjeſu Neſtorianorum Patriarchis claruit ab an. Chriſti 1135. ut ex ipſius hiſtoria liquet, in qua congreſſum ſe fuiſſe teſtatur cum nonnullis, qui Machicham, & Barſumam Patriarchas alloquuti fuerant. In vita Machichæ, وسمعت قايل منا الاخبار البايس ماري ابن سليمن المقر بدنوبه وخطاياه من القميص ابو السعادات المعروف بابن السن المرسوم بخدمة الطاهرة الميمة ام النور مرت مريم السلام لذكرها انه قال وقت ما وقع بين ابن الواسطى رحمه الله وبين الاب القديس الطاهر ربى روما الكهنه مار ماكيخا نيح الله نفسه وكان قد بات عندى فى بعض الليالى وقد تخاصم مع ابن الواسطى خصومة كبيرة فقام الجاثليق نصف الليل الى الخ.

Ego pauper Mares Salomonis filius, hujuſce hiſtoriæ ſcriptor, qui debita & peccata mea cognoſco, audivi Preſbyterum Abu-Saadat, cognomento Ebn-Sen, qui ad miniſterium puriſſimæ Dominæ matris lucis Dominæ Mariæ cujus memoriæ pax, ordinatus eſt, eo tempore, quo inter filium Vaſetenſis, cujus, oro, Deus miſereatur, & inter ſanctum patrem principem Archiepiſcoporum dominum Machicham, cujus animæ requiem donet Deus, diſſidium contigit, hæc mihi narrantem. Quum aliquando Catholicus apud me divertiſſet, poſtquam magnam cum filio Vaſeten-

ſetenſis contentionem habuerat, media nocte ſurrexit, meque interpellans dixit &c. In vita Barſumę Patriarchę.

وسمعت انا الخاطى البايس مارى ابن سليمن من جماعة من المومنين عن هذا الاب مار برصوما انه قال وقت الجمع لاختيار من يصلح للبجيلقة الخ.

Audivi ego miſer peccator Mares Salomonis filius quoſdam fideles de hoc Patre domino Barſuma hæc referentes. Barſumas, ajebant, quum Synodus pro electione Catholici haberetur, dixit &c. Machicha autem Sedem tenuit ab anno Græcorum 1403. ad annum 1421. Barſumas verò ab anno Græcorum 1445. ad annum 1447. ut ex Amro oſtenſum eſt To. 2. p. 448. & 450.

II. Hiſtoria Patriarcharum Neſtorianorum à Mari conſcripta, & ab Amro in compendium redacta.

Hiſtoria Arabica Patriarcharum Neſtorianorum ab Adæo & Mari Chriſti diſcipulis uſque ad Ebedjeſum Barſumæ ſucceſſorem, qui obiit anno Græcorum 1459. die 25. Novembris, hoc eſt, anno Chriſti exeunte 1147. Laudatur à Renaudotio in Hiſtor. Patriarcharum Alexandrinorum, & tom. 2. Liturg. Orientat. in Diſſertat. de Liturgiis Neſtorianorum. Exſtat in libro, cui *Turris* titulus, tàm in Bibliotheca Palatina Medicea, quàm in Regia Pariſienſi; ejuſdemque *Epitomen* Amrus Matthæi filius fecit, quæ habetur cod. Arab. ms. 41. (Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 509.) Summam publicavi cit. Tom. 2. à pag. 387. De ipſo autem libro quem idem Mares مجدل *Turrim* inſcripſit, ſermo erit infrà, ubi de Amro.

CAPUT XLV.

Hebatolla ebn-Talmid.

I. Hebatolla Abu. Ihaſanus ebn-Talmid.

HEBATOLLA, cognomento Abulhaſanus ebn-Talmid, Saëdi filius, claruit ſub Elia hujus appellationis ſecundo Neſtorianorum Patriarcha, cujus ordinationi anno Chriſti 1111. peractæ interfuiſſe refertur ab Amro, ut To. 2. pag. 449. obſervavi. Ejus geſta deſcribit Abulpharagius in hiſtor. Dynaſtiarum pag. 258. in hæc verba ex verſione Pocockii. *Fuit* هبة الله ابوالحسن بن صاعد ابن التلميذ

Hebatolla Abulhaſan ebn Saëd ebnol-Talmid medicus chriſtianus Bagdadenſis ſeculi iſtius (ſexti Mahometani) *decus, & eorum qui tunc vixerunt doctiſſimus. Chaliphis Abbaſidis operam collocavit, ad magnam in eorum famulitio dignitatem evectus, ſummoque apud eos in honore, curando & medicando proſpero uſus ſucceſſu, artis iſtius canonum peritus. Diu vixit, fuitque dum vixit, eminens & illuſtris. Senex fuit formæ decoræ, aſpectus pulchri, ſocietatis & convictus ſuavis, ſpiritus ſubtilis, perſonæ elegantis, cogitationis profundæ, alta animo verſans, acris ingenii, conjectura felix, conſilio prudens. Uſus eſt in carminibus* 1 *componendis verbis ſublimibus, pulchris, ſanis, & deſiderabilibus, quæ naturæ ipſius præſtantiam indicant. Solebat Abulhaſanus ebnol-Talmid ſemel ſingulis ſeptimanis ad* المقتفى *Al-moktafium* Chalipham *accedere, qui eum præ ſenio conſidere juberet, Obiit menſe Safaro anno* 2 He-

1

2

NOTÆ.

1 *Carminibus*. Quatuor verſus, ſpecimiſis ergo, profert Abulpharagius, quos vide.

2 *Anno Hegiræ* 560. *Chriſti* 1164. Konigius erravit, quum in Biblioth. vet. & nova ſcripſit *Abulhuſen Ibnu-Telmid* (hunc nimirùm, de quo loquimur, auctorem) *deceſſiſſe anno Chriſti* 1008.

Hegiræ *quingenteſimo ſexageſimo* (qui inchoatus fuit die 18. Novemb. anni Chriſti 1164.) *quum annum ferè centeſimum attigiſſet, intellectu illi in ſtatu priſtino manente. Filio illum, paulò antequam moreretur, roganti, quidnam appetis? Hoc, inquit, ut appetam.* Eundem ex animi demiſſione laudat *Hebatolla Aſtrolabius Poeta* البديع هبة الله الاصطرلابى apud eundem Abulpharagium pag. 260. facta cum altero Hebatolla Judæo, excellenti quidem, ſed ſuperbo medico, comparatione. Ejuſdem ebn-Talmid in medicina auditores fuere Abulchairus Archidiaconus, & Mohammad ebn-Abdoſſalam Hieroſolymitanus, de quibus Abulpharagius pag. 297.

CAPUT XLVI.

Saëdus Abulhaſanus, & Maras Abulchairus fratres.

I. Saëdus Abulhaſanus.

SAEDUS & Maras, quorum alter Abulhaſanus, Abulchairus Archidiaconus alter appellatus fuit, Hebatolla patre in urbe حضيرة *Hadira* ſeù *Chadira* nati, vergente ſæculo Chriſti duodecimo claruere, fratre Sabarjeſu, qui ex Dakukæ & Beth-Garmæ epiſcopo in Patriarcham Neſtorianorum an. Chriſti 1226. electus, Sedem tenuit uſque ad annum 1256. De utriuſque geſtis ſcriptiſque hæc Abulpharagius in hiſtor. Dynaſt. pag. 296. *Porrò & è medicis domeſticis Al-Emam al-Naſeri fuit* صاعد بن هبة الله بن الموصل ابو الحسن النصراني الحضرى واخوه ابوالخير الاركدياقون وهما اخوة الجاثليق المعروف بابن المسيحى. *Saëd ebn Hebatolla Ebnol-Movammel Abulhaſan, Chriſtianus Al-Hadirenſis medicus, & ipſius frater Abulchair Archidiaconus, qui fratres erant Catholici, vulgò noti nomine Ebnol-Maſihi. Saëd Chaliphæ Al-Naſero operam collocavit, magnaque apud eum in gratia fuit. Perfectè autem artem medicam & Dialecticam calluit. Librum compoſuit molis exiguæ, quem* الصفوة *Al-Sophua, ideſt, ſelectior pars medicinæ, appellavit, in quo omnes medicinæ partes theoreticas & practicas collegit, & ad finem ſen primi partis ſecundæ tres ſectiones adjunxit de circumciſione, quum Bagdadi res ea ad medicos ſpectaret, quamvis apud neminem vel priorum vel poſteriorum facta ſit ulla ejus mentio, ſed rerum ſolummodò, quibus protrahatur præputium. Manu ſua libros medicos deſcripſit. Obiit ſub finem anni* Hegiræ *quingenteſimi nonageſimi primi* (qui inchoatus fuit die 16. Decemb. anni Chriſti 1194.

II. Maras Abulchairus, vulgò Archidiaconus.

Archidiaconus verò *Maras Abulchairus* fuit & ipſe *medicus inſignis, ſcripſitque* كتابا مختصرا *Compendium, in quo explicavit quæſtiones libri generalium è Canone Avicennæ, cui titulum indidit* الاقتضاب *Al-Ektedab: deinde & illud in compendium redegit, quod vocavit* التجاب الاقتضاب *Entechab-elEktedab. Narravit mihi* (inquit Abulpharagius) *medicorum Bagdadenſium quidam, patrem ejus illum adhuc adoleſcentulum ad Ebnol Talmidum* (cujus in præcedenti capite facta eſt mentio) *adduxiſſe, quo ipſum ſtudiis imbueret, ipſumque dixiſſe: Filius tuus iſte admodum juvenis eſt: reſpondenteque patre: quod peto, eſt, ut à te benedictionem captem, eum primam ex quæſtionibus Honaini ipſi prælegiſſe.*

Maræ Archidiaconi & Archiatri, qui Bar-Meſſia appellatur, *Deprecatio alphabetica*, & *carmen de S. Phetione martyre* exſtat in codice

Syr.

Syr. Amid. 7. (Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 582.

CAPUT XLVII.

Jahia Saidi filius.

Jahia Saidi f.

JAHIA, ſeù Joannes, Saidi filius, obiit anno Chriſti 1193., teſte Abulpharagio in hiſtor. Dynaſt. p. 296. in hæc verba. *Hoc etiam anno* (Hegiræ ſcilicet quingenteſimo octogeſimo nono,) *mortuus eſt* يحيى بن سعيد بن ماري *Jahia ben Said, ben Mari, medicus chriſtianus,* صاحب المقامات المئتين *auctor ſexaginta ſermonum* rithmicorum, *quos egregiè compoſuit. Fuit autem inſigniter doctus in veterum ſcientiis linguæ Arabicæ peritia, & poëtica: artem medicam exercendo victum ſibi comparavit.* Hæc Abulpharagius. Subjungit quatuor Jahiæ verſus de canitie, undè auctoris ſtylus & elegantia colligitur.

CAPUT XLVIII.

Joannes Zabarum & Nili Epiſcopus.

Joannes Zabarum Nilique epiſcopus.

JOANNES utriuſque Zabæ (majoris ſcilicet & minoris) Nilique Epiſcopatum ineunte ſeculo Chriſti decimo tertio geſſit, ut ex Amro liquet, qui poſt vitam Eliæ III. Neſtorianorum Patriarchæ binas ab eodem Joanne deſcriptas viſiones refert in hæc verba. وفى ايام هذا الاب جرى فى بلد الموصل اعجوبتين كتبهما برانيس اسقف الزوابى والنيل . لما اني انقطعت الى دير باعربت ببلد الموصل بالقرب من مدينة بلد لاطلى بنفس فيه مدة واتفق انى سمعت ما جرى فى باوشنايا من الاعجوبة الواضحة فى معنى يوم الاحد وحفظه . فقصدت اسقف المكان وهو يعقوب ابن الجرى الموصلى اسقف بلد واستوضحت منه صحة هذا الخبر الخ.

Diebus hujus Patris (nimirùm Jaballahæ ſecundi) *contigere in regione Moſulana duo miracula, quæ Joannes Zuabiæ Nilique Epiſcopus deſcripſit. Quum in cœnobium Bauthæ,* inquit, *quod apud Baladam regionis Moſulanæ urbem ſitum eſt, ſolitariæ vitæ amore ductus ſeceſſiſſem, quodque in Bauſnaja ſtupendum de Dominicæ diei obſervatione prodigium contigit audiiſſem, Jacobum Moſulanum Al-Bahari* (nautæ) *filium, ejus loci, hoc eſt, Baladæ epiſcopum adii, de rumoris veritate ab ipſo edocendus &c.* Id factum à Joanne aſſeritur في سابوع القيط من سنة الف وخمسماية وثلثة عشر لتاريخ الاسكندر الموافق لسنة ثمان وتسعين وخمسماية هلالية.

Hebdomada Æſtatis, anno epochæ Alexandri milleſimo quingenteſimo nonageſimo octavo: nimirùm exeunte anno Chriſti 1201. Atqui Jaballaha, ex eodem Amro, ſedit poſt Eliam tertium ab ann. Chriſti 1090. ad ann. 1222. ut Tom. 2. p. 453. dictum eſt.

CAPUT XLIX.

Michaël Amidæ & Majapharchini Epiſcopus.

I. Michaël Amidę & Majapharchini epiſcopus, ex Neſtoriano Catholicus.

MICHAEL ab Elia tertio circa an. Chriſti 1180. Majapharchini, Amidæ & Mardæ epiſcopus creatus fuit, poſtquam Jaballaha Kajumæ Moſulani filius ex ea Sede ad Niſibenam Eccleſiam evectus fuiſſet. Amrus Jaballahæ quidem meminit, quem Eliæ ipſi in Patriarchatu ſucceſſiſſe anno Chriſti 1190, teſtatur. Sed Michaëlis ejuſ-

jusdem Jaballahæ in episcopatu Majapharchinensi successoris ne nomen quidem in historia Patriarcharum Nestorianorum prodit: ejus tamen fidei professionem in libro suo, cui *Turris* titulus, integram exhibet. Quod autem Jaballaham Michaëlis præcessorem idem Amrus in histor. Patriarcharum nunc [1] *Mardæ*, nunc *Majapharchini* episcopum vocat, eo id fit, quia episcopatus ille ecclesias Mardæ, Majapharchini, Amidæque apud Nestorianos per ea tempora complectebatur, quemadmodum & apud Jacobitas eodem sæculo, hoc est, anno Christi 1160., Joannes Mardæ, Daræ, Haran, Chaboræ & Nisibi episcopus simul præfuisse legitur, ut Tom. 2. pag. 216. observavi. Denique Michaëlem ab hæresi Nestoriana ad orthodoxam quoad Verbi incarnationem fidem transiisse, ex ipsius professione constat, de qua mox dicam.

II. Ejus Fides.

Fides Syriacè à Michaële composita, à Presbytero Saliba Arabicè reddita, exstat codice Arabico ms. Vat. 157. à fol. 229. & apud Amrum in libro Turris Part. 5. Fundamento 3. cap. 6. hoc titulo prænotata.

اقرار وامانة يعتقدها النصارى السريان المشارقة من انشا الاب القديس العالم الفاضل الزاهد العابد التقى الكامل مار ميخايل اسقف امد وميافارقين ذكره مع الابرار والقديسين نقلتها انا الضعيف صليبا ابن يوحنا القسيس بالاهم من اللغة السريانية الى اللغة العربية.

Professio Fidei, quam tenent christiani Syri Orientales, composita à sancto Patre, doctore, præstante, religioso, pio, & perfecto Domino Michaële episcopo Amidæ, & Majapharchini, cujus memoria est inter justos: è Syriaco autem in Arabicum sermonem translata à me humili Saliba Joannis filio, nomine tenus Presbytero. Initium.

اني انا الغريب الضعيف ميخايل الحقير عبد ايشوع المسيح الذى هو الاه حق من الاه حق الذى انعم علىّ فوق ما استحق وجعلنى مدبر امد وميافارقين ينبوع الشهدا المقتلين موقدنا قرى غمه الناطقة المبتاعة بدمه العزيز الزكى على راس الجلجله لما رايت اناس غير ذوى ادب ولا عالمين.... قد يبثون فى اخبارهم ويثنون عن شعبنا المستقيم الصحيح الاعتقاد كلمات غير صادقة فى سيرة الامانة كاننا غير مستقيمين فيها سالكين: هرتنى غيرة المحبة فى عفافة الله وقلت اين هى عفافة الله من قايلين الزور الخ. اولاً اوضح وابيّن اعتقادنا فى القالون المقدس المتساوى فى الجوهر الاب والابن وروح القدس واقول نومن بالله الخ.

Ego humilis peregrinus abjectus Michaël servus Jesu Christi, qui est Deus verus

[1] *Mardæ*, & *Majapharchini*. Amrus in vita Eliæ III. Patriarchæ. واسام وقت اسيامه اربعة وعشرين شماسا. ولما عاد من المدايين الى القلاية بدار الروم راى قد استولى عليها الخراب فشرع فى عمارتها وعمارة البيعة ووفقه الله واجرى الخيرات على يده واسام جماعة من المطارنة والاساقفة منهم مطوس مشبلان دير باقوقا مطرانا على الموصل وحده ويبلاها اسقف ماردين مطرانا على نصيبين ويوحنا الموصلى مطرانا على حسدان الخ.

Simul autem à sua consecratione ordinavit quatuor supra viginti Diaconos. Inde ad cellam in Ædibus Romæorum positam profectus, eandemque dirutam contemplatus, reædificari imò cum ecclesia jussit: favitque ejus conatibus Deus, operaque ipsius usus, multa contulit ecclesiæ beneficia. Porrò Elias plures Metropolitas & Episcopos ordinavit, atque inter cæteros Titum cænobii Kokensis directorem, Mosuli & Hazæ Metropolitam præfecit; & Jaballaham MARDINI Episcopum ad Metropolitanam Nisibis ecclesiam promovit: Joannem denique Mosulanum Hamdanæ Metropolitam instituit &c. Idem in vita Jaballahæ.

يبلاها الثاني من اهل الموصل وكان اسقفا على ميافارقين ثم مطرانا على نصيبين ولما استتاح اليا ورد مع الابا الى بغداد للاختيار فى خلافة الناصر فاختير واسم فطركا الخ.

Jaballaha secundus, ex urbe Mosul, olim MAJAPHARCHINI Episcopus, deinde Nisibis Metropolita, demum post Eliæ obitum quum Bagdadum undecum Patribus ad novi Patriarchæ electionem sub Al-Nasero Chalipha convenissent, in Patriarcham electus ordinatusque fuit &c.

NOTA.

فضمّها اليه فكان هو قواما لها منذ كونها ولم تكن قبل حلول ذلك الاقنوم الالهى بمريم . فلما حلّ بها كوّن منها كيانًا وهو الطبيعة الانسانية وقوّمها بقوامه ... نومن بمسيح واحد موحد بتوحيد الاقنوم الموحّد بين اللاهوت وجوهر الناموت الضامّ لهما جميعًا بلا تخليه ولا احتيال ولا تغيير ولا فرقة انقطاع ولا تبوى ولا هو فى احدى الطبيعتين دون الاخرى ... مسيح واحد بلاهوته وناموته جميعًا وهو من جوهر الاب وروح القدس بلاهوته وهو من جوهر امه ومايو الناس جميعًا بناموته . يريد بارادة طبيعة ناموته فيفعل فعالها كله غير الخطية ؛ لان الخطية ليس من جوهر الطبيعة لكنها عرض داخل على الطبيعة فلذلك لزم بالمسيح مشيتان لكيانين تامين الالهى والنى وجنسان تامين خالق ومخلوق مضمومان بلا تخليط باقنوم واحد جامع للكيانين بتوحيد خاصته بلا فرقة منقطعة : يتكلم بخاصة اقنومه الواحد كلام الكيان الالهى وكلام الكيان الانسى . ليس المتكلم بالكلام الالهى اخر والمتكلم بالكلام الانسى اخر لكنه مسيح واحد الذى يتكلم بالكلامين كلاهما ويفعل الفعلين كلاهما بالمشيتين والطبيعتين كلتيهما : يشا بالمشيه الالهيه ان يفعل فعال اللاهوت فيفعله اين يشا وحيث يشا ... واذا فعل فعال الناموت مما هو افعال الجنس والطبيعة من الاكل والشرب واللباس والنوم والحزن والمصايب والموت فقد حقق بذلك ناموته وانه انسان تام بالطبيعة ... اذ قال اني ابن الله فعن لاهوته تكلم . واذ قال انى ابن الانسان فعن ناموته يتكلم . المتكلم واحد والايات له والمصايب له . وهو الفاعل لهذه بلاهوته والمحتمل لتلك بناموته . غير مصلوب ولا ميت بلاهوته . لان التغيير والمصايب والموت من ذات الناموت وليس من ذات اللاهوت لانها بريه من جميع ذلك كله ..... فقد اكتفينا بما شرحناه وقلناه من اتحاد لاهوت سيدنا المسيح بناموته ووحدانية بنوته وربوبيته واستبان لكل ذوى عقل وتمييز ان المسيح واحد بتوحيد القوام الواحد قوام الكلمة الازلى ذو طبيعتين الاهية لم تزل وانسية خلقها له وتبين فساد ما اعتقد النسطورية واليعقوبية ... ومن احبّ ان يعلم ذلك خطًا مشروحًا فليقرء كتابى

الذى

verus ex Deo vero, meque immerentem urbi Amidæ & Majapharchino cæsorum martyrum fonti præfecit, ut rationales oves suas pretioso suo sanguine in vertice Gogolthæ redemptas pascerem, quum nonnullos immorigeratos indoctosque vidissem in historiis suis de orthodoxo populo nostro falsos circa fidem rumores in vulgus disseminantes, perinde acsi catholici nequaquam simus: zelo charitatis timorisque Dei commotus dixi: Ubinam est timor Dei in iis, qui loquuntur mendacium? &c. Primùm igitur quæ nostra sit in sanctam consubstantialemque Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum fides demonstraturus, dico. Credimus in Deum &c. Hîc quum Trinitatis mysterium juxta Nicænum & Constantinopolitanum Symbolum breviter exposuisset, de Verbi incarnatione cum ecclesia catholica adversùs Nestorianos, Monophysitas & Monothelitas pugnat. Ejus verba accipe.

وان فى اواخر الزمان من اجلنا نحن البشريين ومن اجل خطايانا ابن الله القنوم المسجود وهو قنوم البنوه نزل الينا واخذ له من ابنة داود البتول القديسة مرت مريم جسدًا كاملًا بالنفس والعقل مثلنا فى جميعها سوى الخطية اذ مع ذلك السلام الملان من الحياة الذى اوتى به مع رسول الرضى جبرائيل الى السيدة البتول ذات الطوبى التى فى جوابها له قالت مذعنة ها انا امة الرب فليكون لى كقولك حلّ الله الكلمة فيها واتحد بالانسان المتجسد بقوة روح القدس فى احشايها وصار واحدا معه بالشخص والبنوه مع بقا الطبيعتان اذ نقرّ ونعتقد انه اخذ جسدًا كاملًا ذو نفس وعقل وليس كما توهموا الضالين وضنوا انه من النفس والعقل خاليًا ... فهو مسيح واحد قبل تجسده ومن بعد تجسده . فهو اياه المولود من الاب بتوحيد اقنوم البنوه ذو الجوهر الالهى السابق من قبل الدهور كلها بلا ام : وهو اياه المولود من مرت مريم فى اخر الزمان بلا اب بتوحيد ذلك القنوم بعينه ذو الجوهرين الالهى والانسى المجتمعان فى ذلك الاقنوم .... طبيعة المسيح الالهيه ازليه لم تزل بقوامها . فلذلك القوام هو الذى اخذ الطبيعة الانسانية

التى يدعى كتاب الجدال بين المخالف والنصراني فان فى ذلك الكتاب مجمل مقالة النصرانية اعنى الملكية وردت على كل من خالفها .

Item credimus, in fine temporis pro nobis hominibus & propter peccata noſtra Filium Dei, perſonam adorandam, hoc eſt, perſonam Filiationis, ad nos deſcendiſſe, ſibique ex filia David ſancta Virgine domina Maria aſſumpſiſſe corpus anima menteque perfectum, nobis in omnibus ſimile, præter peccatum. Quum enim ab Angelo pacis Gabriele domina beatiſſima Virgo pleniſſimum vitæ nuncium accepiſſet eique conſentiens reſpondiſſet, ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum, Deus Verbum in illam deſcendit, & corporato virtute Spiritus ſancti homini intra viſcera ejus unitum fuit, factumque eſt in perſona atque filiatione duabus permanentibus naturis cum illo unum. Confitemur itaque, & credimus divinum Verbum corpus anima menteque præditum ſuſcepiſſe, erroneam eorum opinionem repudiantes, qui corpus Deo Verbo unitum mente animaque caruiſſe docuerunt ..... Unus ergo eſt Chriſtus ante & poſt incarnationem: idemque eſt qui in unitate perſonæ filiationis divinam ſubſtantiam ſimplicem ante ſæcula à Patre ſine matre genitus accepit, quique in fine temporis ex domina noſtra Maria ſine patre natus eſt in unitate illius ipſius perſonæ, duas continens jungenſque in eadem perſona ſubſtantias, divinam atque humanam ..... Divina Chriſti & ſempiterna natura haudquaquam amiſit ſubſiſtentiam: quare ſubſiſtentia illa eadem eſt, quæ naturam humanam aſſumens, eam ſibi conjunxit, factaque eſt ejuſdem ſubſiſtentia ab ipſius conditionis primordio: nec enim ante divinæ perſonæ in Mariam illapſum exſtabat; ſed in illam divinum Verbum deſcendens, phyſicum principium condidit, humanam ſcilicet naturam ſuumque ipſi ſubſiſtentiam præſtitit .... credimus in unum Chriſtum, unum, inquam, unitate perſonæ, quæ divinitatem cum ſubſtantia humanitatis ſimul univit conjunxitque abſque dimiſſione, aut converſione, aut mutatione, aut ſeparatione, aut deciſione, aut alienatione: neque enim in una exiſtit natura ſeorſim ab altera ..... Chriſtum proinde dicimus unum in ſua deitate ſimulque unum in ſua humanitate; Patri quidem & Spiritui ſancto in ſua deitate, matri verò cæteriſque hominibus in ſua humanitate conſubſtantialem: qui humanæ quidem naturæ voluntate vult, omneſque ejus operationes excepto peccato operatur: peccatum enim ad ſubſtantiam naturæ non pertinet, ſed ex inobedientia naturæ accidit .... Atque inde conſequens eſt, Chriſtum duas habere voluntates ob dualitatem naturarum perfectarum, divinæ ſcilicet & humanæ duaſque origines, creatam & increatam abſque commiſtione in una perſona copulatas; quæ naturam utramque ſuæ proprietatis unitate inſeparabiliter conjungit. Chriſtus ergo ſuæ unius perſonæ proprietate divinæ naturæ verba atque humanæ loquitur; neque qui divina verba loquitur alius, atque alius qui humana, ſed unus eſt Chriſtus, qui utraque pariter verba loquitur, & utramque operationem pariter operatur in duabus voluntatibus & naturis: qui divina quidem voluntate operationes Deitatis operatur ubi & quando vult .... Quum autem humanas operationes operatur, & ea, quæ ad humanam originem naturamque pertinent facit, velut comedere, bibere, veſtibus contegi, dormire, contriſtari, pati, & mori; veram humanitatem ſuam oſtendit, ſeque verum & perfectum natura hominem confirmat ..... Quum ergo ſe Dei filium affirmat, id ad ſuam divinitatem retulit: quum autem ſe filium hominis appellat, de ſua humanitate intellexit. Qui ergo loquitur unus eſt, & ipſius ſunt miracula & paſſiones, ipſeque unus eſt qui illa in ſua divinitate facit, & iſtas in ſua patitur humanitate. Non ergo crucifixus eſt nec in

ſua

ſua divinitate mortuus: quandoquidem mutationes & paſſiones atque mors humanitatem ſequuntur, divinitatique neutiquam accidunt, quæ iſta pati nequit.... Atque hæc dicta ſint ſatis ad confirmandum ea, quæ hucuſque diſſeruimus de unione divinitatis Domini noſtri Chriſti cum ejuſdem humanitate, atque unicitate ejuſdem filiationis & deitatis: quibus demonſtratum fuiſſe reor doctis & ſapientibus, Chriſtum unum eſſe unitate unitæ ſubſiſtentiæ, quæ eſt ſubſiſtentia ſempiterni Verbi; duas verò habere naturas, divinam nempe indefectibilem, & humanam ab ipſo ſibi conditam: indidemque oſtenſum fuiſſe Neſtorianorum Jacobitarumque errorem..... Si quis verò prolixiorem plenioremque de his tractationem cupit, librum meum perlegat, cui titulus, Diſputatio inter hæreticum & chriſtianum: in eo quippe opere chriſtianorum, hoc eſt, Melchitarum fidem vindicavi, ejuſque confutavi impugnatores. Hucuſque Michaël.

III. Diſputatio inter catholicum & hæreticum.

Hinc liquet I. alterum ab auctore opus publicatum fuiſſe, cui titulus, *Diſputatio inter hæreticum & chriſtianum.* II. Eundem etſi gente rituque Chaldæum, relictis patriis, hoc eſt, Neſtorianis erroribus fidem Melchitarum ſuſcepiſſe, orthodoxam ſcilicet quoad Verbi incarnationem. An autem Melchitas, ſeù Syros Arabaſque Græci ritus, etiam in iis ſequutus fuerit, in quibus à ſacroſanctâ Romana Eccleſia per ea tempora diſſentiebant, non conſtat.

CAPUT L.

Georgius Varda.

Georgii Vardæ carmina.

GEORGIUS cognomento ورده *Varda*, hoc eſt, Roſa, celeberrimus apud Neſtorianos hymnographus, ſæculi decimi tertii chriſtiani ſcriptor, Carmina Syriaca edidit, quæ recenſui Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 581. 582. & 583. Cod. Syr. Amid. 1. 7. & 8. ex quibus ejus ætas colligitur: nam carmine 52. & 53. (Cod. Syr. Amid. 7.) calamitates ſui temporis, quæ ab anno Græcorum 1535. ad annum 1538. contigere, deplorat. Iis inſertum legitur *Carmen de Amore doctrinæ*, cujus initium: لاهوا وهب معلمنا *Deus largire doctrinam*: quod tamen codices manuſcripti omnes ſancto Ephræmo Syro adjudicant.

CAPUT LI.

Maſudus Kaſcia.

I. Maſudus Kaſcia medicus.

MASUDUS مسعود *Hachima*, hoc eſt, ſapiens, ſeù medicus, cognomento 1 Kaſcia, Gregorii Abul. pharagii Barhebræi æqualis fuit, qui in hiſtoria Dynaſtiarum pag. 341. hæc de ipſo refert. *E medicis etiam hujus temporis* (ſæculi chriſtiani decimi tertii) *celebrioribus fuit* معود البغدادى المعروف بابن القف: *Maſud Bagdadenſis, qui Ebnol-Kaſſ audiit, medicus ſolers & excellens. Chaliphæ* 2 *Almoſtaſemo* المستعصم *ope-*

1

2

NOTA.

1 *Kaſcia.* Syriacè قشا *Bar-Kaſcia*, ſeu قشا بيت *Beth-Kaſcia*; Arabicè ابن القف *Ebn-al-Kaſſ*; hoc eſt, Presbyteri filius.

2 *Almoſtaſemo.* Is periit circa annum Hegiræ 656. qui anno Chriſti 1258. die 8. Januarii inchoatus fuit.

operam collocavit, eique se privatim addixit, ipsius uxoribus, liberis, & peculiari famulitio medicando, & ad magnam apud ipsum dignitatem evectus est. Quum autem contigisset Bagdadi quod contigit (hoc est, quum à Mogulensibus ea civitas capta esset, & Almostasemus interfectus,) *ab hominum consortio subductus, domi suæ se continuit, donec moreretur, relicto filio suo* غرس النعمة ابى ناصر *Gorsol-Neemat Abi-Nasro. Porro fuit & Abu-Nasr vir eximius, intellectu pollens, varia scientiarum genera calleus, fundamentorum geometriæ peritus, quique ejus difficultates solveret. Gracili autem corpore fuit, valetudine varius, ptisanâ continuè tàm æstate, quàm hyeme utens: fuitque diæta ejus medicinale quid & modicum. Mortuus est ætate jam ad senium vergente.*

Fratrem habuit Isam, de quo hæc idem Abulpharagius in cit. hist. pag. 342. *Ex eorum etiam numero fuit medicus* عيسى البغدادى المعروف بابن المطيرى. *Isa Bagdadensis, qui audiit Ebnol-Kassis Hadirensis. Fuit pater ipsius medicus eximius, sub quo studiis operam dederunt homines, & ab ipso didicerunt. Fuit autem hic temperamenti acrioris, subito irascens. Intercessit mihi cum ipso disputatio de eo quod Syri noctem diei præmittant, argumento ex textu Legis sumpto, videlicet quod dixerit Deus, Fuitque vespera & fuit mane dies unus: &c. Diu autem vixit, & admodum senex mortuus est.*

II. Ejus carmina.

Exstat ejus *Carmen Syriacum de Epiphania Domini*, cod. Syr. Amid. 7. (Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 582.) hoc præfixo titulo. ܗܲܡܝܡܹܐ ܒܹܝܬ ܟܲܣܝܵܐ ܥܲܠ ܬܹܐܘܼܦܵܢܝܵܐ ܕܡܪܲܢ : *Hachimæ Beth-Kascia carmen de epiphania Domini nostri.*

CAPUT LII.

Simeon Presbyter, & Monachus.

I. Simeon Presbyter & monachus.

SIMEON Monachus & Presbyter Nestorianus, tertiodecimo christiano sæculo innotuit, Joannis Zugbi, de quo suprà pag. 307. dictum est, æqualis. Ab eodem Joanne laudatur, quod de sacro Eucharistiæ & Baptismi fermento ab Apostolis, ut ajunt Nestoriani, ad suam ætatem traducto ex antiquis sibi codicibus historiam narraverit. Ea de re Tractatum scripsit idem Simeon, qui exstat in codice Syr. 17. fol. 63. (To. 2. Bibl. Orient. pag. 498.) hoc titulo prænotatum: ܫܐܠܬܐ ܘܫܐܪܝܬܐ ܕܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܥܠ ܡܫܪܝܬܐ ܘܥܠ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܥܠ ܣܗܕܘܬܐ ܕܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܥܠ ܡܫܪܝܬܐ ܘܥܠ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܥܠ ܣܗܕܘܬܐ. *Quæsita Domini mei Simonis Cephæ de divinis Sacramentis, & de Baptismo, undenam originem ducant.* Ubi ejus codicis descriptor, ut fabellæ illi majorem fidem conciliaret, loco Simeonis Presbyteri Nestoriani, nomen Simonis Cephæ, seù Petri Apostolorum principis obtrusit. Hunc autem tractatum non esse librum aliquem sub nomine Petri Apostoli olim ab hæreticis confictum, sed Simeonis ipsius Presbyteri Nestoriani fœtum, liquet primo ex eo quod idem Simeon ejus initio disertam mentionem facit libelli, quod sub nomine Simonis Petri circumferebatur, testaturque se ex ipso narratiunculam suam hausisse, ut ex infrà dicendis patebit. Deinde Joannes Zugbi in suo carmine *de Baptismo & Eucharistia*, de quo suprà hoc tom. pag. 309. postquam eandem fabulam de utriusque Sacramenti fermento tradidis-

didiſſet, hæc ſubjungit: ...

Hæc hiſtoria eſt, quam Petri nomine prænotatam legi, eamque lectoribus hujus epiſtolæ noſtræ, quo ſe habet modo propoſui. Ejuſdem hiſtoriæ teſtis eſt Presbyter Rabban Simeon, qui illam mihi primus narravit, ejus exemplum oſtendens. Duos itaque de ea re tractatus ſe legiſſe aſſerit Joannes: quorum alter nomen Simonis Petri præferebat; alter à Simeone Presbytero concinnatus, poſtquam eundem Petri nomine inſcriptum libellum legiſſet.

II. Quid de fermento Euchariſtiæ, & Baptiſmi fabulatur.

Summam hujus fabellæ accipe. Panis euchariſtici à Chriſto in cœna conſecrati Particulas ſingulis Apoſtolis diſtributas, ab his omnibus ſumptas fuiſſe, præterquàm à Joanne Evangeliſta. Hunc enim traditam ſibi Particulam conſervaſſe uſque ad Pentecoſten, ex eaque tamquam ex Fermento Panem Apoſtolos confeciſſe, quo primam Liturgiam in cœnaculo celebrarunt: atque ita fermentum ſacrum ex uno in alterum panem euchariſticum per Adæum & Marim Apoſtolorum diſcipulos ad Syros Orientales traductum, quod ab iis aſſerit ſanctiſſimè aſſervari. Item ab eodem Joanne Evangeliſta, refert, Aquam, quæ ex latere Chriſti effluxit, in urceo collectam, Fermentum alterum aquæ baptiſmalis fuiſſe, & ab eodem Adæo unàcum fermento Euchariſtiæ Syris Orientalibus traditam. Fabulam fabulis confirmat. Id enim ſe hauſiſſe teſtatur ex antiquorum Patrum doctrina, imò ex ipſo Evangelio.

...

Quemadmodum, inquit, *literis mandavit mar Theodorus* (Mopſveſtenus) *divinorum librorum commentator, nobiſque hæc expoſuit in libro, qui Arcanorum inſcribitur: idemque nobis teſtatum reliquit S. Ephræmus in libro Speluncæ Theſaurorum* (de quo ſuprà pag. 287.) *& S. Joannes Chryſoſtomus, qui omnes blaſphemiarum modos dubiaque à Diabolo circa adorandam Domini noſtri Jeſu Chriſti diſpenſationem excitata ſuſtulit, precibuſque à Domino impetravit, ut beatam Dominam Mariam, beatumque Joannem Evangeliſtam ſuſcitaret, atque ita corde, intellectu & mente hæſitantibus dubitationem amputaret: & quemadmodum beatus Joannes Evangeliſta in ſacro nobis teſtatur evangelio; ipſe Joannes divinorum horum ſacramentorum fundamentum fuit ſancti nimirùm Fermenti & ſancti Baptiſmi &c.* Et paucis interjectis. ...

ܐܘܕܝ ܡܪܝ ܡܐܡܪܐ ܕܟܫܪ ܐܡܪ ܠܟ ܡܕܡ
ܕܚܙܝܢ ܐܢܚܢ ܟܕ ܫܡܥܢ ܡܢ ܟܬܒ̈ܐ ܕܐܠܗܐ ܡܢ
ܐܝܢܓܠܝܘܢ ܕܝܘܚܢܢ ܡܢ ܟܬܒ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ
ܕܩܕܫ ܡܢ ܡܐܡܪ ܐܦܪܝܡ ܡܢ ܩܕܫ ܝܘܚܢܢ
ܦܘܡܐ ܕܕܗܒܐ ܘܡܢ ܟܬܒ̈ܐ ܓܢܙ̈ܐ ܗܘ ܐܡܪ.

Audi domine lector, teque de his perſuaſum reddam, ſicut vidimus, & percepimus ex divinis libris, ex Joanne Evangeliſta, ex libro ſancti Simonis Cephæ, ex ſancto Ephræmo, ex ſancto Joanne Chryſoſtomo, & ex libris Arcanis. Hæc ille. Ubi per *Arcanos libros* perque *librum Simonis Cephæ*, eos fortaſſe intelligit, qui in Arabicam linguam converſi Clementiſque nomen falsò præferentes exſtant cod. 39. Tom. 2. Biblioth. noſtræ pag. 508. Quod verò de beata Virgine ait ſanctoque Joanne Evangeliſta à Chriſto Domino rogatu Joannis Chryſoſtomi ad vitam revocatis: id nimirùm, ut & cætera quæ hìc de Neſtorianorum fermento narrantur, purum putum eſt Simeonis commentum; quaſi verò aut beata Virgo paulò poſt naturalem mortem, ut communis eſt eccleſiæ catholicæ ſententia, non fuerit ad vitam revocata & in cœlum aſſumpta; aut tanti referret de illius abſurdiſſimi fermenti veritate doceri. Confer quæ de eodem fermento dicta ſunt ſuprà ex Joanne Zugbi p. 309.

CAPUT LIII.

Denha Patriarcha.

1. Denha Neſtorianorum Patriarcha.

DENHA ex Arbelæ & Hazæ epiſcopo Neſtorianis Patriarcha præfuit ab an. Chriſti 1265. ad an. 1281. cujus geſta deſcribit Amrus in hæc verba. دنحا . هذا الاب كان حسن الشيبه تام القامة تقيا طاهرا كثير العلم عارفا باصول اللغة السريانية صبا للعلم والتعليم وهو من الروستاق وصار مطرانا على اربل وجزء وهو دون الثلثين سنة لقفاه وكثرة علمه . ولما امتنع مكيخا ورد مع الابا للاختيار . فاتفق عليه جميع الابا والمومنين وكتبوا له بالرضا ولم يخالف عليه احد ولما نهى ذلك الى ابقا خان عرفه بالخلعة السنية والغرمان والبايزه والجتروجا فى خدمته الامير يعقوب والساعور بريخا وثلثة امرا مغل ولهم الاقامه والاولاق للركوب على الديوان اين نزلوا واميم بالمدايين فطركا وعليه البيرون وردى يوم الاحد الثالث من قداس البيعة الذى عنيته

هذا هكبس مهدنر

خامس عشر تشرين الثاني سنة الف وخمسايه سبعه وسبعين يونانيه . وحضر الاساميد السايوم اليا مطران جنديسابور وشمعون مطران الموصل واليا مطران باجرمى ويوحنا مطران اربيجان وعمانويل اسقف الطيرهان وهوكان الاركدياقن وبرخيشوع اسقف البوازيج وصليبازخا اسقف اخلاط وبرخيشوع اسقف الواسطه ويوحنا اسقف كمول وايشوعدناح اسقف ماردين ومارنعمه اسقف بلايال وايشوعزخا اسقف بابغاش وعبديشوع اسقف معلثايا وملكيشوع اسقف بانوهدرا وشمعون اسقف التل وبربرى ومق اسقف دامن وكان اسياميده فى غاية ما يكون من العظمه . وتقبل فى دير مار ماري الصليح وعاد الى بغداد وسكن فى القلايه بدار الخليفه التى على الدجله ودبر الكرسى احسن تدبير واقام الاسكولات من ماله وعمر البيع والاديره واحيا العلم بعد دروسه . وامتنع ليلة الاثنين اول الصوم المارابي رابع عشرين شباط سنة الف وخمسايه اثنين وتسعين يونانيه وخلا الكرسى بعد ثمان شهور ودفن بالبيعه الجديده وكانت مدة رياسته سنة عشر سنة وثلثه شهور ولما اخذت المسلمين هذه البيعة من النصارى امروا ان تنبش المقابر وتوخذ الموتى منها فاجتمع النصارى الى البيعة المذكورة يوم الخميس رابع عشرين ربيع الاخر سنة خمس وتسعين وسقايه هلالية الموافق لشهر ادار سنة الف وسقايه وسبعة للاسكندر ونقلوا اجساد الابا الذين كانوا بالبيعة المذكورة وهما مار مكيخا ومار دنحا واتوا بهما الى بيعة سوق الثلثه واغلقوا المومنين لذلك عظمها وصلوا عليهم يوم وليلة ودفنوا مكيخا فى القنكى ودنحا فى بيت العماد وعمل لهم فى ذلك اليوم

وهو

دهـــو يـــوم الـــجـــمـــعـــة دكـــران ٥

DENHA. Hic pater fuit ſenex venerabilis, juſtæ ſtaturæ, pius, caſtus, doctrina abundè inſtructus, elementorum linguæ Syriacæ gnarus, ſcientiæ eruditionisque amans: in oppido, quod Roſtachum appellant, natus, ob eximiam, qua commendabatur probitatem doctrinamque Arbelæ, & Hazæ metropolita creatus eſt, quum trigeſimum ætatis annum nondum attigiſſet. Defuncto 1 *autem Machicha, ad electionem ſucceſſoris unà cum Patribus acceſſit, omniumque epiſcoporum ac fidelium votis, nemine prorſus diſcrepante electus fuit: quorum conſenſu accepto, regue ad* 2 *Abakam Chanum* (Mogulenſium Tartarorumque Regem) *delata, pretioſa veſte ab eo de more donatus, diplomate inſuper regio munitus, cuſtodiaque ſtipatus, comitante Jacobo duce, & Baricha Viſitatore, unàcum tribus Mogulenſibus ducibus, commeatu ac vehiculis ex publico ipſis aſſignatis quocumque eos divertere contigiſſet, ordinatus eſt Modainæ Patriarcha, pallio indutus roſaceo, Dominica tertia Dedicationis Eccleſiæ, cujus canticum incipit,* Quàm glorioſum tabernaculum tuum, *die decima quinta Teſri poſterioris* (Novembris) *anno Græcorum milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Ordinationi interfuere Elias Gandiſaporis metropolita, qui manum ei impoſuit, Simeon metropolita Moſul, Elias metropolita Bagermæ, Joannes metropolita Adorbiganæ, Emmanuel Epiſcopus Tirhanæ, qui Archidiaconi munus geſſit: Brichjeſus Buazichæ epiſcopus, Salibazacha epiſcopus Chalatæ, Brichjeſus epiſcopus Vaſetæ, Joannes epiſcopus Camulæ, Jeſudenah epiſcopus Mardini, Maranames epiſcopus Badial, Jeſuzacha epiſcopus Ba-Bagas: Ebedjeſus epiſcopus Maaltajæ: Melechjeſus epiſcopus Ba-Nuhadræ: Simeon epiſcopus Telæ & Barbariæ: & Matthæus epiſcopus Daſenæ. Ordinatione autem qua majori potuit celebritate peracta, in cœnobio S. Maris Apoſtoli exceptus eſt, deinde Bagdadum regreſſus, habitavit in tella in ædibus Chaliphæ ſuprà Tigrim fluvium ſitis: quumque Sedem optimè rexiſſet, Scholaſque ære proprio, necnon eccleſias & cœnobia exſtruxiſſet, bonaſque artes ab interitu vindicaſſet, deceſſit nocte feriæ ſecundæ, ineunte jejunio dominico, die vigeſima quarta Sebat* (Februarii) *anno Græcorum milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo. Vacavit Sedes poſt ipſius obitum menſes octo. Cadaver in nova eccleſia conditum. Sedit annos ſexdecim cum tribus menſibus. Quumque hanc Moſulmani eccleſiam chriſtianis abſtuliſſent, tumuliſque effoſſis cadavera aſportari juſſiſſent, in eadem eccleſia feria 5., die 14. Rabii poſterioris an. lunari ſexcenteſimo nonageſimo quinto, hoc eſt, menſe Martio anno Græcorum milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo, chriſtiani congregati inde oſſa patrum, Machichæ ſcilicet & Denhæ, quæ ibidem jacebant, ad eccleſiam tertiæ regionis magno cum luctu tranſtulere, precibuſque ſuper eis die nocteque recitatis, Machicham quidem in cancellis, Denham autem in Baptiſterio depoſuere, eademque die, quæ erat ſexta feria, eorum commemoratio peracta eſt.*

Eadem de obitu Denhæ Barhebræus: qui eum Joannis nomen prætuliſſe ſcribit, diſſidiumque cum Simeone Bar-Kalig Sinarum metropolita habuiſſe, ejuſque in carcere defuncti loco Jaballaham, ſuum poſtea in dignitate Patriarchali ſucceſſorem, ordinaviſſe. Vide To. 2. pag. 255. & 257.

Ex-

NOTÆ.

1 *Defuncto Machicha*. Is obiit Sabbato poſt Dominicam in Albis die 18. Aprilis, anno Græcorum 1576. Chriſti 1265. ut idem Amrus in ejus vita affirmat. Alius ab eo, de quo ſuprà cap. 42.

2 *Ad Abakam*. Barhebræus in ſua ipſius vita refert, eodem anno & Machicham Neſtorianorum Patriarcham, & Hulachum Tartarorum regem deceſſiſſe: Dokuſcatonæ autem reginæ opera Denham Machichæ ſuffectum fuiſſe. Vide Tom. 2. pag. 251.

II. Ejus fides. Exſtat Arabica Denhæ *Fides*, cod. Syr. 5. fol. 169. (Tom. 2. Bibl. noſtræ pag. 488.) quæ ab amanuenſi exarata dicitur anno Græcorum 1902. Chriſti 1591. ubi Denha ſymbolum Nicænum exponit.

CAPUT LIV.

Gabriel Metropolita Moſulanus.

I. Gabriel ex monacho cœnobii Cochenſis, Moſulanus metropolita. GABRIEL Moſulanam Neſtorianorum eccleſiam metropolita regebat anno Græcorum 1593. Chriſti 1282. quo Jaballaha in Denhæ locum ejuſdem gentis Patriarcha inauguratus fuit, ut ex Amro notavi tom. 2. pag. 456. Obiit ante annum Græcorum 1629. Chriſti 1318. quo Timotheus Jaballahæ ſucceſſor Synodum celebravit, cui Simeon Moſulanus Archiepiſcopus ſe ſubſcripſiſſe legitur cod. Syr. 14. Tom. 2. Biblioth. noſtræ pag. 497.

II. Ejus carmina. Quum in cœnobio Sabarjeſu in Coche monaſticam vitam profiteretur, *Carmen* Syriacum edidit, in quo poſtquam de mundi creatione, deque Incarnatione & œconomia Verbi, nec non de prædicatione Apoſtolorum & de laudibus Patrum atque Doctorum diſſeruiſſet, encomium Sabarjeſu texit, ejuſque geſta deſcribit. Exſtat cod. Syr. Vat. 32. pag. 33. & cod. Syr. 7. (Tom. 2. Biblioth. noſtræ pag. 488.)

Ejuſdem Gabrielis, ut videtur, fœtus eſt *Apologia pro Apocalypſi S. Pauli Apoſtoli*, quæ unàcum apocrypha ejuſdem S. Pauli Apocalypſi exſtat in eodem cod. Syr. 7. prædicto Syr. carmini præmiſſa.

CAPUT LV.

Chamiſius Kardachi.

I. Chamiſius Cardachi, hymnographus. CHAMISIUS [1] Bar-Cardachi ; hymnographus Neſtorianus, alius à Chamiſio Joannis Themanonæ epiſcopi patre, de quo ſuprà pag. 256. diſſerui, vixit exeunte ſæculo chriſtiano decimo tertio, Gregorio Abulpharagio Barhebræo poſterior, cujus carmina, ut mox dicam, interpolavit. Obiit autem Barhebræus anno Græcorum 1597. Chriſti 1286. ut notavi tom. 2. pag. 266. Chamiſius verò Joannis pater ante annum Chriſti 1100. ut hoc tom. pag. 257. dictum eſt.

II. Ejus carmina. Ejus *carmina* Syriaca recenſui tom. 1. pag. 582. & tom. 2. pag. 489. Exſtant in Biblioth. Vat. cod. Syr. 32. (quem Eſau Presbyter Iſaaci filius ex Tela Moſulanæ urbis pago anno Græc. 1789. exaraſſe dicitur) fol. 1. مُدامِذا لَا لَكُوهُدا مِلَا حِمْنُوا وَهُمْ وَبِهُدْهُا حَمْلًا وَحِمْهِ : حِمْنُوا حَمْنُوحَ هُوَسُا *Carmen de rebus divinis, & de perfectione morum eorum, qui ſapientiam indefeſſo labore quærunt*, quod Barhebræus quidem compoſuit; ſed Chamiſius binis quibuſque ejus verſibus alios duos adjecit citra ullum contextus aut ſententiarum hiatum, ut tom. 2. pag. 308. obſervavi. A fol. 62. ad 248. لَحْمِنُوا مِحْمَدِا . وِلَا مِنْحِدُا وِحُوْنُدُا *Cantus* diverſi paræneticī, & *carmen de communi reſurrectione*.

CA-

NOTA.

1 *Chamiſius Bar-Cardachi*, hoc eſt, Quintus fabri ferrarii filius.

CAPUT LVI.

Timotheus II. Patriarcha.

I. Timothei II. Patriarchæ ætas.

TIMOTHEUS hujus appellationis Secundus Neſtorianorum Patriarcha, in locum Jaballahæ, qui die 13. Novembris anni Græcorum 1629. Chriſti 1317. obiit, ſuffectus fuit menſe Februario anni Chriſti 1318. poſtquam Moſulanæ & Arbelenſi eccleſiis metropolita præfuiſſet, ut liquet ex Ebedjeſu Sobenſi in epitome Canonum Synodalium ad calcem Partis V. ubi de celebrata in ejus electione Synodo ſic præfatur: حمو همكه وكلوا

Ope Dei Patris, & auxilio Filii dilecti, & virtute ſancti ejus Spiritus deſcribo canones de eccleſiaſticis ordinationibus conditos, quum in Patriarcham & Catholicum electus fuit pater noſter mar Timotheus metropolita Arbelenſis, cui in metropolitica dignitate nomen fuerat mar Joſeph, quique antequam Sedem Arbelenſem tenuiſſet, Moſulanam Metropolim rexerat: defuncto autem & à temporaria hac vita ad vitæ luciſque regionem translato patre noſtro mar Abrahamo Arbelenſi metropolita, relicto Athurenſi (Aſſyrio, hoc eſt, Ninivitico & Moſulano) Throno, ad ejus locum translatus fuit. Hucuſque Sobenſis.

Addit, ejuſdem Synodi Præfationem & Acta deſcribens.

Primum, Confirmatio conditorum canonum, quum Timotheus *in Catholicum electus eſt. Ejus manu deſcriptam reperi in hæc verba.*

ܡܢ ܕܪܚܡܘܗܝ ܕܐܚܘܗܝ ܠܡܫܚܐ ܘ
ܒܗ ܘܠܐ ܫܟܚ ܠܡܪ ܠܐܟܣܢܝܐ
ܘܪܚܡܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܫܒܘܥܐ
ܗܘܐ ܕܚܢܦ ܚܛܐ ܕܐܒܐ ܘ
ܒܫܬܐ ܘܒܚܫܘܟܐ ܕܐܢܫܐ
ܐܠܐ ܕܐܠܗܐ ܕܝܢ ܡܫܪܐ
ܐܚܝܐ ܘܒܝ ܡܬܚܢ ܐ
ܕܠܐ ܫܡܥ ܠܗ ܡܢ ܐܢܫ
ܐܠܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܡܫܪ
ܐܢ ܐܢܫ ܠܐ ܢܫܬܘܩ ܐ
ܐܠܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܡܫ
ܐܢ ܐܢܫ ܠܐ ܢܫܬܘܩ ܐ
ܐܠܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܡ
ܐܢ ܐܢܫ ܠܐ ܢܫܬܘ
ܐܠܐ ܡܢ ܐܠܗ
ܐܢ ܐܢ

ܘܢܒܘܟܐ ܗܘ . ܠܐ ܡܪ ܚ
ܘܟܠ ܢܒܝܐ : ܗܘ ܕ
ܡܟܐ ܠܐܟܐ ܕ ܘ
ܒܫܡܐ . ܘܒܡܕ ܘ
ܕܐ ܐܢ ܡܢܕ
ܘܠܒܫܐ ܟ
ܡܟ ܠ
ܡܟ
ܡ



In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Canones iſtos confirmavi, ſanxi, & definivi ego Timotheus Catholicus Patriarcha Orientis, & Metropolitæ atque Epiſcopi, quorum nomina infra ſubjecta ſunt. In virtute itaque Dei principii expertis, & in verbo Filii ſempiterni, & in poteſtate Spiritus ejus ſancti interdiximus, ne cui hominum per ſe, aut ex accepta ab iis, qui deſiderabilia hujus ſæculi magis quàm Dei amorem diligunt, poteſtate fas ſit corrumpere, aut abrogare ullum canonem ex iis, quos in hoc volumine ſubjecimus, quoniam ſecundùm Dei voluntatem definiti fuerunt; nulluſque eorum, qui in hac Patriarchali Sede nobis ſunt ſucceſſuri, eorundem abrogationem moliatur, ſed ſicut pupilla oculi cuſtodiantur: quandoquidem recto & Deo gratiſſimo ſcopo ad communem utilitatem conſtituti ſunt. Quicumque verò temerario auſu quidpiam contra attentaverit, ab omni honore miniſterii eccleſiaſtici alienus eſto, iraque Dei de cœlo ſuper eum ejuſque complices & fautores deſcendat, ex univerſæ Chriſtianorum eccleſiæ voto & conſenſione. Hæc porrò definivimus, & ſtabilivimus in verbo Domini: definito autem tempore confirmatio iſta facta eſt, anno nimirùm primo regni Domini noſtri Regis regum mundi Abu-Saidi, cui annos & victorias apprecamur; anno videlicet Græcorum milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo nono, menſe Februario ejuſdem anni congregati ſumus nos Metropolitæ & Epiſcopi, quorum nomina infra ſubjiciuntur, ad electionem & ordinationem ſancti Patris noſtri præſtantiſſimi ac beatiſſimi Chriſtumque amantis Domini Timothei Catholici Patriarchæ Orientis, quem, oramus, Deus conſervet & roboret: omneſque communi amoris paciſque conſenſu per Dei voluntatem & adjutorium divinam ejus electionem peregimus, quoniam vidimus ea dignitate dignam honorabilem ejus perſonam, neque eſſe in hac ætate noſtra ipſi parem in ſpeculatione & praxi, neque eruditione, aut mentis acumine, aut perfecta regiminis prudentia, aut linguarum ac temporum cognitione. Poſtquam verò voluntate & ope gratiarum ejus qui omnia ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ facit, peracta eſt cum lætitia ejus benedicta ordinatio in eccleſia magna Cochenſi, quæ eſt in urbibus regiis Seleucia & Cteſiphonte juxta canonem & priſcum Chriſtianorum morem, ſeditque ſuper thronum Apoſtolicum ſancti Domini Maris Apoſtoli; primas ſui officii curas eſſe judicavit cano-

nes reſtituere, & regulas ad ædificationem & conſervationem Apoſtolicæ eccleſiæ atque pietatis religioniſque firmamentum utiles innovare, quibus chriſtianus populus augetur Deique gloria amplificatur, quarumque cuſtodia homines apud Deum miſericordiam atque in tempore anguſtiæ gratiam & auxilium inveniunt, ſine quibus nemo juſtificatur & vivit. Univerſi itaque in corde puro & conſcientia bona divinum ejus conſilium & Apoſtolicum mandatum accepimus, atque didicimus in veritate utilitatem & noſtram & communem omnium fidelium eſſe iſtorum canonum ſanctionem: idcirco cum gaudio eos ſuſcepimus, probavimus, & divinam eorum ſcriptionem ratam firmamque habuimus in verbo illius veracis, qui dixit: ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum: & decrevimus in verbo Domini qui omnia continet & gubernat, ego Joſeph metropolita Elamitidis: ego Ebedjeſus metropolita Niſibis: ego Simeon metropolita Moſul: ego Simeon metropolita Beth-Garmæ: ego Simeon epiſcopus Tirhanæ: ego Simeon epiſcopus Baladæ: ego Joannes epiſcopus Beth-Vazich: ego Joannes epiſcopus Sigaræ: ego Ebedjeſus epiſcopus Honitæ: ego Iſaac epiſcopus Beth-Darenæ: ego Jeſujabus epiſcopus Telæ & Barbeliæ: & ſanximus juxta ſanctionem noſtri communis Patris, cujus Deus vitam cuſtodiat, ſicut præſcribunt canones eccleſiaſtici, qui à ſanctis Apoſtolis atque à Patribus Occidentalibus & Orientalibus, quorum orationes nobis prodeſſe optamus, traditi ſunt; ut quicumque canones fuerit tranſgreſſus, neque ſecundùm Chriſti legem converſatus fuerit, & Patrum mandata contempſerit per Spiritus ſancti voluntatem ſtatuta; atque ſeipſum à communione abſtraxerit; alienus & abjectus ſit ab eccleſia Chriſti, omnibuſque eccleſiaſticis gradibus ſpoliatus: quicumque verò ea cuſtodierit, & compleverit, benedictio Domini ſit ſuper eum, & gratiam atque miſericordiam in utroque ſæculo conſequatur. Amen.

Sequuntur *Canones XIII.* quorum primo quidem approbatur collectio Synodica ejuſdem Ebedjeſu Sobenſis, in hæc verba. ܗܘ ܕܠܐ

ܘܥܢܝܢ ܗܟܝܠ ܡܕܝܢܚܐ ܕܐܒܗܬܐ ܘܐܒܗܬܐ
ܘܚܫܚܘܗܝ ܕܢܛܪܘܢ ܠܗܘܢ ܡܕܒܢܫܐ
ܕܐܠܗܐ : ܐܡܪ ܠܢ ܘܐܫܬ
ܢܒܝܐ ܡܐ ܕܐܡܪ ܕܐܝܟ ܕܐܢ
ܘܐܝܟ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܝ ܒܝܬܗ . ܘܐܦܩܕ
ܐܢܚܢ ܫܡܥ ܕܐܒܗܬܐ ܘܐܒܗܬܐ
ܕܡܠܐ ܕܫܡܝܗ ܕܐܠܗܐ ܕܐܡܪ
ܕܐܦ ܒܟܠ ܕܒܪ ܡܢ ܕܐܡܪ
ܕܐܝܟ ܕܐܢ ܐܝܬ ܒܝ ܒܝܬ ܐܠܗܐ
ܕܐܦ ܒܟܠ ܕܒܪ ܡܢ ܕܐܡܪ
ܕܐܝܟ ܕܐܢ ܐܝܬ ܒܝ ܒܝܬ ܐܠܗܐ
ܘ

ܘܟܬܒ ܠܗ ܟܠ ܡܕܡ ܕܢܗܘܐ
ܠܫܡܗ ܡܢܗܘܢ ܘܡܕܡ ܕܥܒܕ ܒܗ ܘܥܒܪ .

De libris Eccleſiaſticæ *viſitationis olim conceſſis hominibus quibuſdam, qui quum indigni eſſent, eccleſiæ regimen ſuſceperunt, & eccleſiaſticis judiciis præeſſe voluerunt, poteſtatemque exercuerunt abſolvendi à cenſuris, atque de ſponſalibus & matrimonio ſtatuere auſi ſunt: unde factum eſt, ut omnia corrumperent, eccleſiamque & fideles depravarent, ſepes perrumperent, canones conculcarent, corruptelas & abuſus plurimos inducerent; ſæculi nempe morem, & avaritiam, & pravas perverſæ ab origine animæ cogitationes, atque incompoſitas hominum affectiones ſequuti: De his, inquam, Viſitationum aut Procurationum libris, qui ſine delectu & examine illis conſcripti ſunt ſub Patre noſtro Domino Jaballaha Catholico, cujus animæ requiem precamur, aliiſve ante illum temporibus, hujuſmodi ſcriptionem hominibus perverſis & imprudentibus ſive ſcienter, ſive ignoranter procurantibus; decrevimus & definivimus in omnipotenti verbo Domini, ut quidquid præter legem factum fuit, minimè conſtet, & ab hac die ac deinceps conſtituatur canon & mandatum Viſitatoribus, qui è cella Patriarchæ viſitaturi loca ad negotia componenda tùm communia, tùm ſacra eccleſiarum ac monaſteriorum mittuntur, ut exacta inquiſitione & recto examine ſapientique perveſtigatione perquirant omniaque explorent; & ſic indignum quidem deponant & à propriæ poteſtatis gradu removeant, Patenteſque eidem literas auferant & ad cellam Patriarchæ deferant: dignum verò gradu, in quo fuit conſtitutus, quique omnia ſecundùm æquitatis leges agit, & ſecundùm Apoſtolorum & Patrum regulas gubernat, eſtque rectus, & prudens, atque in timore Dei converſatur alioſque regit; hunc in ſuo propoſito confirment, nec ullatenus mutent. Quicumque verò iſta tranſgreſſus fuerit, canoni verbi Do-*

mini subjaceat. Denique ad calcem Synodi, hanc Timothei benedictionem ex autographo descriptam repræsentat idem Sobensis. ܫܡܥܘܢ ܘܩܒܠ ܡܠܟܐ ܒܪ ܚܫܡܘܢ ܚܣܝܐ ܡܪܝ ܒܪ ܫܘܫܢ ܕܝܢ ܘܩܕܡ ܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܝܢ ܠܗ ܡܢ ܐܠܗ ܒܫܡܝܐ ܘܡܢ ܐܢܫ ܒܐܪܥܐ ܘܐܡܪ ܠܗ ܐܢ ܐܢܬ ܒܪ ܐܠܗ ܐܢ ܐܢܬ ܒܪ ܐܢܫ

& *Pontificatus*.

Sectio 3. *De speciebus sacerdotii.*

Sectio 4. *Circa quæ versetur unusquisque trium ordinum ecclesiasticorum, Diaconatus scilicet, Sacerdotium, & Pontificatus.* ex Dionysio.

Sectio 5. *Qua ratione nonnulli tres hierarchias novemque ordines in hac terrestri ecclesia numerarunt.*

Nimirùm, 1. Hierarchia, Patriarcha, Metropolita, Episcopus: 2. Hierarchia, Presbyter, Diaconus, Hypodiaconus: 3. Hierarch. Lector, Cantor, Exorcista. At verò Timotheus ex Dionysio tres tantùm ordines ponit, Diaconatum scilicet, Presbyteratum, & Episcopatum.

Sectio 6. *Non successionis jure sacerdotium derivari, sed ex impositione manus sacerdotali.*

Sectio 7. *De perfectione per manus impositionem: ac primùm de impositione manus Pontificatus.* Citat Synodicam epistolam Timothei I. Catholici.

Sectio 8. *De proprietatibus perfectionis Pontificalis.*

Sectio 9. *De impositione manus, & perfectione Sacerdotum.*

Sectio 10. *De impositione manus, & perfectione Diaconorum.*

Sectio 11. *Utrum Apostoli à Domino nostro tres hasce perfectiones acceperunt nobisque tradiderunt, an à seipsis?*

Sectio 12. *De signi crucis descriptionibus, quæ super singulos ordinandos fiunt, deque earum forma.*

Discrimen in forma describendæ super ordinandos crucis hoc inter Præsules Nestorianos fuisse notat Timotheus.

Mares, inquit, *& Joannes Catholici ab occipitio ad frontem, & ab aure dextra ad sinistram ordinandum signant. At verò Georgius Assyriæ Metropolita à fronte ad occipitium, & à dextra aure ad sinistram crucis signum format.*

CAPUT II. *De ecclesiæ consecratione.* ܦܨܠܐ ܕܥܒܕܐ ܡܕܒܚܐ ܘܡܫܚܐ ܘܟܘܪܝܐ. continet sectiones 7.

Sectio 1. *Quod nefas sit altare ingredi eum, qui manus impositionem sacerdotii non acceperit: neque ecclesiam intrare is debet, qui sacro baptismo sanctorumq; mysteriorum communione mundatus non fuerit.* ܡܢ ܕܠܐ ܩܒܠ ܣܡܟܬܐ ܕܟܗܢܘܬܐ ܠܐ ܢܥܘܠ ܠܒܝܬ ܩܕܫܐ ܘܠܐ ܢܥܘܠ ܠܒܝܬ ܩܕܫܐ ܐܢ ܠܐ ܐܬܛܗܪ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܒܣܘܕܝ ܪܙܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܠܐ ܐܬܟܣܝ ܒܦܪܘܫܬ ܡܫܬܬܦܘܬܐ ܕܩܕܫܐ ܩܕܫܝܢ ܘܪܙܐ ܕܡܫܝܚܐ.

2. *De olei consecratione, quo altare consignatur: & quid significet.* ܡܢ ܫܘܒܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܒܗ ܡܬܚܬܡ ܡܕܒܚܐ ܘܡܐ ܕܡܫܡܥ.

3. *Quomodo oleum consecretur?* ܡܢ ܐܝܟ ܡܬܩܕܫ ܫܘܒܚܐ ܘܡܫܝܚܐ.

4. *De precibus & inclinationibus, quæ in ejus consecratione fiunt.* ܡܢ ܨܠܘܬܐ ܘܟܪܥܐ ܕܥܒܕܝܢ ܒܗ ܘܒܫܘܒܚܗ.

Exponit ritum consecrationis olei.

5. *De consecratione altaris.* ܡܢ ܫܘܒܚܐ ܕܡܕܒܚܐ ܘܡܫܚܐ.

6. *De gemina consignatione, quæ fit in sancto sanctorum.* ܡܢ ܫܘܒܚܐ ܕܬܪܝܢ ܬܚܝܡܐ ܕܥܒܕ ܒܩܕܫ ܩܕܫܝܢ.

7. *Responsio ad hanc, quæ nobis fit, objectionem: Quare, quum semel consecratum unctumque sit altare, iterum illud consecratis & ungitis?* ܡܢ ܐܝܟ ܕܟܬ ܡܕܒܚܐ ܗܕܐ ܡܫܝܚ ܘܡܩܕܫ ܗܘܐ ܘܠܡܐ ܐܢܬܘܢ ܡܫܚܝܢ ܘܡܩܕܫܝܢ ܠܗ ܬܘܒ ܐܚܪܬܐ: ܐܝ ܡܢ ܛܥܡܐ ܕܐܡܪ ܡܪ ܐܦܪܝܡ ܡܦܫܩܢܐ ܕܟܬ ܐܦ ܒܪܫܢܐ ܘܒܚܡܫܐ ܡܬܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ ܘܡܩܕܫ ܗܘ Citat S. Ephræm Magnum

ܕܟܬ ܡܕܒܚܐ ܗܘ ܕܐܬܚܙܝ ܠܝܥܩܘܒ ܒܚܠܡܐ ܕܣܠܩ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܘܠܡܩܕܫܐ ܠܗ ܠܡܕܒܚܐ ܗܕܐ ܒܫܡܗ ܕܡܫܝܚܐ ܘܡܩܕܫ ܗܘ

ptiſmi nequaquam definierunt, ſicuti definierunt materiam Corporis, & Sanguinis, quum utramque materiam Dominus noſter tradiderit.

6. *De partibus ſubſtantialibus, ex quibus conſtituitur ſacer Baptiſmus.*

Haſce affirmat

partes eſſe ſubſtantiales, quarum una ſi deſit, Baptiſmum nequaquam perfici; aquam ſcilicet, oleum, ſacerdotem, & preces ſacerdotales. Nimirùm loquitur de Baptiſmo juxta ritum ab eccleſia præſcriptum, non ex neceſſitate perficiendo.

7. *Quare ante conſecramus oleum, deinde aquam Baptiſmi.*

8. *Quare quum oleum conſecratum in eccleſiis exiſtat, alterum conſecramus & conſervamus? & quid hoc ſignificat?*

9. *Per ſacrum oleum ut in Vetere Teſtamento, ita & in Eccleſia Spiritum ſanctum repræſentari.*

10. *Hoc oleum non eſſe vetus illud legale, neque ex eo derivatum.*

11. *De traditione ſacri olei.*

Apoſtoli, inquit, *illud conſecrarunt, & fidelibus tradiderunt.*

12. *Quare in hac olei ſpecie, non in alia traditum fuit?*

Græcos cæteroſque Orientales tacito nomine reprehendit, qui mortuorum cadavera oleo perungunt; Neſtorianos autem commendat, qui pulvere mortuos aſpergunt.

Plerique, inquit, *eccleſiaſtici, qui aliena dogmata tenent, defunctos ungunt, ajentes, etiam poſt obitum cum defunctis malas virtutes* (cacodæmonas) *pugnare: Apud nos verò iſtius unctionis loco pulverem ſacerdos conſecrat, eoque defunctum aſpergit.* Syros tùm Maronitas, tùm Jacobitas non modò defunctos oleo, Græcorum inſtar, perungere, ſed etiam pulvere aſpergere, ex utriuſque gentis ritualibus liquet.

13. *Quare præ cæteris oleis ad noſtram unctionem conſecrationemque in ſacro baptiſmo oleum olivæ dumtaxat*

conſecratū deſignatumq; eſſe?

وَلِحْمُنَا مَعَ هَمْسُنَا كَذَهُ هَمْسُ
وَاسْمُ الْمَعْمُودِ كَمَعْمُوسِهِ
هَذَهُمَعْ وَلِحْمُنَا هَمُوعُا . هَكَهُ
هَمْسُنَا لِسُوْنَا .

14. *De causa consignationis.*

هَهُلَا كَذَهُ الْ وَهُمَعْدَا .

15. *De trina consignatione, quæ fit tribus vicibus in baptismo.*

هَهُلَا
لِكُمْشُمَا وَهُمَعْدَا وَلِحْمُبُوا
وَحَمْكُهُ أَحْنُمَ .

16. *Quibus modis consignationes fiant: & quare prima quidem in fronte ab inferiori ad superiorem partem digito peragitur, quem indicem vocant; altera autem super pectus à superiori ad inferiorem partem, & tertia item in fronte, non secus atque prima digito fit, qui pollex dicitur.*

هَهُلَا لِمَشْمَا وَهُمَعْدَا . هَوْلِحْمُنَا
وَهُ هَوْمُنَا لَا حُمَ كَتْنَا هَمْ
كَهُمَ كَهُلَا حَرْحُدَا وَلِحْمُا هَذَا .
وَهُ لَاوْنَا لَا سَوْمُا هَمْ كَهُلَا كَهُمَ
هَلِكُمْنَا لَهُ لِمَرْهَمْهَا
وَهَوْمُنَا حَذَا .

17. *De fidejussoribus, & exorcistis.*

هَهُلَا كَوْحَا مَهْمَعْمُنَا .

18. *De vestimentis eorum qui baptizantur, & sacerdotis baptizantis: & quid mystice designent.*

هَهُلَا كَهْمَهَ كَهْمُوا هَوْحَمَا
هَدَهْدُنَا . هَوْمُنَا هَذَالَمَ .

19. *De consignationibus observationes aliæ. Et quare ex uno eodemque unguenti cornu consignationes omnes fiunt?* هَهُلَا وَهُمَعْدَا لِسُوْنَا .
مَهْهُكُوهُ وَلِحْمُنَا هَمْ سَوْا هَمْنَا
هَكَهُمْ وَهُمَعْدَا .

20. *Si baptismus in remissionem peccatorum est, quare infantes puerosque baptizamus, qui peccato carent?*

هَهُلَا هُوَ وَلِ هَكَهَمْهُوْمُ
كَهَهْمُ سُهَّوَا لِمَهْمَهُ . كَهُنَا
مَكْمُوا مَعْمَوَا هَوْ كَمَ كَهُ
سَهُمَ الْ هَكَهَمْهُوْمُنَ .

A Nestorianis originale peccatum negari, observatum est to. 1. p. 402.

21. *Etsi baptismus bonorum omnium fons sit, non bis, sed semel baptizari oportere, sicut in fide œcumenicorum* (in symbolo) *præcipitur.*

هَهُلَا هُوَ وَلِمْ هَدَهْمُوْمُ الْ تَدَكَا
وَهُلَا لِهَجَّ لِمَهْمَهُ : لَا أَوْبَ وَتَحَمَّدُ
وَلِوَلِمْ أَحْنُمَ لَا سَوْا هَكَهَمْهُوْمُ الْ
لِحَمَّدَا وَهُمَعْوَا هَمَعْمُنَا وَلِاحْكُنَا .

CAPUT IV. *De sanctis sacramentis Corporis & Sanguinis.*

هَهُلَا وَهُكُنَا . هَهُلَا وَاوَا هَوْمُعَا
وَهُ هَوْمُنَا هَوْمُنَا .

continet sectiones 16.

Sectio 1. *De perfectione, quæ per ea fit,* (hoc est, per corpus & sanguinem.) هَهُلَا هَهُمَكُنَا وَحَهُمَ .

2. *Quot nominibus hæc perfectio appellatur.* هَهُلَا هُوَ وَتَحَمَّدَا هَهُنَا
هَدَهْدَنَا هَهُمَكُنَا وَهُنَا .

3. *Quumpanis nequaquam carneus sit, neque vinum sanguineum, quomodo corpus & sanguis dicuntur?*

هَهُلَا هُوَ وَهُ كَسَعْدَا لَا حَهُنُنَا
وَهُ مَسَعْدَا لَا وَهُنُنَا وَهُ . لِمَهْمَنَا
هَوْمُنَا هَدَهْمَ .

4. *Non esse dubitandum, quin Spiritus sancti gratia sacris mysteriis illabatur, etsi ea occulta sit.*

هَهُلَا هُوَ وَلِمَحْمَا وَهُمَا وَهُمَا
لَا وَاوَا هَوْمُعَا كَهُ هَهُمَا حَكَهُ

هم

ܒܗ ܗܘ ܕܡ̈ܐ ܕܒ̈ܗ̈ܡ̈ܬܐ ܘܕ̈ܡ̈ܐ ܕ̈ܒ̈ܗ̈ܡ̈ܬܐ ܗ̈ܘ

ܡܫܘܬܦܐ ܕܢܗܘܢ ܩܕܡܝܐ ܕܒܗ ܐܬܝ ܠܗ ܡܘܕܥ ܘܡܫܬܡܥ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܐܢܘܢ ܕ

5. *De pace, quæ defuncto datur.*

6. *Ut ii, qui in Christo obdormiunt, gradu laboris differunt; ita & orationes oblationesque in eorum exequiis diversas esse.*

7. *Si unicuique pro laboris mensura merces retribuitur, quid prodesit Oratio defuncto? aut Oblatio ei, pro quo offertur?*

8. *An divites, qui opes suas pauperibus post obitum distribui præcipiunt, aliquid inde utilitatis percipiant, nec ne?*

9. *Quænam sit ecclesia primogenitorum in cælo descriptorum: & qui sinus Abraham, & Isaac, & Jacob.*

10. *Qua ratione juvamur reliquiis & sepulcris Sanctorum, quorum benedictionem percipimus.*

11. *Quare, quum precum nostrarum initium & finis Oratio Dominica* Pater noster *sit, non ita in exequiis defunctorum fit? & quare in postrema crucis formatione, & in ea qua pulvere defunctum aspergimus, à pedibus defuncti initium ducitur?*

CAPUT VII. *De Sacramento desponsationis ejusque perfectione.*

Continet sectiones 6.

Sectio 1. *Legem desponsationis à Deo traditam esse.*

Laudat Canonem 1. & 4. Concilii Gangrensis.

2. *Hanc sensibilem copulam intelligibilis copulæ typum esse?*

Ex Dionysio.

3. *Quomodo quæ in desponsatione perficiuntur, Christi & Ecclesiæ mysterium repræsentant.*

Ex Ephræmo tetrastychon profert.

4. *De iis, sine quibus desponsatio nequaquam perficitur.*

nimirùm, ut ait, *Sacerdos, & calix ex vino & aqua miſtus, & crux, & anulus, & pulvis.* ܚܘܬܐ . ܡܨܛܐ . ܘܥܕܡܝ ܡܢ ܫܬܗܘܢ ܡܫܬܐ . ܡܪܟܒܐ . ܡܚܪܡܐ . ܡܫܬܐ .

5. *De benedictione calicis* in ſponſalibus; ܒܪܟܬܐ ܕܟܣܐ ܒܨܒܐ ܕܚܬܢܐ .

6. *De conſignatione Indulgentiæ*, hoc eſt, *de pœnitentia & remiſſione peccatorum.* ܒܪܟܬܐ ܕܚܬܡܐ ܒܨܒܐ ܕܫܘܬܦܐ ܕܚܛܗܐ . ܘ. ܠܐ ܐܬܝ ܡܫܘܚܐ ܒܫܘܠܡܗ .

Ad calcem ab amanuenſi hæc ſubjunguntur ex Latino ritu paucis mutatis deſumpta, quæ ad Timothei tractatum nulla ratione ſpectant. ܠܐ ܪܟܝܠ ܘܠܐ ܡܫܘܒܫܢ ܐܠܐ ܒܫܘܠܡ ܫܡܥ ܠܐ ܡܬܚܫܒ ܘܠܐ ܗܢ ܩܕܡ ܐܬܝ ܡܫܘܚ ܚܣܝܢ ܡܘܡ ܡܘܪ ܕܡܐ ܚܛܐ . ܫܒ ܐܚܕ ܚܪܡ ܘܚܕ : ܐܚܕ ܫܢܐ ܚܪܡ ܘܫܢܐ . ܫܒ ܪܟܝܠ ܘܠܐ ܡܫܘܒܫܢ ܠܗ ܟܪ ܫܡܥ ܐ ܕܟܝ ܡܢ ܟܝ : ܡܢ ܟܠ ܪܟܝܠ ܐܝ : ܡܫܘܒܫܢ ܡܫܘ ܚܣܝܢ . ܡܢ ܡܠܐ ܟܠ ܕܡ ܫܡܥ ܐ ܠܐ ܠܡܠ . ܡܢ . ܡܚܫܒ ܘܟܠ ܡܢ ܪܟܝܠ ܐܝ ܠܐ ܘܡܫܘ ܘܡܫܘܒܫܢ . ܡܢ ܡܡܠ ܕܡ ܘܟܕ ܫܢܐ ܚܣܝܢ ܗܢ ܟܪ ܡܢ .

Item Oratio ad confeſſionem peccatorum, quam Chriſtiani bis ſingulis annis facere tenentur, hoc eſt, ſemel in Jejunio magno, & ſemel in Jejunio Annunciationis (id eſt, Adventus) *Primum, Oratio ſuper confitentem. Si anathematizatus es, aut ab eccleſia interdictus &c. Poſt hanc orationem confitens peccata ſua confitetur: deinde Sacerdos eum de peccati ſpeciebus ſucceſſivè interrogat &c. Demùm dicit orationem hanc ſuper caput confitentis. Dominus noſter Jeſus Chriſtus filius Dei vivi abſolvit te &c.*

CAPUT LVII.

Amrus Matthæi.

I. Amrus Matthæi filius, Tirhanensis.

AMRUS Matthæi filius, Tirhanæ in Patriarchali Neſtorianorum provincia natus, claruit circa ann. Chriſti 1340. nam Ebedjeſum Sobenſem, qui anno Chriſti 1318. obiit, laudat Part. 5. operis ſui, de quo mox ſermo erit; ſeque ipſum in vivis fuiſſe affirmat anno poſt Ananjeſu Patriarchæ obitum ſexcenteſimo quinquageſimo, ut tom. 2. pag. 425. obſervavi. Ananjeſus autem deceſſit, eodem Amro teſte, anno Græcorum milleſimo decimo, hoc eſt, Chriſti 699. Alius proinde eſt à Mari Salomonis, quem libri *Turris* inſcripti auctorem fuiſſe Amroque duobus ſæculis priorem, oſtenſum eſt ſuprà pag. 554.

II. Maris liber ei perperàm tributus. 1

Qui verò librum illum Amro tribuunt, tùm manuſcriptorum 1 codicum fide moventur, quibus diſertum Amri nomen præfigitur; tùm potiſſimùm Abulbarcati auctoritate, qui in lib. de divinis officiis cap. 7. de

NOTA.

1 *Manuſcriptorum Codicum fide.* Titulus Codicis Vaticani, quem ex Oriente advexi, hic eſt: كتاب المجدل الاستبصار والجدل مجموع عمرو بن متى النصطوري الطبرعاني . *Liber Magdal, hoc eſt, Turris, ad ſpeculationem, & diſputationem, collectore Amro Matthæi filio Neſtoriano Tabrahanenſi.*

de Scriptoribus Eccleſiaſticis hæc de Amro tradit. عمر بن متى الطبرصاني له كتاب المجدل للاستبصار والجدل ومعنى المجدل البرج وهو جزوان يشتمل على ثلثين فصلا فى سبعة ابواب الخ.

1 *Amrus Matthæi filius* 1 *Tabrahanenſis, auctor libri, cui titulus Magdal, hoc eſt, Turris, ad ſpeculandum & diſputandum. Dividitur autem in tomos duos, quibus capita ſeptem, ſectioneſque triginta univerſim comprehenduntur &c.* Verùm præterquàm quod ejuſdem libri auctor in ſectione 5. capitis 5. expreſſe docet, ſe ſub Patriarchis Machicha & Barſuma vixiſſe, quorum prior anno Chriſti 1110. & poſterior anno 1137. obiit; alter ipſius operis tomus, mihi nuper ex Oriente tranſmiſſus, anno Chriſti 1214. ab amanuenſi exaratus dicitur; adeoque ad Amrum, qui diu poſt, nimirùm anno 1340. vixit, nullatenus referri poteſt.

Cauſam hallucinationis hanc fuiſſe puto; quia nimirùm uterque auctor, Mares, inquam, & Amrus, eodem titulo, *Turris* ſcilicet, inſcriptum opus edidit: hiſtoriam præterea Patriarcharum Neſtorianorum quam Mares cap. 5. ſect. 5. ad Ebedjeſum perduxerat, Amrus in compendium redactam multiſque additamentis interpolatam, ad Timothei ſecundi præceſſorem Jaballaham continuavit. Hinc Abulbarcatus, qui Amrum libri Turris auctorem fuiſſe noverat, quum alterum librum eodem quidem Turris titulo prænotatum, ſed à Mari compoſitum, præ manibus habuiſſet, Amro illum adjudicavit; codicis fortaſsè manuſcripti auctoritate deceptus, in quo pro Mari Salomonis nomen Amri Matthæi obrepſerat.

III. Librorum Amri & Maris exempla, quæ proſtant.

Utriuſque libri, Maris ſcilicet & Amri, exempla exſtant, Renaudotio teſte, in Bibliotheca Regia Pariſienſi, & Palatina Medicea. In Vaticana, Maris quidem duo tomi habentur, quorum alteri 2 hæc ad calcem adnotatio ab amanuenſi ſubjecta eſt: كان الفراغ منه يوم الاثنين المبارك ثاني يوم من شهر بابه سنة الف ومايه وخمسه وسبعين. واما النسخة المنقول منها الى وخمسه وسبعين للشهدا الاطهار.

2

Abſolutus eſt Codex iſte *feria ſecunda, die ſecunda menſis Paopi, anni* Martyrum *milleſimi centeſimi decimi ſeptimi* (Chriſti 1401.) *Apographum autem exaratum erat anno ſanctorum Martyrum milleſimo quinto ſuprà ſeptuageſimum*, hoc eſt, Chriſti 1359. Alter 3 hanc temporis notam habet. 3

هلقه العبد الخاطى الراجى غفوريه وغفرانه يحيى بن ابى الرضا بن ابى منصور بن يحيه المتطبب بالجزيرة العمريه لسعيد بن عيسى بن ابو الفضل بن القمرى رابع جمادى الاول سنة عشره وسمايه. ووافق ذلك الحادى والعشرين من ايلول سنة الف وخمسمايه وخمسة وعشرين للاسكندر بن فيليقوس اليوناني والحمد لله وحده. وقوبل وصحح بحسب الطاقة والاجتهاد غير ان النسخة التى نقل منها كانت سقيمة فى الغايه. فمن صادف نسخة مستقيمة وقابله وصححه منها كان فى جزاء الاجر والثواب شريكا.

Deſcripſit hunc codicem ſervus peccator, qui veniam à Domino ſuo indulgentiamque poſcit, Jahia filius Abi-Razæ, filii Abi-Manſur, filii Phachi-

NOTÆ.

1 *Tabrahanenſis*. Ita Copti legunt pro طبرهان *Tirbana* طبرصان *Tabrahana*, & pro طبرهاني *Tirbanenſi* طبرصاني *Tabrahanenſis*: duo nimirùm puncta diacritica, quæ ſecundæ literæ ſubſunt, in unum contrahentes ى *i* elementum in ب *b* commutant.

2 *Quorum alteri*. Eſt primus tomus operis Amri, quo priora Capita IV. cum ſuis ſectionibus: nec non Sectio 1. Capitis V. continentur: idemque recenſitus à nobis fuit tom. 1. Bibliothecæ noſtræ pag. 625. Codice Arabico ms. 25.

3 *Alter*. Eſt tomus ſecundus ejuſdem operis, mihi nuper ex Oriente tranſmiſſus, quo Capitis quinti Sectiones quinque, necnon ſextum & ſeptimum Caput continentur.

chimæ, medicus in Insula Amrensi (Mesopotamia) *pro Saido filio Isæ filii Abu-phadli filii Komorinensis, die quarta mensis Gemadi prioris, anni* Hegiræ *sexcentesimi decimi, qui respondet diei 21. Elul* (Septembris) *anni Alexandri Philippi Græci millesimi quingentesimi vigesimi quinti* (Christi 1214.) *Laus Deo. Deus dirige me, & lætifica me secundùm miserationes tuas.* (sequitur alia manu) *Collatus emendatusque est qua fieri potuit diligentia, etsi exemplar, ex quo descriptus fuit, mendis scateret. Si quis verò emendatum exemplum nactus fuerit, hunc que codicem ad illud contulerit correxeritque, operæ pretium faciet, dignamque laboris sui mercedem recipiet.* Amri verò liber in quinque Partes distributus, idem est, ac ille, quem to. 2. pag. 509. recensui: sed ex Abulbarcati testimonio ad Amrum ibi retuli, quæ de Mari dicenda erant: Mares enim, non Amrus librum suum in Partes VII. divisit, ut ex sequenti utriusque operis syllabo patebit.

IV. Syllabus libri Maris filii Salomonis.

Syllabus libri Maris Salomonis, ex Abulbarcato. كتاب الجدل اى البرج وهو جزوان يشتمل على تلثين فصلا فى سبعة ابواب. الباب الاول البنيان فصل واحد. الباب الثانى البيان ثلثة فصول. الاول توحيد الله تعالى. الثانى اعتقاد اتحاد الكلمة بالانسان وظهور المسيح مولودا. الثالث الايمان بالله وتثليث اقانيمه. الباب الثالث الاركان اربعة فصول. الاول شرف المعمودية. الثانى فى جلالة القربان من الخبز والخمر. الثالث دلايل الانجيل على اللاهوت والناموت. الرابع فى تتامة صورة الصليب. الباب الرابع المصابيح سبعة فصول. الاول مباهى التقوى. الثانى ميامن المحبة. الثالث مناقب الصلاة. الرابع مفاخر الصوم. الخامس منافع الصلاة. السادس محامد التواضع. السابع معانى الطهارة. الباب الخامس. العمد. سبعة فصول. الاول حدث العالم. الثانى التصديق بالقيامة والحساب والعقاب والثواب. وهو اخر الجزو الاول. الثالث تحقيق ان المحق هو الذبيح. وهو اول الجزو الثانى. الرابع اقامة الحجج على مجى المسيح. الخامس اخذ الفروض والسنن والقوانين من الرسل والتابعين. السادس فى تقريب الامانة وابطال بدع الديانة. السابع كتب العتيقة والحديثة. الباب السادس. الجداول اربعة فصول. الاول فى السجود نحو المشرق. الثانى فى توقير يوم الاحد. الثالث فى شد الاوساط بالزنانير ووقود القناديل والبخور والتزمير. الرابع فى قبول التوبة. الباب السابع الحدايق. اربعة فصول. الاول فى ترك الختانة. الثانى فى حل العمل يوم السبت. الثالث فى اطلاق ماكان محذورا من المآكل. الرابع توبيخ اليهود واظهار بهتهم. وهو تمامه. وفيه شى من ارا القوم واغراضهم يجب الاضراب عنه والاحتراز منه. واكثر ذلك مصنفه فى الفصل الخامس من الباب الخامس المشتمل على اخذ الفروض والسنن والقوانين من الرسل الاصفيا والابا التابعين ومعظمه محشو ضمن ذكر جثالقة الشرق لاخبارهم ومن رام انتزاع ما حواه هذا الكتاب من الفوايد ولا يعنا بهة المقاصد.

Liber Magdal 1, *hoc est, Turris, in duos Tomos divisus, qui Capita septem Sectionesque triginta universim continent.* 1

Caput I. *inscriptum* Ædificium 2, sectio 3 unica. 2

Caput II. Demonstratio. Sectiones III. Prima de 4 unitate Dei. 3 4

Se-

NOTÆ.

1 *Liber Magdal.* Exstat in Cod. Arab. Vatic. ms. 25. de quo Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 625.

2 *Ædificium.* Huic Capiti præmittitur فاتحة الكتاب *Libri Præfatio*: deinde *Capitum Index* usque ad fol. 12.

3 *Sectio unica.* Exstat in eodem Codice Vatic. 25. fol. 12. Deum existere ostendit Mares.

4 *De unitate Dei.* In eodem Cod. fol. 28. Titulus ذروة السنام *Summa*. Initium ذروة الايمان توحيد الله الموجود الحى الناطق. *Fidei Summa est Dei unitas existentis vivi rationalis &c.* Ubi fusè differit de attributis divinis.

1 Secunda de unione 1 Verbi cum homine, deque Christi nati apparitione. 2 Tertia de Deo 2, personarumque ejus Trinitate.

CAPUT III. Bases. Sectiones IV. 3 I. De 3 Baptismo. II. De oblatione 4 Panis 4 & Vini. III. Argumenta 5 ex 5 Evangelio desumpta, quibus divinitas & humanitas ostenditur. IV. De 6 præstantia 6 figuræ Crucis.

CAPUT IV. Candelabra. Sectiones VII. I. Decus 7 pietatis. II. Termini 8 charitatis. III. Encomium 9 orationis. IV. Gloria 10 Jejunii. V. Utilitas 11 orationis. VI. Pulchritudo 12 humilitatis. VII. Sensus 13 Puritatis. 7 8 9 10 11 12 13

CAPUT V. Columna; Sectiones VII. I. Conditus 14 mundi. II. Veritas 15 resurrectionis & judicii, necnon pœnæ, ac præmii. Atque hìc desinit 16 Primus Tomus. III. De 17 Isaaci 14 15 16 17

NOTÆ.

1 *De unione Verbi &c.* In eod. Cod. fol. 38. Titulus الاساس *Fundamentum*. Initium, اساس الايمان بالله ايسوع المسيح الخ.

Fundamentum fidei est credere in Deum Jesum Christum &c. Ubi de Incarnatione ex mente Nestorianorum, deque Christi genealogia ex Matthæo & Luca, deque Philosophorum sententiis, quorum, ut inquit, Vaticinia de Christo refert.

2 *De Deo &c.* In eod. Cod. fol. 54. Titulus التشييد *Constructio*. Initium, تشييد قواعد الايمان وتوكيد شواهد البيان محقيق معاني الاتحاد.

Constructio articulorum fidei, & certitudo testimoniorum demonstrationis est vera significatuum Unionis intelligentia &c. Ubi de Deo uno & trino, deque Verbi Incarnatione juxta sensum Nestorianorum.

3 *De Baptismo*. In eod. Codice fol. 70. Citat Abrahamum Amri filium, monachum ابراهيم بن عمرو الراهب.

4 *De oblatione Panis & Vini*. In eodem Codice fol. 77. Titulus فى جلالة القربان *De excellentia Oblationis*, seu *Eucharistiæ*.

5 *Argumenta ex Evangelio &c.* In eodem Codice fol. 83. Titulus دلايل الانجيل *Demonstrationes Evangelii*: ubi ostendit Evangelium esse inspiratum à Deo librum, & contenta in eo signa, præcepta, consilia, gestaque summatim describit.

6 *De præstantia figuræ Crucis*. In eodem Codice fol. 112. Titulus الصليب *Crux*. Ubi Christum verè in crucem actum fuisse demonstrat ex Prophetis & ex Evangelio, debitamque Cruci venerationem.

7 *Decus pietatis*. In eod. Cod. fol. 122. Titulus التقوى *Pietas*. Ubi de virtutibus & vitiis.

8 *Termini charitatis*. In eod. Cod. fol. 133. Titulus المحبة *Charitas*.

9 *Encomium orationis*. In eod. Cod. fol. 137. Titulus الصلاة *Oratio*.

10 *Gloria jejunii*. In eod. Cod. fol. 150. Titulus الصوم *Jejunium*.

11 *Utilitas orationis*. In eodem Codice fol. 159. Titulus الرحمة *Misericordia*: ubi de eleemosyna, non de oratione disserit. Unde apparet, in titulo Abulbarcati mendum obrepsisse.

12 *Pulchritudo humilitatis*. In eod. Cod. fol. 163. Titulus التواضع *Humilitas*.

13 *Sensus puritatis*. In eod. Cod. fol. 169. Titulus الطهارة *Puritas*. Ubi de virginitate & continentia.

14 *Conditus mundi*. In eod. Cod. fol. 183. ubi epocham Hegiræ incepisse affirmat feria 5. Alexandræam feria 2. Jezdegerdicam feria 3. Nabuchodonosoræam feria 4. & Nabolassaream feria 1. Ab epocha verò Nabuchodonosoris ad Jezdegerdem annos fluxisse 1379. A Nabolassare ad eundem Jezdegerdem annos 955. cum tribus mensibus. Ab Alexandro item ad Jezdegerdem annos 932. cum diebus 259. Ab Hegira denique ad Jezdegerdem annos lunares 10. cum diebus 84. Atque hìc desinit primus Tomus.

15 *Veritas resurrectionis &c.* Ab hac sectione usque ad finem operis nil præter titulorum indicem habetur in laudato Codice Arabico 25. Exstat tamen ex parte initio tomi secundi, qui ex Oriente, ut suprà dixi, mihi nuper transmissus fuit.

16 *Atque hìc desinit primus Tomus*. Non in hac secunda, sed in præcedenti sectione finem habet Tomus prior Maris, ut ex laudato Cod. Vat. 25 liquet.

17 *De Isaaci sacrificio*. Exstat in laudato Tomo 2. à fol. 17. ad fol. 53. Titulus. تحقيق النبوات فى ولد اسحق الذبيح والانتهاء فيها الى ظهور المسيح.

Veritas Vaticiniorum à nativitate Isaaci immolati usque ad apparitionem Christi. Ubi Ma-

ci sacrificio. Hìc incipit [1] Tomus secundus. IV. Argumenta [2] de adventu Christi. V. Constitutiones, leges, & Canones ab Apostolis [3] & discipulis desumpti. VI. Defensio [4] fidei orthodoxæ, & confutatio hæreticorum

Mares Patrum, Prophetarum, & Regum historiam ab Abrahamo ad Christum usque percurrit.

1 *Hìc incipit Tomus secundus*. Imò in præcedenti sectione, ut supra dictum est.

2 *De adventu Christi*. Exstat in Tom. 2. à fol 53. ad fol. 112. Titulus : اقامة الحجج الصادقة بحق المسيح والشهادات الناطقة بالبرهان الصحيح .

Afferuntur vera argumenta de adventu Christi, & testimonia eandem rem demonstrantia : ex Pentateucho nimirùm, Psalmis, & Prophetis. Sed circa annum nativitatis Christi non sibi constat auctor : nam fol. 59. Christum natum ait anno mundi 5490. Alexandri 304. vel secundùm alios 310. Fol. verò 109. ab Adamo ad *Christi nativitatem* annos supputat 5530. & fol. 396 conceptum Christum affirmat anno Græcorum 308.

3 *Ab Apostolis & Discipulis*. In eodem Codice à fol. 113. ad fol. 256. Titulus : اخذ الفروض والسنن والرسوم والقوانين من الرسل الاصفيا والاباء التابعين .

Constitutiones, leges, decreta, & canones ab electis Apostolis Patribusque eorum successoribus desumpti. Hic Auctor, quum ea, quæ post Christi in cœlos ascensum ab Apostolis gesta sunt, quæque in eorum nomini inscriptis constitutionibus continentur, breviter enarrasset, nomina & martyrium Apostolorum XIV. & Discipulorum LX. ex apocryphis libris describit : Apostolorum quidem, *Petri, Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Philippi, Nathanaëlis Bartholomæi, Thomæ, Matthiæ, Jacobi Alphæi, Judæ Lebæi, Simonis Chananæi, Judæ Jacobi, quem & Bartholemæum vocat, & Matthæi*. Discipulorum verò nomina ex eodem auctore suprà relata sunt, hoc tom. pag. 320. Deinde præmissa Adæi, & Maris in Oriente prædicatione, Archiepiscoporum Seleuciæ, quos Catholicos seù Patriarchas Orientis vocant, seriem resque gestas exponit, ab Adæo Apostolo usque ad Ebedjesum Mokli filium, hoc ordine. اما جثالقة المشرقيين العلم للكرم

Nomina Catholicorum Orientalium, quorum memoriæ pax. 1. Adæus. 2. Mares. 3 Abres. 4. Abraham. 5. Jacobus. 6. Achadabues. 7. Sciachlupha. 8. Papas. 9. Simeon Bar-Saboës. 10. Sciahadostus. 11. Barbaseminus. 12. Tomarsa. 13. Kajuma. 14. Isaacus. 15. Achæus. 16. Jaballaha. 17. Maanes. 18. Pharabochtus. 19. Dadjesus. 20. Babuæus. 21. Acacius. 22 Babæus. 23. Silas. 24 Narses. 25. Elisæus. 26. Paulus. 27 Mar Abas. 28. Joseph. 29. Ezechiel. 30. Jesujabus Arzunita. 31. Sabarjesus. 32. Gregorius. 33. Jesujabus Gadalensis. 34. Maremes. 35. Jesujabus Adjabenus. 36. Georgius. 37. Joannes Marthæ filius. 38. Ananjesus. 39. Salibazacha. 40. Phetion. 41. Marabas secundus, qui & Brichsebiane. 42. Surinus. 43 Jacobus. 44. Ananjesus secundus. 45. Timotheus. 46. Josue Bar Nun. 47. Georgius. 48. Sabarjesus. 49. Abraham. 50. Theodosius. 51. Sergius. 52 Enos. 53. Joannes Narsetis filius. 54. Joannes Theodosii ex fratre nepos. 55. Joannes Isæ filius. 56. Abraham. 57. Emmanuel. 58. Israël. 59. Ebedjesus. 60. Mares Tobi filius. 61. Joannes. 62. Joannes Nazuch filius. 63. Jesujabus. 64. Elias I. 65. Joannes Targal filius. 66. Sabarjesus Zanbur. 67. Ebedjesus Aredi filius. 68. Machicha. 69. Elias II. 70 Barsuma. 71. Ebedjesus Mokli filius. Ad calcem hæc ab amanuensi subjiciuntur fol. 256. هذا اخر ما وجد . يتلوه خبر ايشوعيب الجاثليق اسقف الجزيرة من اهل الموصل ويعرف بابن الخايك . وبعده مار اليا الثالث وكان مطرانا على نصيبين ويعرف بابن حليم ويلقب بابن الحديثى . وبعده ماريهب الاما الجالس الان فى المنصب .

Hucusque auctor. (Mares scilicet.) *Sequitur historia Jesuiabi Catholici, Episcopi Geziræ, ex urbe Mosulana oriundi, cognomento Ebn-Hajech, idest, filii textoris. Deinde Mar Eliæ III. cognomento Abi-Halimi, & Ebn-Hadithensis, qui Nisibis Metropolita fuerat. Demùm Mar Jahallahæ, qui nunc sedem tenet* (hoc est, anno Græcorum 1525. Christi 1214. quo hic codex ab amanuensi exaratus.) Quæ verò in his Catholicorum seù Patriarcharum Nestorianorum vitis continentur, eadem ferè ex Amri compendio, & ex Barhebræi historia à me publicata sunt Tom. 2. à pag. 387 & hoc tomo passim prolata.

4 *Defensio fidei orthodoxæ*. In eodem Codice à fol. 256. ad fol. 278. Titulus : اجتماع الملوك والاباء لتقرير الامانة وابطال ما استحدث من البدع فى الديانة :

Conventus Regum & Patrum ad confirmandam fidem, & ad confutandas hæreses. Primum hæreticos hosce enumerat : *Sabbatianos, Marcionitas, Manichæos, Samosatenos, Audianos, Cochitas, Bardesanitas, Arianos, Timotheanos, Novatianos, Simonianos*, aliosque, quorum & errores refert. Deinde Concilia laudat, adversùs hæreses coacta, Nicænum, scilicet, Constantinopolitanum, Gangrense, Ancyranum, Antiochenum, Africanum. De Ephesino verò, & Chalcedonensi, deque Nestorio & S. Cyrillo, partium studio abreptus, ea congerit, quæ Nestoriani in laudem suæ sectæ comminisci solent, quæque productis sub nomine Basilii,

Gre-

1 reſeon. VII. Libri veteris 1 & novi Teſtamenti.

CAPUT VI. Diſputatio, Sectiones IV. I. De adoratione 2 ad Orientem. II. De 3 cultu diei Dominicæ. III. Cur 4 lumbos præcingimus, & lampades accendimus? deque thure, & pſalmodia. IV. Quam accepta ſit 5 pœnitentia. 5

CAPUT VII. Subtilitas, Sectiones IV. I. De Circumciſionis 6 omiſſione. II. Licitum eſſe opus in die 7 Sabbati. III. De licito 8 ciborum, qui vetiti erant, uſu, IV. Reprehenſio

Gregorii, Athanaſii, & Ephræmi auctoritatibus confirmare nititur: quædam etiam de Jacobo Sarugenſi & Baradæo, atque Severo, deque Jacobitarum, Melchitarum, Neſtorianorumque origine interſerit. Epitomen denique ſubjicit rerum geſtarum ſub Patriarchis ejus gentis; ubi de Synodis ſub Iſaaco, Jaballaha & Marutha coactis; deque Barſuma Niſibeno, Babæo, Acacio, Babuæo, Sila, Narſete, Eliſæo, Paulo, Maraba, Ezechiele, Jeſujabo, Sabarjeſu, Georgio, aliiſque Neſtorianorum Catholicis multa diſſerit, ſuæque ſectæ ſtatum ſub Regibus Perſarum exponit, donec Arabes poſt Mahometum pſeudoprophetam ſumma rerum potiti ſunt. Tria autem hìc notanda. Primum, fol. 262. refert, unàcum S. Simeone Barſaboë martyrium paſſos fuiſſe صبينا مطران جنديسابور *Sebinam* ſeù *Zebinam Metropolitam Gandiſaporenſem*, بوليدع مطران البصرة *Polidaghum* (fortaſſe Heliodorum) *Metropolitam Baſſorenſem*, & يوحنا امقف دمجمان *Joannem Deſemſanæ Epiſcopum*. Alterum fol. 263. translationem corporis S. Joannis Chryſoſtomi Comanis in regiam urbem ſub Proclo Patriarcha factam, Neſtorio oſcitanter tribuit, quum Neſtorius memoriam tantùm Chryſoſtomi in diptycha referri curaverit. Tertium fol. 278. Mahometi ejuſque ſectariorum laudes perſequitur, & quod ſine horrore dici nequit, illius pſeudoprophetæ nomen eo adjuncto præconio memorat, quo Mahometani ſolent, nimirùm عليه السلام *cui pax*. Eam Neſtorianorum ſcriptorum impietatem notavit & Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient pag. 101. ubi rectè obſervat, non modò laudem illam Mahometo tributam, ſed etiam Alcorani teſtimonia cum laude ab iis adduci.

1 *Libri veteris & novi Teſtamenti*. In eodem Cod. à fol. 278. ad fol. 287. Titulus: جمع النصرانية بين كتب العتيقة والحديثة التى صارت بهاء الخليقة.

Chriſtianorum conſenſus in libris veteris & novi Teſtamenti, in quibus ſalus creaturæ facta eſt. Rationem reddit, cur in eccleſiaſticis conventibus ex utriuſque teſtamenti libris legi ſolet. Univerſos autem veteris inſtrumenti libros continere affirmat capita 451. verſus 64674. Novi autem teſtamenti libros capita 165. verſus 20535.

2 *De adoratione ad Orientem*. In eodem Codice à fol. 287. ad fol. 294. Titulus: المعبود هو الخالق المعبود نحو الشرق على سنّة الحديثة وفعل ازل الخلايق.

Adoratio Dei creatoris adorandi ad Orientem juxta ſtatutum novæ legis, & ſecundùm praxim creaturarum ab initio.

3 *De cultu diei Dominicæ*. In eodem Codice à fol. 294. ad fol. 298. Titulus: الحجة فى يوم الاحد واظهار فضله القديم والمجدد.

De præſtantia diei Dominicæ in veteri & novo teſtamento.

4 *Cur lumbos præcingimus &c.* In eodem Codice à fol. 298. ad fol. 309. Titulus: الموجب شد الاوساط بالزنانير والسهاب القناديل وبخور التقدمة والتزميز.

Lumbos zonis præcingendos eſſe, & lampades accendendas; thure demùm in Pſalmodia & Liturgia utendum.

5 *Pœnitentia*. In eodem Cod. à fol. 309. ad fol. 318. Titulus: امتشعار قبول التوبة وادراك الخاطى بالامانة نجاح القربة.

Quod peccator per fidem intelligit, acceptam eſſe Deo *pœnitentiam, ſibique utilem ad ipſum acceſſum*.

6 *De circumciſionis omiſſione*. In eodem Codice à fol. 318. ad fol. 326. Titulus: ترك الختانه والامتغنا عنها بصحة الديانه على ما هو مسطور.

Omiſſio circumciſionis, ejuſque loco veræ fidei ſubrogatio, ſicut ſcriptura docet.

7 *Opus in die Sabbati*. In eodem Codice à fol. 326. ad fol. 331. Titulus: حل الحديثة لعمل يوم السبت وموجب امساكه على متقدم الوقت.

In novo quidem teſtamento licitum eſſe opus die Sabbati: ſecùs in vetere.

8 *De licito ciborum, qui vetiti erant, uſu*. In eod. Cod. à fol. 331. ad fol. 337. Titulus: اطلاق ما حظر من المآكل ووجوب حلّها لكل آكل.

Jure nunc permiſſos eſſe omnibus, qui prohibiti erant, cibos.

1 sio 1 Judæorum, eorumque perfidiæ detectio. Atque hic Libri finis.

Quædam porrò in eo libro occurrunt, quæ illius sectæ, hoc est, Nestorianæ, *errores olent; adeoque vel obtruncanda sunt, vel cautè legenda: & ea quidem sparsim in toto opere cernuntur; sed potissimùm Cap. V. sect. 5. de constitutionibus, legibus & canonibus ab electis Apostolis eorumque successoribus Patribus desumptis: ubi auctor historiam Catholicorum Orientis inseruit. Si quis verò contentis in eo doctrinis proficere desiderat, pravas illas opiniones respuat oportet.* Hæc Abulbarcatus.

والارا والاعتقادات وعدد المجامع . وفيه سبع فصول . الاول . فى ذكر الملة اليهودية والانبيا والملوك . الثاني فى ذكر الملة السامرية . الثالث فى ذكر ما حدث قديمًا فى بلاد الروم واليونان من الارا والاعتقادات . الرابع فى ذكر المذاهب والارا الكاينة ببلاد الروم واليونان بعد تلماذ الرسل . الخامس فى ذكر الهيكل المبنى على اسم ميكايل مما ذكره انبا اوتيشيوس الملكى بطرك الاسكندريه المعروف بسعيد ابن بطريق . السادس فى ذكر ان المشارقة من قديم الزمان الى الان كانوا غير محتاجين الى جمع مجمع لاجل اصلاح ما تغير من قواعد الدين . السابع عدد المجامع . الجزو الخامس يشتمل على سبعة اصول وخاتمه . الاصل الاول فى ذكر السيد المسيح والثلاثمية الاثنيعشر وبعض السبعين . الاصل الثاني فى ذكر فطاركة المشرق وتداييرهم . مطارنة بطرك المشرق وكراسيهم . الاصل الثالث يشتمل على اربعة عشر فصل تتضمن بعض ما وضعوه الابا المشرقيون فى الاعتقاد الصحيح وشرح الامانة . الفصل الثاني وفيه اربعة ابواب . الاول مقدمة الكتاب الذى وضعه ايشا فطرك المشرق مختصرًا فى اصول الدين وهو اثنان وعشرون بابًا . الثانى من الكتاب المذكور فى الكلام على اتحاد الكلمة الله بالبشرى التام الماخوذ من السيدة مريم العذرى . الثالث من الكتاب المذكور فى الشهادات على ناسوت المسيح . الرابع فى الشهادات على لاهوت المسيح . الفصل الثالث المشتمل على اربعة اجزا وعشرة فصول قول ايشا مطران نصيبين من كتاب البرهان فى تصحيح الايمان . الفصل الرابع قول جيورجيس مطران الموصل فى امانة المشارقة . الفصل الخامس مقالة مكتبها فطرك المشرق . الفصل السادس امانة مخايل اسقف امد وميافارقين . الفصل السابع فى التوحيد والتثليث من قول عبديشوع مطران نصيبين اصول سبعة وفصول سبعة وعشرين . الفصل الثامن قول عبديشوع . الفصل التاسع فى الحلول والاتحاد وهو الفصل الثامن من كتاب عبديشوع .

V. Syllabus libri Amri filii Matthæi.

Syllabus libri Amri Matthæi.

كتاب المجدل وهو جمعة اجزا . الجزو الاول ناقص . الجزو الثاني خمس مقدمات وثمانية فصول المقدمة الثانية فى تعريف امر المشارقة كيف صاروا يلقبون بالنسطورية ومن الذى ارى عليهم اسم نسطوريوس فطرك القسطنطينية وهو رجل يوناني ولم قوم سوريان ولم يكونوا راوه البتة ولا ايضا طرق بلادهم . المقدمة الخامسة فى معنى الاتحاد والبنوة . الفصل الاول فى بيان ان المشرق اعرف الجهات . الفصل الثاني فى بيان ان مبدا البنا والعمارة فى الدنيا كان فى المشرق ومنه امتد الى ساير الجهات الاخر . الفصل السادس فى بيان ان الاصل الاول فى معرفة الله تعالى والايمان به وظهور الناموس والكهنوت والميعاد بالمسيح انما كان من المشرق . الفصل السابع فى بيان ان من المشرق كان ابتدا ظهور البشارة بسيدنا ايسوع المسيح والايمان به . الفصل الثامن فى ذكر تلماذ الرسل الاطهار للافاق والبلدان . الجزو الثالث ويشتمل على سبعة فصول وجمله . الجمله وهى خاتمة الجزو الثالث فى ذكر البطاركة والملوك وما كان فى ايامهم منه صارت المملكة للنصارى المبتدية من الملك قسطنطين . فى معنى الصور واكرامها . فى ترتيب بعض الصلوات بالترتيل والالحان . الجزو الرابع ويشتمل على ذكر الملل والنحل

NOTA.

1 *Reprehensio Judæorum &c.* In eodem Codice à fol. 337. ad fol. 346. Titulus : توبيخ اليهود على ما يبتدعونه واظهار بهتهم فيما يدعونه . *Reprehensio eorum, quæ Judæi excogitant, & detectio errorum, quos profitentur.*

الفصل العاشر من الكتاب المذكور فى وجوده
نسخ الشرايع القديمة وامتناع نسخ شريعة
سيدنا ايسوع المسيح . الفصل الحاديعشر امانة
ايشوعياب مطران نصيبين المعروف بابن
ملكون . الفصل الثانيعشر كتاب مكيها
البطرك كتبه حين كان مطرانا بالموصل واريل
الى بعض المومنين باصفهان جوابا عن كتابه .
الاصل الرابع يشتمل على اربع فصول وفيها
حجج ومسايل . الفصل الثاني فى ذكر ما اتفق
عليه فرق النصارى فى الاتحاد . الفصل الرابع
الرد على من يقول باننا نقول بابنين . الاصل
الخامس يشتمل على اربع فصول وفيه مسايل
واجوبه . الفصل الاول فى ذكر ما جرى للقس
صبريشوع ابن فولوس الموصلى مع بعض علما
اليهود فى امر المسيح . الفصل الثاني الرّد على
من قال ان مريم ولدت الله وفيه شهادة من
ايشعياب مطران نصيبين من رسالة البيان .
الفصل الثالث فى ذكر القياس الذين يحجون
به . الفصل الرابع فى الرد على من قال ان الله
تام وصلب . الاصل السادس يشتمل على جزين .
الاول فيما ذهب اليه اهل الراى الثاني اى
الملكيه . وفيه مقالتين . والجز الثاني يشتمل
على مقالة واربع فصول فيما ذهب
اليه اهل الراى الثالث اى اليعقوبية .

1 *Liber Magdal* [1], hoc est, *Turris*, *in quinque Partes divisus*. Pars I. desideratur.

Pars II. continet Præfationes V. & Capita VIII. Præfatio 1. 3. & 4. desiderantur. *Præfatio 2. Cur Orientales appellati sunt Nestoriani, & quis Nestorii Patriarchæ Constantinopolitani nomen iis imposuit, quum ille Græcus esset, ipsi verò Syri, qui hominem nunquam vidissent, nec is terras eorum perlustrasset. Præfatio 5. De sensu Unionis & Filiationis. Caput 1. Ostenditur Orientem mundi partium nobilissimam esse. Caput 2. Primam mundi partem, quam homines habitarint, Orientem esse, & in-*

de colonias ad reliquas fuisse deductas. Capita 3. 4. & 5. desiderantur. *Caput 6. Dei notitiam in eumque fidem, nec non legem, sacerdotium, factamque de Christi adventu promissionem ex Oriente provenisse. Caput 7. Adventum Domini nostri Jesu Christi in Oriente primum annunciatum fuisse, in eumque homines credidisse.* Hìc Amrus de Zoroastro, deque Magis multa congerit. *Caput 8. De sanctorum Apostolorum prædicatione in diversis mundi partibus.* Agit de Jacobo fratre Domini, de Philippo, de Matthæo, de Petro & Paulo, de Marco, de Thoma, de Andrea, de Luca, de Adæo & de Mari: & ab his quidem duobus, nec non à S. Petro Apostolorum principe prædicatum fuisse in Oriente, hoc est, in Mesopotamia, & Chaldæa, evangelium affirmat: Babylonem enim in altera S. Petri epistola memoratam nil aliud esse, quàm celeberrimam illam Assyriæ urbem.

Pars III. Continet Capita VII. & Epilogum. Desunt omnia capita. *Epilogus, de Patriarchis & Imperatoribus, deque iis, quæ eorum temporibus contigere, ex quo Imperium ad christianos devenit*, hoc est, *à Constantino Imperatore* usque ad Heraclium. Ubi Amrus Eutychii Alexandri chronicon in compendium redactum describit: necnon ex Severo Mokaffeo nonnulla mutuatur: de Nicænis autem Patribus, quos ex Oriente advenisse confessionisque gloria claruisse testatur, hæc habet.

وما كان صحيح الجمع غير الذين جاوا من
المشرق وهم يعقوب مطران نصيبين وبولا مطران
الرها وشمعون ابن صباعى وشهدوست رفيقه
عبشلاما اسقف كورة الرها وهو ابن اخت مار
افرم . وبونا اسقف قرقصيون . ومارا اسقف
دارا . جيورجيس اسقف منجار . ومارونا اسقف
ميافارقين وبوحنا اسقف الكرخ . وشمعون
اسقف

NOTA.

1 *Liber Magdal*. Exstat Cod. Arab. 41. Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 509. pervetustum quidem exemplar, sed initio ac fine mutilum, multaque foli suo loco mota & alio translata: capita quoque nonnulla desiderantur, ut ex hoc indice patet.

امق امد وادای امق ارنای . وانطیوخیا
امق راس العین وماری امق القارة . وبهباللها
مطوران الموصل وجزء . وماراوس اسقف الحصن.

Nullus Patrum corpore integro erat, præter eos qui ex Oriente advenerant: Jacobum, inquam, Nisibis metropolitam, Rabulam Edeſſæ metropolitam, Simeonem Ben-Sabæ & Sciadoſtum ejus ſocium Papæ Seleucienſis metropolitæ legatos, *Abſelamum filium ſororis ſancti Ephræmi regionis Edeſſenæ epiſcopum, Jonam epiſcopum Circeſii, Maram epiſcopum Daræ, Georgium epiſcopum Singaræ, Marutham epiſcopum Majapharchini, Joannem epiſcopum Charchæ, Simeonem epiſcopum Amidæ, Adæum epiſcopum Irenææ, Antiochum epiſcopum Rheſinæ, Marim epiſcopum Caræ, Jaballaham metropolitam Moſul & Hazæ, & Maræum epiſcopum Heſnæ.* Verùm præterquam quod falſum eſt, reliquos Nicænos Patres corpore mutilos fuiſſe, non conſtat, unde hæc epiſcoporum nomina deprompſerit Amrus; maximè quod Aitallahas, non Rabulas tempore Concilii Nicæni Edeſſenis præfuerit, nec Moſulana urbs niſi ſequiori ævo metropolitam habere cœperit. Vide quæ Tom. 1. p. 170. ad ſimilem Sobenſis locum obſervavi, qui tamen pro Joanne Charchæ, & Adæo Irenææ legit *Joannem Lyſtrorum* & *Adæum Aghel*. Subjungit Amrus, poſtquam Iconoclaſtarum hiſtoriam retuliſſet, hæc duo capita. I. *De ſenſu quo Imagines coluntur*: II. *De cantu in oratione uſurpato*.

Pars IV. De gentibus, & ſectis, & opinionibus & religionibus, deque Conciliorum numero: *Capita VII.* 1. *De Judæarum gente, deque Regibus & Prophetis*. 2. *De Samaritanis*. 3. *De antiquis Romanorum & Græcorum ſectis*. 4. *De ſectis, quæ poſt Apoſtolorum prædicationem in terris Romanorum Græcorumque extiterunt*. Ex Eutychio Alexandrino hæreticos recenſet à Simone mago ad Monothelitas. 5. *De templo ſub nomine Michaëlis* Archangeli *exſtructo* Alexandriæ, *ex Eutychio Melchita Patriarcha Alexandrino, qui & Saidus Patricides*. 6. *Quod Orientales ab antiquis temporibus ad hanc diem opus non habuerint, ut Concilium ad ſtabiliendam collapſam fidem cogerent*. 7. *Recenſio Conciliorum*: & Occidentalia quidem hæc recenſet; Ancyranum, Neocæſarienſe, Nicænum, Gangrenſe, Antiochenum, Laodicenum, Sardicenſe, Conſtantinopolitanum, Epheſinum primum adversùs Neſtorium, Epheſinum ſecundum, Chalcedonenſe, & Conſtantinopolitanum ſecundum. Orientalia verò, ſub Iſaaco Patriarcha canones 22. ſub Ezechiele canones 36. ſub Jeſujabo canones 22. ſub Timotheo canones 98. ſub Joſue Barnun canones 130. & ſolutiones quæſtionum 70. ſub Ananjeſu canones 20. ſub Joanne Tomum canonum.

Pars V. Fundamenta ſeptem continens & Epilogum. Fundamentum 1. *de Chriſto Domino & Apoſtolis XII. deque nonnullis Diſcipulis*. Hic per capita 19. geſta breviter texit Chriſti, Simonis Petri, Andreæ, Jacobi Zebedæi, Joannis Evangeliſtæ, Philippi, Nathanaëlis Bartholomæi, Matthæi, Thomæ, Jacobi Alphæi, Judæ Jacobi, Simonis Chananæi, Judæ Iſcariotæ, Mathiæ, Pauli, Marci, Lucæ, Adæi, & Maris: ubi & de epiſtola Chriſti ad Abgarum ex Chronico Joannis filii Saidi Melchitæ, cujus verba protuli tom. 2. pag. 393.

Fundamentum 2. *De Patriarchis Orientis eorumque geſtis*: quæ Amrus accuratè deſcribit ab Abre uſque ad Jaballaham Timothei ſecundi præceſſorem: ſubjicitque ad calcem *Catalogum metropolitanorum & epiſcopalium ſedium, quæ Patriarchæ Orientis ſubjectæ ſunt*. Vide Tom. 2. à pag. 395. ad pag. 458.

Fundamentum 3. *continet capita* 14. *de Orthodoxa fide ejuſque expoſitione ex mente Patrum Orientalium*.

Deeſt

Deest caput 1. *Caput 2. in quatuor sectiones distributum: Sectio 1. Præfatio libri de fundamentis fidei ab Elia Patriarcha Orientis compositi & in sectiones 22. divisi. Sectio 2. ex eodem libro de Unione Verbi Dei cum perfecta humanitate ex Domina Maria Virgine assumpta. Sectio 3. ex eodem, testimonia de humanitate Christi. Sectio 4. testimonia de divinitate Christi. Caput 3. in quatuor partes & octo sectiones divisum. Tractatus Eliæ metropolitæ Nisibis ex libro de Fide Orthodoxa. Caput 4. Libellus Georgii metropolitæ Mosulani de Fide Orientalium. Caput 5. Libellus Machichæ Patriarchæ Orientis. Caput 6. Fides Michaëlis episcopi Amidæ & Majapharchini. Caput 7. De Deo uno & Trino. Tractatus Ebedjesu metropolitæ Nisibis continens fundamenta septem sectionesque viginti septem. Caput 8. ex eodem Ebedjesu. Caput 9. de inhabitatione & Unione: est caput octavum libri Ebedjesu. Caput 10. ex eodem libro, quod leges veteres jure abrogatæ sint, lex autem Domini nostri Jesu Christi abrogari nequeat. Caput 11. Fides Jesujabi metropolitæ Nisibis, cognomento ebn-Malchon. Caput 12. Epistola Machichæ ad quendam fidelem Aspahani commorantem scripta, quum metropolita Mosul & Arbelæ esset.* Desunt capita 13. & 14.

Fundamentum 4. continet capita 4. Responsa & quæstiones. Deest caput 1. & 3. *Caput 2. In quo conveniant Christianorum sectæ circa Unionem. Caput 4. Responsio ad eum, qui objicit, duos à nobis filios asseri.*

Fundamentum 5. continens capita 4. Objectiones & responsiones. Caput 1. Enarratio eorum, quæ Presbytero Sabarjesu Pauli Mosulani filio cum quodam Judæorum doctore contigere circa Christum. Caput 2. Responsio adversùs eos, qui ajunt Mariam Deum genuisse. Ubi testimonium profert Jesujabi metropolitæ Nisibis ex epistola, cui titulus Demonstratio. Caput 3. Confutatur præcipuum eorum (hoc est, Jacobitarum) *argumentum. Caput 4. Responsio ad eos, qui dicunt Deum passum & crucifixum fuisse.*

Fundamentum 6. Continet duas partes. Pars 1. De iis, qui secundam sententiam tenent, hoc est, *de Melchitis, in tractatus 2. divisa. Pars 2. Continet tractatum 1. & 4. capita, de iis, qui tertiam sententiam tenent*, hoc est, *de Jacobitis.*

CAPUT LVIII.

Thomas, Jaballaha, Jacobus, & Denha Indiarum Episcopi.

1. Nestoriani Indiarum episcopi.

THOMAS, Jaballaha, Jacobus, & Denha, ex monachis cœnobii sancti Eugenii, quod in Mesopotamia situm est, Episcopi Indiarum ordinati, ad Nestorianorum Patriarcham anno Græcorum 1815. Christi 1504. Epistolam Syriacam dederunt, in qua numerum christianorum ejus sectæ in vastis Indiarum regionibus commorantium referunt, adventumque Lusitanorum in Malabaricas terras significant. Exstat in Cod. Syr. 5. (Tom. 2. Biblioth. Orient. p. 488.) anno Græcorum 1844. Christi 1533. exarata, cui eorumdem episcoporum, sociorumque historia ab anno Græcorum 1801. Christi 1490. præmittitur in hæc verba.

II. Epistolam scribunt ad Eliam Patriarcham.

حمبو لكوه هذا هلا هدوكسع هزخا وهتبوها حمحا
ملا هلالههم وكهوبها لحاوا
وحمه احبم :

Dei universorum Domini ope freti scribimus Indorum benedictorum Historiam, deque ipsorum in urbem Gazartæ 1 *Zebedææ adventu.*

ANno itaque Alexandri millesimo octingentesimo primo venerunt tres viri fideles christiani ex remotis Indiæ regionibus ad Mar Simeonem Catholicum Patriarcham Orientis, ut Episcopos pro suis provinciis impetrarent, eosque illuc deducerent. Et alter quidem secundùm Conditoris voluntatem in itinere decessit: reliqui duo ad Mar Catholicum, qui in urbe Gazartæ Zebedææ tunc temporis morabatur, incolumes pervenerunt, ab eoque summâ cum lætitiâ excepti fuere. Et illorum quidem alter Georgius, Josephus alter appellabatur. Ambo autem à Mar Catholico sacerdotes ordinati fuere in sancta ecclesia sancti Georgii in Gazarta: quandoquidem literis satis instructi erant. Mox ad cœnobium sancti ac beati 2 Eugenii missi fuere. Indeque duos monachos homonymos, (ambo quippe Raban Josephi nomen ferebant,) adduxerunt, quos Mar Catholicus Episcopos consecravit in ecclesia sancti Georgii: & alterum

حمنه وهنا لكه هلهنعا
هسوا لاحههبوهه لهه لكها
حدوم هدهعدنا همههنا هم
لاوهلا وسعا وهتبه حها هنب
هعدهم هههكعا هههنهمه
وهبسا : حمهحكه لحوا
لاوهلاهم . همب هدههم لمر رحنته
وحنهنا حبب حاهوسا . هلهمم هكه
هو سبمم حها هنب هههكعا .
مههه هنب هههكعا حمبهنا
وحلهوا وحمه احبم لههموم
هوا هبهب حههم سبهلا وحها
هيهلا . همب هدههم هنههنا هوا
حمهفهمه هلسهنا همهه .
هلهمو لهم هنب هههكعا هوهنا
لههوههم حبلا هبهها وهنب
همهفهمه وحلهوا هنهلا
وحعا

NOTÆ.

1 *Gazartam Zebedæam*. Aliàs dicitur *Gazarta*, hoc est, Insula, *Cardoa*: Arabibus *Gezira*; Ammiano *Bezabde*, & *Bizabda*; Hieronymo *Zabdicene*; *Gezerta* Masio. Est autem Tigris fluvii Insula & urbs, XII. circiter passuum millibus suprà Mosul posita, decem ferè millia passuum suo ambitu continens, muris undique cincta. Vide Dissert. de Monophysitis, verbo *Gozarta*, & To. I. Bibl. Orient. pag. 514.

2 *Eugenii cœnobium*. In Historia Patriarcharum Nestorianorum à Mari conscripta in vita Papæ, dicitur Eugenius ex Ægypto Nisibin venisse, habitasse in monte Izlensi, de Ario & Concilio Nicæno prophetasse, Cherdam & Bizabdam lustrasse, cœnobium denique exstruxisse, in quo conditus fuit. In carmine verò Syriaco, cujus suprà p. 147. facta est mentio, illud cœnobium apud Beth-Maare Nisibenæ ditionis vicum exstructum fuisse.

quidem Thomam [1], Joannem alterum appellavit: deditque eis literas patentes admirabiles, & alias signatas suoque anulo munitas, illosque cum precibus & benedictionibus dimisit, & unàcum Indis regiones Indorum petere jussit. Quo quum ipsi quatuor incolumes, Christi Domini nostri auxilio, pervenissent, à fidelibus illis magno cum gaudio susceptisunt: eisque occurrerunt cum lætitia, præferentes Evangeliorum codicem, crucem, thuribula, & faces; eosque introduxerunt cum magna pompa, & psalmorum hymnorumque cantu. Ii autem altaria consecrarunt, & quamplures sacerdotes ordinarunt: quandoquidem longo tempore Episcopis caruerant. Et Mar Joannes quidem Episcopus in India mansit; Mar Thomas verò ejus socius ad Catholicum paulò post reversus, primitias, & oblationes, & unum servum ei attulit.

Contigit autem, ut ante mar Thomæ Episcopi in Indiam reditum, è vivis excederet Mar Simeon Catholicus, & ab hac vita temporaria & fluxa ad illam perpetuò mansuram & immortalem migraret anno Græcorum millesimo octingentesimo decimo tertio, qui in monasterio sancti ac beati Eugenii sepultus est. Dominus in cœlestis regni mansionibus requiem animæ ejus impertiri dignetur, Amen. Illi successit Elias Catholicus Patriarcha, qui & monachos tres probatissimos ex cœnobio sancti Eugenii adduxit. Horum pri-

NOTA.

1 *Thomam*. Ejus meminit Ludovicus Gusmanus in sua de Indicis expeditionibus historia lib. 2. cap. 37. & Athanasius Kirkerius in Prodromo pag. 112.

primus fuit Raban David, cognomento Longus, quem metropolitam instituit, & Mar Jaballaham appellavit. Alter Raban Georgius dicebatur, quem Episcopum consecravit, & Mar Denham appellari jussit. Postremus Raban Masudus, quem Episcopum similiter creavit, & Mar Jacobum nominavit. Hos omnes ordinavit in cœnobio sancti Joannis [1] Ægyptii germani fratris sancti Achæ in finibus Gazartæ Zebedææ anno Græcorum millesimo octingentesimo decimo quarto. Mox eosdem quatuor istos Patres ad terras Indorum, & ad Insulas marium, quæ sunt intra [2] Dabag, & Sin, ac Masin ire jussit: & Christi Domini sui ope omnes incolumes illuc pervenerunt, videruntque Mar Joannem Episcopum Indorum adhuc superstitem, qui unàcum cæteris benedictis fidelibus illic commorantibus de Patrum adventu vehementer gavisus est.

Sequenti anno literas ad Mar Eliam Catholicum dederunt, qui tamen eas non accepit, morte præventus, sepultusque fuit in ecclesia Meschintæ in urbe Mosul: eique substitutus est Mar Simeon Catholicus Patriarcha. Epistola autem à præ-

di-

NOTÆ.

1 *Joannis Ægyptii germani fratris sancti Achæ cœnobium in finibus Gazartæ Zebedææ.* Ejus cœnobii meminit Andreas Masius in Præfat. ad Anaphoram S. Basilii. Mares autem in vita Barbasemini Patriarchæ refert, Joannem & Acham sancti Eugenii discipulos fuisse, & in Bizabde idolorum fanum in ecclesiam convertisse, ibique cœnobium condidisse, cui postea زرنوق *Zarnuchæ* cognomentum impositum. Vide Tom. 1. pag. 537. & 540. ubi de Joannis & Achæ memoria in menologio Chaldæorum, deque eorumdem cœnobio in Zebedæa insula posito.

2 *Dabag, Sin, ac Masin.* Insulas Indis Sinisque adjacentes intelligit: ubi Syros à priscis temporibus habitasse compertum est tùm ex illius gentis historia, tùm ex celebri monumento lapideo in Sinarum regione reperto, de quo Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 255.

dictis Patribus ex India ſcripta, erat hujuſmodi.

Epiſtola, quam miſerunt Patres Indiæ, & Sin, ac Maſin.

Simeoni [1] alteri, & Papæ noſtrorum dierum: Timotheo ſeculi noſtri, & Jeſu filio Nun temporis noſtri, & Jeſujabo noſtri ævi: cui data eſt poteſtas in cælo & in terra paſcendi gregis Chriſti, virgâ Petri, quæ ipſi ſuccedentibus temporibus tradita eſt; (ò Beatum populum, cui ſic accidit: habere, ſcilicet, talem Præſulem & Rectorem!) Mar ELIÆ Catholico Patriarchæ Orientis, quæ eſt mundi pars cæterarum mater: quem Dominus confirmet, erigat, exaltet, magnificet, & conſortet ad gloriam chriſtianæ religionis, & ad exaltationem eccleſiarum, Amen. Servi veſtri exigui, & diſcipuli imperfecti, Mar Jaballaha, & Mar Thomas, & Mar Jacobus, & peregrinus Denha, contemptibiles & infirmi, pedum veſtrorum mundorum ſanctorumque ſcabellum adorant, atque pro tribulatione ſua ſubſidium poſtulant acceptarum & efficacium orationum veſtrarum, & elata voce cum obſecratione dicunt: Benedic Domine, Benedic Domine, Benedic Domine. Joannes quoque tabernaculum Dei, ac theſaurarius miniſterii ejus, ſanctus & princeps ſanctorum, Epiſcopus Metropolita Atelæ; & univerſi ſancti Patres, & monachi probi, & puri Presbyteri, & immaculati Diaconi, & electi fideles, & Chriſtiani omnes ibi commoran-

NOTA.

1 *Simeoni alteri* &c. Nominibus præceſſorum ſuorum, qui ſanctitatis vel doctrinæ famâ apud eam gentem claruere, Elias Patriarcha appellatur. Fuit autem *Simeon* cognomento *Bar-Sabae*, martyr ſub Sapore Perſarum rege. *Papas* ejuſdem Simeonis præceſſor. *Timotheus* anno Chriſti 782. Neſtorianis præfuit. *Jeſus filius Nun*, ſeù *Joſve Bar-Nun* Timotheo ſucceſſit. *Jeſujabi* tres præ aliis celebrantur, Arzunenſis, ſcilicet, Gadalenſis, & Adjabenus: de quibus hoc tom. paſſim, nec non tom. 2. Bibl. Orient. pag. 397. 399. 415. 416. 420. 433. & 434.

rantes, ſalutem noſtram in Domino excipiant.

Amabili dilectioni tuæ nunc ſignificamus, divina nos ope & veſtrarum acceptarum orationum ſuffragio adjutos ad benedictas Indorum terras ſalvos & incolumes perveniſſe per divinæ gratiæ virtutem. Gratias agimus Deo univerſorum Domino, qui confidentes in ſe non confundit. Hic porrò à Chriſtianis ſummâ cum omnium lætitiâ excepti fuimus: & Pater noſter ſanctus Mar Joannes adhuc in vivis eſt, & ſalutem plurimam vobis dicit. Sunt autem hîc triginta ferè millia familiarum chriſtianarum communis nobiſcum fidei, & Dominum orant, ut vos incolumes tueatur. Nunc autem alias conſtruere eccleſias cœperunt, omniumque rerum copia abundant, ſuntque manſueti & pacifici. Benedictus ſit Deus. Sed & Ædes ſancti Thomæ Apoſtoli à Chriſtianis quibuſdam habitari cœptæ ſunt, qui de earum inſtauratione ſatagunt. Diſtant autem à prædictis Chriſtianis itinere ferè viginti quinque dierum, poſitæque ſunt ad mare in urbe, quæ dicitur Meliapor, in provincia Silan, quæ eſt una ex provinciis Indiæ. Nam Indorum regiones plures ſunt, & validæ, & ſemeſtre iter occupant, ſuaque habet unaquæque regio nomina: noſtra autem regio, in qua Chriſtiani commorantur, Malabar appellatur, habetque viginti circiter urbes, quarum tres celebres ſunt & firmæ, Carangol, 1 Palor, & Colom: & aliæ illis proximæ accedunt. In omnibus verò Chriſtiani habitant,

NOTÆ.

1 *Carangol, Palor, Colom.* Hoc eſt, urbes in Malabaria Cranganora, Coulanum, & Palaorum. Guſmano in hiſt. Indica lib. 2. cap. 37. & Kirkerio in Prodromo pag. 115. *Cranganor, & Colon.* Ejuſdem regionis ſunt *Cananora*, & *Calecutium*, de quibus Baudrandus in Lexico.

tant, & eccleſiæ conſtructæ ſunt; vicinamque habent magnam & opulentam urbem Calecutum, quam infideles idololatræ incolunt.

Hoc etiam, Patres noſtri, diſcite: miſſas, videlicet, in has Indorum terras ex Occidente validas naves à Rege chriſtianorum, qui ſunt fratres noſtri [1] Franci. Tenuit autem navigatio annum integrum: & primùm quidem Auſtrum tenentes, Chus, hoc eſt, Æthiopiam præternavigarunt: inde ad has Indorum terras venerunt; & piper aliaſq; merces mercati, ad ſuos remearunt. Per hunc modũ apertâ & probè exploratâ viâ prędictus Rex, quem Deus incolumem ſervet, ſex alias ingentes naves miſit, quibus ſemeſtri ſpatio mare emenſi, Calecutum urbem tenuere, nauticæ artis peritiſſimi. Habitant Calecutum Iſmaëlitæ frequentes, qui ingenito in Chriſtianos odio concitati, coſdem apud ethnicum Regem calumniari cœperunt, ajentes: homines illos ex Occidente veniſſe, eiſque vehementer placuiſſe urbem & regionem: quare ad Regem ſuum quamprimùm redituros, & ingentes copias navibus adducturos: inde bellum & regni excidium imminere. Iſmaëlitarum dictis fidem adhibuit Rex infidelis, eorumque conſilium ſequutus, exiliit ſicut amens, & univerſos prædictos Francos occidit, quos nempe in urbe reperit, ſeptuaginta viros, & quinque ſacerdotes

NOTA.

1 *Franci*. Luſitanos intelligit, ut ex infrà dicendis patet. Francorum nomine ab Orientalibus Europæi omnes deſignantur. Vide Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 499.

dotes probos, qui ipsos comitabantur: quandoquidem sine sacerdotibus iter agere, aut quoquam pergere non solent. Reliqui, qui in navibus erant, solutis anchoris abjerunt cum tristitia magna & amaro fletu, & ad nostros christianos utpote
z affines venerunt in urbem z Cocen. Habet hæc itidem infidelem Regem, qui videns eos in gravi commotione & tribulatione magna, suscepit illos apud se, & consolatus est, atque juravit, se nunquam ipsos desertum. Quum autem impius ille Rex, qui eorum socios occiderat, hæc intellexisset, irâ exarsit, & collecto ingenti exercitu illos adortus est. Quare coacti fuere Franci unàcum Rege, ad quem profugerant, in castrum munitissimum intra maritima se recipere, ubi ad aliquot dies manserunt. Tùm demùm misertus est eorum Christus, & naves quamplures ex terris illorum Francorum huc appulerunt, Regemque Calecuti gravissimo bello implicuerunt, & admotis tormentis jecerunt in eum lapides prægrandes, multosque mortales ex impii Regis exercitu interfecerunt, eumque, atque copias ipsius ab ora maritima expulerunt. Inde Franci ad urbem Cocen profecti, castrum ingens ibidem construxere, & trecentis præsidiariis viris bellicosis ex sua gente munivere, quorum alii ad tormenta tractanda deputabantur, alii sclopetarii erant. Adjecta sunt quinquaginta circiter tormenta ingentia, & alia parva fere centum, & sclopeta. Interea Rex eorum inimicus, cujus memoria pereat, bellum reparabat. Sed mox commisso prælio victus est Christi virtute, amissis tribus millibus ex suis, quos tormenta discerpserunt, fugitque in urbem suam Calecutum. Eum itaque insequuti Franci maritimo itinere, (mari enim urbs ejus alluitur,)

ﻭﻫﻢ ﺍﻟﺮﻫﺒﺎﻥ ﺍﻟﺬﻳﻦ ﻛﺎﻧﻮﺍ ﻣﻌﻬﻢ
ﻓﺎﻧﻪ ﻟﻴﺲ ﻳﺴﻠﻚ ﺍﻟﻄﺮﻳﻖ ﺑﺪﻭﻧﻬﻢ
ﻭﻻ ﻳﺴﺎﻓﺮ ﺍﻟﻰ ﻣﻮﺿﻊ ﺍﻟﺒﺘﺔ
ﻭﺍﻣﺎ ﺍﻟﺒﺎﻗﻮﻥ ﻓﺎﻧﻬﻢ ﺭﻓﻌﻮﺍ ﻣﺮﺍﺳﻴﻬﻢ
ﻭﺍﺑﺤﺮﻭﺍ ﻣﻦ ﺍﻟﻤﺮﺳﻰ ﺑﺤﺰﻥ ﻋﻈﻴﻢ
ﻭﻣﺮﺍﺭﺓ ﻛﺒﻴﺮﺓ ﻭﺑﻜﻮﺍ ﺑﻜﺎﺀ ﻣﺮ
ﻭﺍﻗﺒﻠﻮﺍ ﺍﻟﻰ ﺍﻟﻨﺼﺎﺭﻯ ﺍﺧﻮﺗﻬﻢ
ﻭﺍﻗﺎﺭﺑﻬﻢ ﻭﻫﻢ ﻓﻲ ﺿﻴﻖ ﻋﻈﻴﻢ
ﻭﺷﺪﺓ ﻛﺒﻴﺮﺓ ﻓﻌﺰﻳﻬﻢ ﻭﺗﺮﺟﺎﻫﻢ
ﻭﺣﻠﻒ ﻟﻬﻢ ﺍﻧﻪ ﻟﻦ ﻳﺘﺮﻛﻬﻢ ﺍﺑﺪﺍ
ﻭﻟﻤﺎ ﺳﻤﻊ ﺍﻟﻤﻠﻚ ﺍﻟﻜﺎﻓﺮ ﺍﻟﺬﻱ ﻗﺘﻞ
ﺍﺻﺤﺎﺑﻬﻢ ﻫﺬﺍ ﺍﻟﺨﺒﺮ ﻏﻀﺐ ﻏﻀﺒﺎ
ﺷﺪﻳﺪﺍ ﻭﺟﻤﻊ ﺟﻤﻮﻋﺎ ﻛﺜﻴﺮﺓ ﻭﺟﺎﺀ
ﺍﻟﻴﻬﻢ ﻓﻠﻤﺎ ﺭﺁﻫﻢ ﺍﻟﻔﺮﻧﺞ ﺍﻧﺤﺎﺯﻭﺍ
ﺍﻟﻰ ﺍﻟﻤﺮﺳﻰ ﻭﺍﻟﺘﺠﺄ ﺍﻟﻤﻠﻚ ﻭﻣﻦ
ﻣﻌﻪ ﺍﻟﻰ ﺍﻟﻘﻠﻌﺔ ﺍﻟﺘﻲ ﻫﻨﺎﻙ ﻭﺍﻗﺎﻣﻮﺍ
ﺑﻬﺎ ﺍﻳﺎﻣﺎ ﻗﻠﻴﻠﺔ ﺛﻢ ﺭﺣﻢ ﺍﻟﻠﻪ
ﺍﻟﻨﺼﺎﺭﻯ ﻓﺠﺎﺀﺕ ﻣﺮﺍﻛﺐ ﻛﺜﻴﺮﺓ
ﻣﻦ ﺑﻼﺩ ﺍﻟﻔﺮﻧﺞ ﻭﺣﺎﺭﺑﻮﺍ ﺍﻟﻤﻠﻚ
ﻭﺭﻣﻮﻩ ﺑﺤﺠﺎﺭﺓ ﻛﺒﺎﺭ ﻭﻗﺘﻠﻮﺍ ﻭﺟﺮﺣﻮﺍ
ﻛﺜﻴﺮﺍ ﻣﻦ ﺟﻴﺶ ﺍﻟﻤﻠﻚ ﻭﺍﺧﺮﺟﻮﻩ
ﻭﺟﻴﺸﻪ ﻣﻦ ﺍﻟﻤﺮﺳﻰ ﻓﺴﺎﺭ ﺍﻟﻔﺮﻧﺞ
ﺍﻟﻰ ﻣﺪﻳﻨﺔ ﻛﻮﻛﻦ ﻭﺑﻨﻮﺍ ﻫﻨﺎﻙ ﻗﻠﻌﺔ
ﻋﻈﻴﻤﺔ ﻭﺍﻗﺎﻣﻮﺍ ﻓﻴﻬﺎ ﺛﻼﺛﻤﺎﺋﺔ
ﺭﺟﻞ ﻣﻦ ﺷﺠﻌﺎﻥ ﺍﻟﻔﺮﻧﺞ ﻭﺟﻌﻠﻮﺍ
ﻣﻌﻬﻢ ﺟﻤﻠﺔ ﻣﻦ ﺍﻟﺮﻣﺎﺓ ﻭﺍﻟﺒﻨﺎﺩﻕ
ﻭﻛﺎﻥ ﻣﻨﻬﻢ ﻣﻦ ﻳﺪﻳﺮ ﺍﻟﻤﺪﺍﻓﻊ
ﻭﻣﻨﻬﻢ ﻣﻦ ﻳﺮﻣﻲ ﺑﺎﻟﺒﻨﺎﺩﻕ ﻭﻧﺼﺐ
ﻟﻬﻢ ﻧﺤﻮ ﻣﺎﺋﺔ ﻣﺪﻓﻊ ﻛﺒﺎﺭ ﻭﺻﻐﺎﺭ
ﻭﻛﺎﻥ ﻋﺪﻭﻫﻢ ﺍﻟﻤﻠﻚ ﺍﻟﻜﺎﻓﺮ ﻗﺪ
ﺟﻤﻊ ﺟﻤﻮﻋﺎ ﻛﺜﻴﺮﺓ ﻭﺍﻗﺒﻞ ﻳﺮﻳﺪ
ﺍﻟﻘﻠﻌﺔ ﻓﻠﻤﺎ ﻗﺮﺏ ﻣﻨﻬﺎ ﻧﺰﻝ ﻭﺍﻗﺎﻡ
ﻳﻮﻣﻴﻦ ﻭﻟﻤﺎ ﻛﺎﻥ ﻓﻲ ﺍﻟﻴﻮﻡ ﺍﻟﺜﺎﻟﺚ
ﺍﺻﻄﻒ ﺍﻟﻔﺮﻧﺞ ﻭﺍﻗﺘﺘﻠﻮﺍ ﻭﺍﻧﻬﺰﻡ
ﺍﻟﻤﻠﻚ ﻭﺟﻴﺸﻪ ﻭﻗﺘﻞ ﻣﻦ ﺟﻴﺸﻪ
ﻧﺤﻮ ﺍﻟﻒ ﺭﺟﻞ ﻭﺍﻧﺴﺤﺐ ﺍﻟﻤﻠﻚ
ﻭﺟﻴﺸﻪ ﻭﺍﻟﻔﺮﻧﺞ ﻓﻲ ﺍﺛﺮﻫﻢ ﻭﻫﻢ
ﻳﻘﺘﻠﻮﻥ ﻓﻴﻬﻢ ﻭﻳﺄﺳﺮﻭﻥ ﺍﻟﻰ ﺍﻥ
ﺍﻧﺘﻬﻮﺍ ﺍﻟﻰ ﻣﺪﻳﻨﺘﻪ ﻓﻠﻤﺎ ﺭﺁﻫﺎ ﺍﻟﻤﻠﻚ
ﺍﻧﻬﺰﻡ ﻫﻮ ﻭﻣﻦ ﻣﻌﻪ ﻭﺗﺮﻛﻮﺍ ﺍﻟﻤﺪﻳﻨﺔ
ﻓﺪﺧﻠﻬﺎ ﺍﻟﻔﺮﻧﺞ

NOTA.

z *Cocen*. Cochinum, seù Cocinum maritima Malabaricæ regionis urbs, de qua Baudrandus in Lexico,

tur,) comprehenderunt eum, ejuſque naves ceperunt & confregerunt, repertoſque in illis Iſmaëlitas ferè centum, navium rectores interfecerunt, urbem verò tormentis vaſtarunt.

Hoc bello defunctus prædictorum illorum Francorum Dux, ad aliam urbem, Cananorum dictam, in eadem regione Malabar, venit ad alium Regem infidelem, & ab eo locum poſtulavit in ipſius urbe, ubi ſuam negociationem exercere liberè poſſent, & in poſterum illuc appulſuri ſuæ gentis homines ſequentibus annis divertere: deditque eis locum, & domum amplam, & cum gaudio illos excepit, tractavitque humaniſſimè. Viciſſim Dux Chriſtianus veſtes auro textas, & pannos murice tinctos Regi rependit. Mox quatuordecim mille tagaras piperis mercatus, in regionem ſuam diſceſſit. Habitant autem ex eorum gente homines ferè viginti in urbe Cananoro: ad quos profecti, poſtquam ex Hormizda (*Hormus*) urbe ad eam Indorum civitatem Cananorum venimus, ſignificavimus, illis nos eſſe Chriſtianos, noſtramque conditionem & gradum indicavimus: & ab illis magno cum gaudio ſuſcepti ſumus, nobiſque pulchras veſtes dederunt,

& vi-

& viginti drachmas auri, noſtramque peregrinationem ſuprà virtutem propter Chriſtum honorarunt: & apud eos duos cum dimidio menſes manſimus, & præceperunt, ut conſtituta die nos quoque ſacra myſteria faceremus, hoc eſt, Oblationem celebraremus. Et quidem aptum ad orationem peragendam locum, hoc eſt, Oratorium deputarunt: & ſacerdotes eorum quotidie ſacram conficiunt oblationem & ſacrificant: hic enim eſt mos & ritus eorum. Quamobrem Dominica die [1] Noſardel, poſtquam ſacerdos eorum celebraſſet, nos quoque admiſſi fuimus & ſacrum fecimus: & placuit valdè oculis eorum. Inde digreſſi, ad noſtros Chriſtianos perreximus, qui ab hoc loco octo dierum itinere diſtant. Numerus prædictorum Francorum, quadringentorum circiter virorum computatur: ceciditque timor eorum & pavor ſuper omnes infideles & Iſmaëlitas iſtarum regionum. Eorundem autem Francorum regio Portugallus vocatur, una ex Francorum regionibus; eorumque Rex [2] Emmanuel appellatur; Emmanuelem oramus, ut illum cuſtodiat.

ܘܐܬܝ ܟܠܗܘܢ ܠܒܝܬ ܟܢܘܫܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܘܩܪܒ ܠܗܘܢ ܩܘܪܒܢܐ ܘܫܪܝ ܠܢ ܬܡ ܬܠܬ ܝܘܡܝ ܘܐܬܪܥܝ ܠܢ ܕܢܥܒܕ ܐܦ ܐܢܚܢ ܩܘܪܒܢܐ ܕܝܘܡ ܫܪܝܪܐ ܕܢܥܒܕ ܩܘܪܒܢ ܨܠܘܬܐ ܘܐܬܪ ܕܨܠܘܬܐ ܠܡܥܒܕ ܗܘ ܒܝܬ ܨܠܘܬܗܘܢ ܘܟܗܢܝܗܘܢ ܒܟܠ ܝܘܡ ܩܪܒܢ ܩܘܪܒܢ ܕܩܘܪܒܢ ܘܡܩܪܒ ܗܘ ܕܢܡܘܣ ܘܕܬܣܟܐ ܗܘ ܒܗܘ ܒܝܬ ܡܫܟܢ ܘܒܝܘܡ ܚܕ ܒܫܒܐ ܕܢܣܪܕܝܠ ܕܗܘ ܟܗܢܐ ܕܩܘܪܒܢ ܩܘܪܒܢ ܐܦ ܐܢܚܢ ܐܬܝܢ ܘܩܪܒܢ ܩܘܪܒܢ ܘܫܦܝܪ ܗܘ ܒܥܝܢܝ ܟܠ ܐܢܫ ܘܡܢ ܬܡ ܐܙܠܢ ܠܒܝܬ ܡܫܟܢ ܐܚܢ ܕܡܫܝܚܝܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܗܘ ܐܬܪ ܫܬ ܝܘܡܝ ܐܘܪܚܐ ܘܡܢܝܢܐ ܕܦܪܢܓܐ ܐܝܟ ܡܐܬ ܒܪ ܡܢ ܟܠ ܚܕ ܘܚܕ ܡܢ ܐܢܫ ܐܝ ܕܒܗ ܐܬܝ ܘܫܒܫ ܘܕܚܠ ܥܠ ܟܠ ܣܒܪ

Exarata, & missa fuit hæc epistola à regione Indiæ anno Græcorum millesimo octingentesimo decimo quinto. Deo autem sit gloria, & honor, & gratiarum actio, & adoratio, nunc, & semper, & in sæculum sæculorum, Amen.

Explicit, & Domino nostro sit laus, & super nos miserationes ejus in sæcula.

CAPUT LIX.

Abraham Episcopus Seleuciæ.

I. Abraham Seleuciæ episcopus.

ABRAHAM Seleuciæ episcopus, sub Simeone Nestorianorum Patriarcha vivebat anno Christi 1526. alius à juniore Abrahamo Persidis episcopo, qui Synodo Amidensi, anno 1616. sub Elia Patriarcha celebratæ subscripsit, ut tom. 1. pag. 547. observavi.

II. Ejus Carmen.

Exstat Syriacum ejus *Carmen de anno novo*, hoc titulo præfixo.

ܠܐܘܟܐ ܒܫܡ ܐܒܗܐ ܘܒܪܝܟ
ܐܝܬܘܗܝ ܗܠܝܢ ܫܘܒܚܐ ܕܥܠ
ܫܢܬܐ ܚܕܬܐ :

Carmen de anno novo auctore Raban Abrahama Seleucienſi anno Græcorum millesimo octingentesima trigesimo septimo. Cod. Syr. 8. Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 488. – Eiusdem carmen in accessu ad tumulum recitatur in Rituali sepulturae Abrumiae 1900, p. 49.

CAPUT LX.

Elias Patriarcha.

I. Elias Patriarcha.

ELIAS Nestorianis Patriarcha præerat an. Christi 1584. quum Leonardus Abel Episcopus Sidoniensis Gregorii XIII. jussu in Ægypto, Syria atque Mesopotamia Patriarchas Melchitarum, Coptorum, Jacobitarum, Nestorianorumque visitavit. Præcessorem habuit Simeonem Bar-Mamam hæreticum Patriarcham: eosque ipse Nestorianis tempore præfuit, quo Simeon Denha Ahatallæ post Abdjesum proximus successor catholicos Chaldæos regebat, de quo Miræus Biblioth. Eccl. pag. 58. obiit anno Græcor. 1902. Christi 1591.

II. Ejus Fides.

Exstat Arabica ejus *Fides*, sed Nestorianis plena erroribus, Cod. Vat. 156. exarata mense Decembri anno Græcorum 1897. Christi 1586. de qua vide Tom. 1. pag. 549. Altera orthodoxa Syriacè habetur Cod. Vat. 157. fol. 117. ad summum Pontificem Paulum V. transmissa ab hujus Eliæ cognomine successore, de qua eodem tom. 1. pag. 546.

CA-

CAPUT LXI.

Simeon episcopus Amidæ: Gabriel Hesnæ: & Elias Patriarcha.

I. Simeon episcopus Amidæ.

SIMEON Amidæ episcopus sub Elia Patriarcha Nestoriano, de quo proximè dictum est, anno Christi 1584. claruit, eique circa annum 1590. defuncto successit Elias episcopus, quo demùm anno Christi 1616. Sedem illam sponte abdicante, ab Elia orthodoxo Patriarcha hæretici cognominis successore electus fuit Adam archimandrita, qui & Timotheus, ut Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 549. observavi.

II. Ejus Hymni.

Exstant ejus Hymni Syriaci *de B. Maria, & Sanctis* in Arabicum sermonem ab anonymo conversi anno Græcorum 1962. Christi 1651. ut legitur in Codice Amidensi 2. Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 581. Ejusdem *Carmen paracleticum de defunctis* Arabicè habetur Cod. Syr. 1. Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 486.

III. Gabrielis Episcopi Hesnæ carmen.

Simeoni æqualis fuit Gabriel Hesnæ Episcopus, qui vitam produxit usque ad annum Christi 1616. quo ejuratis Nestorianis erroribus in Synodo Amidensi unàcum Elia Patriarcha, & Episcopis, Elia altero Schertæ, Josepho Geziræ, Abrahamo Persidis, Timotheo Jerusalem & Amidæ, & Ananjesu Vanæ, Catholicam fidem amplexus est, ut dixi tom. 1. pag. 547. Ejus *Carmina duo* recensui eodem tom. 1. pag. 551. *Carmen aliud de anno novo* compositum anno Græcorum 1908. Christi 1597. Exstat Cod. Syr. 8. Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 488.

IV. Eliæ Patriarchæ epistolæ.

Denique Eliæ Patriarchæ, cujus epistolas V. cit. tom. 1. pag. 546. & seqq. laudavi, exstant in Bibliotheca Collegii Maronitarum de Urbe binæ aliæ epistolæ Syriacæ manuscriptæ, quarum prima est *ad Thomam & Franciscum Fratres Minores*; altera *ad Paulum V. Summum Pontificem*.

Eliæ Chaldæorum Patriarchæ [1] Epistola ad Fratres Minores in urbe Alepo commorantes. هم قلمه

هؤنمهما ركمها محكمها
معهمحلم حقم . ووهبهم مؤكم ٥
ٱسم مسحصم معمموا وكلم
حؤنما ووما مسبؤما معكلما وقم
لاممكلم موقم هنهمهقه : وسلم
كموله وكموقم وملقم
٥لهمؤحتم لهمحملا ولمه حقم
مبؤم لمح حللا هم سلا معكلم
لهمحملاه ومؤنمهمحمعمسما وبرحمه
حؤوا قلمه وسعما وملم حلحقم :
لمعما ولمه وقم لؤمر لهمكجب لم
للاؤوا وسعما لحمر قلموقم حنس
لاموهم . معملا معمحملا هم
ٱسمار٥ه وسعم حسما وقم
لاممكلم ولمه وهلمعهم حؤم
لحبلا وملم لمر قمعمؤنه ولحم
قلقا وسمب حقم وقم لؤمر : لهمم
لحي لحي ٥لمبما لحمر سحمر
وقم هنهمهقه ٥لاه لحمل هم قلا
هنمم

NOTA.

1 *Epistola ad Fratres Minores*. Anno Christi 1615. exeunte exarata, quum Frater Thomas Novariensis, Custos conventus Franciscanorum Alepi, ab Elia Chaldæorum Patriarcha, ut Synodo Amidensi interesset, invitatus, accedere diu renuisset. Rem fusiùs narrat Stroza in Præfatione ad Synodalia Chaldæorum. Vide tom. 1. p. 545.

ܘܥܠ ܗܢܘܢ ܩܕܡ ܐܒܘܢ ܩܕܝܫܐ ܘܐܒ ܩܕܡ ܟܠ ܥܡܐ ܘܥܡ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܘܥܡ ܟܠ ܡܠܟ ܘܡܠܟܬܐ ܕܠܐ ܢܬܟܚܕ ܐܢܐ ܐܦ ܐܢܬ ܐܚܝ ܘ

necdum perfeciſtis, oramus, ut quàm celerrimè exequamini, & continuò ad nos properetis: nam & cum omni charitate atque deſiderio vos præſtolamur. Quæcumque porrò Rabban Adamus noſtrorum conſiliorum conſcius vobis expoſuit, atque pollicitus eſt, pro certo habetote vobis in quadruplum à nobis fore reddenda, neque literas Domini noſtri Papæ, niſi vobis præſentibus fore reſignandas; poſtquam nimirùm ad nos veneritis: noſque in hoc noſtro cum Papa negotio operà dumtaxat veſtra uſuros . . . . . Hæc & hujuſcemodi verba ad Papam, & ad Generalem veſtrum ſcripſimus. Nec ambigere debetis, ut magno vos honore excepturi ſimus pro viribus, voſque quaſi pupilla oculi à nobis cuſtoditum iri. Videte autem, ne cuipiam in via dicatis, unde venitis, quove pergitis, aut quinam eſtis: neve per Amidam urbem tranſeatis omninò; ſed de ædibus Mar Gabrielis primi inter Metropolitas percontamini ab incolis pagi In-Tanur propè Amidam, qui vobis viam rectam monſtrabunt: ipſis enim vos etiam atque etiam commendavimus. Sed & illud vos oramus, ne ad nos cum magno nomine & amplo ornatu veniatis . . . . Sed pauperum more vetuſtis veſtibus utamini; quum verò ad nos perveneritis veſtes nos vobis conficiemus, & quæcumque petieritis faciemus. Quare quum noſtra loca ingreſſi fueritis, diſcite, ubinam Mar Gabriel inter Metropolitas noſtros ſenior, & Rabban Adamus commorentur; atque ad ipſos divertite, à quibus ad nos deducemini. Nolite ergo timere, aut perturbari, neque cogitationes in cor veſtrum omnino aſcendant: tantummodò veſtra omnia ſecretò agite. Fraternitati autem veſtræ hæc indicaſſe, ſat eſſe arbitramur. Noſtro intereà in Domino fratri Conſuli Veneto plurimam noſtro nomine ſalutem dicite, eidemque multas habemus gratias pro iis, quæ in Rabban Adamum propter voluntatem Papæ, & noſtram præſtitit. Salutate inſuper excelſum principem fratrem in Chriſto noſtrum Conſulem Franciæ, eumque oramus, ut filios confeſſionis noſtræ diligat, ſicut & ipſi vos diligimus. Valete in Domino etiam Amen.

Humilis Gabriel.

Ejuſdem Eliæ Chaldæorum Patriarchæ Epiſtola ad Paulum V. Summum Pontificem.

ܐܒܐ ܩܕܝܫܐ ܪܝܫ ܪܥܝܐ ܘܪܫ ܐܒܗܬܐ ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܒܗ ܐܬ ܐܒܐ ܘܐܡܐ ܠܒܪܗ ܕܒܟܪܘܬܐ ܘܒܪ ܐܒܐ ܘܐܡܐ ܠܒܪ ܒܪܗ ܕܒܪ ܒܪ ܒܪ

gnifico, neque ex benedictionibus [1] *S. Petri, quæ præteritis temporibus à Papis, qui in pace requieverunt, nobis deſtinatæ fuere, neque ex iis, quas veſtra Paternitas nuper tranſmiſit, ad nos quidpiam perveniſſe, neque quidpiam ex illis nos vidiſſe, ſicut legati veſtri Pater Thomas & ejus interpres perſpexerunt. Vos nihilominus in pace manere millies optamus. Iſtud præterea te ſcire, Domine mi, aveo, hoc deinceps inter nos fore ſigillum. Quicumque hoc ſigillum attulerit, à Paternitate veſtra ſuſcipiatur. Qui verò hoc ſigillum non attulerit, repellatur. Primum quippe illud ſigillum ſuſtulimus: & in poſterum omnes literas ad Paternitatem tuam ſcribendas, hoc ſigillo ſignabimus.*

Humilis Elias miniſter Sedis Orientalium.

CAPUT LXII.

Joſephus II. Patriarcha.

I. Joſephi Patriarchæ vita, & ſcripta.

JOSEPHUS hujus appellationis ſecundus Chaldæorum Catholicæ communionis Patriarcha, à Joſepho I. anno Chriſti 1691. Epiſcopus Amidenſis ordinatus, biennio poſt eidem Joſepho ſponte abdicanti ſucceſſit. Pallium confirmationemque ab Innocentio XII. Summo Pontifice obtinuit menſe Junio anni 1696. Obiit anno Chriſti 1714. quum ſediſſet annos 21.

Suam ipſe vitam deſcribit, operumque ſuorum catalogum texit ad calcem libri, cui titulus *Speculum terſum*, in hæc verba. ܐܢܐ ܝܘܣܦ

ܒܬܪ ܐܘܪܗܝ ܘܒܟܪ ܟܠܕܝ

NOTA.

[1] *Ex Benedictionibus S. Petri.* Sacra munera à Paulo V. Summo Pontifice ad Eliam Patriarcham tranſmiſſa, recenſentur in epiſtola ad eundem data VIII. Kal. April. 1614. de qua vide Tom. 1. pag. 545.

ܐܵܢܵܐ ܝܘܣܦ ܙܥܘܪܵܝܵܐ ܒܪ ܒܪܝܟ ܐܠܵܗܵܐ ܩܵܕܝܫ ܥܠ ܟܘܪܣܝ ܐܪܟܝܬܘܟܬܘܪܵܐ ܕܟܠܕܵܝܵܐ ܕܐܬܝܬ ܠܝ ܒܝܬ ܐܒܘ ܒܬܪ ܟܗܢܵܐ ܕܒܝܬ ܢܘܗܪܵܐ ܕܒܝܬ ܢܘܗܪܵܐ ܕܐܬܘܪ ܡܕܝܢܬܵܐ ܕܐܪܒܝܠ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܫܥ ܡܐܬ ܠܝܘܢܵܝܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܫܥ ܡܐܬ ܠܡܪܝܐ ܒܪ ܐܠܗܵܐ ܠܒܢܝ ܡܫܝܚܵܐ ܘܠܐܪܬܘܕܘܟܣܝܵܐ ܐܒܘ ܓܝܘܡܵܐ ܘܐܡ ܫܡܥܘܢ ܫܡܗ ܗܘ ܕܒܝܬ ܒܝܬ ܡܥܪܘܦ ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܐܒ ܐܠܐ

natus. Evoluto biennio idem Præsul me Metropolitam creavit, mox post alterum biennium Patriarcham etiam consecravit, & in proprio throno collocavit: ipse Amidà discessit Romamque petiit, ibidem reliquum vitæ suæ curriculum completurus. Ab ejus porrò discessione Arabicis literis operam dare orsus sum, & Ismaëlitarum scholas frequentare, quod nulla Christianis in Oriente pateret schola. In prædictis itaque Tajorum scholis Logicam, Physicam, atque Metaphysicam, posteriorem scilicet philosophiæ partem, quæ est Theologia omnium scientiarum complementum, didici; & nisi Deus fuisset adjutor meus, vivus fortasse in Infernum descendissem eorum causa, quæ legendo hauseram ab iis, qui extra gregem 1 *nostrum vivunt. Interea dum literis vaco, sex libros ad utilitatem charissimorum fratrum composui, quorum primus est Tractatus utilis, cui titulus, Gaudium justorum, & medicina peccatorum, quem ex Arabico Syriacum feci. Secundus Lampas lucis inscribitur, quem itidem ex Arabico in Syriacum verti. Tertius est Ecclesiasticus Codex, in quo officia festorum quatuor ordinavi, festi videlicet Circumcisionis, & S. Phetionis, atque Transitus Virginis, ejusdemque Nativitatis. Quartus, in quo Carmen composui, eo ordine, ut singulæ strophæ octo versus contineant, & singula districha in unum rithmum, seu modulum desinant; tractavique de præstantia vitæ anachoriticæ & cœnobiticæ. Quintus Dialecticæ liber ex Arabico in Syriacum mihi conversus, cui brevem expositionem Syriacè adjeci. Hoc verò anno Græcorum* 2014. *Christi* 1703. *hunc, quem præ manibus habeo librum composui, quem Speculum tersum inscripsi, protestans me profiteri & credere ea, quæ manus & digiti mei in hoc codice de rebus fidei scripsere: & hæc est fides mea, & mea confessio, atque in spe hujus fidei mortem expecto: quoniam mihi certum est nullam omninò cuipiam absque illa salutem fore. Deum interea oro, ne me ab ista fide separari permittat usque ad extremum spiritum, neque eos, quibus lumen Christi affulsit. Amen.* Quæ in hoc libro tractantur, accipe.

II. Liber inscriptus Speculum tersum.

Liber inscriptus, Speculum tersum:

ܣܟܠܐ ܕܫܝܪܐ ܘܡܫܬܡܗܐ ܕܡܢ ܡܥܘܠ .

Continet Cap. V.

Præfatio Auctoris.

ܫܒܚܘ ܘܒܪܟܘ ܘܡܫܬܡܗ :

Initium: *Laudes sine termino, gratiarumque actiones sine macula Patri, ex quo Paternitas omnis denominatur &c.*

ܠܐܠܗܐ ܕܐܒܘܬܐ ܘܠܐ ܠܫܡܗ ܡܬܩܪܝ ܘܐܬܬܗ ܕܐܒܘܬܐ ܕܟܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܘܒܫܡܝܐ .

CAPUT I. *Quod ecclesia Romana est caput ecclesiarum omnium: atque adeò Dominus noster Papa est Pater universalis omnium Christianorum: & quod fieri nequit, ut eadem Romana ecclesia in rebus fidei aberret.*

ܦܨܠܐ ܩܕܡܝܐ . ܕܥܠ ܡܐ ܕܒܝܥܬܐ ܕܪܗܛ ܟܢܫܝ ܕܥܡܡܐ ܘܡܢ ܗܢܐ ܕܐܒܐ ܕܟܠ ܡܫܝܚܝܐ ܐܦ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܕܬܥܐ ܕܥܠ ܡܐ ܕܗܝ ܕܐܡܘܢܬܐ ܕܗܝ ܕܒܝܥܬܐ ܕܪܗܛ ܟܢܫܝ ܕܥܡܡܐ ܘܡܢ ܗܢܐ ܕܐܒܐ ܕܟܠ ܡܫܝܚܝܐ ܐܦ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܕܬܥܐ ܕܥܠ ܡܐ ܕܗܝ ܕܐܡܘܢܬܐ ܕܗܝ .

Continet sectiones 4.

Sectio 1. *Quod fieri nequit, ut duo sint ecclesiæ capita.*

ܦܨܠܐ ܩܕܡܝܐ . ܕܥܠ ܡܐ ܕܒܝܥܬܐ ܕܪܗܛ ܟܢܫܝ ܕܥܡܡܐ ܘܡܢ ܗܢܐ ܕܐܒܐ ܕܟܠ ܡܫܝܚܝܐ ܐܦ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܕܬܥܐ ܕܥܠ ܡܐ ܕܗܝ ܕܐܡܘܢܬܐ ܕܗܝ .

Sectio 2. *Quod is, quem in præcedenti sectione caput esse ostendimus,*

NOTA.

1 *Qui extra gregem nostrum vivunt.* Jahiam Giazalæ in schola Mahometanorum à Christiana fide defeciſſe, obſervavi ſuprà pag. 548.

mus, Dominus noſter Romanus Papa eſt, ejuſque prædeceſſoribus, ipſique, ac ſucceſſoribus Pontificibus primatus delatus, & ſuper ipſum ſolum eccleſia fundata eſt.

Sectio 3. *Quod Papæ, qui à à ſancto Petro uſque in præſentem diem numerantur, ejuſdem Petri Vicarii fuere, Chriſtique procuratores.*

Hìc catalogum Romanorum Pontificum texit à S. Petro ad Clementem XI.

Sectio 4. *Quod fieri nequit, ut Papa Romanus erret in rebus fidei.*

CAPUT II. *Adversùs Neſtorianos confeſſionis noſtræ filios, deque brevi expoſitione fidei eccleſiæ Romanæ, & quod hæc eſt vera fides.*

Continet ſectiones 3.

Sectio 1. *Elucidatio vocum, quæ in biſce quæſtionibus occurrunt.*

Primùm proponit brevem fidei catholicæ profeſſionem, in qua duas in Chriſto naturas duaſque voluntates, & operationes in una perſona confitetur, & quatuor priora œcumenica concilia amplectitur: deinde hac voces declarat, *Natura* , *accidens* , *hypoſtaſis* ſeù *perſona* , *Imago* , *Proſopon* , *ſchema* ſeù *forma* , *eſſentia* , *Quidditas* , *eſſentia* : *Icon* ſeù *figura* : *Proprietas* : *Voluntas* : *Poteſtas* : *typus* . Mox de animæ corporiſque proprietatibus ac potentiis diſſerit, deque Unionis notione ac modis: demùm de iis, quæ de Deo dicuntur, deque arbore, ut dialectici vocant, Subſtantiæ.

Sectio 2. *Quod unio divinitatis & humanitatis in perſona Verbi dumtaxat facta eſt, non in perſona humana.*

Sectio 3. *Quod, ſi humana natura in propria perſona ſubſiſteret, fieri nequiret, ut cum Verbi perſona unionem naturalem & perſonalem haberet.*

Hìc

Hìc de titulo Deiparæ disserit, Nestorianorumque objectiones solvit: quos prolatis ex Chaldaico ipsorum Officio, & ex Georgio Varda Nestoriano poëta testimoniis abundè refellit.

CAPUT III. *De Incarnatione adversùs omnes hæreticos in genere; sed potissimùm adversùs Jacobitas & Armenos, qui unam in Christo naturam unamque voluntatem confitentur.*

ܦܨܠܐ ܬܠܝܬܝܐ . ܡܬܠ ܕܐܝܟ ܕܐܬܬܚܙܝ ܠܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܬܪܝܢ ܟܝܢܝ ܘܬܪܝܢ ܪܥܝܢ : ܘܒܟܠܗܝܢ ܡܫܬܘܬܦ ܥܡ ܟܠ ܒܪܢܫܐ ܒܬܪ ܚܛܝܬܐ ܘܥܡ ܟܠ ܐܠܗܐ ܒܬܪ ܦܪܫܢܝܬܐ .

Continet sectiones 5.

Sectio 1. *Quod Christus perfectus Deus est, & homo perfectus.*

ܚܕ ܡܢ ܐܠܝܢ . ܡܬܠ ܕܐܝܟ ܐܢ ܐܝܬ ܒܗ ܐܠܗܘܬܐ ܐܝܟ ܐܢܫܘܬܐ ܐܝܬ ܒܗ ܐܦ .

Sectio 2. *Quod Christus duas habet naturas in una persona conjunctas.*

ܡܬܠ ܐܢ ܐܝܬ ܒܗ ܬܪܝܢ ܟܝܢܝ ܒܚܕ ܐܢܬܘܢ . ܒܚܕ ܩܢܘܡ ܘܒܚܕ ܣܘܦܪܐ .

Subjicit tractatum de duabus operationibus ac voluntatibus.

Sectio 3. *Quomodo se habeat Unio naturæ humanæ cum persona Verbi.*

ܡܬܠ ܕܐܝܟ ܐܬܚܕܬ ܒܗ ܟܝܢܐ ܐܚܪܢܐ ܥܡ ܟܝܢܐ ܩܕܡܝܐ .

Quod nimirùm post Unionem non una conflata sit natura, sed duæ remaneant.

Sectio 4. *Quibus & quot nominibus naturæ Christi appellentur.*

ܡܬܠ ܐܬܚܙܝ ܒܬܪ ܟܠ ܐܢܘܢ ܕܐܝܬ ܒܗ ܐܦ .

Quatuor modos recenset, quibus Patres de naturis Christi loquutos fuisse observat. Alios scilicet *duas naturas* dixisse, alios *naturam duplicem*, nonnullos *unam naturam incarnatam*, vel absolutè etiam *unam naturam*. Inter eos autem, qui *unam naturam incarnatam* dixere, citat *Symbolum fidei confirmatæ in cœnobio sancti Marenis*: ܕܒܝܬ ܡܪܝ ܡܪܘܢ ; de quo vide Tom. 1. pag. 513.

Sectio 5. *Quomodo se habeat incarnatio ratione naturæ assumptæ.*

ܡܬܠ ܕܐܝܟ ܐܢ ܐܝܬ ܒܗ ܐܦ ܐܢܫܘܬܐ ܐܝܟ ܟܠ ܕܒܪ ܐܢܫ .

Quod nimirùm humana Christi natura perfecta est, etiamsi propriâ subsistentiâ destituta sit.

CAPUT IV. *De orthodoxa Romanæ ecclesiæ doctrina, deque diversis hæreticorum in fide erroribus.*

ܦܨܠܐ ܪܒܥܝܐ ܡܬܠ ܕܗܢܐ ܫܥܐ ܠܐܘܪܝ ܘܟܒܐ ܕܥܡܐ ܘܙܘܥܐ ܕܗܘ ܡܢ ܗܪܛܝܩܐ ܘܥܘܘܬܗܘܢ ܕܐܝܬ ܒܗ ܒܝܢ ܐܝܬ ܒܗ ܟܬܝܒ ܟܠ ܩܕ .

Continet sectiones 4.

Sectio 1. *Quod Spiritus sanctus ex Patre Filioque procedit, non ex Patre tantùm.* ܡܬܠ ܕܐܝܟ ܐܢ ܐܝܬ ܒܗ ܐܦ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܡܢ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܠܐ ܡܢ ܐܒܐ ܒܠܚܘܕܘ .

Sectio 2. *De Igne Purgatorio.*

ܡܬܠ ܢܘܪܐ ܕܡܬܢܩܝ .

Sectio 3. *Quod sancti ab hodierna die in Regno beatitudine fruuntur, & peccatores in Gehenna torquentur; non autem, ut nonnulli sectarii garriunt, animarum pœna felicitasque usque ad corporum resurrectionem differtur.* ܡܬܠ ܕܐܝܟ ܐܢ ܐܝܬ ܒܗ ܐܦ ܕܝܢܐ ܕܢܦܫܬܐ ܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ܐܦ ܕܡܬܬܚܪ ܥܕ ܩܝܡܬ ܦܓܪܐ

ܚܕܝܬܐ ܡܫܬܘܬܐ ܚܫܝܫܐ ܕܝܘܡܢ ܫܒܬܐ ܘܒܗ ܡܫܬܘܬܐ ܕܩܘܕܫ ܐܝܪܝ ܘܫܘܡ ܕܡܪ ܐܘܓܝܢ ܘܒܟܠ ܫܘܥܡܐ ܡܫܬܘܬܐ ܕܩܘܕܫ ܐܝܪܝ ܘܫܘܡ ܕܡܪ ܐܘܓܝܢ ܘܒܟܠ ܫܘܥܡܐ ܡܫܬܘܬܐ ܕܩܘܕܫ ܐܝܪܝ ܘܫܘܡ ܕܡܪ ܐܘܓܝܢ ܘܒܟܠ ܫܘܥܡܐ.

Citat *Narſetis* Doctoris Neſtoriani carmen de Latrone, & aliud de Confeſſoribus: *Gabrielis* metropolitæ Moſul Canticum, cujus initium ܢܣܓܕ *Adoramus*, in quo ſanctum Ammonem laudat: *Officium* Neſtorianorum in Feriis prima, tertia, quarta, & quinta: *Hymnos de martyribus*, in feria ſecunda ad veſperas: *Apocalypſim* denique ſancto Paulo Apoſtolo tributum, de qua hæc: ܗܕܐ ܣܗܕܘܬܐ ܕܣܦܪ ܓܠܘܝܐ ܕܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܡܫܪܝܢ ܠܗ ܒܟܠ ܥܡܡܐ ܕܫܠܝܚܘܬܢ. *Teſtimonium X. Apocalypſis ſancti Pauli quam filii confeſſionis noſtræ* (ideſt, Neſtoriani) *ſuſcipiunt.*

Sectio 4. *Reſpondetur accuſationibus, quæ à ſectariis adversùs eccleſiæ Romanæ filios fiunt.* ܡܫܬܘܬܐ ܕܩܘܕܫ ܐܝܪܝ ܘܫܘܡ ܕܡܪ ܐܘܓܝܢ ܘܒܟܠ ܫܘܥܡܐ ܡܫܬܘܬܐ ܕܩܘܕܫ ܐܝܪܝ ܘܫܘܡ ܕܡܪ ܐܘܓܝܢ ܘܒܟܠ ܫܘܥܡܐ. Continet titulos quatuor. 1. De lumine Sabbati ſancti. 2. De quotidiana liturgia, quæ juxta ritum Romanæ eccleſiæ celebratur. 3. De communione laicorum ſub unica panis ſpecie. 4. Reprehenſionum capita XI. adversùs Neſtorianos: ac 1. apud ipſos ſacramentum Confeſſionis ferè abrogatum eſt, 2. niſi certis diebus, ut puta in feſto Epiphaniæ, S. Georgii, Crucis &c. pueris ſacramentum Baptiſmi non adminiſtrant: ex quo fit, ut plures ſine baptiſmo decedant. 3. carent ſacramento Confirmationis. 4. verba Chriſti *Hoc eſt corpus meum &c.* &, *hic eſt calix ſanguinis mei &c.* in Liturgia prætermittunt. 5. vuæ paſſæ liquorem pro vino in Euchariſtia uſurpant. 6. Fermentum, quod Malcha dicitur, ex Apoſtolis ad ipſos continua ſucceſſione derivatum fingunt. 7. Neſtorianus Patriarcha operto capite Liturgiam celebrat. 8. placentam nomini B. Virginis in Liturgia offerunt, eamque porrigentes dicunt, corpus eſſe ejuſdem B. Virginis. 9. gradus conſanguinitatis & affinitatis nequaquam obſervant. 10. Presbyteri poſt ſuſceptum ſacrum Presbyteratus ordinem uxores ducunt. Denique veſpere feriæ quartæ & ſextæ carnibus veſcuntur, & die Dominico Jejunium quadrageſimale inchoant.

Hæc Joſephus in Speculo terſo. Subjicit ſuam ipſius vitam, quam ſuperiùs deſcripſi. Cæterùm etſi ejus gentis catholici librum hunc magni faciunt, & Neſtoriani ipſi hæretici ex ejus lectione ad orthodoxam fidem aliquando adducti ſunt; argumenta tamen, quibus auctor ad probandam catholicam veritatem utitur, à norma rectæ rationis plerumque aberrant. Nam alicubi rationes adductæ vel nimis probant, vel æquè adverſariis favent: aut demùm quædam ex auctoribus teſtimonia proferuntur, quæ à recentioribus corrupta ſunt, vel quæ ab adverſariis facilè eludi poſſunt, ut quum auctoritates ſancti Cyrilli Alexandrini adversùs Neſtorianos profert.

CAPUT LXIII.

Scriptores incertæ ætatis.

ALBARCATUS in lib. de divinorum Officiorum expoſitione cap. 7. Neſtorianorum Scriptorum quos ſuprà recenſuimus, catalogo hoſce adjungit.

I. Omarus Baſſorenſis عمار البصرى له كتاب البرهان فى الدين على صياقة التدبير I. Omarus Baſſorenſis.

التدبير الالهى كتاب المسايل والاجوبة اربع مقالات مايه ومسلتان . الاولى ٢٨ الثانيه ١٤ الثالثه ٩ الرابعه ٥١

Edidit librum Demonſtrationis de Fide juxta ordinem divinæ œconomiæ per modum interrogationis & reſponſionis, in quatuor partes & centum ac duas interrogationes diſtributum: quarum pars 1. *continet Interrogationes* 28. *Pars* 2. *Interrogationes* 14. *Pars* 3. *Interrogationes* 9. *Pars* 4. *Interrogationes* 51. Exſtat Cod. Arab. Vat. ms. 49. à fol. 131.

II. Joannes Scholaſticus.

II. *Joannes Scholaſticus* الحكيم يحيى الاسكلايى له كتاب حدث العالم وهو يفيد فى ازالة الشك الوارد على القائل بقبول من قال بقدمه .

Edidit librum de conditu mundi: quo dubitatio ab ejus mente tollitur, qui illius æternitatem affirmat. Joannem Philoponum proculdubio intelligit Abulbarcatus, cujus *liber de æternitate mundi contra Proclum* prodiit Græcè Venetiis 1535. ſed ille Monophyſita, non Neſtorianus fuit.

III. Jahia Hariri filius.

III. *Jahia*, ſeù *Joannes Hariri filius* الشيخ يحيى بن حرير له مقالة فى الكاهن والكهنوت .

habet Tractatum de ſacerdote & ſacerdotio. Ejuſdem auctoris, qui pleno nomine dicitur ابوالنصر يحيى ابن حريز الكريتى

Abul-Naſrus Jahia Ebn Harir Tagritenſis, exſtat Cod. Arab. Vaticano 114. liber inſcriptus: فى تشييد قواعد شريعة المسيحية والقوانين الصليحية كما تقتضيه الملة اليعقوبيه وهو اربعون بابًا فى الله تعالى والتجسد والفرق الثلثه اى الملكيه واليعقوبيه والنسطوريه والخانه والبيعه اى الهيكل والقيامة والكهنوت والعماد والميرون والصلاة والصدقة الخ .

De corroboratione articulorum Legis Chriſtianæ & canonum Apoſtolicorum juxta mentem gentis Jacobiticæ, Liber in quadraginta capita diviſus: in quibus agitur de Deo, de Incarnatione, de tribus ſectis, hoc eſt, Melchitarum, Jacobitarum, & Neſtorianorum: de circumciſione, de eccleſia ſeu templo, de reſurrectione, de ſacerdotio, de baptiſmo, de chriſmate, de oratione, de eleemoſyna &c. Verùm hic quoque ſcriptor ad Monophyſitas, non ad Neſtorianos pertinet, ut ex ipſo libri titulo colligitur.

IV. Abucara Epiſcopus Haran.

IV. *Abucara Epiſcopus Haran* ابوقره اسقف حران له مجادلة معروفة ومقالات .

Edidit notam diſputationem, & diverſos Tractatus. Hìc quoque fallitur Abulbarcatus, quum Neſtorianis ſcriptoribus *Theodorum Abucaram* accenſet, qui adeò Neſtorianus non fuit, ut acerrimè potiùs eam ſectam exagitaverit. Exſtant ejus *Dialogi cum Judæo, cum Arabe Mahometano, cum Neſtoriano, & cum Jacobita*, de quibus vide Caveum tom. 1. pag. 391. *Cariæ* autem fuit Archiepiſcopus, & à Photio Sedis Conſtantinopolitanæ incubatore, cujus partes aliquando ſequutus eſt, ad Sedem Laodicenam ſi non tranſlatus, ſaltem deſignatus. Ab iis, qui Arabicè ſcripſere, vel ejus opera in Arabicam linguam tranſtulere, paſſim appellatur اسقف حران

Epiſcopus Haran, hoc eſt, Charrarum urbis in Meſopotamia: & in Dialogo Arabico, qui exſtat Cod. Vat. Arab. 127. *Monachus* dicitur, his verbis: مجادل بين الراهب ابوقاره وامير المومنين .

Diſputationes inter monachum Abucaram & Imperatorem fidelium, ſeù Saracenorum Ducem: qui idem videtur ac *Dialogus cum Arabe Mahometano*, de quo ſuprà.

V. Andreas Edeſſenus.

V. *Andreas Edeſſenus* انسطاوس الرهاوى الذى كان يسكن فى جزيرة تكرين من جزاير البحر الاحمر له كتاب المعلم والتلميذ يشتمل على ثلثة واربعين مقالة .

qui in inſula Tacrin ex inſulis Erithræi maris habitavit, auctor eſt libri cui titulus, Dialogus inter magiſtrum & diſcipulum; continet autem capita quadraginta tria.

VI. Elias Edeſſenus.

VI. *Elias Epiſcopus Edeſſæ* اليا اسقف الرها له مقالة فى بداية تفسير الانجيل . *Edidit tractatum, in quo priora Evangelii capita exponit.* Hæc Abulbarcatus.

In Codicibus Vaticanis bini ſcriptores occurrunt, quorum ætas mihi incerta.

VII. Abraham Baſſorenſis.

I. *Abraham Boſſorenſis* auctor Dialogi cum monacho Sinenſi. Exſtat hic Dialogus Arabicè Codice Vatic. 127. hoc titulo prænotatus: قصة راهب الصين وابراهيم . *Hiſtoria monachi Sinenſis & Abrahami.* Initium: هذا من رواة ابراهيم البصرى . قال مررت بصومعة راهب من رهبان الصين . *Hæc narravit Abraham Baſſorenſis. Aliquando, inquit, adivi cellam cujuſdam ex monachis Sinenſibus &c.* Quum de monaſtico inſtituto diſſeruiſſet, concludit in hæc verba. قال ابراهيم . اهلّنى يا راهب ان اصير مقابلك فى صومعة واصوم صومك واصلّى صلاتك . ثم انه جعله فى صومعة وصار يطكمه فى العبادة حتى صار مثله . *Ait Abraham: Fac me dignum, ô monache, ut tuum in cellam receſſum imiter, tuiſque in jejunio & oratione veſtigiis inhæream. Itaque in cella manere hominem juſſit, eumque in vita religioſa ſic inſtituit, ut ſimilem ſibi effecerit.* Codex exaratus فى تاسع ساعة من يوم ثلاثين فى حزيران فى يوم الاحد سنة الف وسبعماية وثلاثين للاسكندر الموافقة رابع يوم فى رمضان سنة ثلاثين وثمانماية من سنين العرب . *hora nona, die trigeſima Haziran* (Junii,) *feria prima, anno Alexandri milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo ſeptimo, hoc eſt, die quarta menſis Romadan, anno Arabum octingenteſimo trigeſimo.*

VIII. Abulezzus Chedri filius.

II. *Abulezzus Chedri Presbyter* قُمصُعا رُحه كَكدا سبوُم : Binæ ejus Precationes هُوُم كُـــــــ

PATRIARCHÆ CHALDÆORUM

SEU

NESTORIANORUM,

Ex Mari, Amro, Bar-hebræo, & aliis.

Thomas Apostolus. 1. THOMAS Orientis Apostolus, à Barhebræo Sedis Seleucienſis fundator primuſque Orientalium, quos Chaldæos, Aſſyrios & Neſtorianos appellamus, epiſcopus dicitur. Mares & Amrus, Apoſtolos quidem Orientis ſeù Chaldæorum præter Thomam agnoſcunt Petrum Apoſtolorum Principem, Bartholomæum, quem eundem cum Nathanaële faciunt, Thaddæum ſeù Lebbæum, Adæum unum ex ſeptuaginta, Aghæum & Marim: ſed in catalogo Epiſcoporum Seleucienſium, quos Catholicos ſeù Patriarchas Orientis dicunt, Apoſtolorum XII. neminem recenſent, verùm ab Adæo diſcipulo initium ducunt, ut ſequitur.

Adæus. 2. Adæus ex LXX. diſcipulis, Edeſſæ Apoſtolus, quum Abgarum regem à lepra curatum unàcum Edeſſenis civibus baptizaſſet, in Orientem profectus, Evangelium in Adiabene, Bagerma, & Aſſyria prædicavit. Mox Edeſſam regreſſus, ibidem obiit anno prædicationis, eodemque ab aſcenſione Domini duodecimo, vivente adhuc Abgaro, ibique in majori ejus urbis eccleſia cum pompa conditus fuit. Hæc Mares & Amrus: à quibus Barhebræus diſſentit, quum Adæum ab ethnico Abgari filio occiſum fuiſſe die 30. Julii ſcribit. Sed hoc, quod de Adæi nece à Barhebræo dicitur, Aghæo ejus diſcipulo à Mari tribuitur, ut mox patebit.

Achæus. 3. Achæus, vel, ut alii ſcribunt, Aghæus, Adæi diſcipulus & Maris ſocius, à magiſtro Cherdam & Bazabdam ad prædicandum evangelium miſſus, poſt Adæi in urbem Edeſſenam reditum, abjit in Parthiam & Huzitidem, & uſque ad fines Sindorum, & Gog & Magog. Mox in Meſopotamiam regreſſus, tertio poſt Adæum anno Edeſſæ deceſſit die 30. Julii. Barhebræus, Aghæum à Maano Abgari filio, qui Adæum occiderat, interemptum fuiſſe affirmat. A Mari inter Chaldæorum quidem Apoſtolos numeratur; non tamen in Catholicorum ſeù Epiſcoporum Seleucienſium catalogo recenſetur, etſi Adæo tres annos, ut dixi, ſupervixiſſet, quos idem auctor in epiſcopatu Maris Adæi ſucceſſoris minimè includit.

Mares. 4. Mares gente Hebræus, alter Adæi diſcipulus, prædicavit unàcum Dionyſio Presbytero ſocio in Babylonia, & in Huzitide, & in oppidis Aſſyriæ, & Perſidis, nec non in urbibus Caſcara, & Radana, & Abila, ubi eccleſias 360. conſtruxiſſe dicitur, Helcana viro divite expenſas ſuppeditante. Poſt Aghæi autem ſocii obitum, ex urbe Edeſſena in Orientem profectus, Seleuciam petiit, ubi eccleſiam magnam condidit, Sedemque epiſcopatus fixit. Hinc Seleucienſium Epiſcoporum, juxta Marim, Amrumque, origo. Obiit anno Græcorum 393. Chriſti 82., trigeſimo tertio prædicationis, in Dorkena ſepultus.

Abres. 5. Abres Hebræus, ex Joſephi fabri, ut inquit Mares, ſponſi Beatæ Mariæ Virginis genere, à Simeone Cleophæ Hieruſalem epiſcopo ordinatus, & in Orientem miſſus,

sedit Seleuciæ annos sexdecim. Amrus annos ei tribuit septemdecim. Barhebræus ab Antiocheno, non à Hierosolymitano episcopo ordinatum testatur. Vide To. 2. p. 395.

Abraham. 6. Abraham Cascarensis, affinis Jacobi Adelphothei, quem Mares Josephi filium existimat: Antiochiæ, ubi domicilium habebat, electus & Seleuciam missus, quum filium Regis Persarum à dæmonio liberasset, excitatam in Christianos persecutionem sedavit. Obiit vigesimo secundo episcopatus anno, hoc est, Christi 120. Modainæ seù Seleuciæ sepultus. Barhebræus sedisse eum scribit annos 12. Amrus verò obiisse affirmat anno Græcorum 463. hoc est, Christi 152. quod tamen stare nequit, nisi sedisse dicatur annos 54.

Jacobus. 7. Jacobus Hebræus, Josephi, ut inquit Mares, affinis, Hierosolymis ordinatus, obiit Modainæ, quum sedisset annos 18. menses 6.

Achadabues. 8. Achadabues, Jacobi, ut vult Mares, filius, ab eodem unàcum Jabjesu, quem Barhebræus Kamjesum appellat, Antiochiam missus, eodem Jabjesu cum hospite in crucem jussu Præsidis sublato, Hierosolymam profugit; ibique ordinatus, Seleuciam repetiit, ubi decessit vigesimo episcopatus anno, hoc est, Christi 159. Barhebræus sedisse eum scribit annos 15. Amrus post ejus obitum vacasse Sedem annos 3. eumque obiisse affirmat anno Græcorum 531. Christi 220.

Sciachlupha. 9. Sciachlupha Cascarensis, primus fuit, qui Seleuciæ ordinaretur. Sedit annos 20. Obiit, si vera est præcedentium annorum supputatio, anno Christi 179. vel admisso vacationis Sedis triennio, 182. Amrus Sciachluphæ mortem consignat ad annum Græcorum 555. Christi 244. quem Saporis quartum appellat. Hinc liquet, episcoporum Seleucienſium seriem ab Adæo ad Sciachlupham mutilam esse: neque enim totum annorum spatium, quod ab ascensione Christi ad annum Græcorum 555. Christi 244. effluxit, implere possunt; quum ab anno Christi 179. quo Sciachluphæ mors ex dictis collocanda est, ad annum 244. appareat hiatus annorum 65.

Papas. 10. Papas Aghæi filius, Arakensis, absque Patrum suffragiis ordinatus, Sedem tenuit annos septuaginta. In Synodo Episcoporum, cui S. Millesius interfuit, Vicarius in viventis locum subrogatus est ejusdem Archidiaconus S. Simeon. Id factum anno Christi 314. Synodo supervixit Papas annos 12. obiitque anno 326. nimirùm altero post Nicænum Concilium, ad quod suo nomine Simeonem & Saadostum legatos miserat. Eadem ferè Amrus, qui vacasse Sedem ante Papæ ordinationem affirmat annos tres, eumque consecratum anno Græcorum 558. Christi 247. obiisse septuagesimo nono episcopatus anno. Sed à Mari Amroque Barhebræus dissentit, qui Papam anno Græcorum 577. Christi 266. ordinatum scribit; anno episcopatus 59. hoc est, Christi 325. legatos ad Synodum Nicænam misisse: nono post anno, hoc est, Christi 334. coactam adversùs ipsum Synodum: anno demùm sequenti obiisse.

Simeon. 11 Simeon Bar-Sabäe, hoc est, filius tinctorum, Susensis, Papæ Archidiaconus, eo vivente Sedem Episcopalem vicaria potestate administravit ab anno Christi 314. Papæ verò anno 326. defuncto in Episcopatu Seleucienſi successit, quem usque ad annum 330. tenuit. Martyrio coronatus est sub Sapore Persarum Rege, quum sedisset annos duodeviginti (utrinque scilicet incompletos.) Composuit canticum, cujus initium, رُقِي نَفْسُكِ

Quamvis exuatis. Antequam martyrium subiret, fertur in carcere quum feria quinta majoris hebdomadæ sacrum faceret, calicem in sinistra Presbyteri sui, & patenam in dextera collocasse, & canticum dixisse,

xisse, cujus initium ܚܟܡܬܐ ܘܒܝܬܐ ܕܚܘܫܒܢܐ *oculo mentis & charitatis*, quod hodieque canitur. Hæc Mares. Amrus Simeoni annos quidem Sedis duodeviginti tribuit: sed eum affirmat anno sexto Saporis in locum Papæ ordinatum, in eo scilicet dissidio quod Papam inter & episcopos exarsit; anno verò Græcorum 655. (qui erat Christi 344.) lauream martyrii adeptum fuisse: Sedem denique vacasse post ejus obitum annos tres. Barhebræus cæsum fuisse eum scribit anno episcopatus decimo tertio. Verùm ex synceris ipsius Actis liquet, Simeonem anno Saporis trigesimo primo, Regni Persarum centesimo decimo septimo, (qui in annum Christi 330. incidit ex dictis Tom. 1. à pag. 2.) obiisse; Sciaadostum autem eodem anno ipsi successisse, & sequenti martyrium subiisse. Non igitur vacavit Sedes post Simeonis obitum tribus annis, ut scribit Amrus; neque ejusdem martyrium contigit anno episcopatus ejus decimo tertio, ut vult Barhebræus. Si autem anno Saporis sexto Episcopatum iniisset, ut idem Amrus affirmat, non annos duodeviginti, sed viginti quinque sedisset; cæsus enim fuit anno ejusdem Saporis trigesimo primo.

Sciaadostus. 12. Sciaadostus Simeonis Archidiaconus, ex Bagerma, vel ut alii volunt, ex Susa, tribus post ejusdem Simeonis cædem mensibus per sortem electus, quum annos 2. & menses 5. sedisset, jussu Saporis occisus fuit cum 128. sociis. Hæc Mares, Amrus, & Barhebræus. Verùm ex synceris Martyrum Orientalium Actis constat, eum anno Persecutionis 2. Saporis 32. mense Februario martyrium subiisse, postquam menses 5. in carcere detentus fuisset. *Tom.* 1. *pag.* 188.

Barbaseminus. 13. Barbaseminus filius sororis Simeonis, ex Bagerma, clam ordinatus, quum annos tres sedisset, jussu Saporis cæsus fuit. Ejus corpus ab Episcopo Huzitarum in urbe Gandisapor conditum. Vacavit Sedes annos 22. usque ad regnum Jezdegerdis. Hæc Mares. Amrus verò Barbaseminum ordinatum scribit anno Græcorum 665. (Christi 354.) sedisse annos 7. vacuam fuisse post ejus obitum Sedem annos 31. In synceris martyrum Actis passus fuisse dicitur Barbaseminus *anno Persecutionis* 6. *Saporis* 36. (hoc est, Chr. 336.) *Vacasse verò post ipsum Sedes annos circiter* 20. nimirùm usque ad annum Christi 356. vel paulò amplius; non usque ad interitum Saporis Persarum Regis, qui accidit anno Christi 370. trigesimo scilicet quarto post Barbasemini martyrium: neque usque ad initium regni Jezdegerdis, qui anno Christi 399. regnum iniit. Sed de his *infrà*, ubi de Tomarsa.

Tomarsa. 14. Tomarsa, quem alii Tamuzam appellant, ex Cascara, Jezdegerde regnum ineunte, ordinatus fuit Modainæ, ibique conditus, quum annos 7. mensesque aliquot sedisset. Hæc Mares. Jezdegerde regnum ineunte abdicavit Cajuma Tomarsæ successor, postquam annos 5. sedisset, ut mox dicam. Falsum est igitur, Tomarsam initio regni Jezdegerdis ordinatum fuisse. Amrus Tomarsam ordinatum scribit anno Græcorum 703. (Christi 392.) & obiisse an. Græcorum 711. (Christi 400.) Id si verum esset, stare nequit quod superiùs idem auctor de Barbasemino scripserat, eum scilicet obiisse anno Græcor. 665. (Christi 354.) Sedemque vacasse annos 31. nam ab anno 665. ad annum Græcorum 703. quo Tomarsam ordinatum affirmat, anni fluxere 38. non 31. Barhebræus inaugurationem Tomarsæ ad annum collocat, quo sub Joviano Imp. pax Romanos inter & Persas facta est; eumque sedisse narrat annos octo. Atqui pax sub Joviano Persas inter & Romanos inita fuit anno Christi 363. Vel igitur in serie Catholicorum Seleuciæ inter Tomarsam & Barbaseminum hiatus est;

est; vel dicendum, post Barbasemini cædem, quæ anno Christi 336. contigit, Sedem vacasse annos 49. nimirùm usque ad annum 384. deinde Tomarsam per annos octo, ab anno scilicet 384. ad ann. 392. sedisse: demum post triennium vacationis Sedis, Cajumam anno 395. episcopum institutum fuisse.

Cajuma. 15. Cajuma secundo post Tomarsæ obitum anno, Modainæ ordinatus, quum annos quinque sedisset, in Synodo episcoporum, cui Maruthas à Romanorum Imp. ad Regem Persarum legatus intererat, sponte abdicavit, subrogato in ejus locum Isaaco. Hæc Mares, & Barhebræus, qui notat Cajumæ inaugurationem anno nono Vararanis Persarum Regis factam. Is erat annus Christi 396. idemque nonus annus *Vararanis*, qui Jezdegerdis pater fuit. Amrus verò id factum refert anno Græcorum 719. Jezdegerdis tertio, Cajumæ quarto. Qui temporum characteres stare nequeunt. Nam primo Synodus illa, in qua Cajumæ Isaacus subrogatus, celebrata fuit anno Christi 399. Jezdegerdis 1. ut suprà pag. 367. ostensum. Deinde annus Græcorum 719. Christi 408. convenire nequit cum anno Jezdegerdis 3. & Cajumæ 4. Jezdegerdes enim regnare cœpit, ut mox dicebam, anno Christi 399. & Cajuma episcopatum iniit circa annum 395.

Isaacus. 16. Isaacus Tomarsæ affinis, in locum Cajumæ sponte abdicantis subrogatus anno Christi 399. Obiit anno 411. *Tom. 3. à pag. 363.*

Achæus. 17. Achæus Isaaco suffectus anno 411. Obiit anno 415. *Tom. 3. à pag. 368.*

Jaballaha. 18. Jaballaha sedit ab anno 415. ad annum 420. *Tom. 3. à pag. 370.*

Maanes. 19. Maanes Persa eodem anno 420. quo Sedem Seleucien sem invasit, exturbatus, Ardascirensem ecclesiam usque ad tempora Pherozis Persarum regis administravit. *To. 3. à pag. 376.*

Marabochtus. 20. Marabochtus, quem alii *Karabochtum*, vel *Phrathbochtum* ܟܪܒܘܟܬ appellant, anno 421. sub Beheramo Rege Jezdegerdis filio Sedem invasit, eodemque anno depositus fuit. Vacavit Sedes usque ad annum Christi 430. *Tom. 2. p. 403. & Tom. 3. pag. 377.*

Dadjesus. 21. Dadjesus sedit ab anno 430. ad annum 465. quo obiit. *Tom. 3. pag. 214.*

Babuæus. 22. Babuæus in Tela ad Sarsaram fluvium loco ortus, à quodam monacho cœnobii S. Abdæ in Dor-Kena à Magorum secta ad christianam fidem conversus ibique baptizatus, post Dadjesum in Modainæ ecclesia anno 465. ordinatus, Barsumæ Nisibeni insidiis jussu Pherozis Persarum Regis cæsus fuit anno Episcopatus vigesimo, Christi 485. Hæc Barhebræus. Mares verò & Amrus eum sedisse scribunt annos 15. & in Hirta sepultum fuisse. *Tom. 2. pag. 403. & Tom. 3. pag. 68. & 394.*

Acacius. 23. Acacius Babuæi affinis anno 485. in Synodo Seleuciæ ordinatus, obiit anno 496. quum annos undecim sedisset. Vacavit Sedes annos 2. Mares eum sedisse refert annos 15. adeòque anno 499. obiisse. *Tom. 2. pag. 406. & Tom. 3. à p. 398.*

Babæus. 24. Babæus ab anno 498. (vel, ut Mares scribit, 499.) ad annum 503. sedit. *Tom. 2. pag. 408. & To. 3. pag. 395. & 427.*

Silas. 25. Silas ex Modaina, Babæi Archidiaconus, uxorem habuit & filiam, quam designato sibi successori Elisæo despondit: incredibilis avaritiæ vir, pretiosas altarium vestes filiæ tradidisse fertur; quam ob rem à Mari doctore reprehensus, Marim ipsum excommunicavit. Sedit annos 18. nimirùm ab anno 503. ad annum 520. Amrus Silam ordinatum scribit anno Græcorum 816. (Christi 505.) Cavadis Persarum Regis 16. obiisse autem anno Græcorum 834. hoc est, Christi 523.

Narses, & Elisæus. 26. 27. Narses, & Elisæus: ille à Jozacho Huzitarum episcopo in ecclesia Modainæ seù Seleuciæ, hic Spa-

Spaniræ hoc eſt Cteſiphonte contra antiquam conſuetudinem Biruæo medico procurante ordinatus, unuſquiſque factionis ſuæ epiſcopos inſtituebat. Duravit hoc ſchiſma annos quindecim, hoc eſt ab anno Chriſti 520. ad ann. 535. ut Mares ſcribit. Amrus verò qui Silæ obitum ad annum Chriſti 523. conſignaverat, diſſidium inter Eliſæum & Narſetem duraſſe affirmat annos 12. nimirùm uſque ad ann. Chriſti 535. qua in re cum Mari conſentit. Quum igitur anno 535. Narſes obiiſſet, Eliſæum congregati Patres in Synodo dejecerunt. *Tom. 2. pag. 409. & Tom. 3. pag. 166.*

Paulus. 28. Paulus, juxta Barhebræum Archidiaconus Seleuciæ, juxta Amrum verò & Marim Archidiaconus & ſucceſſor Jozachi Huzitarum epiſcopi, juxta alios demùm Metropolita Gandiſaporenſis, in locum dejecti Eliſæi Catholicus renunciatus, ſedit ex mente Barhebræi annum unum; ſecundùm Marim verò & Amrum, menſes duos. Idem Amrus Paulum obiiſſe ſcribit in feſto Palmarum anno Choſroæ ſexto, Græcorum 846. quod tamen ſtare nequit cum iis, quæ de Choſroë Anuſcervano ſuperiùs dicta ſunt pag. 404. Hic enim regnare cœpit die 19. Februarii anni Græcorum 842. Chriſti 531. adeoque ſextus regni ejuſdem annus inchoatus fuit die 19. Februarii anni Græcorum 847. Chriſti 536. *Tom. 2. pag. 411.*

Mar-Aba Magnus. 29. Mar-Aba I., cognomento Magnus, anno Græcorum 847. Chriſti 536. electus, obiit anno Græcorum 863. Chriſti 552. feria ſexta ſecundæ hebdomadæ Jejunii quadrageſimalis, quum annos 16. cum menſibus aliquot ſediſſet. *Tom. 2. pag. 411. & 412. & Tom. 3. à pag. 75.* Amrus refert, poſt Marabæ obitum vacaſſe Sedem annos quinque. Mares verò affirmat ipſum Marabam decem annos dumtaxat ſediſſe: nimirùm ſivè Sedis vacatio, ſivè Marabæ obitus in annum Chriſti 552. conferri debent.

30. Joſeph ex medico in Patriarcham anno 552. ordinatus, triennio poſt exauctoratus, obiit anno Chriſti 567. quum ab ejus depoſitione annos duodecim Sedes vacaſſet. *Tom. 2. pag. 413. & Tom. 3. à pag. 432.* Joſeph.

31. Ezechiel Mar-Abæ diſcipulus ex Zabarum Epiſcopo anno 567. Catholicus renunciatus, deceſſit anno 580. quum annos tredecim ſediſſet. *Vide Tom. 2. pag. 413. & Tom. 3. pag. 435. & ſeqq.* Ezechiel.

32. Jeſujabus ex Arzunitarum Epiſcopo anno 580. in Patriarcham electus, obiit ineunte anno Choſroæ Abruizi ſexto, hoc eſt, Chriſti 596. *Tom. 2. pag. 415. & Tom. 3. à pag. 108.* Jeſujabus Arzunita.

33. Sabarjeſus ſedit ab anno Chriſti 596. ad annum 604. *Tom. 2. pag. 415. & Tom. 3. à pag. 441.* Sabarjeſus.

34. Gregorius ſedit ab anno 605. ad annum 608. Vacavit Sedes uſque ad annum 628. *Tom. 3. à pag. 449.* Gregorius.

35. Jeſujabus Gadalenſis ſedit ab anno 628. ad annum 647. *Tom. 3. à pag. 105.* Jeſujabus Gadalenſis.

36. Maremes ex monacho cœnobii Abrahæ Epiſcopus Ninives, deinde Metropolita Gandiſaporenſis, demùm anno Chriſti 647. Patriarcha Neſtorianorum ordinatus, obiit anno 650. *Tom. 2. pag. 420.* Maremes.

37. Jeſujabus Adjabenus ſedit ab anno 650. ad annum 660. *Tom. 2. pag. 420. & Tom. 3. à pag. 113.* Jeſujabus Adjabenus.

38. Georgius ſedit ab anno 660. ad annum 680. *Vide Tom. 2. pag. 421. & Tom. 3. pag. 149.* Georgius.

39. Joannes Marthæ filius ex regione Huzitarum quum in ſchola Gandiſaporenſi literas hauſiſſet, monachum in cœnobio Saporis egit, deinde Metropolita Gandiſaporenſis inauguratus, demùm anno Chriſti 680. ineunte, in Patriarcham electus, obiit anno 682. quum annos duos ſediſſet. Vacavit Sedes annos duos. *Tom. 2. pag. 422.* Joannes Marthæ filius.

40. 41. Ananjeſus, cognomento Claudus, Modainæ ordinatus fuit anno Hegiræ 67. Græcorum 996. Chriſti 685. Septem poſt annis Joannes Ananjeſus Claudus, & Joannes Leproſus.

annes cognomento Leprosus, Metropolita Nisibenus Sedem invasit tenuitque annum cum dimidio, vel, ut alii scribunt, cum novem mensibus, Basciari Abdalmalechi filii operâ, & Sergunæ atque Mardansæ medicorum instigatione. Hinc ortum inter Nestorianos schisma; Mosulani enim, Bagermenses, & Nisibeni Ananjesum qui in cœnobium Jonæ se receperat, pro legitimo Patriarcha habebant; Arakenses verò, & quotquot sub ditione Basciari, ejusque in locum subrogati Hagiagi erant, Joanni parebant, quos inter Narses Metropolita Gandisaporensis. Ananjesus Kamjesum Nisibis Metropolitam ordinavit, eique post quadraginta dies defuncto, Sabarjesum Baladæ Episcopum substituit. Mortuo autem Joanne supervixit annos quinque cum dimidio. Sedit universim annos 14. cum mensibus novem, è quibus Modainæ quidem annos 7. reliquos verò in cœnobio Jonæ, ubi conditus fuit. Obiit anno Græcorum 1010. Christi 699. *Tom.2. à pag.423. & Tom.3. pag.154.* Vacavit Sedes post Ananjesu obitum annos 14. nimirùm usque ad annum Græcorum 1025. Christi 714.

Saliba-Zacha. 42. Saliba-Zacha Tirhanensis, ex Anbaræ Episcopo in Patriarcham operâ Sabarjesu Metropolitæ Nisibeni electus, ab Ananjesu Metropolita Hazæ & Mosul anno Christi 714. ordinatus, obiit anno 728. quum annos 14. sedisset, ut Amrus scribit. Mares refert ab eo ordinatum Nisibis Metropolitam Ruzebhanum cœnobii S. Eugenii Abbatem, & Tirhanæ Episcopum Phetionem Bagermensem, suum in Sede Patriarchali successorem; ipsum verò sedisse annos 12. adeoque obiisse anno Christi 726. *Tom. 2. pag.430. & Tom. 3. pag.477.* Vacavit Sedes usque ad annum Græcorum 1042. Christi 731.

Phetion. 43. Phetion Bagermensis, Tirhanæ Episcopus, Mar-Abæ Cascaræ, & Joannis Azrach Hirtæ Episcoporum operâ, Abdalmessiâ Hirtensi nequidquam reluctante, ordinatus anno Christi 731. obiit anno Hegiræ 123. Christi 741. quum annos undecim sedisset, seu, ut Mares & Amrus scribunt, annos decem cum mensibus quinque. *Tom.2. p.430.*

Mar-Aba Bar-Brich-Sebianeh. 44. Mar-Aba II. Episcopus Cascarensis, qui & Aba, & pleno nomine Maraba Bar-Brich-Sebianeh, anno Hegiræ 124. Christi 742. Græcorum 1053. Patriarcha renunciatus, obiit annos natus decem suprà centum, quum decennium sedisset. *Tom. 2. pag. 431. & Tom. 3. pag.157.*

Surinus. 45. Surinus primùm Nisibis, deinde Halavanæ Metropolita, demùm anno Græcorum 1065. Christi 754. feria 5. majoris hebdomadæ Sedem Patriarchalem invasit, quam sex suprà quinquaginta diebus tenuit. Jacobus in ejus locum ordinatus, Surinum Metropolitam Bassorensem renunciavit. *Tom.2. p.431. & Tom.3. pag.168.*

Jacobus. 46. Jacobus Metropolita Gandisaporensis, anno Græcorum 1065. Christi 754. Dominica 6. Apostolorum ordinatus, sedit annos 19. cum mensibus 5. è quibus novem in carcere transegit. Obiit anno Græcorum 1084. Christi 773. *Tom. 2. pag. 432. & Tom.3. pag.205.*

Ananjesus. 47. Ananjesus Episcopus Lasciumæ seù Dakukæ, Jacobo successit anno Græcorum 1085. Christi 774. Hegiræ 157. Obiit anno Christi exeunte 777. vel ineunte 778. quum annos quatuor sedisset. *Tom.2. pag. 432. & Tom.3. pag.155.*

Timotheus. 48. Timotheus Primus, Bagasensis Episcopus, post Ananjesum anno Christi 778. in Patriarcham electus, obiit anno 820. ætatis 95. quum annos 43. sedisset. *Tom.2. pag.433. & Tom.3.pag.158.*

Josue. 49. Josue Bar-Nun sedit ab anno Christi 820. ad annum 824. obiit anno ætatis 84. *Tom. 2. pag. 435. & Tom.3. pag.165.*

Georgius. 50. Georgius ex Beth-Abensi Archimandrita Archiepiscopus Gandisaporensis, post Josue obitum in Patriarcham electus anno Græcorum 1136.

1136. Christi 825. Hegiræ 210. ætatis 100. obiit quarto post anno. Vacavit Sedes usque ad annum Christi 832. *Tom.2.pag.435.*

Sabarjesus. 51. Sabarjesus Haranitarum Episcopus, deinde Metropolita Damasci, demùm post Georgii obitum anno Christi 832. Hegiræ 217. Patriarcha Nestorianorum renunciatus est. Obiit anno Hegiræ 222. Christi 836. *Tom. 2.pag. 435. & Tom. 3. pag.505.*

Abraham Margensis. 52. Abraham Margensis, primùm cœnobii Beth-Abensis Archimandrita, deinde Episcopus Hadathensis, demùm anno Christi exeunte 836. Patriarcha inauguratus, obiit anno Hegiræ 235. Christi 849. quum annos 12. cum mensibus 10. sedisset. Vacavit Sedes usque ad annum 852. *Tom.2.pag.436. & Tom.3.pag.508.*

Theodosius. 53. Theodosius primùm Anbaræ Episcopus, deinde Metropolita Gandisaporensis, demùm anno Christi 852. Patriarcha renunciatus, obiit anno 858. Dominica prima Dedicationis Ecclesiæ, quum annos 5. menses 3. diesque 14. sedisset. Vacavit Sedes usque ad ann. 860. *Tom.2.pag. 436. & Tom.3.pag.210. & 509.*

Sergius. 54. Sergius Metropolita Nisibis, ordinatus fuit Patriarcha anno Græcorum 1171. Christi 860. Dominica postrema Apostolorum, die 21. Julii, ut Amrus Maresque scribunt. Obiit Dominica 2. post festum Crucis, die 21. Septembris, anno Græcorum 1183. Christi 872. quum sedisset annos 12. menses 2. & diem unum. *Tom. 2.pag. 438. & Tom.3.pag.512.*

Enos. 55. Enos Metropolita Mosulanus, die Dominica post Epiphaniam anno Græcorum 1188. Christi 877. Hegiræ 263. Patriarcha ordinatus fuit, postquam Israël Cascaræ Episcopus, qui per annos 3. menses 3. diesque 21. de Patriarchali dignitate cum ipso contenderat, interiisset. Obiit die Dominica post Ascensionem Domini, 31. Maji, anni Christi 884. quum sedisset annos 7. menses 4. dies 19. *Tom. 2. pag. 439. & Tom. 3. pag. 512.*

Joannes. 56. Joannes Narsetis filius, Episcopus Anbaræ, per sortem electus, Dominica 3. Dedicationis Ecclesiæ die 14. Novembris, anno Græcorum 1196. Hegiræ 271. Christi 884. exeunte, ordinatus, obiit nocte Nativitatis Domini anno Hegiræ 279. die 2. mensis Scivali, anni Græcorum 1203. Christi 892. ineunte, quum sedisset annos 8. mensem 1. diesque 10. Vacavit Sedes menses 6. dies 20. *Tom.2.pag.439.*

Joannes. 57. Joannes filius fratris Theodosii Patriarchæ, primùm Chanigiaræ Episcopus, deinde Metropolita Mosulanus ab Enoso ordinatus, demùm Patriarcha renunciatus die 15. Julii, feria 1. anno Arabum 280. Græcorum 1203. Christi 892. Obiit feria 6. die 8. Septembris (juxta Marim, die 3. hebdomadæ Eliæ) anno Hegiræ 286. Græcorum 1209. Christi 898. quum sedisset annos sex, diesque 55. Vacavit Sedes annum unum. *Tom.2.pag.440.*

Joannes. 58. Joannes, Isæ filius, cognomento Bar-Abgari, seù Bar-Haghiri, vel Ebn-Al-Aaragi, ex Zuabiæ seù Naamaniæ Episcopo in Patriarcham electus fuit feria 5. die decima mensis Romadani anni Hegiræ 287. hoc est, die 8. Septembris anni Græcorum 1211. Christi 900. Obiit die 8. mensis Regebi anni Hegiræ 292. Græcorum 1216. Christi 905. *Tom.2. pag.440. & tom.3.pag.234.*

Abraham. 59. Abraham cognomento Abraza, Bagermensis, ex Episcopo Margæ in Patriarcham electus feria 6. die 11. Rabii prioris anno Arab. 293. Obiit nocte Dominicæ 6. hebdomadæ Apostolorum, an. Arabum 325. quum sedisset annos 32. & menses 2. *Tom. 2.pag. 440.*

Emmanuel. 60. Emmanuel Baladensis, olim Amrus, ex monacho cœnobii Josephi, ordinatus est Patriarcha feria 6. die 11. Rabii posterioris, anno Arab. 326. Græcor. 1249. Christi 938. Obiit die 6. Jejunii magni ineunte Dominica, hoc est, 8. mensis Saphari, anno Arabum 349.

Christi 960. *Tom. 2. pag.* 442.

Israël. 61. Israël ex oppido Gedan, primùm ludimagister in Schola Maris, deinde monachus in cœnobio Sabarjesu in Vaseta, postremo Cascaræ episcopus, anno ætatis nonagesimo Patriarcha ordinatus est, die 4. Jejunii Apostolorum incunte feria 6. quæ Auri appellatur; hoc est, die 29. Maii anno Hegiræ 350. Græcor. 1273. Christi 962. Quumque dies 111. (juxta Amrum 110., vel, juxta Barhebræum, 106.) sedisset, obiit eodem anno. *Tom. 2. pag.* 442.

Ebedjesus. 62. Ebedjesus ex oppido Gedan ditionis Bagermensis, monachus cœnobii Gabrielis & Abrahæ, ex episcopo Maaltajæ in Patriarcham electus est feria 4. die 6. Rabii prioris anno Arabum 352. hoc est, die 22. Aprilis anni Græcorum 1274. Christi 963. Obiit feria 4. die 6. Saphari, anno Arabum 376. hoc est, die 2. Junii anni Græcor. 1297. Christi 986. quum sedisset annos 23. mensesque lunares 10. *To. 2. pag.* 442. *& To.* 3. *pag.* 200.

Mares. 63. Mares filius Tobi, Mosulanus Scriba in aula Naseraddaulæ, deinde monachus, Presbyter & præfectus cœnobio Saidi in urbe Mosul, ejusque regionis Visitator, mox Persidis metropolita, demùm Patriarcha ordinatus est Dominica 6. quadragesimæ, die 8. Dil-hegge anno Hegiræ 376. hoc est, die 17. Aprilis anno Christi 987. Obiit Sabbato incunte, die 28. mensis Moharram anno Hegiræ 390. hoc est, die 28. Decembris (ut ait Mares Salomonis) anno Græcorum 1311. quum annos lunares sedisset 14. diesque 40. *To. 2. pag.* 443.

Joannes. 64. Joannes ex oppido Gedan, primùm monachus in cœnobiis Cascaræ, Catholici, & Sedis, deinde episcopus Senæ, postea metropolita Persidis, demùm in locum Maris Patriarcha sussectus est die 5. Dilhegge anno Hegiræ 390. hoc est, feria 1. die 26. Octobris anno Græcorum 1312. (Juxta Barhebræum, & Amrum, anno Hegiræ 391. Græcorum 1313. Christi 1001.) Obiit media nocte feriæ 3. Jejunii Virginum, die 8. Januarii anno Græcor. 1323. hoc est, die 10. Gemadi posterioris anno Hegiræ 402. (Juxta Barhebræum, an. Hegiræ 400. paulò post festum Epiphaniæ: juxta Amrum, anno Græcor. 1323. die 2. Decembris, feria 3.) Sedit annos lunares 10. menses 6. dies 6. *Tom. 2. pag.* 444.

Joannes. 65. Joannes, cognomento Abu-Isa Ben Abraham Ben Nazuch, ex Maaltaja, monachus & archimandrita cœnobii Jesujabi in ditione Nuhadrensi, à Mari exeunte anno Hegiræ 377. ordinatus Hirtæ episcopus, post Joannis obitum per sortem electus consecratusque est Patriarcha feria 4. die 19. Novembris anno Græcorum 1324. hoc est, die 2. Gemadi prioris anno Hegiræ 403. Obiit Sabbato, die 28. Rabii prioris anno Hegiræ 411. hoc est, die 23. Julii anno Græcor. 1331. Christi 1020. Sedit annos solares 7. menses 8. dies 4. (Juxta Marim, annos lunares 7. menses 10. dies 26. Juxta Amrum, annos item lunares 7. menses 10. dies 20.) *Tom. 2. pag.* 446.

Jesujabus. 66. Jesujabus Ezechielis filius, ex Dor-Kena, in schola Maris institutus, episcopus Kosræ & Naharvanæ ab Ebedjesu ordinatus, necnon ejusdem Scholæ Rector & Visitator, post Joannis Nazuch obitum Sedem Patriarchalem invasit die Dominica, 11. Decembris anno Græcor. 1332. hoc est, die 22. Scioaban, an. Hegiræ 411. Obiit feria 6. die 13. Rabii prioris an. Heg. 416. hoc est, die 14. Maii an. Græcor. 1337. (Juxta Amrum, mense Julio anno Græcorum 1338.) Sedit annos 4. menses 5. dies 3. (Juxta Marim dies 21.) *To. 2. pag.* 446.

Elias I. 67. Elias I. ex oppido Gedan, à Joanne episcopus Tirhanæ ordinatus, post Jesujabi obitum per sortem electus est Patriarcha consecratusque die Dominica, 16. Junii, anno Græcor. 1339. hoc est, 19. Gemadi prioris anno Hegiræ 419. Obiit die 6. Maii anno Græcor. 1360.

hoc

hoc eſt, exeunte menſe Dil-chede anno Hegiræ 440. nocte in Sabbatum declinante. Sedit annos lunares 21. menſes 6. dies 19. Solares verò annos 20. menſes 10. (imò undecim) dies 20. *Tom.* 2. *pag.* 446. & *Tom.* 3. *pag.* 263. & 264.

Joannes. 68. Joannes Targali filius, Bagdadenſis, ab Elia epiſcopus Koſiæ ordinatus, poſt ejus obitum Patriarcha renunciatus eſt Dominica 3. Annunciationis (ſeù Adventus) anno Hegiræ 441. Obiit anno Hegiræ 449. Græcor. 1368. Chriſti 1057. quum annos 7. menſeſque aliquot ſediſſet. *Tom.* 2. *pag.* 447.

Sabarjeſus. 69. Sabarjeſus cognomento Zanbur, Beth-Garmenſis, in Schola S. Maris educatus, ex Metropolita Gandiſaporenſi in Patriarcham electus Dominica 3. æſtatis, die 3. Auguſti anno Heg. 453. Græcor. 1374. Chriſti 1063. (juxta Barhebræum, die 23. Auguſti anno Græcor. 1373.) Obiit die 3. Aprilis feria 3., anno Hegiræ 464. Græcorum 1383. Chriſti 1072. quum annos lunares decem, menſeſque aliquot ſediſſet. *Tom.* 2. *pag.* 447.

Ebedjeſus. 70. Ebedjeſus, cognomento Abulphadlus Aredi filius, Moſulanus, Metropolita Niſibis, in Patriarcham electus anno Hegiræ 464. ordinatus eſt poſt duos annos novemque menſes Dominica 4. Dedicationis eccleſiæ die 23. Novembris anno Græcorum 1386. Chriſti 1074. hoc eſt, ineunte menſe Rabio poſteriore, anno Hegiræ 467. Obiit feria 4. die 2. Januarii anno Græcor. 1401. Chriſti 1090. quum annos 15. menſem 1. dieſque decem ab ordinatione ſediſſet. *Tom.* 2. *pag.* 448.

Machicha. 71. Machicha, Salomonis filius, Bagdadenſis, Tirhanæ primùm epiſcopus, deinde metropolita Moſulanus, demùm Patriarcha ordinatus die Dominica, 8. Aprilis anni Græcorum 1403. hoc eſt, die 8. Rabii prioris anno Hegiræ 485. Obiit feria 4. die 12. menſis Scioabani anno Heg. 502. Græcor. 1419. Chriſti 1108. quum ſediſſet annos lunares 17. menſ. 5. dies 4. Vacavit Sedes duos annos cum aliquot menſibus. *Tom.* 2. *pag.* 448. & *Tom.* 3. *pag.* 550.

Elias II. 72. Elias II. Mokli filius, Moſulanus, metropolita Hazæ & Moſul, ordinatus fuit feria 1. die 5. Scivali anno Hegiræ 504. hoc eſt, 16. Aprilis anno Græcorum 1422. Chriſti 1111. Obiit Sabbato die 14. (juxta Amrum, 17.) Octobris anno Græcorum 1443. hoc eſt, 22. Dilchede anno Hegiræ 525. quum ſediſſet annos lunares 21. menſ. 7. dies 20. Vacavit Sedes annos circiter duos. *Tom.* 2. *pag.* 449.

Barſuma 73. Barſuma in Zebedæa (juxta Marim, Zaidæa) ditionis Nilibenæ loco natus, ex epiſcopo Themanonæ Patriarcha ordinatus eſt die Dominica, 11. menſis Scivali anno Hegiræ 528. hoc eſt, 5. Auguſti anno Græcor. 1445. Obiit Sabbato, die 11. Januarii anno Græcor. 1447. hoc eſt, 5. Rabii poſter. anno Heg. 530. Sedit annum lunarem, cum menſibus 5. & diebus 25. Vacavit Sedes annos 2. menſes 10. *Tom.* 2. *pag.* 450.

Ebedjeſus. 74. Ebedjeſus filius fratris Eliæ Catholici Mokli filii, Moſulanus, ex metropolita Bagermenſi in Patriarcham electus feria 4. die 3. Rabii prioris anno Hegiræ 533. hoc eſt, 29. Octobris anno Græcor. 1450., ordinatus eſt die Dominica 13. Nov. ejuſdem anni. Obiit feria 3. die 25. Novemb. anno Græc. 1459. Hegiræ 542. Chriſti 1147. quum annos 9. dieſque 12. ſediſſet. *Tom.* 2. *p.* 450.

Jeſujabus. 75. Jeſujabus Baladenſis, ex Geziræ ſeu Zebedææ Inſulæ & Hirtæ epiſcopo Patriarcha ordinatus eſt Dominica 2. Dedicationis eccleſiæ anno Hegiræ 542. Græc. 1460. Chriſti 1148. Obiit Dominica poſt Aſcenſionem Domini die 25. Maii anno Græc. 1486. Hegiræ 570. quum annos 26. menſeſque 5. cum diebus aliquot ſediſſet. *Tom.* 2. *pag.* 450.

Elias III. 76. Elias III. cognomento Abu-Halim, & ebn-Hadithenſis, Majapharkini natus, ex metropolita Niſibis in Patriarcham electus ordina-

tuſque fuit Dominica 3. poſt Epiphaniam anno Hegiræ 571. Græcorum 1487. Obiit fer. 5. die 12. Apr. an. Heg. 586. Græc. 1501. Sedit annos 14. menſ. 2. dies 19. *To. 2. p. 450.* & *Tom. 3. pag. 287.*

Jaballaha. 77. Jaballaha Kajumæ filius ex Moſul, primùm epiſcopus Majapharchini, deinde metropolita Niſibis, demùm Patriarcha ordinatus eſt Dominica 3. Apoſtolorum, anno Græcorum 1501. Chriſti 1190. Obiit nocte feriæ 2. die 31. Januarii anni Græcor. 1533. Chriſti 1222. Hegiræ 618. die 16. menſis undecimi. Sedit annos 31. menſes 7. & aliquot dies. *Tom. 2. pag. 453.*

Sabarjeſus. 78. Sabarjeſus cognomento Kajumæ filius, Jaballahæ ex fratre nepos, ex Moſul, epiſcopus Nuhadræ à patruo primùm ordinatus, deinde Hazæ & Arbelæ metropolita, demùm Patriarcha conſecratus feria 1. die 31. Julii anno Græc. 1533. Obiit feria 2. die 15. Junii anni Græcor. 1536. Hegiræ 622. die 8. menſis ſexti, quum ſediſſet annos 2. menſes 10. dieſque 18. Vacavit Sedes dies 340. *Tom. 2. pag. 453.*

Sabarjeſus. 79. Sabarjeſus, cognomento ابـــــــــــــــــــــن الـــــــــــــــــــــمسيحى filius Meſſihi, ex Bagdado, metropolita Bagermæ & Dakukæ, poſt Sabarjeſum Kajumæ ordinatus fuit Patriarcha Dominica nona, die 26. Aprilis anni Græcor. 1537. Heg. 623. die 12. menſis quarti. Obiit Sabbato die 20. Maii anni Græc. 1567. Hegiræ 654. die 23. Rabii poſterioris. Sedit annos lunares 31. dies 10. *Tom. 2. pag. 453.*

Machicha. 80. Machicha ex Giugabad Niſibenæ ditionis loco, metropolita Niſibis, ordinatus Patriarcha Dominica 5. Jejunii, anno Græc. 1568. Chriſti 1257. Obiit Sabbato poſt Dominicam novam die 18. Apr. an. Græc. 1576. quum ſediſſet annos lunares 8. menſes 5. Vacavit poſt ipſum Sedes menſes 7. cum dimidio *To. 2. pag. 455.*

Denha. 81. Denha ex Roſtacho, metropolita Hazæ & Arbelæ, ordinatus Patriarcha Dominica 3. Dedicationis eccleſiæ die 15. Novemb. anni Græc. 1577. Chriſti 1265. Obiit nocte feriæ 2. initio Jejunii quadrageſimalis, die 24. Febr. anni Græcor. 1592. Chriſti 1281. quum annos 16. menſeſque 3. ſediſſet. Vacavit Sedes menſes 8. *Tom. 2. pag. 456.* & *Tom. 3. pag. 564.*

Jaballaha. 82. Jaballaha ex genere Turcorum in regione Cataje natus, à Denha ordinatus metropolita Tanchetenſis, poſt ejuſdem Denhæ obitum Patriarcha conſecratus fuit die Dominica, cujus antiphona incipit, ܢܥܕܝ ܒܥܕܬܐ *ingrediamur in confeſſione*, hoc eſt, Dominica 1. Dedicationis eccleſiæ, anno Græcor. 1593. Chriſti 1281. Obiit Sabbato exeunte, ante Dominicam 3. Dedicationis eccleſiæ die 13. Novembris, anno Græcorum 1629. Chriſti 1317. hoc eſt, die 7. menſis Romadani anno Hegiræ 717. quum annos 37. ſediſſet. Vacavit Sedes menſes 3. dieſque 8. *Tom. 2. pag. 456.*

Timotheus II. 83. Timotheus II. olim Joſeph appellatus, ex metropoli Moſulana ad Arbelenſem evectus, poſt Jaballahæ obitum Patriarcha ordinatus fuit menſe Februario anno Græcorum 1629. Chriſti 1318. *Tom. 2. pag. 456.* & *Tom. 3. pag. 567.*

Hucuſque ex Barhebræo, Mari, & Amro. Quæ ſequuntur Patriarcharum nomina, in manuſcriptis codicibus adnotata reperi.

Denha. 84. Denha anno Græcor. 1671. Chriſti 1360. Dioſcori Bar-Kainæi Jacobitæ partes adversùs Athanaſium Jacobitarum Maphrianum adjuvabat. *Tom. 2. pag. 461.*

Simeon. 85. Simeon anno Græcor. 1789. die 29. Novembris, hoc eſt, Chriſti 1477. ſedebat. *Tom. 2. pag. 457.*

Simeon. 86. Simeon anno Græcor. 1801. Chriſti 1490. epiſcopos Neſtorianos in regionem Malabaricam miſit. Obiit anno Græcorum 1813. Chr. 1502.

Tom. 2. *pag.* 457. & *Tom.* 3. *pag.* 590. & 591.

Elias. 87. Elias Simeoni ſubſtitutus anno Chriſti 1502. Obiit anno 1504. Græcorum 1815. *Tom.* 2. *pag.* 457. & *Tom.* 3. *pag.* 592.

Simeon. 88. Simeon in locum Eliæ ſubrogatus eodem anno Græcor. 1815. Chriſti 1504. *Tom.* 2. *pag.* 457. & *Tom.* 3. *pag.* 592.

Simeon. 89. Simeon cum fratre Jeſujabo metropolita vivebat menſe Octobri anno Græcorum 1842. Chriſti 1530. Simeone autem defuncto, ſolus Jeſujabus Patriarchalem Sedem vicaria poteſtate adminiſtrabat die 19. Octobris 1850. Chriſti 1538. *Tom.* 2. *pag.* 457.

Simeon. 90. Simeon, olim Jeſujabus metropolita, de quo ſuprà, Mamæ filius, vixit ad annum Chriſti 1551. *Tom.* 1. *pag.* 524. & *Tom.* 2. *pag.* 457.

Simeon. 91. Simeon qui & Denha, cognomento Bar-Mama, Simeonis cujus ſuprà facta eſt mentio, ex fratre nepos, anno Chriſti 1552. Sedem invaſit, quum catholici Sulakam monachum ſibi Patriarcham à Romano Pontifice poſtulaſſent, quod nullus apud Chaldæos metropolita, qui Patriarcham ordinaret, reliquus fuiſſet. Idem Bar-Mama anno Græcorum 1866. Chriſti 1555. Sulakam ex Urbe in civitatem Caramit, ſeu Amidam regreſſum, à Mahometano præſide interfici curavit. Obiit anno Chriſti 1559. *Tom.* 1. *pag.* 531. & *Tom.* 2. *pag.* 457.

Joannes Sulaka. Joannes quem nonnulli Simeonem vocant, olim Sulaka, ſeù Siud, Danielis filius, ex monacho cœnobii Hormiſdæ ineunte anno Chriſti 1552. à catholicis in Patriarcham deſignatus, Romam ut à Romano Pontifice conſecraretur, petiit, quo pervenit die 18. Novembris anni Græcorum 1864. Chriſti 1552. Die 20. Februarii ſequentis anni profeſſionem fidei emiſit, & 9. Aprilis à Julio III. Summo Pontifice Chaldæorum eccleſiæ Muſal Patriarcha proclamatus fuit. Die verò 12. Novembris Amidam regreſſus, quum annum menſeſque duos ſedisſet, inſtigatione Barmamæ Neſtoriani Patriarchæ ineunte anno Chriſti 1555. à Mahometanis interemptus fuit. *Tom.* 1. *pag.* 523. & *Tom.* 2. *pag.* 457.

Ebedjeſus. Ebedjeſus, ſeù Abdjeſus, Joannis filius, monachus cœnobii Achæ & Joannis fratrum à Sulaka Geziræ metropolita creatus, poſt ejuſdem Sulakæ necem anno Chr. 1555. à catholicis in Patriarcham electus, quum Romæ die 7. Martii an. 1562. profeſſionem fidei emiſiſſet, à Pio IV. Summo Pontifice Pallium de corpore S. Petri & confirmationem Apoſtolicam accepit cum eodem titulo eccleſiæ Muſal. Obiit paucis poſt annis in monaſterio civitatis Seert in Meſopotamia. *Tom.* 1. *pag.* 536. & *Tom.* 2. *pag.* 457.

Ahatalla, ſeù Jaballaha. Ahatalla, ſeù Jaballaha, monachus, Ebedjeſum excepit, qui non habuit confirmationem Apoſtolicam, quod eam Romæ non poſtulaſſet. Rexit tamen catholicos Chaldæos conſilio & auctoritate Hermetis Eliæ Archiepiſcopi, qui Sulakæ olim diſcipulus fuerat, & poſt magiſtri necem in Malabaricas regiones profectus, inde ſub Ahatalla in Meſopotamiam redierat. Obiit circa annum Chriſti 1580. *Tom.* 1. *pag.* 538. & *Tom.* 2. *pag.* 457.

Simeon Denha. Simeon Denha Archiepiſcopus Gelu, Seert, & Salmaſæ, quum ab Eliæ Neſtoriani Patriarchæ obedientia unàcum ſubditis ſuis, qui in finibus Perſarum ſub ditione Zeinalbach degebant, diſceſſiſſet, operâ ac ſtudio Archiepiſcopi Hermetis Eliæ Chaldæis orthodoxis ſub Ahatalla Patriarcha ſeſe adjunxit. Ahatalla autem defuncto in Patriarcham electus, ſub Gregorio XIII. eundem Archiepiſcopum Hermetem Eliam procuratorem ſuum Romam miſit: qui quum nomine Patriarchæ ſui obedientiam Sedi Apoſtolicæ præſtitiſſet, confirmatione cum Pallio Patriarchali obtenta, ex Urbe an. 1582. diſceſſit. Simeon in Ormia urbe in montanis Perſidis poſita Sedem fixit, ubi ſucceſſores ejus aſſumpto

Si-

Simeonis nomine commorari usque in præsentem diem consueverunt. *Tom.* 1. *pag.* 538. & *Tom.* 2. *pag.* 456.

Simeon. Simeon Denhæ successit circa annum Christi 1600. Professionem fidei Romam misit die 28. Julii anni 1619. in monasterio Cananes, qui locus erat ditionis Zachariæ Abach Curdorum Principis, exaratam: in qua ait se Amidam unàcum P. Thoma Novariensi Ord. S. Francisci religioso viro petere decrevisse, ut cum eodem Alepum proximo mense Martio migraret, & inde Romam proficisceretur. *Tom.* 1. *pag.* 538. & *Tom.* 2. *pag.* 457.

Simeon alter. Simeon alter, ejusdem factionis Chaldæorum Patriarcha, anno Græcorum 1964. Christi 1653. Epistolam ad Innocentium X. scripsit, in qua hæc habet, *Pax divina, charitas Domini, christianus honor ex ore Domini Simeonis Catholici Patriarchæ Chaldæorum, ad Patrem Patrum & Pastorem Pastorum, nectentem diademata, ungentem Pontifices, sanctum Papam Innocentium, caput totius christianitatis ..... nec exiguus est numerus Chaldæorum D. Simeonis, qui degunt in regionibus sequentibus, nempe, Gulmar, Barur, Gur, Galu, Baz, Dasen, Tachuma, Jatira, Valta, Taiig, Batnura, Luun, Nudis, Salmes, Albac, Hasaph, Van, Vasgan, Arne, Saphtan, Targur, Urmi, Anzel, Saldus, Asnoch, Marga, Amid, Gulnca. In his autem regionibus quadraginta familiarum millia sunt, omnes filii Cellæ D. Simeonis. Nos omnes quidem amplectimur & suscipimus Sedem Petri & Pauli ..... Data est Epistola hæc patens die Sabbati festivitatis Petri & Pauli, 29. mensis Junii benedicti; Anno Græcorum 1964. in regione benedicta Salmes, in urbe Husarba, in umbraculo S. Georgii, cujus preces sint super fideles omnes, Amen. Simeon humilis Patriarcha Chaldæorum. Scripsit Ebedjesus filius Petri peccator.* Hæc de Patriarchis, qui Simeonis nomen gerunt in finibus Persarum.

Nunc ad successores Bar-mamæ regredior.

92. Elias, à quo cæteri ad hanc usque diem nomen Eliæ sumpsere, Simeonem Bar-mamam excepit anno Christi 1559. nam ejus & Jesujabi metropolitæ Sobæ, Armeniæ & Mardæ diserta fit mentio ad calcem codicis Syriaci Amidensis 7. *To.* 1. *p.* 583. Ab ejus obedientia Simeon Denha Archiepiscopus Gelu, ut suprà dictum est, defecit circa annum 1575. Monachum quendam cum professione sua literisque anno Græcor. 1897. Christi 1586. Romam misit. Sed quum ejus Fides Nestorianis erroribus scateret, à Xysto V. rejecta est, nec is ad ecclesiæ Romanæ communionem admissus. Obiit anno Græcorum 1902. Christi 1591. quum annos 32. sedisset. *Tom.* 1. *pag.* 549. *Tom.* 2. *pag.* 457. & *Tom.* 3. *pag.* 599. Elias.

93. Elias anno 1591. in Patriarcham electus, legatos ad Paulum V. anno 1607. misit, iterùmque anno 1610. Adam archimandritam cum literis fideique professione allegavit, ut in communionem Sedis Apostolicæ admitteretur. Anno 1616. Amidæ Synodum habuit, in qua Diodori, Theodori, ac Nestorii errores abjuravit. Decessit circa ann. 1628. *Tom.* 1. *pag.* 543. *Tom.* 2. *pag.* 457. & *Tom.* 3. *pag.* 600. Elias.

94. Elias, qui & Simeon, sedit ab anno 1629. ad ann. 1659. Quum plures è suis orthodoxam fidem anno 1629. suscepissent, ipse communionem Romanæ ecclesiæ recusavit. Vicarium suum in urbe Mosul constituit Jacobum Benjaminum Presbyterum, qui Romæ anno 1636. professionem fidei emiserat, & anno 1640. in Mosul obiit. Anno 1657. fidem suam literasque ad sacram Congregationem de Propaganda Fide misit, quibus rogabat, ut Ritus Chaldæorum immutatus permaneret, utque sui ecclesiam Romæ haberent. Sedit annos triginta. Elias, qui & Simeon.

95. Elias, qui & Joannes Marvagii Presbyteri filius, anno Christi Elias Joannes.

ſti 1660. in Patriarcham conſecratus eſt, quum annum ætatis decimum quintum ageret. Obiit anno 1700. Patriarchatus quadrageſimo, ætatis quinquageſimo quinto.

Elias, qui & Marughæus.

96. Elias, qui & Marughæus, aliàs Maruagi, anno 1700. Joanni ſucceſſit. Obiit die 18. Decembris exeunte anno Chriſti 1722. quum annos circiter 23. ſediſſet.

Elias, qui & Denha.

97. Elias, qui & Denha, Marughæo patruo die 25. Decembris anni 1722. ſuffectus eſt, quum annum ætatis 22. ageret. Neſtorianis in urbe Moſulana præeſt hoc anno 1725.

Quo verò tempore Elias, qui & Joannes Maruagii, Neſtorianos regebat, catholici ſuos Patriarchas habere cœperunt, Joſephi nomen gerentes, qui ſequuntur.

Joſeph I. Amidæ, quæ & Caramit & Diarbechir appellatur, metropolita, ab Innocentio XI. die 20. Maii anno 1681. Chaldæorum Patriarcha inſtitutus, & Pallio donatus, quum anno 1695. dignitatem ſponte abdicaſſet, Romam venit, ubi & vita defunctus eſt. Joſeph I.

Joſeph II. ex Tel-cepha, anno Chriſti 1695. in locum Joſephi primi magiſtri ſui ſubrogatus, ab Innocentio XII. anno ſequenti confirmatus fuit. Obiit anno 1713. Joſeph II.

Joſeph III., olim Timotheus Mardæ epiſcopus, à Clemente XI. menſe Februario anni 1714. Pallio & confirmatione Apoſtolica donatus, orthodoxos Amidæ locorumque adjacentium Chaldæos Patriarcha regit hoc anno 1725. Joſeph III.

PA-

PATRIARCHÆ CHALDÆORUM

ORDINE ALPHABETICO.

A

ABa I. Vide Mar-Aba magnus.
Aba II. Vide Mar-Aba Bar Brichſebjaneh.
Abdjeſus. Vide Ebedjeſus.
Abraham I. Caſcarenſis, numero Patriarcharum, 6., anno Chriſti 88.
Abraham II. Margenſis, num. 52., an. 836.
Abraham III. qui & Abraza, nu. 59., an. 906.
Abraza. V. Abraham.
Abres num. 5., an. 82.
Acacius num. 23., an. 485.
Achadabues num. 8., an. 139.
Achæus I. nu. 3., an. 45. V. Aghæus.
Achæus II. num. 17., an. 411.
Adæus, qui & Thaddæus ex LXX. Diſcipulis, num. 2., an. 33.
Aghæus, qui & Achæus num. 3. an. 45.
Ahatalla. Vide Jaballaha Ahatalla.
Ananjeſus I. num. 40., an. 685.
Ananjeſus II. num. 47. an. 774.

B

BAbæus num. 24., anno Chriſti 498.
Babuæus num. 22., an. 465.
Barbaſeminus, ſeù Barbaſymes, num. 13., an. 333.
Bar-mama. Vide, Simeon Denha Barmama.
Barſuma num. 73., an. 1134.

C

CAjuma. Vide, Kajuma.

D

DAdjeſus, num. 21. an. Chriſti 430.
Denha I. num. 81., an. 1265.
Denha II. num. 84., an. 1360.
Denha. Vide, Simeon Denha, & Elias Denha.

E

EBedjeſus I. num. 62., an. Chriſti 963.
Ebedjeſus II. Aredi filius, num. 70. an. 1074.
Ebedjeſus III. nepos Eliæ Mokli, num. 74., an. 1138.
Ebedjeſus, ſeù Abdjeſus Joannis filius, 1555.
Elias I. num. 67., an. 1028.
Elias II. Mokli filius, num. 72., an. 1111.
Elias III. Abu-Halim, ſeù Hadithi, num. 76., an. 1176.
Elias Simeonis ſucceſſor, num. 87., an. 1502.
Elias Barmamæ ſucceſſor, num. 92., an. 1559.
Elias ſub Paulo V. num. 93., anno 1591.
Elias, qui & Simeon, num. 94., an. 1629.
Elias, qui & Joannes, num. 95., an. 1660.
Elias, qui & Marughæus, num. 96., an. 1700.
